This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

KPC 1422 (7.2)

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

MARCI TULLII
CICERONIS
OPERA

QUAE SUPERSUNT, OMMIA,

CUM ASCONIO & SCHOLIASTE VETERI;

Ac Notis Integris

P. VICTORII, J. CAMERARII, F. URSINI,

& Selectis

P. MANUTII, D. LAMBINI, J. GULIELMII, J. GRUTERI, J. F. & J. GRONOVIORUM, J. G. GRAEVII, & ALIORUM QUAMPLURIMORUM,

Qui Aliquam Ciceronis Operum Partem Animadverſionibus illuſtraverunt.

ISAACUS VERBURGIUS

COLLEGIT, DISPOSUIT, RECENSUIT,

Variantes Lectiones ubique appoſuit,

Paginas Aldinae Editionis, quas Nizolius & alii ſunt ſecuti, unà cum Alexandri Scot Sectionibus, Apparatui Latinae Locutionis reſpondentibus, ad utentis commodum ubique diligenter notavit.

CUM INDICIBUS ACCURATISSIMIS, INSIGNITER AUCTIS.

Voluminis Septimi pars ſecunda.

AMSTELAEDAMI,

Apud ROD. & GERH. WETSTENIOS.

MDCCXXIV.

~~Le 37.133~~

Harvard College Library
Bowie Collection
Gift of
Mrs. E. D. Brandegee

KPC 1422 (7.2)

HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY
NOV 2 1956

31549
55-21

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM AD ATTICUM,

LIBER NONUS.

ARGUMENTUM.

Continentur item hoc libro Cnai ſuga Brundiſium, atque inde in Macedoniam tranſmiſſio, quæ fuit Idibus Martiis, præmiſſis antea Conſulibus L. Cornelio Lentulo & C. Claudio Marcello, cum omnibus pæne magiſtratibus cunctoque Senatu: æſtus animi ægritudoque Ciceronis, Atticum conſulentis, cum Pompejus Italiâ ceſſerit, quid ſibi faciendum ſit: redeuntemque Cæſarem a Brunduſio, quo Pompejum fuerat perſecutus, exſpectarene debeat; & quo maxime in loco, quo vultu ſermoneque excipere: denique congreſſus ipſe cum Cæſare, & utriusque diſceſſus. Quæ omnia acciderunt diebus paulo plus viginti. Nam quotidianæ inter eos erant litteræ. Malaſp.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.

ETsi, cùm tu has litteras legeres, putabam fore, ut ſcirem [a] jam, quid Brundiſii actum eſſet; [1] (nam Canuſio VIII. kal. profectus erat Cnæus; [b] hæc autem ſcribebam pridie nonas, XIV. die poſtquam ille Canuſio moverat) tamen angebar ſingularum horarum exſpectatione;

[a] quid jam *MS.*
[b] hoc *MS.*

1. *Nam Canuſio* VIII. *kal. profectus erat Cnæus: hæc autem ſcribebam pridie Non.* XIIII. *die poſtquam ille Cannſio moverat.*] Videtur legendum XI. *kal.* & XVI. *die*, ex Ovid. Faſtor. lib. II. *Urſin.*

 a. Jam

tione: mirabarque, nihil allatum eſſe ne rumoris quidem. nam erat mirum ſilentium. ſed hæc fortaſſe [c] κενόσπουδα ſunt; quæ tamen jam ſciantur, neceſſe eſt. illud moleſtum, me adhuc inveſtigare non poſſe, [d] ubi P. Lentulus noſter ſit, ubi Domitius. quæro autem, quò faciliùs ſcire poſſim, quid acturi ſint; itutine ad Pompejum; &, ſi [e] ſunt, quà quandove ituri [f] ſunt. urbem quidem jam refertam eſſe optimatium audio; [g] Soſium & Lupum, quos Cnæus noſter ante putabat Brundiſium venturos eſſe, quàm ſe, [2] jus dicere. [h] hinc verò vulgò vadunt. etiam M. Lepidus, quocum diem conterere ſolebam, cras cogitabat. nos autem in Formiano morabamur, quo citiùs audiremus: deinde Arpinum volebamus. inde, iter quà maximè [i] ἀναπάντητον eſſet, ad mare ſuperum, remotis, ſive omninò miſſis lictoribus. audio enim, bonis viris, qui & nunc & ſæpe antea magno præſidio reipublicæ [k] fuerunt, hanc cunctationem noſtram non probari, multaque in me [3] & ſeverè in conviviis tempeſtivis quidem diſputari. cedamus igitur; &, ut boni cives ſimus, bellum Italiæ terrâ marique inferamus; & odia improborum rurſus in nos, quæ jam exſtincta erant, incendamus; & [4] Lucceji conſilia [5] ac Theophani [6] perſequamur. nam

c καινόσπ. *Jun.*
d ubi Lent. *alii.*
e ſint *alii.*
f ſint *alii.*
g *alii* Seſtium.
h *alii* hic.
i ἀναπλητικὸν *MS.*
k fuerint *alii.*
Pag. CXXXV.

2. *Jus dicere.*] Erant enim Prætores C. Soſius & P. Rutilius Lupus: quorum meminit ep. 6. & 12. lib. VIII. & Rutilius jam ante Tarracinâ cum tribus cohortibus profugerat: ſequenti anno Achajam, miſſus a Pompejo, obtinuit, ut ſcribit Cæſar lib. I. & III. *Popma.*

3. *Et ſeverè quidem in conviviis tempeſtivis diſputari.*] Amicus meus putat legendum, *& ſevere, & in conviviis tempeſtivis diſputari.* Urſin.

4. *Lucceji conſilia.*] L. Lucceji, cui Pompejus de maximis rebus communicat. Cæſ. lib. III. de Bel. Civ. *Corrad.* Interſimus bello civili quod Pompejus ſuadentibus L. Luccejo & Theophane Mytilenæo ſuſcepit: cum tamen nulla res nos ad hoc cogat. At Optimates alii alia ex cauſa Pompeji caſtra ſequuntur. Nam P. Metellus Scipio vel in Syriam proficiſcitur quam forte obtinuit, vel Pompejum generum ſequitur, vel Cæſarem fugit iratum, in quem ſententiam dixit ut ante certum diem exercitum dimitteret, ſi non fecerit, adverſus rempublicam facturum videri. M. Marcellus & Cajus uterque gladium Cæſaris timent, quòd ejus dignitatem acerrime oppugnaverunt; abſque eo eſſet manerent in Italia. Appius Claudius Pulcher eſt Cenſor & timet Cæſarem, & Cæſarianos inimicos ſuos P. Dolabellam & M. Cœlium: C. Caſſius eſt Trib. pleb. Reliqui ſunt Legati Pompeji, ut Afranius, Petrejus

nam Scipio vel in Syriam proficiſcitur, ſorte; vel cum genero, honeſtè; vel Cæſarem fugit iratum. Marcelli quidem, niſi gladium Cæſaris timuiſſent, manerent. Appius [1] & eodem timore & inimicitiarum recentium: & tamen, præter hunc & C. Caſſium, reliqui legati; Fauſtus [7] proquæſtor: ego unus, cui utrum- 1 eſt MSS.

treius & Varro in Hiſpaniis: de quibus itemque de Scipione, Marcellis, Caſſio vidend. Cæſar lib. I. & II. de Appio ſupra lib. VIII. ep. 15. & Cœlius ad Ciceronem. *Popma.*

5. *Ac Theophani perſequamur.*] Animadverte vulgatos etiam codices hoc loco Theophani ſecundo caſu habere à recto Theophanes, ut Achilli, Themiſtocli, Oronti, eâdem ratione quâ alibi etiam notavimus. Diximus aliàs habere nos Terentium illum, qui olim Politiani fuit: locus igitur hic in Heauton. *Cum prima luci ibo hinc.* Me. *de nocte cenſeo.* aliter in eo legitur: id eſt; cum primo luci ibo hinc. eſtque ejus hæc locutionis declaratio ex antiquo exemplari ab Angelo deſcripta, *Primo luci* alterum ablativi eſt, alterum genitivi: nam luci declinavit, ut Vergilius *Oronti*, *Achilli*, & *Ulyxi*. Etſi non latet me Ælium Donatum aliter eum locum legere, & fortaſſe verius, eodemque caſu duas illas voces prolatas eſſe intelligere: tradit enim veteres maſculino genere lucem dixiſſe: ſi autem (luci) genitivo caſu, ut interpretationis illius autor cenſuit, dictum fuiſſet, poſſemus ſuſpicari à recto (luces) deductum eſſe. nam in uſu etiam priſcis illis fuiſſe mirum videri non debet. *Victor.*

6. *Perſequamur. nam.*] Intellige quaſi interpoſitum eſſet: interim mea conditio pejor eſt quàm omnium aliorum unà euntium: habent enim ſinguli cauſas proprias. Scipio videtur tendere in provinciam Syriam, quam ſortitus eſt proconſul, aut genero Pompejo (qui poſt mortem Juliæ duxerat Corneliam hujus filiam, Craſſi viduam) ibidem legatus; aut inimicitias Cæſaris timet. *J. F. Gronov.*

7. *Prope ego unus, &c.*] Accepimus ab antiquiore noſtro noſtri libri lectionem: numerat autem Fauſtum proquæſtorem cum illis, qui jus habebant, & juſtam excuſationem mare cum Pompejo tranſeundi. De Fauſto hoc, cum de Pompeji comitibus ageret, his item verbis alibi meminit: *Quid enim tu illuc Scipionem, quid Fauſtum, quid Libonem prætermiſſurum ſceleris putas?* Quæ autem eſſent recentium inimicitiarum cauſæ inter Appium & Cæſarem aperit Plutarchus in Pompejo his verbis: Πρὸς δὲ τούτοις Ἄππιος ἀφίκετο κομίζων ἐκ Γαλατίας ἣν ἔχρησε Πομπήϊος Καίσαρι στρατιὰν καὶ πολλὰ ἣν ἐξεφαύλιζε τὰς ἐκεῖ πράξεις καὶ λόγους ἐξέφερε βλασφήμους περὶ Καίσαρος, αὐτὸν δὲ Πομπήϊον ἀπείρως ἔχειν ἔφη διὰ αὐτὸ δυνάμεως καὶ δόξης ἑτέροις ὅπλοις πρὸς Καίσαρα φραγνύμενον ὃν αὐτοῖς κατεργάσεται τοῖς ἐκείνου στρατεύμασιν ὅταν πρῶτον ὀφθῇ τοσοῦτον καὶ μίσους πρὸς Καίσαρα καὶ πόθου πρὸς Πομπήϊον ἐνυπάρχειν αὐτοῖς. Victor. Junius tamen retinet lectionem vulgatam, *fuuſtus prope ego unus, cui &c.* & hanc ait eſſe ju-

 ſtam

m accedet *Manut. Grav.* utrumvis liceret: frater [m] accederet; quem ſocium hujus fortunæ eſſe, non erat æquum: cui magis etiam Cæſar [n] iraſceretur. ſed impetrare non poſſum, ut maneat. dabimus hoc Pompejo, quod debemus. nam me quidem alius nemo movet; non ſermo bonorum, qui nulli ſunt; non cauſa, quæ acta timidè eſt, agetur improbè. [o] uni, uni hoc damus, ne id quidem roganti, nec ſuam cauſam (ut ait) agenti, ſed publicam. Tu quid cogites de transeundo in Epirum, ſcire ſanè velim.

n iraſcetur *alii.*

o *illud* uni *deeſt in aliis.*

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

ETSI nonis Mart. die tuo, ut opinor, exſpectabam epiſtolam à te longiorem; tamen ad eam ipſam brevem, [8] quam III. nonas ὑπὸ τὴν διάληψιν dediſti, reſcribendum putavi. Gaudere ais te, manſiſſe me; & ſcribis, in ſententia te manere. mihi autem ſuperioribus litteris videbare non dubitare, quin cederem, ita, ſi & Cnæus bene comitatus [9] conſcendiſſet, & conſules [10] tranſiſſent. utrùm hoc tu parum [p] commeminiſti, an ego non ſatis intellexi, an mutaſti ſententiam? ſed aut ex epiſtola, quam exſpecto, perſpiciam, quid ſentias, [11] aut alias abs te litteras eliciam. Brundiſio

p memi-niſti *alii.* P. B.

ſtam mſſ. Pal. ſcripturam. Manutius ex Beſſarionis libro qui etiam habet, *prope*, conjicit legendum, *Propretor*, etiamſi, *proquæſtor*, retinere malit. *Cleric.*

8. *Quam* III. *Non. Mart.* ὑπὸ τὴν δύλην *dediſti.*] Caſtigavimus ope noſtri melioris exemplaris, *Quam* III. *Non.* ὑπὸ τὴν διάληψιν *dediſti.* eſt autem διάληψις idem quod λῆψις. Vide (ne idem inutiliter repetamus) quæ adnotavimus eo loco VII. libri: *Tua* λῆψις *quem in diem incurrat, neſcio.* Victor.

9. *Conſcendiſſe.*] Sc. navem. Sic ſimpliciter hac utebantur voce. Cic. in lib. XI. *Quamobrem conſcende nobiſcum, & quidem ad puppim: una navis eſt jam bonorum omnium.* Id. ad Q. Frat. *Tu velim quam primum conſcendas ad meque venias.* ſic & alibi. *Gravius.*

10. *Tranſiſſent.*] Hoc eſt, trajeciſſent mane C. Nep. Themiſtocle 9. *Scio pleroſque ſcripſiſſe Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiiſſe.* Plura habes apud hunc & alios ſcriptores exempla. *Idem.*

11. *Aut alias abs te litteras eliciam.*] Al. *aut alias abs te epiſtolas eliciam.* ſed fortaſſe melius ita legeretur: *aut alias abs te eliciam*, vi-

diſio nihildum erat allatum. ô rem difficilem planéque perditam! quàm nihil prætermittis in conſilio dando! quàm nihil tamen, quod tibi q ipſi placeat, explicas! non eſſe me unà cum Pompejo, gaudes: ac proponis, quàm ſit turpe, me adeſſe, cùm quid de illo detrahatur, r nec fas eſſe approbare. certè. contra igitur? 12 dii, inquis, averruncent. quid s ergo fiet, ſi in altero ſcelus eſt, in altero ſupplicium? impetrabis, inquis, à Cæſare, ut tibi abeſſe liceat, & eſſe t otioſo. ſupplicandum igitur? miſerum. quid, ſi non impetraro? & de triumpho erit, inquis, integrum. quid, ſi hoc ipſo premar? accipiam? quid fœdius? negem? repudiari ſe totum, magis etiam quàm olim in xxviratu, putabit. ac ſolet, cùm ſe purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam: ita me ſibi fuiſſe inimicum, ut ne honorem quidem à ſe accipere vellem. quantò nunc hoc idem accipiet aſperius? tantò ſcilicet, quantò & honor hic illo eſt amplior & ipſe robuſtior. 13 Nam quòd negas te dubitare, quin magna in offenſa ſim apud Pompejum v hoc tempore, non video cauſam, cur ita ſit, hoc quidem tempore. qui enim amiſſo Corfinio denique certiorem me ſui conſilii fecit, is queretur Brundiſium me non veniſſe, cùm inter me & Brundiſium Cæſar eſſet? deinde etiam ſit ἀπαῤῥησίαςον eſſe in ea cauſa querelam ſuam. me putat de municipiorum imbecillitate, de delectibus, de pace, de urbe, de pecunia, de Piceno occupando plus vidiſſe, quàm ſe. ſin, cùm potuero, non venero; tum erit

q ipſi *deeſt in aliis.*
r *alii* nefas eſſe.
s igitur *alii.*
t *alii* otioſum.
v hoc temp. *delet Faërn.*

videlicet, quid ſentias. *Corrad.* Si *epiſtola* in priſcis habetur exemplaribus, non eam contemnendam duco ſcripturam. *Epiſtola* enim in numero multitudinis pro epiſtola, æque ut *littera* legitur apud Juſtin. lib. I. *Lectis ille epiſtolis, eadem ſomno aggredi juſſus eſt.* & lib. XI. *Scribit itaque & tertias epiſtolas.* Tacit. I. Annal. *Placitum ut epiſtola nomine Principis ſcriberentur* pro epiſtola. ſic & alibi. Sed apud Tullium & ejus ætatis ſcriptores non memini nunc occurrere. *Gravius.*

12. *Dii, inquis, averruncent.*] Junius reponit, *dii, inquis, abnuerint*, pro eo quod eſt in mſſ. Palat. *annuerunt*, aut ſi ita placet, *annuerint*. Cleric.

13. *Nam quod negas te dubitare, quin magna in offenſa ſim apud Pompejum hoc tempore.*] Faërnus delebat poſtrema duo verba, *hoc tempore.* Urſin.

b ea temp. alii. [b] temporibus his excluduntur. quæ autem ſunt horum temporum, ea jam contrivimus. ſed tamen, ne me totum ægritudini dedam, ſumpſi mihi quaſdam tamquam *θέσεις*, quæ & politicæ ſunt & temporum horum; ut & abducam animum ab querelis, & in eo ipſo, de quo agitur, exercear. eæ ſunt hujuſmodi:

Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ. Τυραννουμένης δ' αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν [c] *πραγματευτέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν. Εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα,* [19] *μὴ αὐτὸς αἴρηται. Εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι* [20] *τυραννουμένῃ καιρῷ καὶ λόγῳ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ.* [21] *Εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν, ἀναχωρήσαντά ποι, τῆς πατρίδος τυραννουμένης. Εἰ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας πέρι. Εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ, καὶ πολιορκητέον* [d] *ταύτην τυραννουμένην. Εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις. Εἰ τοῖς εὐεργέταις, καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων.*

c πειρατέον ed. Vict.

Pag. CXXXVII

d αὐτὴν alii.

19. *Μὴ αὐτὸς τὰ πάθη*] Non pauca in his Græcis conſultationibus caſtigavimus: quorum hoc unum eſt: pro *πάθη* enim, *ἄρτηθαι* ſcriptum in antiquis eſt: id eſt, è medio tollatur & exſtinguatur. Plutarch. in Commentario de Stoicis contrarietatibus; *Πάλιν ἐν τῷ α. περὶ δικαιοσύνης εἰπὼν περὶ τῶν θεῶν ὡς ἐνισταμένοις ἐνίων ἀδικήμασιν. κακίαν δέ φησι καθόλου ἆραι οὔτε δυνατόν ἐστιν οὔτ' ἔχει καλῶς ἀρθῆναι τὴν ἀνομίαν, τὴν ἀδικίαν, τὴν ἀβελτηρίαν.* Victor. *Μὴ αὐτὸς αἴρηται.*] Hoc quoque Boſius, partim ex conjectura, partim manuductione corruptæ ſuorum mſſ. lectionis. vulgata lectio *ἔρρηται*· quidam *τὰ πάθης*, quidam *ἄρθῃ*. Victorius ex ſuis *ἤρθηται*, quod plurimi receperunt. *Cleric.*

20. *Τυραννουμένῃ μᾶλλον ἢ ἐν πολέμῳ.*] Emendavimus ſic, *τῇ εἰρήνῃ μᾶλλον ἢ πολέμῳ*. Vulgata lectio nullum ſatis idoneum ſenſum habebat. *Victor.* *Τυραννουμένῃ καιρῷ καὶ λόγῳ μᾶλλον.*] Lambinus & Boſius ſic repoſuerunt ex ſuis mſſ. ad quam emendationem proximè accedit hæc Errici Stephani conjectura, *τυραννουμένῃ καιρίῳ λόγῳ μᾶλλον* &c. vulgò *τῇ εἰρήνῃ μᾶλλον ἢ* &c. quæ eſt conjectura Petri Victorii, quum prius haberetur, *τυραννουμένῃ μᾶλλον*. Cleric.

21. *Εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν.*] Inducit Philicum quendam ſua in Hiſtoria Dion, hortantem Ciceronem ut forti animo exilium ferret, longo ſermone cum eo habito: ſuadet autem hoc illi, quod nunc Cicero conſultatione hac complectitur. ejus hæc ſunt verba: *Ἂν μὲν γάρ μοι πεισθῇς καὶ πάνυ ἀγαπήσῃς τὸ χωρίον τι παραθαλάσσιον ἔξω πάτου ἐκλεξάμενος καὶ ἐν αὐτῷ γεωργῶν τε ἅμα καὶ συγγράφων τι ὡς Ξενοφῶν, ὡς Θουκυδίδης· τότε γὰρ εἶδος τοῦτο διὰ σοφίας διαρκέστατόν ἐστι καὶ παντὶ μὲν ἀνδρὶ πάσῃ δὲ πολιτείᾳ ἁρμοδιώτατον.* Victor.

22. *Cum*

ὅλων. Εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι᾽ αὐτό τε τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν, καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Εἰ ἐφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε, καὶ τῶν [e] οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας. e ἰδίων alii.

In his ego me conſultationibus exercens, & diſſerens in utramque partem tum Græcè, tum Latinè, & abduco parumper animum à moleſtiis, & τοῦ προὔργου τὶ delibero. Sed vereor, ne tibi ἄκαιρος ſim. ſi enim rectè [f] ambulaverit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. f ambulavit alii.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

NATALI die tuo ſcripſiſti epiſtolam ad me plenam conſilii, ſummæque [g] cùm benivolentiæ, tum etiam prudentiæ: eam mihi Philotimus poſtridie, quàm à te acceperat, reddidit. Sunt iſta quidem, quæ diſputas, difficillima, iter ad ſuperum, navigatio infero, diſceſſus Arpinum, ne hunc fugiſſe; manſio Formiis, ne obtuliſſe nos gratulationi videamur: ſed miſerius nihil, quàm ea videre, quæ tamen jam, jam, inquam, videnda erunt. Fuit apud me [h] Poſtumus: ſcripſi ad te, quàm gravis. venit ad me etiam Q. [i] Fufius, quo vultu! quo ſpiritu! properans Brundiſium, ſcelus accuſans Pompeji, levitatem & ſtultitiam ſenatus. hæc qui in mea villa non feram, [22] Curtium in curia potero ferre? Age, finge me quamvis εὐστομάχως hæc ferentem: quid illa, DIC M. TULLI, quem habebunt etiam exitum? [k] Et omitto cauſam reipublicæ, quam ego amiſſam puto cùm vulneribus ſuis, tum medicamentis iis, quæ parantur. de Pompejo quid agam? cui planè (quid enim [l] hoc negem?) ſuccenſui. Semper enim cauſæ eventorum magis movent, quàm ipſa eventa. hæc igitur

g tum alii.

h Poſthumius MSS. & quad. edd.

P. B.

i alii Fuſius malè.

k Sed Manut.

l hoc deeſt in aliis.

22. *Cur tum in Curia potero ferre?*] *Quì tum in curia*, commoda lectio, & quæ defendi poſſit: ſed magis placeret, *Curtium in Curia*, de quo in epiſtola ſequenti: *Quovis potius certe quam ut Curtium videat, quem ego Patronus aſpicere non poſſum.* Pius autem pro *Curtium* legebat *Cerevin*, neſcio quid ſecutus. *Urſin.*

23. *Al-*

b ea temp. alii. [b] temporibus his excluduntur. quæ autem ſunt horum temporum, ea jam contrivimus. ſed tamen, ne me totum ægritudini dedam, ſumpſi mihi quaſdam tamquam θέσεις, quæ & politicæ ſunt & temporum horum; ut & abducam animum ab querelis, & in eo ipſo, de quo agitur, exercear. eæ ſunt hujuſmodi:

c πειρατέον ed. Vict. Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένης. Τυραννουμένης δὲ αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν [c] πραγματευτέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν. Εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, [19] μὴ αὐτὸς αἴρηται. Εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι [20] τυραννουμένῃ καιρῷ καὶ λόγῳ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ. [21] Εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν, ἀναχωρήσαντά ποι, Pag. cxxxvii τῆς πατρίδος τυραννουμένης. Εἰ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας πέρι. Εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ, καὶ πολιορκητέον [d] ταύτην τυραννουμένην. d αὐτὴν alii. Εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις. Εἰ τοῖς εὐεργέταις, καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων.

19. Μὴ αὐτὸς τι πάθῃ] Non pauca in his Græcis conſultationibus caſtigavimus: quorum hoc unum eſt: pro πάθῃ enim, ἄρτηθαι ſcriptum in antiquis eſt: id eſt, è medio tollatur & exſtinguatur. Plutarch. in Commentario de Stoicis contrarietatibus; Πάλιν ἐν τῷ α. περὶ δικαιοσύνης εἰπὼν περὶ τῶν θεῶν ὡς ἐνισταμένοις ἐνίων ἀδικήμασιν. κακίαν δέ φησι καθόλου ἆραι οὔτε δυνατόν ἐστιν οὔτε ἔχει καλῶς ἀρθῆναι τὴν ἀνομίαν, τὴν ἀδικίαν, τὴν ἀβελτηρίαν. Victor. Μὴ αὐτὸς ἄιρηται.] Hoc quoque Boſius, partim ex conjectura, partim manuductione corruptæ ſuorum mſſ. lectionis. vulgata lectio ἔρρηται· quidam τι πάθῃς, quidam ἀρθῇ. Victorius ex ſuis ἤρθηται, quod plurimi receperunt. *Cleric.*

20. Τυραννουμένῃ μᾶλλον ἢ ἐν πολέμῳ.] Emendavimus ſic, τῇ εἰρήνῃ μᾶλλον ἢ πολέμῳ. Vulgata lectio nullum ſatis idoneum ſenſum habebat. *Victor.* Τυραννουμένῃ καιρῷ καὶ λόγῳ μᾶλλον.] Lambinus & Boſius ſic repoſuerunt ex ſuis mſſ. ad quam emendationem proximè accedit hæc Errici Stephani conjectura, τυραννουμένῃ καιρίῳ λόγῳ μᾶλλον &c. vulgò τῇ εἰρήνῃ μᾶλλον ἢ &c. quæ eſt conjectura Petri Victorii, quum prius haberetur, τυραννουμένῃ μᾶλλον. Cleric.

21. Εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν.] Inducit Philiſcum quendam ſua in Hiſtoria Dion, hortantem Ciceronem ut forti animo exilium ferret, longo ſermone cum eo habito: ſuadet autem hoc illi, quod nunc Cicero conſultatione hac complectitur. ejus hæc ſunt verba: Ἂν μὲν γὰρ μοι πεισθῇς καὶ πάνυ ἀγαπήσῃς τὸ χωρίον τι παραθαλάσσιον ἔξω πάτου ἐκλεξάμενος καὶ ἐν αὐτῷ γεωργῶν τε ἅμα καὶ συγγράφων τι ὡς Ξενοφῶν, ὡς Θουκυδίδης· τότε γὰρ εἶδος τοῦτο διὰ σοφίας διαρκέστατόν ἐστι καὶ παντὶ μὲν ἀνδρὶ πάσῃ δὲ πολιτείᾳ ἁρμοδιώτατον. Victor.

22. Cum

ἔλθῃ. Εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι' αὐτό τε τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν, καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Εἰ ἐφεστίον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε, καὶ τῆς [e] οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφιμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας. e οἰκείων *alii.*

In his ego me conſultationibus exercens, & diſſerens in utramque partem tum Græcè, tum Latinè, & abduco parumper animum à moleſtiis, & τοῦ προὔργου τὶ delibero. Sed vereor, ne tibi ἄκαιρος ſim. ſi enim rectè [f] ambulaverit is, qui hanc epiſtolam tulit, in ipſum tuum diem incidit. f ambulavit *alii.*

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

NATALI die tuo ſcripſiſti epiſtolam ad me plenam conſilii, ſummæque [g] cùm benivolentiæ, tum etiam prudentiæ: eam mihi Philotimus poſtridie, quàm à te acceperat, reddidit. Sunt iſta quidem, quæ diſputas, difficillima, iter ad ſuperum, navigatio infero, diſceſſus Arpinum, ne hunc fugiſſe; manſio Formiis, ne obtuliſſe nos gratulationi videamur: ſed miſerius nihil, quàm ea videre, quæ tamen jam, jam, inquam, videnda erunt. Fuit apud me [h] Poſtumus: ſcripſi ad te, quàm gravis. venit ad me etiam Q. [i] Fuſius, quo vultu! quo ſpiritu! properans Brundiſium, ſcelus accuſans Pompeji, levitatem & ſtultitiam ſenatus. hæc qui in mea villa non feram, [22] Curtium in curia potero ferre? Age, finge me quamvis εὐςομάχως hæc ferentem: quid illa, DIC M. TULLI, quem habebunt etiam exitum? [k] Et omitto cauſam reipublicæ, quam ego amiſſam puto cùm vulneribus ſuis, tum medicamentis iis, quæ parantur. de Pompejo quid agam? cui planè (quid enim [l] hoc negem?) ſuccenſui. Semper enim cauſæ eventorum magis movent, quàm ipſa eventa. hæc igitur

g tum *alii.*
h Poſthumius *MSS. & quad. edd.* P. B.
i *alii* Fuſius *malè.*
k Sed *Manut.*
l hoc *deeſt in aliis.*

22. *Cur tum in Curia potero ferre?*] *Qui tum in curia*, commoda lectio, & quæ defendi poſſit: ſed magis placeret, *Curtium in Curia*, de quo in epiſtola ſequenti: *Quovis potius certe quam ut Curtium videat, quem ego Patronus aſpicere non poſſum.* Pius autem pro *Curtium* legebat *Cereum*, neſcio quid ſecutus. *Urſin.*

igitur mala, (quibus majora eſſe quæ poſſunt?) conſiderans, vel potius judicans ejus operâ accidiſſe & culpâ, inimicior eram huic, quàm ipſi Cæſari. ut majores noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt [23] Allienſis pugnæ, quàm urbis captæ; quòd hoc malum ex illo; itaque alter religioſus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus: ſic ego, decem annorum peccata recordans, in quibus inerat ille etiam annus, [24] qui nos, hoc non defendente, ne dicam gravius, afflixerat; præſentiſque temporis cognoſcens temeritatem, ignaviam, negligentiam, ſuccenſebam. ſed ea jam mihi exciderunt. beneficia ejuſdem cogito; cogito etiam dignitatem. intelligo, ſeriùs equidem, quàm vellem, propter epiſtolas ſer-

23. *Allienſis pugna.*] Pugnæ ad Alliam flumen factæ. Liv. lib. v. *Corrad.* Vide J. Lipſ. Excuſ. ad Tac. xv. Ann. c. 41. *Alienſis* veteres ſcribebant non *Allienſis*. Serv. in Virgil. vii. *Sane Alia dicitur: cui additur unum L propter metrum, ut relliquias. Lucanus bene poſuit: Quas Alia clades.* J. Scal. *Grav.*

24. *Qui nos, hoc defendente, ne dicam gravius.*] Credidimus negativam particulam negligenter omiſſam fuiſſe, ut *non defendente* antea lectum ſit, eamque addidimus. Non potuit autem magis Pompeji culpam minuere, injuriamque ab illo acceptam leviorem reddere quàm dicens, ſe ab eo non defenſum, cum verius Pompejus ipſum prodidiſſet: cùm enim ab eo immortalia beneficia accepiſſet, poſtquam periclitari vidit, ne ſibi ille moleſtus eſſet, in Albanum ſuum exivit: quò cum Piſonem generum ad opem implorandam Cicero miſiſſet, ipſe quoque poſtea ſupplicatum veniſſet, ab eo neglectus eſt, ac ne conſilio quidem adjutus, cum Pompejus aliis foribus domo clàm ſe ſubripuiſſet. Plutarchus, qui hanc rem diligenter explicat, ſemper proditum à Pompejo Ciceronem dicit. *Victor.* *Qui nos hoc defendente.*] *Deferente* Ant. Auguſtinus, multo quàm alii melius, qui repugnantibus veteribus libris *non defendente* emendarunt. *Urſinus.* Libri veteres habent *defendente.* unde docti viri fecerunt *deferente*, quod tamen hoc loco parum convenit. Non enim Pompejus patrocinium Ciceronis contra Clodium inſtituerat, ut deſeruiſſe dici poſſet. Ego malim *deſidente*, id eſt, nihil curante & agente de me in urbe retinendo: quod ipſum Pompejus commiſerat. Nam cum videret Ciceronem rogatione Clodia premi, ne ſe appellaret, in Albanum ſuum exivit, & non re neque conſilio oppreſſum ſublevavit, donec expulſum reſtituit, ut Plutarchus ſcribit. Deſidere dicuntur qui vacui a curis & negotiis otioſi agunt. Terent. Hecyra: *fruſtra Ubi totum deſedi diem.* Suetonius in Cæſare: *Ne deſidere in diſcrimine ſociorum videretur.* Popma. Emendationem Victorii receperunt M. Brutus, S. Boſ. Gruterus, invitis tamen libris omnibus. ſed quia ſenſus poſtulabat eam vocem, quæ videtur abſorpta eſſe a præcedente, nos quoque Victorio ſubſcripſimus. *Grav.*

25. Si

ſermonesque Balbi; ſed video planè, nihil aliud agi; nihil actum ab initio, quàm ut hunc occideret. ego igitur, 25 ſi quis apud Homerum, [m] cùm ei 26 & mater & dea dixiſſet, m cui & mat. *alii.*

Αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ᾽ Ἕκτορα πότμος ἕτοιμος,

matri ipſe [n] reſpondit; n ipſi *alii.*

Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ᾽ ἔμελλον ἑταίρῳ
Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι·

quid, ſi non *ἑταίρῳ* ſolùm, ſed etiam *εὐεργέτῃ*? adde, tali viro, talem cauſam agenti: & 27 ego verò hæc officia 28 mercanda vitâ puto. 29 optimatibus verò tuis nihil

25. *Si quis apud Homerum.*] Faërnus, *ſicut apud Homerum*: placeret autem ſi totus locus ita legeretur, *Eo igitur ſi quidem.* & infra, *& ego*, delebat Faërnus conjunctionis notam, *&*. Urſin.
Si quis apud Homerum.] Quidam mutant & reſcribunt *Sicut is*, contra omnes libros & ſententiam. Non enim a ſimili, ſed a minori ad majus infert, hoc modo: Si Achilles apud Homerum Iliad. VI. cum Thetis mater dixiſſet paratam ei eſſe necem ubi Hectorem in pugna interfeciſſet, reſpondit, Utinam ſtatim moriar poſtquam non eram Patroclo ſodali mortuo opem laturus; Quid ego igitur faciam ſi Pompejo non ſodali, ſed bene merito ſuccurrendum ſit. adde viro rerum geſtarum gloriâ illuſtri & cauſſam reipublicæ agenti. Certe ego pro his officiis & tali viro vitam impendendam puto. *Popma.*

26. *Et mater, & dea dixiſſet αὐτίκα τεθναίην.*] Deerat Homeri verſus, quem nos reſtituimus: eſt autem in *σ. λ.* pronunciatus à Thetide, cùm vellet filium perterrefacere à pugna cum Hectore committenda, ſignificans paratam ei eſſe necem ſtatim poſt interfectum ab ipſo Hectorem: cui poſtea Achilles ſequenti verſu reſpondet. Decepti autem fuere librarii, quia ambo hi verſus ab eodem temporis adverbio incipiunt: priorem igitur omiſerunt. *Victor.*

27. *Ego verò hæc officiam : ei candida vita puto.*] Ex antiquiore noſtro exemplari noſtram lectionem eruimus: quam Germani quoque ex priſco (ut puto) & illi exemplari adnotarant. *vita* tamen, quod neceſſarium verbum eſt, neſcio cur omiſerint: jacet enim ſine eo omnis ſententia: quâ voce conſervatâ, & ſublatis iis quæ antea menda inerant, præclara & plana admodum ſententia ex hoc loco elicitur. *Idem.*

28. *Mercanda vitâ.*] Id eſt, ut hæc officia conſtent, vel ut his officiis ne deſis, animam impendendam puto. Virgil. *Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.* Sil. IV. 755. *J. F. Gronov.*

29. *Optimatibus vero tuis.*] Noli putare, me ad Pompejum iturum, quod optimatium ſermonibus movear, aut quod iis inſervire velim, manſionem meam reprehendentibus, profectionem laudantibus. ſed me movet tum beneficium, tum dignitas Pompeji, eò magis, quòd agit cauſſam reip. *P. Manut.*

30. *For-*

Pag. CXXXVIII. o vide, ut MS.

nihil confido, nihil jam ne inſervio quidem. o video, ut ſe huic dent, ut daturi ſint. quidquam tu illa putas fuiſſe de valitudine decreta municipiorum præ his de victoria gratulationibus? timent, inquies. at ipſi tum ſe timuiſſe dicunt. ſed videamus, quid actum ſit Brundiſii. ex eo [30] fortaſſe mea conſilia naſcentur aliæque litteræ.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

[31] Nos adhuc Brundiſio nihil. Româ ſcripſit Balbus, putare jam Lentulum conſulem [32] transmiſiſſe, nec eum à minore Balbo conventum; quod is hoc jam Canuſii audiſſet: inde ad ſe eum ſcripſiſſe: cohorteſque ſex, [33] quæ Albæ fuiſſent, [34] ad Curium viâ

30. *Fortaſſe mea conſilia.*] Omnes libri veteres habent *ea conſilia*: cui mendo originem dediſſe ſuſpicor geminationem ſyllabæ, quam oſcitantes librarii poſtremo loco omiſerunt: quo in genere aliàs ſæpe peccarunt. itaque cenſeo legend. *Fortaſſe ſera conſilia.* ut ſint ſera conſilia profectionis ad Pompejum, quem cedentem Italiâ ſequi debuerat; aliæ literæ quæſtuoſæ de manſione ſua, ut ſunt ep. 11. lib. XII. *Popma.* Mallem: *ex ea fortaſſe certa conſilia naſcentur.* Tum certe aliquid conſtituero forte. Nunc fluctuo, & ſequarne Pompejum an hic ſubſiſtam incertus animi & conſilii ago. *Gravius.*

31. *Nos adhuc.*] Hæc epiſtola vulgaris unicam cum ſuperiore conſtituit, ſi quidem illi immediatè appingitur. *Cleric.*

32. *Transmiſiſſe.*] Faërnus ex *transmiſiſſe me*, quod eſt in manuſcriptis libris, faciebat, *transmiſiſſe me.* & paullo poſt, pro *ad Curtium Minucia*, reponebat, *ad Curium Numicia*, ex Horatii. ep. 13. *Urſin.*

33. *Quæ Albæ fuiſſent.*] Albæ Fucentis, ut appellat Soſipater: credo ut a Latina diſtingueret. Fuit autem Marſorum oppidum: a quo τὸ ἐθνικὸν *Albenſes*, ut ab illa quæ eſt in Latio, *Albani.* Varro de Ling. Lat. lib. VII. *Cum duæ Albæ ſint, ab una dicantur Albani, ab altera Albenſes.* Fucentem porro hanc vocavit Soſipater, quod Fucentibus finitima fuerit: de quibus in IIII. Italiæ regione Plinius: *Marſorum, Auxatini, Atinates, Fucentes, Lucenſes, Maruvii, Albenſium, Alba, ad lacum Fucinum.* Malaſp.

34. *Ad Curium in Municia.*] Nos *ad Curtium Minucia* ſcripſimus, tribus mutatis vocibus: credimus enim Ciceronem hic Curtium Poſthumum intelligere, de quo prius: *Cùm ad me, currens ad illum, Poſthumus Curtius venit.* *in via* abundare nobis viſum eſt: non enim manuſcripti libri habent, & declarationem potius eſſe exiſti-

viâ Minuciâ tranſiſſe : id Cæſarem ad ſe ſcripſiſſe, & brevi tempore eum ad urbem futurum. [p] ego utar tuo conſilio ; neque me [q] Arpinum hoc tempore abdam : etſi, Ciceroni meo togam puram cùm dare Arpini vellem, hanc eram ipſam excuſationem relicturus ad Cæſarem. ſed fortaſſe in eo ipſo offendetur, cur non Romæ potiùs. ſed tamen, ſi eſt conveniendus, hîc potiſſimum. tum reliqua videbimus, id eſt, & quò, & quà, & quando. 35 Domitius, ut audio, in Coſano,

[p] *alii* ergo.
[q] in Arp. *alii.*

ſtimamus ſequentis vocis : nam nomina viarum perſæpe ſola ponuntur : ut lib. XVI. *Statueram enim recta Appia Romam.* unusquiſque enim ſcit viam ſignificare. pro *munitia* autem *minucia* in antiquis libris legimus, & Germani etiam idem obſervaſſe videntur. *Victor.* *Ad Curium via Minucia.*] Ita ex antiquis ſuis Boſius : Victorius verò legit *ad Curtium Minutia*, quum antea legeretur, *ad Curium in Municia.* hunc ſequuti ſunt Turnebus lib. I. Adverſ. cap. 21. & Lambinus. Manutius, Faërnus & Malaſpina ex Horatio legunt, *Numicia*, ſed & hîc & apud Horatium *Minucia* legendum eſſe oſtendit Boſius. Ceterùm pro *Curium*, *Curtum* habet Beſſar. liber. *Cleric.* *Ad Curium.*] Libri nonnulli habent Curtium, ut apud Cæſarem I. ubi de hac Pompejanorum fuga ex oppidis capto Corfinio. ita refert : *L. Mallius Prætor Albâ cum cohortibus ſex profugit : Rutilius Lupus Prætor Tarracinâ cum tribus : quæ procul equitatum Cæſaris conſpicatæ, cui præerat Bivius Curtius, relicto Prætore ſigna ad Curtium transferunt, atque ad eum tranſeunt.* Quo loco fortaſſis militari cognomine Bivium Curtium vocat, quem Poſtumum Curtium Cicerò. *Via Municia*, prior vox recte abeſt a libris veteribus & vulgatis pleriſque. Duæ autem celebres viæ Brundiſium tendebant, una Appia, altera Minucia. lib. VIII. ep. 14. *Cenſeo viâ Appiâ iter facias, & celeriter Brundiſium venias.* Horatius lib. I. ep. 17.

Brundiſium Minuci melius via ducat an Appi.

Ex his Appia nomen habuit ab Appio Claudio, qui primus eam lapidibus ſtravit, Minucia a Minucio Augurino illo qui ad aſſem pretium farris redegerat. & ob hoc beneficium extra portam Trigeminam aurato bove donatus fuerat, ut refert Livius lib. IV. & ſtatuam meruerat, ut Plinius lib. XVIII. cap. 3. aut ſacellum, ut Feſtus : cui ſacello proxima erat porta Minucia & via quæ inde incipiebat, & per Sabinos Brundiſium ducebat. Errat enim Paulus mutilator Feſti, qui Minucium deum nominat quem Romana hiſtoria nullum inter deos agnoſcit. *Popma.*

35. *Domitius, ut audio, in Coſano.*] De Domitii Coſano mentio eſt apud Cæſarem in lib. I. de Bello Civili, in quo cum mendoſe hujus loci nomen ſcriptum eſſet, primus Victorius, ut ſcribi debuit, emendavit, adducto veteris libri & hujus epiſtolæ teſtimonio. Sed cum præter Coſanum, alius etiam locus à Cæſare nominetur, in quo Domitius claſſem paravit, qui in vulgatis libris malè

no, & quidem, ut ajunt, paratus ad navigandum: ſi in Hiſpaniam, non probo: ſi ad Cnæum, laudo: quovis potiùs certè, 36 quàm ut Curtium videat; quem ego patronus aſpicere non poſſum. quid alios? ſed, opinor, quieſcamus; ne noſtram culpam coarguamus; qui,

malè *Sicilia*, in antiquiſſimo meo minus mali *Sigili* appelletur; operæ pretium me facturum puto, ſi Lectorem admovero, ejus nominis veram incorruptamque ſcripturam, quæque ad manuſcriptum Cæſaris librum propius accedat, in Itinerario, quod ſub Antonini Imp. titulo circumfertur, reperiri. *Urſin.* *In Coſſano.*] Scribendum unico *S* Coſano, ſcilicet agro vel littore, in quo naves Domitius paraverat, ut refert Cæſar lib. 1. Coſa urbs Etruriæ: cui erant objectæ Igilium & Dianium inſulæ, quarum meminit Plinius lib. III. cap. 6. Mela lib. II. cap. 7. Martianus Capella lib. VI. Virgil. Æneid. 10.

Quique urbem liquere Coſas.

Suetonius in Veſpaſiano: *Educatus ſub paterna avia Tertulla in prædiis Coſanis.* Popma.

36. *Quam ut certum videat.*] Germani adnotarunt Curium. Nos credimus ex *Curtium* Curtum factum eſſe errore illo, qui ſæpe in priſcis etiam codicibus invenitur, ut duabus vocalibus contractis altera deſideretur: quia antea multa exempla hujus maculæ prolata ſunt, non erimus nunc longiores: eundemque Curtium Poſthumum intelligere putamus, de quo paulò antè ſermo fuit. Hanc autem vim habere credimus hæc verba: quovis potius certè, quàm ut Curtium videat: ut intelligat ſe Domitium non reprehenſurum. Eat ille quò vult, modo ne Romam redeat: ubi Curtium videre cogeretur, qui tanto odio dignus eſt, ut ne ipſe quidem Cicero patronus eum aſpicere poſſit. *Patronus* autem, non *prorſus* omnes manuſcripti habent: ut neceſſe ſit aliquem intelligere, qui ab ipſo antea defenſus fuerit. Fuit etiam, quando in hac ipſa epiſtola ſic locum illum putarem legendum: *Hac qui in mea villa non feram, Curtum in curia potero ferre?* ut Curtum nomen ſit, non duæ partes orationis. Egerat autem paulò antè de illo, cùm eum ad ſe in villam ſuam veniſſe dixiſſet, *Fuit apud me Poſthumus; ſcripſi ad te quàm gravis.* Quòd autem antè ſe ſcripſiſſe dicit, his verbis de ejus levitate Atticum docuerat: *Vixdum epiſtolam tuam legeram, cum ad me, currens ad illum Poſthumus Curtius venit, nihil niſi claſſes loquens & exercitus: eripiebat Hiſpanias, tenebat Aſiam, Siciliam, Africam, Sardiniam: confeſtim in Græciam perſequebatur.* Sed quia vulgata lectio aliquem etiam ſenſum habebat, noluimus aliquid temerè facere: nec enim nobis tantum tribuimus, ut quidquid viſum ſemel ſit, ilico rectum eſſe ſtatuamus: rem autem qualis qualis eſt, attentius conſiderandam proponimus. Quod ſi hunc Poſthumum à Cicerone quandoque defenſum invenerimus, omnia fermè, quæ adhuc non parum ſcrupuli habent, certa & aperta erunt. *Victor.*

qui, 37 dum urbem, id eſt patriam, amamus, dumque rem conventuram putamus, ita nôs geſſimus, ut planè intercluſi captique ſimus. Scriptâ jam epiſtolâ, Capuâ litteræ ſunt allatæ hoc exemplo: Pompejus mare tranſiit cum omnibus militibus, quos ſecum habuit. hic numerus eſt hominum millia xxx. 38 & conſules, duo & tribuni plebis, & ſenatores, qui fuerunt cum eo, omnes cum uxoribus & liberis. Conſcendiſſe dicitur a. d. [r] IV. nonas Mart. ex ea die fuere 39 Septemtriones venti. naves, quibus uſus non eſt, omnes aut præcidiſſe, aut incendiſſe dicunt. de hac re litteræ L. Metello tribuno plebis [s] Capuam allatæ ſunt ab Clodia ſocru, quæ ipſa tranſiit. antè ſollicitus eram & angebar, 40 ſicut res ſcilicet ipſa cogebat, cùm conſilio explicare

r P. B. III. MSS.

s Capuâ MSS.

37. *Dum urbem amamus.*] Spe pacis ab hac ora Campana diſcedere nolui: quia ſperabam fore, ut apud illum meæ litteræ cohortationesque ad pacem plus valerent, ſi me bellicis negotiis non admiſcerem. ita mox Brundiſium ad Pompejum proficiſci non licuit, cum iter illud Cæſar intercluſiſſet. ep. I. *P. Manut.*

38. *Et conſules duo.*] Manutius hanc conjecturam tribuit docto viro, ſed illud ineptum. legendum *& conſules, & duo trib.* horum unus C. Caſſius. lib. VII. ep. 21. Nam cum dicimus *coſſ.* intelligimus duos; non autem tribuni, cum & cum Pompejo fuerint. *J. F. Gronov.* Quum viderem in hoc loco quid conſulerent viri docti ex notis Manutii, opinatus fui mutandam eſſe diſtinctionem tantum; quum & conſules per ſe intelligerentur non niſi duo; & τὸ *duo* ſine tranſpoſitione verborum optime referri poſſet ad ſequentia, in quibus τὸ *&* notat etiam. *Gronov.*

39. *Septemtriones venti.*] Plin. lib. II. cap. 47. qui contrarii ſunt navigantibus Brunduſio in Græciam. *Corrad.* Septemtriones ſunt tres Thraſcias, Aparctias, Aquilo. At Septentrio ventus κατ' ἐξοχὴν eſt Aparctias, interjectus in Thraſciam & Aquilonem, Gellio *Septentrionarius.* Vitruv. I, 6. *Itaque ſunt collocati inter Solanum & Africanum ab Oriente hiberno Eurus, inter Auſtrum & Favonium ab Occidente hiberno Africus, inter Favonium & Septentrionem Caurus, quem plures vocant Corum, inter Septentrionem & Solanum Aquilo.* Senec. V. Nat. 16. *A Septentrionali latere ſummus eſt Aquilo, medius Septentrio, imus Thraſcias.* Gronov. ad Liv. XXXVII, 12. *Gravius.*

40. *Sicut res ſcilicet ipſa cogebat, quo uti conſilio poſſem.*] Hic locus diminutus eſt & mutilus in noſtro antiquiore codice: ſic enim in eo ſcriptum eſt, *ſicut res ſcilicet ipſa cum conſilio poſſem.* In aliis autem manuſcriptis verbum illud (cogebat) legimus. Germani integriorem codicem hoc loco videntur habuiſſe: eam enim lectionem reſtituerunt, quam nos hic aptam & accommodatam ju-

plicare nihil poſſem: nunc autem, poſtquam Pompejus & conſules ex Italia exierunt, non angor, ſed ardeo dolore:

41 Οὐδέ μοι ἦτορ
Ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι·

non ſum, inquam, mihi crede, mentis compos; tantum mihi dedecoris admiſiſſe videor. 42 Mene non primùm cum Pompejo, qualicumque conſilio t uſo, deinde cum bonis eſſe, quamvis cauſâ temere inſtitutâ? præſertim cùm ii ipſi, quorum ego cauſâ timidiùs me fortunæ committebam, uxor, filia, Cicerones pueri, me v illud ſequi mallent? hoc turpe & me indignum putarent? nam Quintus quidem frater, quidquid mihi placeret, id rectum ſe putare ajebat, id animo æquiſſimo ſequebatur. tuas nunc 43 epiſtolas à primo lego. hæ me paullùm recreant. primæ monent & rogant, ne me

t uſus *MS.*

v illuc *alii.*

judicantes probavimus, in noſtrumque codicem tranſtulimus. *Victor.*

41. Οὐδέ μοι ἦτορ ἔμπεδον ἀλλ' ἀλάληται.] Legimus ex antiquiore noſtro libro, & ex Homeri emendatis codicibus ἀλαλύκτημαι, prima perſona. verba ſunt Homeri Iliad. κ. pronunciata ab Agamemnone cum Neſtore loquente. ἀλαλύκτημαι, autem, mente conturbor ſignificat, & ἀδημονῶ. Diſſentiunt de hoc verbo grammatici: quidam enim præteritum perfectum, quidam verò præſens tempus eſſe volunt. ſed hæc nunc curioſè tractare neceſſe non eſt: qui volet quicquid de hujuſcemodi rebus ſenſerint diligentiores grammatici ſcire, is eos autores adeat, quibus has quæſtiones explicare operæ pretium eſt, qui nec pauci ſunt, nec ignoti. *Idem.*

42. *Me ne non primum cum Pompejo; qualicunque conſilio, deinde cum bonis eſſe.*] Tò *ne* primus hic inculcavit P. Victorius, eumque ſecuti ſunt Boſius & Gruterus. Sed in Manut. Brut. Lambin. edd. nec non Balliol. & Helmſt. MSS. abeſt hæc vocula, quam & nos delevimus. Solent enim in admirationibus, indignatione & interrogationibus particulas, quibus hi motus animi exprimuntur, omittere frequenter meliores ſcriptores, ut ſupra notatum. *Gravius.*

43. *Epiſtolas a primo.*] Quidam legendum cenſent, *a prima:* ſed in omnibus noſtris eſt, *a primo.* quod cum ſcribit a primo tempore. hoc eſt, ab initio intelligit. ſic ep. II. lib. VIII. *Sed hoc a primo cogitavit, omnia maria movere.* Boſius. Pro a primo vulgo dicitur per ellipſin *primo*, Cicer. Philipp. II. *Sed tamen conſilium a primo reprehendendum, laudanda conſtantia.* Ubi ſuppoſuerunt *principio.* lib. XVI. ad Att. 7. *Utinam a primo ita tibi eſſet viſum.* lib. V. de Fin. *A primo quidem mirabiliter occulta natura eſt, nec perſpici, nec cognoſci poteſt.* Terent. Phorm. *Petam hinc, unde a primo*

me projiciam. proximæ te gaudere oſtendunt, me remanſiſſe. eas cùm lego, minùs mihi turpis videor, ſed tam diu, dum lego: deinde emergit rurſum dolor, & αἰσχροῦ φαντασία. quamobrem obſecro te, mi Tite, eripe mihi hunc dolorem, aut minue ſaltem, aut conſolatione, aut conſilio, aut quacumque re potes. quid tu autem poſſis? aut quid homo quiſquam? vix [x]Deus jam. Equidem illud molior, quod tu mones ſperasque fieri poſſe; ut mihi Cæſar concedat, ut abſim, cùm aliquid in ſenatu contra Cnæum agatur. ſed timeo, ne non impetrem. venit ab eo Furnius: ([y]ut quidem ſcias, quos ſequamur) [z]Q. Titinii filium cum Cæſare eſſe nuntiat: ſed illum majores mihi gratias agere, quàm vellem. quid autem me roget; (paucis ille quidem verbis, ſed ἐν δυνάμει) cognoſce ex ipſius epiſtolâ. me miserum; quòd tu non valuiſti: unà fuiſſemus: conſilium certè non defuiſſet;

Σύν τε δύ' ἐρχομένω.

ſed acta ne agamus: reliqua paremus. me adhuc hæc duo fefellerunt; initio ſpes compoſitionis; 44 quâ factâ vo-

x Deus. Jam eq. MS.
y & quid MSS.
Pag. CXXXIX.
z qui Titi alii

primo inſtitui. Gronov. ad Senec. de Vit. Beat. 7. ubi vide plura & Gaſp. Sciopp. in Paradoxis litterariis ep. 1. *Gravius*.

44. *Quâ factâ volebam ut populari, &c.*] Hic locus valdè mendoſus eſt, veteribus codicibus nullum mihi auxilium adferentibus. quid facerem aliud non habui, quàm ut ad hunc verſum notam adponerem, quæ perverſum eſſe & deminutum doceret: ea tamen aliter, ac nos ſtatueramus, aliquantulo inferius negligentiâ librariorum lapſa eſt. *Victor*. Edidi ex fide Decurtati, *quâ factâ volebam uti populari vitâ ſollicitudine ſenectutem noſtram liberanti*. Antea depravate legebatur, *ut*, pro, *uti*, pro, *vita*, *ut ea*, & pro, *liberanti*, *liberari*. in nonnullis etiam libris excuſum erat, *videbam*, pro *volebam*. Boſius. Probanda eſt hæc Boſii emendatio; ſed pro *liberanti* Balliol. & Helmſt. MSS. P. Victor. Manut. Lambin. Brut. edd. *liberari*. quod omninò retinendum. Totus locus ſic eſt ſcribendus: *Quâ factâ volebam uti populari vitâ, & ſollicitudine ſenectutem noſtram liberari*. Nemo puto repugnabit, qui inſpexerit veterum codicum ſcripturam, quam viri docti ſuperius protulerunt, & pleræque præ ſe ferunt editiones. Pro *ita* habent *ut ea*. Hæc vitioſa lectio extrivit copulam, quâ ſolâ inſertâ locus perſanatus eſt. Popularis vita Ciceroni eſt, qua populus utitur ſine honoribus & dignitatibus vivens in otio. Dicit Cicero, ſe, ſi hæc bella civilia fuiſſent compoſita, non ambiturum magiſtratus, ſed in otium ſe abditurum, ut ſenectus libera ſit ab hac ſollicitudine partes optimatium tuendi & metu periculorum, quæ ab adverſa factione populari illis impendeant; qui acres nimis

volebam uti populari vitâ, ſollicitudine ſenectutem noſtram liberanti: deinde bellum crudele & exitioſum ſuſcipi à Pompejo [a] intelligebam. Melioris mediusfidius civis & viri putabam, quovis ſupplicio affici, quàm illi crudelitati non ſolùm præeſſe, verùm etiam intereſſe. videtur vel mori ſatiùs fuiſſe, quàm eſſe cum iis. Ad hæc igitur cogita, mi Attice, vel potiùs excogita. quemvis eventum fortiùs feram, quàm hunc dolorem.

a non intell. *Lamb. & alii.*

CÆSAR IMP. S. D. CICERONI IMP.

Cum Furnium noſtrum tantùm vidiſſem; neque loqui, [45] *neque audire meo commodo potuiſſem; properarem atque eſſem in itinere, præmiſſis jam legionibus; præterire tamen non potui, quin & ſcriberem ad te, & illum mitterem, gratiaſque agerem: etſi* [b] *hoc & feci ſæpe &* [c] *ſæpius mihi facturus videor; ita de me mereris. in primis à te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem venturum, ut te ibi videam; ut tuo conſilio, gratiâ, dignitate, ope omnium rerum uti poſſim. Ad propoſitum revertar: feſtinationi meæ brevitatique litterarum ignoſces. reliqua ex Furnio cognoſces.*

b *hoc officium* & alii.
c *ſæpe* alii.

EPISTOLA VII.

P. B.

CICERO ATTICO S.

Scripſeram ad te epiſtolam, quam darem IV. id. ſed eo die is, cui dare volueram, non eſt profectus. venit autem eo ipſo die ille [d] celeripes, quem Salvius dixerat: attulit uberrimas tuas litteras, [46] quæ mihi quid-

d celeriter-pes *MS.*

ſint in ſuis partibus defendendis, uti fecerit adhuc ipſe. *Grævius.*

45. *Neque audire me commode potuiſſet.*] *Meo commodo potuiſſem* Faërnus, à quo accepit Lambinus. *Urſin.*

46. *Quæ mihi quiddam quo ſtarem inſtillarunt.*] Et hunc etiam locum depravatum eſſe cenſuimus. ſcripturam autem noſtri melioris codicis hic ponemus, ut quàm inquinatus ſit, omnes videre queant: & ut alii etiam quam poſſunt opem ei adferre conentur: eſt autem hæc, *quæ mihi quiddam qua ſtant muta eſt illiarunt.* Victor. *Quaſi animulæ reſtillarunt.*] Expreſſi ſcripturam Decurtati, *quaſi animulæ reſtillarunt:* cujus lectionis veſtigia quædam, ſed obſcura & perturbata, exſtant in Tornæſiano in hunc modum, *quæ mihi quiddam qua ſtant muta reſtillarunt.* cum ait, *reſtillarunt*, ſigni-

quiddam quaſi animulæ reſtillarunt. recreatum enim me non queo dicere: ſed planè τὸ συνέχον effeciſti. ego enim non jam id ago, mihi crede, ut proſperos exitus conſequar: ſic enim video, nec duobus his vivis; nec hoc uno, nos umquam rempublicam habituros. ita neque de otio noſtro ſpero jam, nec ullam acerbitatem recuſo. unum illud extimeſcebam, ne quid turpiter facerem, vel, dicam; jam effeciſſem. ſic ergo habeto, ſalutares te mihi litteras miſiſſe: neque ſolùm has longiores, quibus nihil poteſt eſſe explicatius, nihil perfectius; ſed etiam illas breviores, in quibus hoc mihi jucundiſſimum fuit conſilium factumque noſtrum à Sexto probari: pergratumque mihi tu feciſti, à quo diligi me, &, quid rectum ſit, intelligi, ſcio. Longior verò tua epiſtola non me ſolum, ſed meos omnes ægritudine levavit. itaque utar tuo conſilio, & ero in Formiano; ne aut ad urbem ἀπάντησις mea animadvertatur; aut, ſi nec hîc, nec illic eum videro, devitatum ſe à me putet. Quod autem ſuades, ut ab eo petam, ut mihi concedat; ut idem tribuam Pompejo, quod ipſi tribuerim, id me jam pridem agere intelliges ex litteris Balbi & Oppii, quarum [e] exempla tibi miſi: miſi etiam Cæſaris ad eos ſanâ mente ſcriptas; 47 quo modo in tanta inſania. ſin mihi Cæſar hoc non concedat; video tibi placere [f] illud, me πολίτευμα de pace ſuſcipere: in quo non extimeſco periculum. cùm enim tot impendeant, cur non honeſtiſſimo [g] 48 depeciſci velim? ſed vereor, ne Pompejo quid oneris imponam;

Μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου

In-

e exemplum MSS.

P. CXL.

f illud non *eſt in aliis.*

g *alii* depaciſci.

ſignificat denuo inſtillarunt, quod jam anima quodammodo effluxiſſet. *Boſius.* *Mihi quidam quaſi animula reſtillarunt.*] Hæc eſt ſcriptura Decurtati; cujus lectionis veſtigia quædam exſtant in Tornæſiano & Victoriano; in illo quidem in hunc modum, *mihi quiddam qua ſtant muta teſtiliarunt:* in hoc vero in iſtum, *mihi quiddam qua ſtant muta eſt illi arunt.* Adrian. Turnebus lib. 1. cap. 21. conjicit, *mihi quiddam quaſi animi à te inſtillarunt*, vel *quaſi animata.* Lambinus ſic propius ad ſcripturam antiquam, *mihi quiddam quaſi animula inſtillarunt.* Cleric.

47. *Quomodo in tanta inſania.*] Delenda eſt rogandi nota; ut ſenſus ſit: Sana mente ſcriptas, quo modo in tanta inſania ſcribi potuit. ut non prorſus ſana mente ſcriptas affirmet: ſed præ inſania illius, ſana mente. *Malaſp.*

48. *Depeciſci.*] *Depectus*, eſt turpiter pactus. Hinc illum corripuerunt

Vali-

intorqueat. mirandum enim in modum Cnæus noſter Sullani regni ſimilitudinem concupivit. 49 εἰδώς σοι λέγω. nihil [h] ille umquam minùs obſcurè tulit. cum hocne igitur, inquies, eſſe vis? beneficium ſequor, mihi crede, non cauſam, ut in Milone, 50 ut in. [i] ſed hactenus. Cauſa igitur non bona eſt? immo [k] optima: ſed agetur (memento) fœdiſſimè. primùm, conſilium eſt, ſuffocare urbem & Italiam fame; deinde, agros vaſtare, urere, pecuniis [l] locupletum [m] non abſtinere. ſed, cùm [n] eadem metuam ab hac parte; ſi illinc beneficium non ſit, rectiùs putem quidvis domi perpeti. ſed ita meruiſſe illum de me puto, ut *ἀχαριστίας* crimen ſubire non audeam. quamquam à te ejus quoque rei juſta defenſio eſt [o] explicata. 51 De triumpho tibi aſſentior: quem quidem totum facilè & libenter abjecero. egregiè

h unq. ille *MS.* inquam, ille min. *alii.*
i ſed hæc hac. *alii.*
k opt. eſt *MS.*
l locupletium *alii.*
m non *deeſt in MS.*
n hæc ead. *MS.*
o explicita *alii.*

Valla & Nizolius, & *depiciſci* apud Cicer. & alios in bonam & malam partem accipi. Sed ſemper aliquid ſubeſt turpitudinis, ſi non in re, at in mala & iniqua conditione II. de Inv. 24. pro Sext. Roſc. 38, 39. & III. Verr. 60. Ter. Phorm. I, 2, 3. *J. F. Gronov.*

49. *Εἰδότι λέγω*] Scripſimus *εἰδώς σοι λέγω* ex antiquis exemplaribus: quam lectionem Germani etiam agnoſcunt: ut dicat, Niſi hoc rectè ſcirem, non tantopere affirmarem. non erat autem facile hoc perſpexiſſe cùm eſſet naturâ tectus Pompejus, ſoleretque aliud ſentire, aliud loqui. Ex priore etiam lectione egregius ſenſus elicitur: dicerem melior, niſi me pudor vetaret, dignitati veterum monimentorum, & quaſi mihi ipſi, qui illis tantum tribuerim, contradicere. Eſt enim proverbium ſatis frequens, *εἰδότι λέγειν*, id eſt, rem quampiam alicui narrare, qui eam optimè ſciat, quaſi hoc Atticus (cùm non, ut ſolebat, res ſuas Pompejus, ita hoc quoque obſcurè tuliſſet) animadvertiſſe & ipſe potuerit. *Victor.*

50. *Ut in.*] Fortaſſe dicturus fuit, ut in Gabinio: quem cum odio perſequeretur, & nocentem putaret, rogatus tamen à Pompejo, de ſe optimè merito, defendit. quo judicio Gabinius condemnatus: quoniam cauſſa non juſta, ut & Milonis. Dio lib. XXXIX. Idque ſignificant illa in epiſtola ad Marium, Fam. ep. I. lib. VII. *Cogor nonnunquam homines, de me non optimè meritos*, rogatu eorum, qui bene meriti ſunt, defendere. *P. Manut.*

51. *De triumpho.*] Valde placet, quod ſcribis ad hoc utilem eſſe triumphi petendi ſimulationem, ut dum videor hoc agere, extra urbem ſim: ſerio enim petendi nullo deſiderio ardeo. Sed ideo probo, quia commode caſurum videtur, ut dum ego moror, cunctor, ſpem facio me petiturum, aperitur mare, & ſine cujuſquam ſuſpicione nanciſcar tempus & facultatem navigandi. *J. F. Gronov.*

Ὅπον

giè probo fore, ut, dum [p] agamus, [52] ὁ πλοῦς ὡραῖος obrepat: ſi modò, inquis, ſatis ille erit firmus. eſt firmior etiam quàm putabamus. de iſto licet bene ſperes. promitto tibi, ſi valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. tene igitur ſocio? contra mehercule meum judicium & contra omnium antiquorum auctoritatem: nec tam [q] ut illa adjuvem, quàm ut hæc ne videam, cupio diſcedere. noli enim putare tolerabiles horum inſanias, nec uniusmodi fore. [53] etſi quid te horum fugit? [54] legibus, judiciis, ſenatu ſublato, libidines, audacias, ſumptus, egeſtates tot egentiſſimorum hominum, nec privatas poſſe res, nec rempublicam ſuſtinere. Abeamus igitur [r] inde qualibet navigatione: etſi id quidem, ut tibi videbitur: ſed certè abeamus. ſciemus enim, id quod exſpectas, quid Brundiſii actum ſit. Bonis viris quòd ais probari, quæ adhuc fecerimus, ſcirique ab iis [s] nos non profectos, valde gaudeo; ſi eſt nunc ullus gaudendi locus. De Lentulo inveſtigabo diligentiùs: id mandavi Philotimo, homini forti ac nimiùm optimati. Extremum eſt, ut tibi argumentum ad ſcribendum fortaſſe jam deſit. nec enim aliâ de re nunc ulla ſcribi poteſt; [t] & de hac quid jam amplius inveniri poteſt? ſed quoniam & ingenium ſuppeditat, (dico mehercule, ut ſentio) & amor, quo & [v] meum in-

p vagamur *Malaſp. Lamb.*

q utilia adj. *MS.* ut illum *alius MS.*

P. B.

r inde *Manut. delet.* hinc *MS.*

s non profectis *alii malè.*

t ne hac quidem ampl. *MS.*

v meum *deeſt in MS.*

52. Ὅπως ὡραῖος.] Vetuſta lectio ὁ πλοῦς ὡραῖος, id eſt idonea bella navigatio. Infrà autem inquit: *Abeamus igitur inde qualibet navigatione.* Id eſt etiam fœda & μὴ ὡραίᾳ: etſi enim idonea tempeſtas non obrepſerit, abeamus tamen, ne diutius horum ſcelera & inſaniam videre cogamur. Videtur autem ſe corrigere, quòd ſuprà ſe opportunam & bonam navigationem quaſi exſpectaturum eſſe dixerat. Utitur autem & in xv. lib. harum epiſtolarum hac Græca voce, cum inquit: *Hic autem quantus πλοῦς: ſed videbimus.* Victor.

53. *Etſi quid te horum fugit.*] Liber Maffei atque item Octavii, notam interrogationis appictam habent: ut ſit quaſi recorrectio διὰ μέσου. Mitto quod proximo ſuperiore verſu, *Tolerabilis* ſcriptum eſt in vetuſtis libris, pro *Tolerabiles*, cujus generis innumerabilia ſunt: ut nulla fere pagina ſit, in qua non horum aliquid inveniatur. *Malaſp.*

54. *Legibus.*] Cum leges, judicia & prætorem, Senatum, nemo metuat, homines tam profuſæ libidinis, tam projectæ audaciæ, tam perditæ luxuriæ, tam jejunos & avidos habendi, quales ſunt cum Cæſare, nec privatorum pecuniæ, nec populi R. patrimonium ſatiare poſſunt. *J. F. Gronov.*

ingenium incitatur; perge, ut facis, & ſcribe, quantum [x] potes. In Epirum quòd me non invitas, comitem non moleſtum, ſubiraſcor: ſed vale. nam, ut tibi ambulandum, ungendum, ſic mihi dormiendum. etenim litteræ tuæ mihi ſomnum attulerunt.

x poteſt MS.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

CENANTIBUS [y] pridie idus nobis, ac noctu quidem, Statius à te epiſtolam brevem attulit. De L. Torquato [z] quòd modò quæris, non modò Lucius, ſed etiam [a] Aulus profectus eſt, [55] alter multos D. De Reatinorum coronâ quòd ſcribis, moleſtè fero in agro Sabino ſementem fieri proſcriptionis. [56] Senatores multos eſſe Romæ, nos quoque audieramus. ecquid potes dicere, cur exierint? in his locis opinio eſt, conjecturâ magis, quàm nuntio, aut litteris, Cæſarem Formiis a. d. XI. kal. Apr. fore. hîc ego vellem habere Homeri illam illam Minervam ſimulatam Mentori, cui dicerem:

Μέντορ πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν;

nullam rem umquam difficiliorem cogitavi. ſed cogito tamen; nec ero, ut in malis, imparatus. ſed cura, ut valeas. puto enim diem tuum heri fuiſſe.

y *alii* II.
z quid *alii*.
a *ita Vict. alii* Paulus.
P. CXLI.

CÆSAR OPPIO, CORNELIO S.

GAUDEO *mehercule vos ſignificare litteris, quàm valde probetis ea, quæ apud Corfinium ſunt geſta. conſilio veſtro utar libenter, & hoc lubentiùs, quòd meâ ſponte*

55. *Alter multos D.*] Eſt hoc à Decurtato. Boſius in nullo mſ. lectionem vulgatam, *alii multi*, reperit. in Tornæſiano erat, *alter multos*; nota *D.* aberat. *Cleric.*

56. *Senatorum nullos.*] Emendavi autoritate eorundum librorum & ratione ipſa motus, *ſenatores multos*, magis enim mirandum erat multos ejus ordinis eſſe Romæ, cum ferè omnes à Pompejo relicta urbe diſceſſiſſent: ſed poſtea rebus ipſius adverſis animo fracti, demum illo Italiâ pulſo in urbem redibant. Suprà etiam pro *Paulus*, *Aulus* ſcripſi, qui manifeſtus erat error in cunctis vulgatis. A. autem hunc Torquatum conſolatur ſuis litteris Cicero, qui poſt victoriam Cæſaris diu Athenis manſit. *Victor.*

57. Ex

ſponte facere conſtitueram, ut quàm leniſſimum me præberem; & Pompejum, darem operam, ut reconciliarem. tentemus hoc modo, ſi poſſumus omnium voluntates [b] *recuperare, & diuturnâ victoriâ uti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt,* [c] *neque victoriam diutiùs tenere, præter unum L. Sullam, quem imitaturus non ſum. hac nova ſit ratio vincendi; ut miſericordiâ & liberalitate nos muniamus. id quemadmodum fieri poſſit, nonnulla mî in mentem veniunt, & multa reperiri poſſunt. De* [d] *rebus, rogo vos, ut cogitationem ſuſcipiatis.* [e] *Cn. Magium, Pompeji præfectum, deprehendi.* [f] *ſcilicet meo inſtituto uſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. jam duo præfecti fabrûm Pompeji in meam poteſtatem venerunt, & à me miſſi ſunt. ſi volent grati eſſe, debebunt Pompejum hortari, ut malit mihi eſſe amicus, quàm his, qui & illi & mihi ſemper fuerunt inimiciſſimi: quorum artificiis effectum eſt, ut reſpublica in hunc ſtatum perveniret.*

b *reciperare* MS.
c *nec* alii.
d alii *his reb.*
e alii *Helvium.*
f *ſed & meo* MSS.

BALBUS CICERONI IMP. S.

P. B.

[g] S. V. B. E. *Poſtea quàm litteras communes cum Oppio ad te dedi, ab Cæſare epiſtolam accepi, cujus exemplum tibi miſi;* [57] *ex quibus perſpicere poteris, quam cupiat concordiam, & Pompejum* [h] *reconciliare, & quàm remotus ſit ab omni crudelitate: quod eum ſentire, ut debeo, valde gaudeo. De te, & tua fide, & pietate idem mehercule, mi Cicero, ſentio, quod tu; non poſſe tuam famam & officium ſuſtinere, ut contra eum arma feras, à quo tantum beneficium te accepiſſe prædices. Cæſarem hoc idem probaturum, exploratum, pro ſingulari ejus humanitate, habeo: eique cumulatiſſimè ſatisfacturum te* [i] *certè ſcio, cùm nullam partem belli contra eum* [k] *ſuſcipias, neque ſocius ejus adverſariis fueris. atque hoc non ſolùm in te, tali & tanto viro, ſatis habebit, ſed etiam mihi ipſe* [58] *ſua conceſſit voluntate, ne in iis caſtris eſſem, quæ con-*

g alii *Subito poſtea.*
h *conciliare* MS.
i *certo* alii.
k *ſuſceperis* alii.

57. *Ex quibus.*] Σολοικοφανές. nam, *ex quibus*, refertur ad epiſtolam. credo, cum & litteras, & epiſtolam Balbus nominaſſet: eâdem diverſorum nominum ſignificatione deceptum, illud, *Ex quibus*, ut de litteris, non ut de epiſtola, protuliſſe. *P. Manut.*

58. *Sua conceſſit voluntate.*] Sic prorſus legendum eſt, *ſua voluntate* autem, id eſt, ſua ſponte: ſua bonitate enim ferri non po-

teſt,

contra Lentulum, aut Pompejum futura eſſent; quorum beneficia maxima haberem: ſibique [l] *ſatis eſſe dixit, ſi* [m] *rogatus urbana officia ſibi præſtitiſſem, quæ etiam* [n] *illi, ſi vellem, præſtare poſſem. itaque nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, ſuſtineo; meumque officium, fidem, pietatem his præſto. ſed mehercule* 59 *rurſus* [o] *jam abjectam compoſitionis ſpem non deſperatiſſimam eſſe puto; quoniam Cæſar eſt ea mente,* [p] *qua optare debemus. hac re mihi placet, ſi tibi videtur, te ad eum ſcribere, & ab eo præſidium petere, ut petiſti à Pompejo, me quidem approbante, temporibus Milonianis. præſtabo (ſi Cæſarem bene novi) eum prius tuæ dignitatis,* [q] *quàm ſuæ utilitatis rationem habiturum. Hæc quàm prudenter tibi ſcribam, neſcio; ſed illud certè ſcio, me ab ſingulari amore* [r] *ac benivolentiâ, quæcumque ſcribo, tibi ſcribere: quòd te* (60 *ita, incolumi Cæſare, moriar) tanti facio, ut paucos æque ac te caros habeam. De hac re cùm aliquid conſtitueris, velim mihi ſcribas. nam non mediocriter laboro,* [s] *ut utrique, ut vis,* [t] *tuam benivolentiam præſtare poſſis: quam mehercule te præſtaturum confido. Fac* [v] *valeas.*

l Ita Vict. alii *ſatis dixit.*
m alii *rogatus.*
n *illis* alii.
o *tam* MSS. & edd. vett.
p *quam* MSS.
q tres seqq. voces deſunt in MSS.
P. CXLII.
r *ac* deeſt in MSS.
s *utique* MSS.
t *tuam* deeſt in MSS.
v *ut val.* Græv.
x IMPER. SAL. *MS.*

BALBUS ET OPPIUS. [x] S. D. M. CICERONI.

NEDUM *hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam ampliſſimorum virorum conſilia ex eventu, non ex*

ceſt, quamvis Malaſpina probet. Nam ſermonis Latini ratio poſtulat, ut ſcriberetur, *pro ſua bonitate.* noſtri quidem libri omnes habent, *voluntate.* Lamb. Publicæ editiones, *bonitate:* manuſcripti noſtri, ut edidimus, *voluntate.* Boſius.

59. *Rurſus tam abjectam.*] *Jam abjectam*, malim legere. *Corrad.* Anton. *tam abjectam.* Ego, *Jam abjectam.* Principio enim homines ſperarunt fore, ut aliquid inter eos conveniret: ſed eo deinde progreſſa res eſt, ita ad arma uterque incitatus, ſpes ut jam nulla videretur eſſe compoſitionis. Nunc Balbus humanitate & clementiâ Cæſaris commotus, in ſpem pacis, quam omnes videbantur abjeciſſe, rurſum venit. Locus oportunus fuit ad corruptelam, unius tantum litteræ, atque ejus perſimilis mutatione factâ. *Malaſp.*

60. *Ita, incolumi Cæſare, moriar.*] Formula jurandi per ſalutem Cæſaris, per quam jurare ſolebant: ſicut & per Genium poſt mortem ejus: quod Senatus decreto ſancitum fuiſſe refert Dion lib. XLIV. ubi etiam de percuſſoribus; per cujus, inquit, Salutem & per Genium juraverant. Inde manavit manſitque ſolemnis mos jurandi per ſalutem principis. cujus meminerunt Suetonius Ca-

ex voluntate, à pleriſque probari ſolent. tamen freti tua humanitate, quod veriſſimum nobis videbitur, de eo, quod ad nos ſcripſiſti, tibi conſilium dabimus: quod ſi non fuerit prudens, [y] at certè ab optima fide & optimo y & alii.
animo proficiſcetur. 61 *Nos, niſi id, quod noſtro judicio Cæſarem facere oportere exiſtimamus, ut* [z] *ſimul Romam* z. *ſimulac.*
venerit, agat de reconciliatione gratiæ ſuæ & Pompeji, id alii.
eum facturum ex ipſo cognoviſſemus, te hortari [a] *deſinere-* a *ut deſin.*
mus, ut velles iis rebus intereſſe, quò faciliùs & majo- *vell.* MSS.
re cùm dignitate per te, qui utrique es conjunctus, res tota confieret: aut, ſi ex contrario putaremus Cæſarem id non facturum, & eum velle cum Pompejo bellum gerere ſciremus; numquam tibi ſuaderemus, contra hominem, optimè de te meritum, arma ferres; ſicuti te ſemper oravimus, ne contra Cæſarem pugnares. ſed cùm [b] *etiamnum,* b *etiam*
quid facturus Cæſar ſit, magis opinari, quàm [c] *ſcire* *nunc* alii.
poſſimus: non poſſumus, niſi hoc; non videri eam tuam c *ſcire non*
eſſe dignitatem neque fidem omnibus cognitam, ut con- *poſſ. niſi* MS.
tra alterutrum, cùm utrique ſis maximè neceſſarius, P. B.
arma feras: & hoc, non dubitamus, quin Cæſar pro ſua humanitate maximè ſit probaturus. nos tamen (ſi tibi videbitur) ad Cæſarem ſcribemus, 62 *ut nos certiores faciat, quid hac re acturus ſit: à quo ſi erit nobis reſcriptum, ſtatim, quæ ſentiemus, ad te ſcribemus: & tibi fidem faciemus, nos ea ſuadere, quæ nobis videntur tuæ* [d] *dignitati, non Cæſaris* [e] *actioni, eſſe utiliſſima: &* d *utilitati*
hoc Cæſarem, 63 *pro ſua indulgentia in ſuos, probaturum* MS.
putamus. e *rationi* alii.

EPI-

Caligula, Tertullianus Apologet. Juriſconſulti in lib. I. tit. De Jurejurando. Porro huic formulæ ſimilis eſt illa Senecæ lib. IV. Controverſiarum: *Ita mihi ſuperſtite filio mori liceat.* Popma.

61. *Nos, niſi id, quod noſtro judicio.*] Codd. Memmiani neque, *nos*, habent, neque, *id*; verumtamen, *id*, funditus quidem delet Lambinus, *nos*, autem retinet, quia in aliis libris reperitur. *Cleric.*

62. *Ut nos certiores faciat, quid in hac re facturus ſit.*] Balliol. *ut nos hac re certiores faciat, quid acturus ſit.* paullo corruptius Helmſtadienſis, ſed ut veſtigia veræ ſcripturæ retineat: *ut nos ac te certiores faciat, quid acturus ſit. Hac re* omnino retinendum, quod excidit, & poſtea locum mutavit. Sic ep. præc. *Hac re mihi placet ſi tibi videtur.* Grævius.

63. *Pro ſua indulgentia in ſuos.*] Balliol. Helmſt. cum nonnullis editis: *pro ſua indulgentia in nos.* non male. Præſtaret etiam *ra-*

 tioni

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

f *alii* tres. g iduum *alii.* h volunta- ti *MSS.* i attinge- re? *Brutus & alii.* k dicta *alii.*

[f] TRIS epiſtolas tuas accepi poſtridie [g] idus. erant autem IV, III. pridus idus datæ. igitur antiquiſſimæ cuique primùm reſpondebo. Aſſentio tibi, ut in Formiano potiſſimùm commorer: 64 etiam de ſupero mari; palpaboque, ut antea ad te ſcripſi, ecquonam modo poſſim, [h] voluntate ejus, nullam reipublicæ partem [i] attingere. Quòd laudas, quia obliviſci me ſcripſi ante facta & [k] delicta noſtri amici: ego verò ita facio, quin ea ipſa, quæ à te commemorantur 65 ſecus ab eo in

tioni ſcribere, quàm *actioni*, ſed hoc præ ſe ferunt libri veteres, inter quos & Balliol. & Helmſt. *Gravius.*

64. *Feſtivo enim ſimillimus decurro.*] Hunc locum non parvis argumentis cenſui depravatum eſſe: quare antiquam ſcripturam etſi inquinatam & corruptam, in noſtrum librum transtuli: ut poſſint vires ingenii ſui doctiores in ea purganda experiri. Eſt etiam non multò ſuprà in hac epiſtola alter locus non parum mihi ſuſpectus, quem tamen non variavi. non alienum autem puto eſſe hîc docere quàm diverſam in noſtro meliore probatioreque exemplari lectionem habeamus: ſic in vulgatis: *Et jam de ſupero mari perlabor, ut antea ad te ſcripſi.* In eo autem, *plaboque*, ubi illi *perlabor*. priſca igitur lectio deformata non parum eſt. Eſt autem accuratè videndum an hoc etiam, quod receptum eſt, *perlabor*, ſubditiium ſit & ſuppletum à quopiam: ut aliquis ſenſus qualis qualis eſſet, illinc eliceretur: magis enim moleſtos & periculoſos eos errores puto, qui tecti ſunt, & prima ſpecie multos cum mundi integrique appareant, fallere poſſunt: de his tamen quisque pro ſuo ingenio judicet. *Victor.* *Etiam de ſupero mari plaboque.*] Faërnus ex libro manuſcripto corruptam vocem *plaboque* in *pralabor*, mutabat: & *poſſim* pro *poſſem* paulo poſt legebat. pro *et jam*, *etiam* eſt in uno manuſcripto. *Urſin.* *Palpaboque.*] Hæc eſt ſcriptura Decurt. Beſſarion. & Cavalc. Aliorum libri, *plaboque*, ex quo Faërnus *pralabor* faciebat. Vulgò *perlabor*. Manutius legit, *Balboque, ut antea ad te ſcripſit, ecquonam modo &c.* Lambinus ferè ita, niſi quod particulam, *ut*, omittit. *Cleric.*

65. *Secus ab eo in me ipſum facta eſſe non memini.*] Subdiſtinctio poſt *eſſe* adſcribenda. Quin inquit, quæ ab eo in me ipſum facta fuiſſe ſcribo, oblitus ſum, ac meminiſſe nolo. *Secus* vero, valet aliter: ſed plena locutio eſſet, ſi, quam oportet, aut quid tale adderetur. Plautus in Cæco, ut eſt apud Soſipatrum: *Nihil feci ſecus, quàm me decet.* Hoc eodem ſenſu dictum eſt ſupra lib. III. ep. 20. *Quod me vetus quicquam ſuſpicari accidiſſe ad animum tuum, quod ſecus*

in me ipſum facta eſſe, non memini: tanto plus [l] ad me valere beneficii gratiam, quàm injuriæ dolorem, volo. faciamus igitur, ut cenſes, colligamusque nos. [66] σοφιςεύω enim, ſimul ut rus decurro, [m] atque in decurſu θέσεις meas commentari non deſino. ſed ſunt quædam earum perdifficiles ad judicandum. De optimatibus, [67] ſit ſanè ita, ut vis: ſed noſti illud, [68] Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Titinii filius apud Cæſarem eſt. Quòd autem quaſi vereri videris, ne mihi tua conſilia diſpliceant; me verò nihil delectat aliud, niſi conſilium & litteræ tuæ. quare fac, ut oſtendis, ne deſtiteris ad me, quidquid tibi in mentem venerit, ſcribere. mihi nihil poteſt eſſe gratius. Venio ad alteram nunc epiſtolam. Rectè non credis de numero militum. ipſo dimidio plus ſcripſit Clodia. falſum etiam de corruptis navibus. Quòd conſules laudas; ego quoque animum laudo, ſed conſilium reprehendo. diſperſu enim illorum actio de pace ſublata eſt; quam quidem ego meditabar. itaque poſtea Demetrii librum de concordia tibi remiſi, & Philotimo dedi. nec verò dubito, quin exitioſum bellum impendeat, cujus initium [n] ducetur à fame. & me tamen doleo non intereſſe huic bello; in quo tanta

l apud alii.

m atque curſu alii.

P. CXLIII.

n ducetur MSS.

ſecus a me erga te commiſſum, aut prætermiſſum videretur, &c. Secus, illum, pro juxta illum, Soſiparer barbarum putat. *Malaſp.*

66. *Feſtivè enim ſimili urus decurro.*] Pro *urus* Ant. Auguſtinus reponit *vultu*, paulo poſt pro *diſceſſu* eſt *diſperſione* in libro manuſcripto. *Urſin.* *Σοφιςεύω enim, ſimul ut rus.*] Partim conjecturâ, partim ope Decurtati, qui hæc verba ſic refert, *ſofeſtivo enim ſimul ut rus decurro, atque in decurſu &c.* Ita emendavit Boſius, idque laudante Junio. Beſſarionis, Cavalc. Tornæſ. & aliorum libri, *feſtivo enim ſimili urus decurro.* Ant. Auguſtinus *urus*, in, *vultu*, mutabat: Ex hac tamen lectione Lambinus & Turnebus d. cap. 21. ſententiam aliquam probabilem elici poſſe putant, vulg. *feſtive enim ſimillimus decurro.* Cleric.

67. *Sit ſane*] Pro *ſit* ſcribendum *ſint*. quia ſupra negaverat eſſe illos ep. 1. pro illis aliquid contra dixerat Atticus: ſint igitur (inquit Cicero) boni viri, quales eſſe vis: ſed noſti illud quod Lacedæmonii Philippo gravi & minanti reſcripſerunt: *Dionyſius Corinthi*: & illos idem eſſe Romæ puta, excluſos à negotiis, & à rep. remotos & tam vacuos, ut ſcholas habere poſſint. *J. F. Gronov.*

68. *Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ.*] *Dionyſius Corinthi.* eſt enim turpe viro ſemper in Rep. verſato ita quieſcere, ut ludum aperuiſſe, quod fecit Dionyſius Corinthi, videri poſſit ep. 18. lib. IX. Fam. *Corrad.*

69. *Dio-*

tanta vis ſceleris futura eſt, ut, cùm parentes non al
nefarium ſit, noſtri principes antiquiſſimam & ſancti
mam parentem, patriam, fame necandam putent.
que hoc non opinione timeo, ſed interfui ſermonib
omnis hæc claſſis Alexandria, 69 Colchis, Tyro, Si

69. *Diolcis, Tyro, Sidone.*] Ex conjectura ſic legendum ſtat
& ordo poſtulat. Διολκὸν appellant Græci tractum ſinus in m
inter litora duo obverſa atque oppoſita: quemadmodum ὁ Διολ
in Peloponneſo locus a Lechæo Cenchreas uſque dicebatur.
ſunt autem plerique ſinus in Ægypto ad Nili oſtia: in primis
utrumque Sebennyticum pſeudoſtomum, influente Athribi
fluvio & ſinum efficiente (nam utrumque Sebennyticum vo
Herodotus) quorum prius Ptolemæo Pineptimi pſeudoſtomu
poſterius vero Diolcos pſeudoſtomum eſt dictum. Atque hi
dem Diolci, ſententiâ meâ, extra quos Cyrenas verſus ſita
Alexandria. Nam Colchi nihil ad rem maritimam, nihil
hunc locum. *Junius.* *Colchis.*] Extremam vocem nonnulli mu
in *Diolcis.* fruſtra. Claſſis Colchica eadem cum Pontica: quæ
Imperatoribus erat ibi ordinaria ad tuendam Ponti oram. T
tus Hiſtor. 11 *Claſſem e Ponto Byzantium adigi juſſerat.* Egeſi
belli Judaici 11. *Mæotica regna Boſporiumque omnes Romano ſu
ciuntur imperio, & illud ante innavigabile pelagus quadraginta n
in portu exercent.* Popma. Potuit per Colchicas naves intellig
Cicero Ponticas, quas imperavit Pompejus Ponticis gentib
quæ juris Romani erant, & forte etiam Regibus, qui com
majeſtatem populi Romani venerabantur, qualis fuit Pharna
Mithridatis magni filius, qui beneficio Pompei Boſporan
regnum tenebat, ut teſtatur Appianus lib. 11. Civil. Bell. &
Reges & Præfecti illius oræ, quos victo Mithridate ibi Pomp
ordinavit. vid. Strab. lib. XI. Sed non hæc trahenda ad claſſem
lam, quæ ab Imperatoribus in ore Ponti erat locata. Nu
enim ibi fuit cum libera eſſet reſpublica, niſi cum illuc mitterе
urgente neceſſitate, ut tempore belli piratici, de ordinaria cl
Pontica, Romanis militibus & claſſiariis ornata loquitur Taci
& Egeſippus, ſed quid tricamur? ab ipſis Colchis, & eor
præfecto Polemone, quem ipſe inſtituerat Pompejus, cur
naves arceſſere potuit Pompejus, cum materia navibus ſtruen
illa ora abundaret? de Colchide Strabo lib. XI. Ἀγαθὴ δ' ἐς
χώρα, καὶ καρποῖς (πλὴν τοῦ μέλιτος. πικρίζει γὰρ τὸ πλέον)
τοῖς πρὸς ναυπηγίαν πᾶσι. πολλήν τε γὰρ καὶ φύει καὶ ποτα
κατακομίζει *Bonos etiam fructus hæc terra fert, præter mel, q
eſt amarius, & res omnes quæ requiruntur ad naves texendas. M
tam enim materiam cum ipſa producit, tum per amnes ſubvehit.*
ſubjicit ibi linum, cannabim, ceram ac picem. De Polem
idem non longè poſt: Καταλυθέντος δὲ Μιθριδάτου, συγκατελ
ἡ ὑπ' αὐτῷ πᾶσα, καὶ διενεμήθη πολλοῖς. ὕστατα δὲ Πολέ
ἔσχε τὴν Κολχίδα, κἀκείνου τελευτήσαντος, ἡ γυνὴ Πυθο
κρατεῖ, βασιλεύουσα καὶ Κόλχων, καὶ Τραπεζοῦντος, καὶ Φα

-cè, [n]Arado, Cypro, Pamphylia, Lycia, Rhodo, Chio, Byzantio, Leſbo, Smyrna, Mileto, Coo, ad intercludendos commeatus Italiæ, & ad occupandas frumentarias provincias comparatur. [70]at quàm veniet iratus! & [71]iis quidem maximè, qui eam maximè ſalvam volebant, quaſi relictus ab iis quos reliquit. itaque mihi dubitanti, quid me facere par ſit, permagnum pondus affert benivolentia erga illum; quâ demptâ perire melius eſſet in patria, quàm patriam ſervando evertere. De Septentrione planè ita eſt. metuo, ne vexetur Epirus. ſed quem tu locum Græciæ non direptum iri putas? prædicat enim palàm, & militibus oſtendit, ſe largitione ipſa ſuperiorem, quàm hunc fore. Illud me præclarè admones, cùm illum videro, ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate potiùs loquar. planè ſic faciendum. Arpinum, cùm eum convenero, cogito, ne fortè aut abſim, cùm veniet, aut curſem huc illuc viâ deterrimâ. Bibulum, ut ſcribis, audio veniſſe, & rediſſe pridie idus. Philotimum, [72]ut ais epiſtolâ tertiâ, exſpectabas. at ille idib. à me profectus eſt. eò ſe-

o *alii* Andro.

P. R.

-las, καὶ τῶν ὑπερκειμένων Βαρβάρων. *Mithridate autem everſo ...iam ditio ipſius diſſipata in multos eſt: ultimo Polemon Colchidem ...buit: eoque mortuo uxor Pythodoris regnum in Colchos, Trapezuntem, Pherraciam & ſupra accolentes Barbaros.* Cave igitur quicquam ...ic mutes, præſertim cum Cæſar etiam ex Ponto naves miſſas ...eſſe Pompejo teſtetur, & Cicero ſequente firmet epiſtolâ. *Gravius.*

70. *Ad quam veniet iratus.*] Nos, *at quam &c.* caſtigavimus, ... cum admiratione pronunciatum ſit, ut in II. Philip. At quàm iratus venerat, cùm in villa Metelli, &c. Et paulò poſt, ubi ...è, *qui eum maxime ſalvum: qui eam maxime ſalvam* ſcripſimus. ...elligit autem Italiam: ut dicat Pompejum maxime iratum eſſe ...s qui Italiam ſalvam vellent. cum enim eam deſerere cogitaſ..., non poterat illis amicus eſſe qui conſilium hoc ſuum improbant, & eam omnibus viribus tueri volebant. *Victor.*

71. *Iis quidem maxime.*] Pacis auctoribus; qui pacem ideo ſuadebant, quia patriam maximè ſalvam vellent, cui exitioſum fore bellum videbant. at Pompejus, qui mirandum in modum ...ani regni ſimilitudinem concupivit, belli cupidus, iis, qui pacem ſuaſerant, id eſt nobis, veniet iratus ep. 7. *P. Manut.*

72. *Ut ais epiſtolâ tertiâ, exſpectabas.*] Emendavimus ex antiquis ...is, *ut aliis*: ut ſit hæc ſententia horum verborum, ut aliis epiſtolis, ſic etiam tertiâ Philotimum exſpectabas: nondum venerat Philotimus, cùm tertiam epiſtolam ad me dediſti: exſpectabas ...m illum ut prioribus etiam litteris faciebas. *Victor.*

73. *In*

ſeriùs ad tuam illam epiſtolam, cui ego ſtatim reſcripſeram, redditæ ſunt meæ litteræ. De Domitio, ut ſcribis, ita opinor eſſe, ut & 73 in Coſano ſit, & conſilium ejus ignoretur. 74 Iſte omnium turpiſſimus & ſordidiſſimus, qui 75 conſularia comitia à prætore ait haberi poſſe, eſt p ille quidem, qui ſemper in republica fuit. itaque nimirum hoc illud eſt, quod Cæſar ſcribit in ea epiſtola, cujus exemplum ad te miſi, ſe velle uti CONSILIO meo; age, eſto hoc commune: GRATIA; ineptum id quidem; ſed, puto, hoc ſimulat ad quasdam ſenatorum ſententias: DIGNITATE; fortaſſe q ſententia conſularis. illud extremum eſt, OPE OMNIUM RERUM: id ego ſuſpicari cœpi tum ex tuis litteris, aut hoc ipſum eſſe, aut non multo ſecus. nam permagni ejus intereſt, 76 rem ad interregnum non ve-

p idem qui *alii.*

q ſententiæ *Boſ. Grut.*

73. *In Coſſano.*] De Coſſa, ſic lib. v. Strabo: *Poſt Populonium Coſſa, paulum ſupra mare oppidum exſtat, in ſinu tumulus ſublimis eſt, in quo ædificatum eſt oppidum: ſub quo Herculis portus jacet, & lacus ex mari ſalſus, propinquus.* Fuit autem colonia, ut Plinius ac Livius ſcriptum reliquerunt. In his ergo locis Domitius prædia habuit: ejusque conſilium fuit, ut inde navigans, Maſſiliam, id quod fecit, occuparet. Teſtis Cæſar eſt Civilis Belli lib. III. ſic ſcribens: *Profectum item Domitium ad occupandam Maſſiliam navibus actuariis ſeptem: quas Siciliæ & in Coſſano*, (ita enim in libris Variarum Lectionum emendat Victorius) *a privatis coactas, ſervis &c.* Malaſp.

74. *Iſte omnium turpiſſimus.*] M. ut puto, Lepidus, non ille conſularis ep. II. lib. VII. ſed Prætor, qui paucis poſt menſibus Cæſarem abſentem Dictatorem dixit Cæſ. lib. II. de Bel. Civ. vel iſte Cæſar, quem nominat paulo poſt, ut Pompejum ep. 15. l. IV. *Corradus.*

75. *Conſularia.*] Qui hoc ſenſit, inquit, adulatur Cæſari, cupienti haberi comitia quibus cos. deſignaretur: cum conſules, qui præerant more majorum comitiis ſucceſſorum, ambo domo abeſſent Gell. XIII. 15. *J. F. Gronov.*

76. *Rem ad interregnum non venire.*] Interregem non creari, qui comitia habeat novis conſulibus deſignandis, cum ejus anni conſules abeſſent, Lentulus & Marcellus. de interrege autem diximus in libro de Magiſtratibus. Sed quoniam, interrege creato, pertinebat ad eum conſulum deſignatio, conſul verò Cæſar fieri cupiebat, incertus de voluntate interregis, rem ad interregnum venire noluiſſet: haberi à prætore, quem ſciret ſui ſtudioſum, conſularia comitia malebat. quod cùm fieri non poſſe comperiſſet, alia ratione, quod volebat, conſecutus eſt. Dictator enim à M. Lepido prætore dictus, comitia ipſe habuit conſularia, & conſul factus eſt cum P. Servilio Iſaurici filio. de Bello Civili lib. III.

P. Manut.

venire. 77 id aſſequitur, ſi per [r] prætorem conſules creantur. nos autem in libris habemus, non modò conſules à [s] prætore, ſed ne prætores quidem creari jus eſſe, idque factum eſſe numquam. Conſules, eò non eſſe jus, quòd majus imperium à minore rogari non ſit jus: prætores autem cùm ita rogentur 78 ut collegæ conſulum ſint, quorum eſt majus imperium. aberit non longè, quin hoc à me decerni velit, neque ſit contentus Galbâ, Scævolâ, Caſſio, Antonio.

r alii prætore.

s alii prætoribus.

Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.

ſed quanta tempeſtas impendeat, vides. Qui tranſierint ſenatores, ſcribam ad te, cùm certum habebo. De re frumentaria rectè intelligis; quæ nullo modo adminiſtrari ſine vectigalibus poteſt: nec ſine cauſa & eos, qui circùm illum ſunt, omnia poſtulantes, & bellum nefarium times. Trebatium noſtrum, etſi, ut ſcribis, nihil bene ſperat, tamen videre ſanè velim: quem fac horteris, ut properet. opportunè enim ad me ante adventum Cæſaris venerit. 79 De Lanuino, ſtatim, ut au- P. CXLIV.

[illegible] *Manut.* *Rem ad.*] Per abſentiam conſulum non coire patricios [illegible] prodendum interregem comitiorum habendorum cauſſâ Liv. [illegible] 33 & 34. intererat autem Cæſaris, quia incertus erat de voluntate futuri interregis. *J. F. Gronov.*

77. *Id aſſequitur.*] Id obtinebit, id eſt, ne interrex comitiis habendis prodatur; ſi jus eſt prætorem habere conſularia comi[tia]. Nam prætores complures Romæ erant, M. Lepidus, L. Roſcius, C. Soſius, P. Rutilius Lupus, &c. *Idem.*

78. *Ut collegæ Conſulum ſint.*] Ut igitur Conſulum collegæ creari [a] Prætoribus Prætores non poſſunt. quod vero Conſulum Collegæ dicerentur, Gel. lib. XIII. cap. 14. *Corrad.*

79. *De Lanuino ſtatim ut audivi.*] Hic totus locus multis ma[culis] (ut putamus) deturpatus eſt. Nos conati ſumus in tantis [ma]culis veterem ſcripturam reddere: quaſdam tamen, quas tutò [putavi]mus poſſe, non parvas omnino notas delevimus: non mi[nores] autem reſtant, quas tollere & abluere non parvum nego[tium] erit. Eſt non multò poſt hoc ipſo in volumine alter locus, [qui] eandem rem iterum tractat, & ipſe quoque lacer & inquina[tus], & eandem obſcuritatem retinens. In fine autem hujus epi[ſtolæ], D. Liberalibus, ſcripſimus, ſignificat enim diem quo hæc [epiſt]ola data eſt: quæ verba impreſſi omnes codices in principio [ſequ]entis epiſtolæ pudendo errore habebant. ortus autem ille erat, [ut p]uto, quia in manuſcriptis libris non eſt ſeparata ab hac in[ferior] epiſtola. Cùm autem malè hærentem disjungere vellent, [ſup]erioris extremam partem inferiori non bene attribuerunt. [illegible] *De Lanuino.*] *De Lanuvino* habent exemplaria quædam: quod

audivi [t] Phameam mortuum, optavi, ſi modò eſſet futura reſpublica, ut [v] id aliquis emeret meorum: neque tamen de te, qui maximè meus, cogitavi. [80] ſciebam enim te quoto anno, & quantum in ſolo, ſolere quærere: neque ſolùm Romæ, ſed etiam [81] Deli tuum digamma videram. verumtamen ego illud, quanquam eſt bellum, minoris æſtimo, quàm æſtimabatur Marcellino conſule, cùm ego iſtos hortulos propter domum Antii; quam tum habebam, jucundiores mihi fore putabam, & minore impenſâ, quàm ſi Tuſculanum refeciſſem. volui H-S. Q. [82] egi per prædem, illi daret;

t Fameàm *ulii.*
v aliquid *MSS.*

quod quanquam videtur rectum; cum a Lanuvio, quo nomine in Latio Colonia vocabatur, Lanuvini dicti ſunt; atque ita Livius appellet & Catullus in Egnatium, & alii non pauci: *Lanuinum* tamen non improbo, cum Græci Λανούιον ſcribant atque ita lapides habeant: de quo, ſituque ipſius, hunc in modum Strabo lib. v. *Pòſt Albanum montem urbs eſt Aricià in Appià vià, ſtadiis* CLX. *a Roma diſtans. Cavus autem cum ſit locus, habet tamen munitam ſummitatem: cui quidem ſuperinſidet Lanuvium Romanorum civitas, in Appia via dextra: a qua proſpectus eſt maris & Antii.* Itaque mirum non eſt, ſi tantópere illud prædium expetitum fuerit a Cicerone. Valde enim his locis delectabatur. *Malaſp:*

80. *Sciebam enim te quoto anno.*] Proximè ad Turnebi conjecturam hæc verba refert Decurtatus: *ſciebam enim te quoto anno & quantum in ſolo ſolere quærere, neque ſolùm Romæ, ſed etiam Deli tuum Digamma videram.* Manutius, *ſciebam e t. q. a. & q. i. ſ. ſ. q. neque ſolùm Romæ ſed etiam Delicium digamma &c.* vulg. *ſciebam n. te de quoto anno &c.* pro, *Deli tuum digamma*, conjiciunt quidam; *tuum diagramma.* Cleric.

81. *Deli tuum digamma.*] Vide Gronovium ad Senec. dè Beneficiis c. 12. ubi pluribus de οἰκονομίᾳ hujus loci diſputat contra Cœlium Calcagninum. *Grav.*

82. *Egi per prædem; illi daret.*] Quid? ſatis venditori cautum non fuit præde, ut rem emptori concrederet: niſi ipſimet prædi, quoad ſoluta res eſſet, quaſi depoſitum traderet? Id mihi prædi cogitandum fuiſſe, non venditori videtur. Ego cum manuſcriptis libris, Antoniano, Faërni, Poggii, Maffei omnibus, *Ille* malim legere, hoc ſenſu: Ego hortos a Phamea H-S. Q. emere volui: & ut eò libentius deſcenderet, egi per ipſum prædem, mihi ille ut daret. Noluit. Ita enim dicimus, *Egi daret*, ut, *Egi ut daret.* Malaſp. *Volui EES. Q. Egi per pr. i. daret Antii quum h.*] Senſus eſt, volui tum temporis ſeſtertium quingenties numerare, etiam interventu prædis ad fidem publicam, *&c.* Junius. *Volui H. S. Q.*] Volui tum temporis emere ſeſtertio quingenties, egique per prædem, illi quod offerebam daret: ſed noluit eo pretio vendere. Erant autem ager Antias & Lanuvinus finitimi; ita ut hortuli illi Lanuvini attribui commodè poſſent Ciceronis domui, quam tum ha-

daret, [x] Antii cùm haberet venale: noluit. ſed nunc [y] omnia iſta jacere puto propter nummorum caritatem. mihi quidem erit aptiſſimum, vel nobis potiùs; ſi tu emeris. ſed ejus dementias cave contemnas. valde eſt venuſtum. quamquam mihi iſta omnia jam addicta vaſtitati videntur. Reſpondi epiſtolis tribus: ſed [83] exſpecto alias. nam me adhuc tuæ litteræ ſuſtentarunt. [84] D. Liberalibus.

x alii i- quam habeat MSS.

y omnino alii.

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

NIHIL habebam, quod ſcriberem. neque enim novi quidquam audieram, & ad tuas omnes reſcripſeram pridie. ſed, cùm me ægritudo non ſolùm ſomno privaret, verùm ne vigilare quidem ſine ſummo dolore pateretur, tecum ut quaſi loquerer, in quo uno acquieſco; hoc neſcio quid, nullo argumento propoſito, ſcribere inſtitui. Amens mihi fuiſſe videor à principio; & me una hæc res torquet, quòd non omnibus in rebus labentem vel potiùs ruentem Pompejum tamquam unus manipularis ſecutus ſim. vidi hominem XIV. kal. Febr. plenum formidinis. illo ipſo die ſenſi, quid ageret. numquam mihi poſtea placuit; nec umquam aliud in alio peccare deſtitit. nihil interim [85] ad me ſcribere, nihil niſi fugam cogitare. qui quæris? [86] ſicut ἐν τοῖς ἐρω-

P. I.

habebat Antii: id quod colligitur ex epiſtola 44 & 45. lib. XIII. Nam poſtea vendidit eam domum ſimul & prædium ſuum Lanuvinum, ut ibidem ſcribit. *Popma.*

83. *Exſpecto alias.*] Ut in codd. Malaſpinæ, ſic in Scidis legebatur, *ſed exſpecto alias*; in Cruſellino, *alias tuas*: ita, vox iſta, *tuas*, vulgò irrepſit, &, *alias*, exulavit hactenus. *Cleric.*

84. *D. Liberalibus.*] Ita repoſuit Victorius, antea deerat littera D. id eſt *Data*: Junius verò poſt *ſuſtentarunt*, ſcribit *Vale*, & ſequentem epiſtolam ſic inchoat: *De Liberalibus &c.* Idem.

85. *Ad me ſcribere.*] Locum hunc correxit Manutius ex antiquo libro Alberti Ferri, cùm antea, *ſcire*, legeretur, quod retinet Junius. *Idem.*

86. *Sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, alienatur immunda inſulis nuda decore.*] In antiquis libris hic locus valde deformatus eſt: non eam lectionem ſecuti ſumus, quæ magis ſimilis antiquæ ſcripturæ viſa eſt, & magis pura & ingenua: nec tamen ei tantum confidimus, ut hanc germanam eſſe & veram contendamus. Ut autem

ἐρωτικοῖς [87] alienant immundæ, inſulſæ, indecoræ: ſic me illius fugæ negligentiæque deformitas avertit ab amore. nihil enim dignum faciebat, quare ejus fugæ comitem me adjungerem. nunc emergit amor; nunc deſiderium ferre non poſſum; nunc mihi nihil libri, nihil litteræ, nihil doctrina prodeſt: [z] ita dies & noctes, [88] tamquam avis illa, mare proſpecto, evolare cupio.

z itaque *alii.*

a Do,

facilius certior firmiorque indagari poſſit; vetus hic à nobis ſcriptura, qualis qualis eſt, adpoſita eſt: *Sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienantur immunde inſulis unde decore fit: ſic me illius fuga negligentiaque deformitas avertit ab amore.* Victorius. Ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς *alienantur immunda.*] Perplacet CL. Dauſquio. Lamb. *alienant*; quod orationis συνέπεια penè flagitat. *Cleric.* *Alienant immundæ.*] Prorſus ita legendum, nec audiendi viri docti, qui librariorum manifeſta errata hic emendare & explicare conantur. Eſt autem ellipſis nominis ad quod refertur τὸ alienant, ideoque ſupplendum *amatores* vel, *homines*, Sicut alienant amatores, inquit, mulieres immundæ cultu & habitu, inſulſæ ſermone, indecoræ geſtu atque inceſſu: ſic me Pompeji fugæ ex Italia, & negligentiæ in bello adminiſtrando deformitas, avertit ab amore ejus. Simili figura uſus Varro de Lingua Latina IV. *Speculum a ſpeciendo quod ibi ſpectant*, deeſt *mulieres*. Propertius:

Non ita complebant Ephyreæ Laïdos ædes.

intelligitur *amatores*. Popma. Retinuimus lectionem, quam præ ſe ferunt Manutii & aliæ editiones meliores, ex veterum codicum veſtigiis expreſſam, niſi quod pro *alienantur* ex Decurtato & aliis ſcripſerimus *alienant*. Scriptura, quam Boſius recepit, non eſt nauci. *Gravius.*

87. *Alienant ruri immunda viſu, illis unde unde decor fit.*] Ita Decurtatus Boſii, niſi quod *unde* non geminatur. Lambinus etiam legit *alienant*. in ceteris ſequitur vulgatam ſcripturam quæ habet, *alienantur immunda, inſulſa, indecora.* Junius ex mſſ. duobus Palat. reſtituit, *alienant, ut immundè, inſulſè, indecorè fit.* corruptam lectionem ſui hanc refert Victorius, *alienantur immundè inſulis unde decorè fit.* Cleric.

88. *Tanquam avis illa, mare proſpecto, evolare cupio.*] Alludit ad locum Platonis in epiſtola 7. ad Dionis propinquos, cujus hæc ſunt verba: Τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐζῶμεν ἐγὼ καὶ Διονύσιος, ἐγὼ μὲν βλέπων ἔξω καθάπερ ὄρνις ποθῶν πόθεν ἀναπτᾶσθαι, ὁ δὲ μηχανώμενος τινὶ τρόπῳ με ἀνασοβήσοι. habitabat enim tunc Plato in horto, qui Regiæ domui conjunctus erat, unde exire eum janitor niſi juſſu mandatoque Dionyſii non ſiviſſet. ideoque dicit ſe ſpectare extrà tanquam avem, caveâ ſcilicet incluſam. Accipit igitur ſententiam Platonis, eamque Latinè pronunciat, & rebus ſuis accommodat. dicit autem ſe mare proſpectare Cicero, quia animus erat in curſu & navigatione. *Victor.* *Tanquam avis illa mare proſpecto, evolare cupio.*] Similitudo ſumpta ex Platonis ep. 6. Ἐγὼ μὲν βλέπων καθάπερ ὄρνις ποθῶν πόθεν ἀναπτᾶσθαι. *Urſin.*

Avis illa.

[a]Do, do pœnas temeritatis meæ: etſi quæ fuit illa temeritas? quid feci non conſideratiſſimè? ſi enim nihil [b]præter fugam quæreretur, fugiſſem libentiſſimè: ſed genus belli crudeliſſimi & maximi, quod nondum vident homines quale futurum ſit, perhorrui. quæ minæ municipiis? 89 quæ nominatim viris bonis? quæ denique omnibus, qui remanſiſſent? quàm crebro illud, *Sulla potuit, ego non potero?* mihi autem hæſerunt illa: male Tarquinius, qui 90 Porſenam, qui 91 Octavium [c]Mamilium contra patriam; impiè 92 Coriolanus, qui auxilium petiit à Volſcis; rectè 93 Themiſtocles, qui mori maluit; nefarius 94 Hippias, Piſiſtrati filius, qui 95 in Marathonia pugna 96 cecidit, arma contra patriam ferens.

a *alii* Do pœnas.
b propter *MS.*
c *alii* Manilium.

illa.] Deſumptum ex Platone ep. 7. *Τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἔχομεν ἐγὼ καὶ Διονύσιος, ἐγὼ μὲν, βλέπων, ἔξω καθάπερ ὄρνις ποθῶν ποθὲν ἀναπτέσθαι, ὁ δὲ διαμηχανώμενος, τίνα τρόπον ἀποσοβήσοι με.* id eſt, *Reliquum temporis vivebamus ego & Dionyſius, ego quidem extra proſpiciens vel in exterius proſpiciens, ut avis cupiens alicunde evolare, ille verò machinans & moliens, quomodo me abigeret.* legendum autem, *tanquam avis illa, mare.* J.F. Gronov.

89. *Quæ noram etiam viris bonis.*] Alii aliis modis hunc locum corrigere tentarunt: quorum opiniones utinam tam eſſent probatæ, quàm ſunt notæ: antiquior ſanè noſter codex *nomina* habet pro *noram*, ſi non rectè, ut nos credimus, tamen ſinceræ lectioni vicinius. Nos ex *nomina etiam*, *nominatim* fecimus: quam emendationem eruditis viris probavimus, ideoque eam nulla dubitatione ejectis exploſisque ceteris ſecuti ſumus: putamus autem *ἀπὸ κοινοῦ* ſumendum eſſe *minæ*: ut ſit, quæ minæ nominatim viris bonis: quæ denique (ut iterum minæ intelligatur) omnibus qui remanſiſſent. *Victor.*

90. *Porſenam.*] Lartem Porſenam Cluſinum Regem. Liv. lib. II. *Corrad.*

91. *Octavium Manilium.*] Al. *Octavium Mamilium*, & ita Liv. lib. II. & Dionyſ. lib. V. vocant. *Idem.*

92. *Coriolanus.*] Cn. Martius Coriolanus. Liv. lib. II. & Dionyſ. lib. I. & Plut. *Idem.* Vid. & Valer. Max. lib. V, 4. & Flor. lib. XXII. *Grav.*

93. *Themiſtocles, qui mori maluit.*] Quàm patriæ bellum inferre. paulo aliter in Lælio. vid. Plutarch. *Corrad.* Vide Val. Max. V, 6. Diod. Sic lib. II. Aliter tamen alii, vide C. Nep. in ejus vita. *Gravius.*

94. *Hippias.*] De quo diſſentiunt Plat. in Hipparch. & Thucyd. lib. VI. *Corrad.* Vide Meurſ. Piſiſtratum. cap. 17. & ſeq. *Grav.*

95. *In Marathonia pugna.*] Quam deſcribit Herodot. l. VI. *Corrad.* Vid. C. Nep. in vita Miltiad. Juſtin. II, 9. Plutarchus a trecentis auctoribus eam deſcriptam affirmat. *Grav.*

96. *Cecidit.*] Quum fuiſſet autor & concitator ejus belli. *Cor-*

P. CXLV. ferens. at 97 Sulla, at 98 Marius, at 99 Cinna rectè; immo 1 jure fortaſſe. ſed quid eorum victoriâ crudelius? quid funeſtius? hujus belli genus fugi, & eò magis, quòd crudeliora etiam cogitari & parari videbam. me, quem nonnulli conſervatorem iſtius urbis, quem [d] parentem eſſe dixerunt, Getarum, & Armeniorum, & Colchorum copias ad eam adducere? me meis civibus famem, vaſtitatem inferre Italiæ? Hunc primùm mortalem eſſe, deinde etiam multis modis poſſe extingui cogitabam: urbem autem & populum noſtrum ſervandum ad immortalitatem, quantum in nobis eſſet, putabam; & tamen ſpes quædam me [e] obtentabat, fore, ut aliquid conveniret potiùs, quàm aut hic tantum ſceleris, aut ille tantum flagitii admitteret. 2 alia res nunc tota eſt, alia [f] mea. Sol, ut eſt in tua quadam epiſtola, excidiſſe mihi è mundo videtur. Ut ægroto, dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur; ſic ego, quoad Pompejus in Italia fuit, ſperare non deſtiti. [g] hæc, hæc me fefellerunt; &, ut verum loquar, ætas jam à diuturnis

d patriæ par. *Lamb.*

e ſuſtentabat *alii.*

f *alii* mens.

g *alii* hæc me.

Corradus. Aliter Suidas. vide Meurſ. in Piſiſtrato c. 19. *Grav.*

97. *Sulla.*] Ut a Senatu vocatus Liv. lib. LXXXIV. *Corrad.* Vid. Flor. III, 21. & Plutarch. in vita Sullæ. *Grav.*

98. *Marius.*] Ut per factiones expulſus. Liv. lib. LXXVII. *Corrad.* Vid. Plutarch. in vita Marii Flor. III, 21. *Grav.*

99. *Cinna.*] Ut a Collega pulſus. Liv. lib. LXXIX. *Corrad.* Flor. III, 21. *Grav.*

1. *Jure.*] Cum cauſſa, non tamen rectè. nemo enim rectè contra patriam arma fert, jure autem quo modo? ut patriam manibus perditorum civium eriperent: quam tamen ereptam ipſi oppreſſerunt. ita nec rectè ex eventu. *P. Manut.*

2. *Alia res nunc tota eſt, alia mea.*] Maffei libri omnes, Poggii, *Alia mens mea.* Mihi vulgata potior eſt; eoque magis, quod & ipſa veterum librorum auctoritate non caret. Non confert rem ſuam cum tota, ita ut diverſam dicat eſſe ab illa: ſed eandem eſſe ſignificat, planéque cum ea conjunctam. Dum, inquit, Pompejus in Italia fuit, atque idcirco ſpes fuit aliqua pacificationis: viſus ſum mihi ſine hominum ſermone, bello abſtinere potuiſſe præſertim quod ætas mea jam devexa otium mihi dulcius faceret. Nunc quando Pompeji diſceſſu, alia Reip. cauſſa facta eſt: facta eſt & mea, ut jam mihi turpe ſit, non hinc evolare. Itaque, ſi vel periculo experiundum erit, experiar certe, ut hinc evolem. *Malaſp.* *Alia mens mea.*] Secutus ſum codices & Memmianos, & eos, in quibus ita ſcriptum eſſe teſtatur Malaſpina & Turnæſian. ſed malim ſic legi, *alia reip. nunc cauſa eſt, alia mea.* verumtamen nihil mutavi. judicent eruditi. *Lambin.*

3. Nunc

nis laboribus [h] devexa ad otium, domeſticarum me rerum delectatione molliit. nunc 3 ſi vel periculo experiundum erit, experiar certe, ut hinc avolem. antè oportuit fortaſſe. 4 ſed ea, quæ [i] ſcripſi, me tardarunt & auctoritas maximè tua. nam cùm ad hunc locum veniſſem, [k] evolvi volumen epiſtolarum tuarum, quod [l] ego ſub ſigno habeo, ſervoque diligentiſſimè erat igitur in ea, quam x. kalend. Febr. dederas, hoc modo, *Sed videamus & Cnæus quid agat, & illius rationes quorſum fluant. Quod ſi iſte Italiam relinquet; faciet omnino malè, &, ut ego exiſtimo,* ἀλογίςως· *ſed tum demum conſilia noſtra commutanda erunt.* Hoc ſcribis poſt [m] diem quartum, quàm ab urbe diſceſſimus. deinde VIII. kalend. Febr. *Tantummodo Cnæus noſter, ne, ut urbem* ἀλογίςως *reliquit, ſic Italiam relinquat.* Eodem die das alteras, quibus mihi conſulenti planiſſimè reſpondes. eſt enim ſic, *Sed venio ad [n] conſultationem [o] tuam. ſi Cnæus Italiâ cedit, in urbem redeundum puto: 5 quæ enim finis peregrinationis?* Hoc mihi planè hæſit: & nunc

h deflexa *alii.*
i *alii* ſcripſiſti.
k revolvi *Lamb.*
l ego ſigno *MSS.*
P. B.
m diem quam *MSS.*
n alii *conſolationem.*
o *Tunc ſi* MS.

3. *Nunc ſive periculo experiundum erit.*] *Si vel periculo* Faërnus. paulo poſt, *ſed medius fidius turpe nobis*, Ant. Auguſtinus, *vobis*, pro *nobis*. Urſin. Recte Faërnus. *periculo* eſt in Balliolenſi, Helmſt. & in libris plerisque veteribus. *Periculo venire*, ut *periculo eſſe*. Cœlius lib. VIII. ad Fam. ep. 2. *Itaque relictus lege Licinia major, eſſe periculo videtur.* Petron. Arbiter: *Nunquam ego agrum tam magno periculo vidi.* Cicer. pro Flacco: *Facis injuſte, tali ſi putas periculo noſtro vivere tuos contubernales.* Atticus in hac epiſtola inferius: *Summo enim periculo facies, nec reip. proderis.* Grævius.

4. *Sed ea, quæ ſcripſiſti, me tardarunt.*] Ball. & Helmſt. *ſed ea, quæ ſcripſi, me tardarunt & auctoritas maxime tua.* recte omnino. Intelligit enim illa, de quibus egit ante, nimirum ſpem concordiæ otii deſiderium, & curam rerum domeſticarum. Ad ea vero quæ ſequuntur, pertinet *auctoritas tua*. Grævius.

5. *Qui enim finis peregrinationis.*] *Quæ enim finis* manuſcripti omnes, Maffei, Ant. Faërni, Octavii, reliqui. Sic Virg. lib. II. *Hæc finis Priami fatorum.* Quo in loco Servius, *Omnia nomina* (inquit) *inanima ſimplicia, verbo non venientia in* nis *ſyllaba terminata, maſculina ſunt. Inanima, propter Cinis: Simplicia, propter Bipennis: a verbo non venientia, propter Finis, dictum eſt.* Item de Ling. Lat. Varro lib. VIII. *Quod ad univerſalem pertinet cauſſam, cur ſimilitudo & ſit in oratione & debeat obſervari, & quam ad finem quoque, ſatis dictum.* Et lib. IV. *Sed quæ cognatio ejus erit verbi, quod radices egerit extra finis ſuos, perſequemur.* Malaſp. Paullo ante in Victorii, Boſii, Gruteri editionibus ſcribitur: *Sed venio ad conſultationem. Tunc, ſi Cnæus Italiâ cedit, in urbem redeundum*

p miſerrimæ fugæ alii. — nunc ita video, infinitum bellum junctum [p] miſerrimâ [6] fugâ, quam tu peregrinationem ὑποκορίζῃ. Sequitur χρησμὸς vi. [q] kalend. Februar. *Ego, ſi Pompejus manet in* q kal. deeſt in MSS. — *Italia, nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore: ſin Italiam relinquit, ad poſterum bellum ἄσπονδον ſtrui exiſtimo.* Hujus igitur belli ego particeps & ſocius & adjutor eſſe cogor; quod & ἄσπονδον & cum civi-
r vi. MS. — bus. Deinde [r] vii. idus Februar. cùm jam plura audires de Pompeji conſilio, concludis epiſtolam quandam hoc modo, *Ego quidem tibi non ſim auctor, ſi Pompejus Italiam relinquit, te quoque profugere. ſummo enim pericu-*
s quod MS. — *lo facies, nec reipublicæ proderis;* [s] *cui quidem poſterius poteris prodeſſe, ſi manſeris.* Quem φιλόπατριν, ac πολιτικὸν hominis prudentis & amici, [7] tali admonitu, non

eundum puto. Sed rectius Ball. & Helm. nec non Manut. Bruti, Lambin. edd. *Sed venio ad conſultationem tuam. Si Cnæus Italiâ cedit, in urbem redeundum puto.* Grævius.

6. *Fugâ, quam tu peregrinationem ὑποκορίζων appellas.*] Sincerius elegantiusque antiqui codices: *Quam tu peregrinationem ὑποκορίζῃ* habent, ſecundâ perſonâ præſenti à verbo ὑποκορίζομαι, quod eſt rem turpem & deformem honeſtiore tolerabilioreque nomine appellando velo & minuo. Plato lib. viii. Πολιτείας, τὸ μετὰ τὸ τε ἤδη ὕβριν καὶ ἀναρχίαν καὶ ἀσωτίαν καὶ ἀναίδειαν λαμβρὰς μετὰ πολλοῦ χοροῦ κατάγουσιν ἐστεφανωμένας ἐγκωμιάζοντες καὶ ὑποκοριζόμενοι ὕβριν μὲν παίδευσιν καλοῦντες. ἀναρχίαν δὲ ἐλευθερίαν, ἀσωτίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν, ἀναίδειαν δὲ ἀνδρείαν. Athenæus lib. xiii. de Omphale regina Lydorum loquens, quæ antequam regnum occuparet, unà cum aliis multis & virginibus & matronis certo quodam loco à Lydis contumeliam paſſa eſt. gens enim illa quondam luxu & intemperantiâ admodum perdita erat. Poſtquam autem ipſa regnum adepta eſt, veteris injuriæ memor, & ipſa quoque intemperans ulciſci ſtatuit eos, à quibus antea paſſa eſſet ludibria. ſervis igitur qui in urbe erant, virgines heriles filias tradidit: in eumque locum, ubi vim contumeliasque omnes perpeſſa erat, coactis mulieribus, vi invitas heras cum ſervis unà clauſit. ὅθεν (inquit) λυδοὶ τὸ πικρὸν διὰ πράξεως ὑποκοριζόμενοι, τὸν τόπον καλοῦσιν γυναικῶν ἀγῶνα γλυκὺν ἀγῶνα. Eâdem igitur ratione, ut culpam Pompeji minueret Atticus quæ fuga appellanda erat, peregrinationem nominavit: animadvertit tamen Cicero conſilium illius. *Victor.*

7. *Tali admonitu.*] Hoc eſt, cum ſic admonetur. Solent ſcriptores veteres hujus formæ nomina in caſu ſexto frequenter ſic ponere, quod noto in tyronum gratiam. Cic. i. de Orat. cap. i. *Sic infinitus forenſium rerum labor & ambitionis occupatio, decurſu honorum etiam ætatis flexu conſtitiſſet.* hoc eſt, poſtquam honoribus omnibus eram defunctus, & jam ætas vergeret in ſenium. Paullo poſt: *Conſulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque diſcri-*

non moveret auctoritas? Deinceps [t] III. idus Februar. iterum mihi reſpondes conſulenti ſic, *Quod quaris à me* [8] *fugamne fidam, an moram deſerendam utiliorem putem: ego vero in praſentia ſubitum diſceſſum & pracipitem pro-* t VI. MS.

diſcrimen. Conſulatu eſt cum conſulatum gererem. Sueton. Aug. 17. *Aſia Syriaque circuitu Ægyptum petit.* Ibid. cap. 13. *Sed & Troja ludum edidit frequentiſſime, majorum minorumve puerorum delectu, priſci decorique moris exiſtimans clara ſtirpis indolem ſic noteſcere.* & cap. 13. *Nec ſucceſſu victoria moderatus eſt.* Sic enim ex veteribus libris legendum. vide quæ ad illum locum notavi. *Gravius.*

8. *Fugamne fidem, an moram deſerendam.*] Contrà hunc locum ſtellulam adpoſuimus: depravatus enim omnino nobis videtur. nonnulli in antiquiore noſtro verbum *fidam* in *fœdam* mutare tentarunt: nam ubi vulgati *deſerendam*, ille *defendam* habet. Nonnullas aliquorum emendationes recitare piget: nec tamen ipſi quod firmius ſit invenimus. *Victorius. Moram nefandam.*] In antiquis libris eſt *defenſam*; quod verbum tamen hoc loco minime convenit. itaque malim legere *Indefenſam*, ut opponantur fuga fida cum Pompejo & comitatu optimorum civium, & mora indefenſa, id eſt, manſio in Italia inter Cæſarianos non tuta, & ſine defenſione atque præſidio. Reſpondet enim Atticus ad conſultationem Ciceronis lib. VIII. ep. 3. ubi in utramque partem diſputat, & inter alia ſic ait: *Accedit illud, ſi maneo & illum comitatum optimorum & clariſſimorum civium deſero, cadendum eſt in unius poteſtatem, qui etſi, &c.* Indefenſus vox exſtat apud Livium lib. I. *Popma.* Legendum videtur: *fugamne fœdam an moram nefandam?* niſi quis pro *defendam*, *defectam* legendum ſuſpicetur, augendi ſignificatione, ut in *demortuo*, *demiror.* Sed hoc non ſolum eſſet ſcripturam librorum, ſed etiam linguam Latinam velut fidiculis quibusdam miſerè torquere. Turnebus I. Adverſ. 21. Forte ſcripſit Cicero *fugamne timidam, an moram deteſtandam utiliorem putem.* Nam & Balliol. & Helmſt. habent quoque, ut plerique alii *deſerendam.* Sed nihil affirmo. Conſultius autem duxi & hoc loco veterum codicum corruptam lectionem dare cum Victorio & Manutio, quam incertas conjecturas pro Attici verbis venditare. *Gravius. Moram defœdam.*] Olim *fugane fidam* (vel *fidem*) *an moram deſerendam.* MSS. pro *deſerendam*, *defendam.* Manut. *Fugamne fœdam an moram deſidem.* Corrad. *defendendam.* Jun. *Fugane fidem an mora deſerendam.* Popma. *indefenſam.* Turneb. *Fugamne fœdam an moram nefandam*, vel *defœdam.* Scriverius. Ad I. Mart. XI. utitur hâc voce *defœdam*, quod in eo carpit Raderus. Ego in hiſce dubito, & venit mihi in mentem: *Quod quaris à me fugam fingendam an moram ducendam ulteriorem putem. Fingere fugam* pro facere. ita Plaut. capt. II. lib. XIV. *At fugam fingitis*, ubi notat Lucilii locum Guilelmius. *Ducere moram.* Quintil. IV. Inſtit. cap. 2. *Quibus moras & lentum profectionis ordinem ducit.* Propert. II. Eleg. 5. *J. F. Gronov.*

profectionem cùm tibi, tum ipsi Cnao inutilem & periculoſam puto : & ſatius eſſe exiſtimo, vos [v] *diſpertitos ex in ſpeculis eſſe. ſed medius fidius turpe* [x] *nobis puto eſſe, de fuga cogitare.* Hoc turpe Cnæus noſter biennio ante cogitavit; ita 9 Sullaturit animus ejus & proſcripturit [y] diu. Inde, ut opinor, 10 cùm tu ad me quædam γενικώτερον ſcripſiſſes, & ego mihi à te quædam ſignificari putaſſem, ut Italiâ cederem; deteſtaris hoc diligenter XI. kalend. Mart. *Ego vero nullâ epiſtolâ ſignificavi, ſi Cnaus Italiâ cederet, ut tu unà cederes : aut, ſi ſignificavi, non dico fui inconſtans, ſed demens.* In eadem epiſtola alio loco, *Nihil relinquitur niſi fuga : cui te ſocium neutiquam puto eſſe oportere, nec umquam putavi.* Totam autem hanc deliberationem evolvis accuratius in litteris IIX. kalend. Mart. datis. *Si M'. Lepidus & L. Volcatius* [z] *remanent, manendum puto, ita ut, ſi ſalvus ſit Pompejus, & conſtiterit alicubi,* 11 *hanc νεκυίαν relinquas,*

[v] *diſperti meos.* MS.
[x] alii *vobis.*
P. CXLVI.
[y] jam diu *alii.*
[z] *remanserint* MS.

9. *Syllaturit.*] Genus illud Syllani regni appetit, ep. 11. lib. VIII. & illius regni ſimilitudinem cupit ep. 6. h. l. *Corrad.*

10. *Cùm tu ad me quadam ἀῤῥενικώτερον ſcripſiſſes.*] Scripſimus γενικώτερον. nam ita vetuſtiores codices habent. primo autem libro ad Atticum γενικῶς dixit : vulgata lectio, non ut inepta & falſa à nobis repudiata eſt, ſed hæc ut verior & certior magis probata. *Victor.* Γενικώτερον.] Generalius, ut γενικῶς ep. 11. l. 1. vel potius, magis generoſe. nam Suidas γενικῶς, γενναίως, καὶ ἰσχυρῶς exponit. & Plat. in Theæt. γενικὸν ἄνδρα vocat. atque Atticus Ciceronem γενικώτερον hortatus fuerat ad memoriam factorum, dictorum & ſcriptorum ep. 2. lib. VIII. quin Cicero ipſe εὐγενῆ quædam Attici conſilia vocat. ep. 9. lib. VIII. al. ἀῤῥενικώτερον, magis viriliter. *Corrad.*

11. *Hanc ἢ ἐκεῖνα*] Valde antè in vulgatis corruptum verbum Græcum erat : quod integrum ferè in antiquis adhuc conſervatur : νεκυῖα enim erat Attici verbum, quo turpem comitatum Cæſaris ſignificabat & flagitioſam turbam improborum quam ille ſecum ducebat, ſequenti epiſtola, quàm ille hæc non probare mihi quidem viſus eſt, quàm illam νεκυῖαν (ut tu appellas) timere? Alludebat autem Atticus (ut puto) ad librum XI. Odyſſeæ, in quo Ulyſſes narrat quomodo juſſu Circes ad inferos pervenit, ut Tireſiam vatem de reditu in patriam, & de ſua ſociorumque ſalute conſuleret. eam enim ejus poëmatis partem appellarunt antiqui νεκυῖαν : quod ibi de mortuis agatur, & quod fingat Homerus ſimulacra & umbras heroum & illuſtrium fœminarum ad Ulyſſem confluere, & ſermonem cum eo habere. Non viſa eſt autem quibusdam hæc de mortuis narratio eam habere gravitatem quam reliqua illius divini poëmatis membra : quod etiam ipſum Homerum animadvertiſſe argumentantur : nam verſum illum

quas, & te in certamine vinci cum illo faciliùs patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ perſpicitur futura, colluvie regnare. Multa diſputas huic ſententiæ convenientia. inde ad extremum. *Quid ſi*, [a] inquit, *Lepidus & Volcatius diſcedunt? plane ἀπορῶ. Quod evenerit igitur, & quod egeris, id* [b] *στερκτέον putabo.* Si tum [c] dubitaras, nunc certè non dubitas, iſtis manentibus. Deinde in ipſa fuga v. kal. Mart. *Interea non dubito, quin in Formiano manſurus ſis. commodiſſimè enim τὸ μέλλον ibi καραδοκήσεις.* Ad kal. Mart. cùm ille quintum jam diem Brundiſii eſſet, *Tum poterimus deliberare, non ſcilicet integrare, ſed certè minus infracta, quàm* [d] *ſi unà projeceris te.* 12 Deinde IV. nonas Mart. *ὑπὸ τὴν λῆψιν* cùm breviter ſcriberes, tamen ponis hoc, *Cras ſcribam plura, & ad omnia: hoc tamen dicam non pœnitere me conſilii de tua manſione: &, quamquam magna ſollicitudine, tamen, quia minus mali puto eſſe, quàm in illa profectione, maneo in ſententia, & gaudeo te manſiſſe.* Cùm

[a] inquis Grav.
[b] *alii* στερκτέον.
[c] dubitares *alii.*
[d] *ſi projec.* MSS.

…m quo jubet mater Ulyſſem ea diligenter perdiſcere, ut poſſit …ſtea uxori exponere, de hac potiſſimum νεκυίᾳ dixit: ut qui …rſpiciebat auſcultationem eam mulieribus potius quàm viris ap…m & accommodatam eſſe. *Victor.* *Hanc νεκυίαν.*] Νεκυία turba …ortuorum, & ita vocatur pars illa Homeri in Odyſſ. λ. qua de…ribitur deſcenſus Ulyſſis ad inferos. Corrad. Funus & quaſi …ragem a Cæſarianis faciendam. Manut. Flagitioſum Cæſaris comitatum, quem ſic appellat, quod ad Cæſarem perditiſſimus quiſque & egentiſſimus confluxerat, ita ut ad Ulyſſem cum ad inferos deſcendiſſet, νεκυίαν id eſt mortuorum turbam confluxiſſe …ribit Homerus. Victorius. ſimiliter, turpem quidem comitatum Cæſaris intelligit, ſed νεκυία, inquit, eſt deſcriptio inferorum in Odyſſ. quæ quibuſdam viſa eſt non eam gravitatem habere, quam …liqua illius divini poëmatis membra. Ego arbitror νεκυίαν eſſe …bam exulum & civiliter mortuorum, quæ erat cum Cæſare: …e ſententiam paſſi, ſive legum & creditoris metu, ſive pudore …deſperatione ſolum vertiſſet ut damnatorum, capital auſorum, …coctorum, opere cenſorio nudatorum, ab Senatu notatorum, a …rentibus exhæredatorum. vid. Cæſ. III. de Bello Civ. I. & XV. …m. ep. 19. & X. ad Att. ep. 4. *J. F. Gronov.*

12. *Deinde* IIII. *Non. Mart. ἐν ἀπολογίᾳ τινὶ, cum breviter ſcri…*] Ter jam eandem vocem reſtituimus, quæ aut omnino …eſſet, aut falsò repoſita eſſet: legimus autem, ut hic etiam …iſcum habet exemplar, ferè ſincerè, ὑπὸ τὴν λῆψιν: id eſt, cùm …propinquaret acceſſus quartanæ febris. intelligit autem epiſto…m, de qua meminit etiam antè hoc ipſo in volumine his verbis; *Tamen ad eam ipſam brevem, quam* III. *Non. ὑπὸ τὴν διάληψιν de…diſti, reſcribendum.* Victor.

P. B. Cùm verò jam angerer, & timerem, ne quid à me dedecoris eſſet admiſſum; III. nonas Mart. *Tamen, te non* [e] *eſſe unà cum Pompejo, non fero moleſtè. Poſtea ſi opus fuerit, non erit difficile; & illi, quoquo tempore fiet, erit ἀσμένιςον. ſed hoc ita dico, ſi hic, qua ratione initium fecit, eadem cetera aget, ſincerè, temperatè, prudenter; valde videro, & conſideratiùs utilitati noſtræ conſuluero.* VII. idus Mart. ſcribis Peduceo quoque noſtro probari, quòd quierim, cujus auctoritas multum apud me valet. His ego tuis ſcriptis me conſolor, ut nihil à me adhuc delictum putem. tu modò auctoritatem tuam defendito; [13] adverſus me nihil opus eſt: ſed [14] conſciis egeo aliis. ego, ſi nihil peccavi, reliqua tuebor. ad ea tu te hortare, & me omnino tua cogitatione adjuva. Hic nihildum de reditu Cæſaris audiebatur. Ego his litteris hoc tamen profeci; perlegi omnes tuas, & in eo acquievi.

e *iſſe unà cum.* MS. *eſſe cum aliis* MS.

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

[15] LENTULUM noſtrum ſcis Puteolis eſſe: quod cùm è viatore quodam eſſet auditum, qui ſe diceret

13. *Adverſus me, &c.*] Sic & antiqui libri. poteſt hic eſſe ſenſus: Para defenſionem, Attice, tantummodò adverſus me, ſi hæc manſio, tua auctoritate ſuſcepta, infeliciter cadat. nam, ſi in fraudem incidero, te auctore dicar incidiſſe. quod ad alios attinet, in quibus ſunt Lepidus & Tullus; ſatis ſcio non opus eſſe; quibus ego conſcius ſum, ejuſdem eſſe ſententiæ, videlicet manendum eſſe. *P. Manut.* *Adverſus me nihil opus eſſet, ſed conſciis egeo aliis.*] Ita Boſius (quem fere per omnia ſequitur Junius) emendat hanc corruptam Decurtati lectionem, *adverſus me nihil opus eſt, conſciis ego aliis.* vulg. *adverſus me nihil opus eſſe, conſcius ego aliis.* Lambinus verò legit: *Tu modò auctoritatem tuam defendito adverſus me: adverſus alios nihil opus eſt. ſi mihi nullius culpæ conſcius ſum ego, nihil peccavi &c.* Cleric. *Adverſus me nihil.*] Totus hic locus ex libris veteribus ita legendus & diſtinguendus eſt: *Adverſus me nihil opus eſt conſciis, ego aliis ſi nihil peccavi, reliqua tuebor.* hâc ſententiâ: Nihil opus eſt ut adverſus me conſilia tua defendas, quæ ego non improbo: effice modo ut alii conſcii ſint, me quod ea ſecutus ſim nihil peccaſſe. idcirco apud illos non adverſus me auctoritatem tuam defendito. *Popma.*

14. *Conſcius ego aliis.*] Locus valde obſcurus & fortaſſe corruptus:

ceret eum [f] in Appia, cùm is paullùm lecticam aperuiſſet, [g] cognoſſe, etſi [h] vix veriſimile, miſi tamen Puteolos pueros, qui perveſtigarent, & ad eum litteras. inventus eſt vix in hortis ſuis ſe occultans, litterasque mihi remiſit, mirificè gratias agens Cæſari: de ſuo autem [16] conſilio C. [i] Cæcio mandata ad me dediſſe. eum ego hodie exſpectabam, [17] id eſt XIII. kal. April. Venit etiam

f in via App. *MSS.*
g cognoviſſe *alii.*
h vix *deeſt in aliis.*
i Cœlio *alii.*

…is: manuſcripti libri nihil ab excuſis diſcrepant. Germani (con…ſis aliis) etiam legunt. videant quæſo doctiores quid de hac …e ſtatuendum ſit: nobis utraque lectio ſuſpecta eſt: cum autem …nihil certi haberemus, vulgatam lectionem retinuimus. *Victor.*

15. *Lentulum noſtrum ſcis Puteolis eſſe.*] Epiſtolæ initium eſſe al…terius, dies, paulo poſt inſcriptus, plane docet. Proxima enim epiſtola, poſtridie Liberalia, qui dies eſt XV. Kal. April. data eſt. Fuerant enim illa XVI. Kal. ut ex Ovidio apparet, Faſtorum lib. III. ita ſcribente:

Tertia poſt Idus lux eſt celeberrima Baccho.

Liberalia enim dicta ſunt, auctore M. Varrone, quod per totum oppidum eo die ſederent ſacerdotes liberi; hederâ coronatæ anus, cum libis & foculo pro emptore ſacrificantes. Significari autem hanc diem illa declarant:

Una dies media eſt, & fiunt ſacra Minervæ
Nomina quæ a junctis quinque diebus habent.

…onſtat autem Quinquatrus, quæ deſcribuntur a Poëta, XIIII. K. …pril. incepiſſe celebrari; ut inter Liberalia & Quinquatrus …ius intercederet dies, quo proximæ ſuperiores litteræ, ut dixi…mus, datæ ſint. Itaque illarum initio: *Nihil habebam* (inquit) *quod …criberem; neque enim novi quidquam audieram: & ad tuas omnes …ſcripſeram pridie.* nempe Liberalibus, hoc eſt, XVI. K. Quo in …oco *pridie*, valet *heri*, quemadmodum alibi: *Pridie quam has lit…tas dedi, Conſules conveni.* Scribebat autem illas poſtridie, quàm …onſules conveniſſet. Ergo cum hæ a. d. XIIII., illæ a. d. XV. …iptæ ſint, dubitari non debet, quin disjungendæ fuerint. *…laſp.*

16. *Conſilio.*] Id eſt, quod ipſe conſtituerit in poſterum facere, id mi… ſignificare voluiſſe per C. Cæcium ſive Cæicium, nam ita legit …vius Urſinus in gente Caſſia, in cujus nummis invenit L. …ASSIUS CÆICIANUS. *J. F. Gronov.*

17. *Id eſt*, XIII. *Kal. April.*] Scriptum initio fuerat in Decurta… XIII. Kal. ut perſpicue adhuc apparet: poſtea alterius manu …polatum eſt XIIII. Kal. ego priorem lectionem, ut certiorem …endam puto. nam dies XIII. Kal. Aprilis & Quinquatrus, …m eſt dies. Etenim, antequam Faſtos Cæſar emendaret, cum …ſis Martii Nonæ, ut ait Macrobius, eſſent ſeptimanæ, non, … hodie, ſextanæ, Idus Martiæ in XVI. diem Martis incurrebant. …ique quinctus poſtea dies erat XX. Martii, hoc eſt, XIII. Kal. Aprilis, quo die tunc Quinquatrus celebrabantur. Cum ergo Ci…ero primam partem hujus epiſtolæ uſque ad illa verba, *venit etiam*,

etiam ad me [18] Matius [19] Quinquatribus, homo mehercule, ut mihi viſus eſt, temperatus & prudens: [20] exiſtimatus quidem eſt ſemper auctor otii. quàm ille hæc
P. CXLVII. non probare mihi quidem viſus eſt! quàm illam *νεκυίαν*, ut tu appellas, timere! huic ego in multo ſermone epiſtolam ad me Cæſaris oſtendi, eam, cujus exemplum ad te antea miſi; rogavique, ut interpretaretur, quid eſſet, quod ille ſcriberet, conſilio meo ſe uti velle, gratiâ, dignitate, ope rerum omnium. reſpondit, ſe non dubitare, quin & opem, & gratiam meam ille ad pacificationem quæreret. utinam aliquod in hac miſeria reipublicæ *πολιτικὸν* opus efficere & navare mihi liceat! Matius quidem & illum in ea ſententia eſſe confidebat, &

etiam, exaraſſet, antequam Matius ad ſe veniſſet, qui Matii adventus fuit eodem quidem die, ſed eâ horâ quâ Quinquatruum celebritas agebatur, poſtea cum reliquam partem epiſtolæ ex intervallo pertexeret, & adventum Matii in ea narraret, potius ſcripſit Quinquatribus eum veniſſe, quam eodem die, nempe XIII. Kal. Aprilis ſupra adſcripto, & paullo poſt, *pridie*, potius quàm, *heri*, quod non modo diem adventûs Matiani, ſed etiam partem ejus diei, quâ venerat, indicare vellet. *Boſius.*

18. *Matius.*] Cn. Matius Cæſari familiaris, eques Romanus I. Fam. 27. & 28. Inf. XIII. 50. Tac. XII. Ann. 60. Fuit etiam nobilis poëta, cujus fragmenta vid. apud Scalig. in Varron. de L. L. p. 149. *J. F. Gronov.*

19. *Quinquatribus.*] XV. Kal. Apr., ut hic videre licet, & ſic volunt alii XIIII. Kal. Apr. fuiſſe vel paulo ante legatur XIII. *Corrad.* Recte mihi videtur Manutius *Quinquatribus*, gloſſema putaſſe: ad diem XIIII. Kal. Apr. Illud tamen quàm rectè neſcio, hanc epiſtolæ partem non eodem ſcriptam fuiſſe die. Potuit enim Matius XV. Kal. ad Ciceronem venire: Quid ni? & pridie ejus diei, qui erat Liberalibus. Craſſipes: poſtquam videlicet mane dediſſet litteras, quæ incipiunt, *Tris epiſtolas tuas.* Malaſpina.

20. *Exiſtimatus quidem eſt ſemper autor otii.*] Quamvis receptam lectionem non improbem, tamen quia antiquior noſter codex aliquantum ab ea diſcrepat, non veritus ſum (licet inquinatam) illius ſcripturam notam ac teſtatam facere: pro, *auctor otii* igitur, *auctoritati* ille habet. judicet nunc de hoc quiſque pro ſuo ingenio. Auctorem hunc pacis, vel potius non ſuſcipiendi belli graviſſimum Cicero in epiſtola ad ipſum ſcripta appellat. quare cum hominis natura receptæ lectioni reſpondeat, & ſermo Ciceroni familiaris ſit (nam quoſdam etiam lib. XIIII. autores latrocinii appellat) rectè mihi videor hic antiquo codici fidem non habuiſſe: cùm tamen raró ſoleat ille peccare, non malum fuit perverſiones etiam illius adnotare. *Victor.*

21. *In*

& ſe auctorem fore pollicebatur. Pridie autem apud me [k] Craſſipes fuerat, qui ſe pridie nonas Mart. Brundiſio profectum, atque ibi Pompejum reliquiſſe dicebat: quod etiam, qui IIX. idus illinc profecti erant, nuntiabant: illa verò omnes, [21] in quibus etiam Craſſipes, [22] qui prudentiâ potis attendere, ſermones minaces, inimicos optimatium, municipiorum hoſtis, meras proſcriptiones, meros Sullas: quæ Luccejum loqui? quæ [23] totam Græciam? quæ vero Theophanem? & tamen omnis ſpes ſalutis in illis eſt; & ego excubo animo, nec partem ullam capio quietis; &, ut has [l] peſtes effugiam, cum diſſimillimis [m] noſtri eſſe cupio. [24] quid enim tu illic Scipionem, quid Fauſtum, quid Libonem prætermiſſurum ſceleris putas? quorum creditores convenire dicuntur. quid eos autem, cùm vicerint, in cives effecturos? [25] quam verò *μακροψυχίαν* Cnæi noſtri

k Craſſipes. *Puteolii.*

l turbas *MS.* peſtis *Græv.*

m noſtris *MS.*

21. *In quibus etiam Craſſipes.*] Beſſarionis liber, *in quibus Craſſipes* [...]*ra*: pro *Craſſipes*, in Tornæſ. & Cruſell. *Craſſipus.* Cleric.

22. *Qui prudentiâ potius attendere.*] Locus perverſus & deminu[...]. Antiqui codices cum vulgatis conſentiunt: quare nos, eo[...] auxilio deſtituti, nihil novare auſi ſumus; cum nihil quod [...]lius eſſet aut ipſi excogitare potuerimus, aut ab aliis excogita[...] ſciamus. *Victor.* *Qui prudentia potis attendere.*] Veteres libri, [...]*tius*, ſcripſit Boſius *potis.* vulg. *potuit.* Cleric. *Qui prudentia.*] *Qui* poſitum in ablativo eſt omnis generis apud Plaut. in Amph. I, 1, 105. *patera aurea qui potitare.* Cur. IV, 2, 20. *J. F. Gronov.* Pater [co]gitabat *qua prudentia potes attendere*, niſi archaïſmum poſſes in Ci[ce]rone ferre retento, *qui potentia*, ut apud Plautum Amphit. 1, 1. *[P]atera aurea, qui potitare ſolitus.* Curcul. 4, 2. *Lingua qui abjurant.* [Gr]onov. Grævius mavult, *qua prudentia potes attendere.*

23. *Totam Græciam.*] Homines Græcos, ut Demetrium, ep. 10. [...]IV. & alios, qui cum Pompejo erant. *Corrad.*

24. *Quid enim tu illuc Scipionem, quid Emagium.*] Nos *quid Fau*[*ſtum*], ex antiquis libris emendavimus. Mentionem antè de hoc [...] in prima hujus voluminis epiſtola, cum catalogum faceret [...]m qui Cn. Magnum in Græciam ſecuti erant: inquit enim: [...] *tamen præter hunc & C. Caſſium reliqui legati; Fauſtus proqua*[...] Victorius.

[25]. *Quam verò μακροψυχίαν nec noſtri eſſe, nunciant Ægyptum,*] Conſentiunt cum vulgatis codicibus antiquiores hoc loco. [...] tamen ex *nec*, *Cn.* fecimus, id eſt, Cnei noſtri. ut Pompe[jus] intelligatur, quem ſæpe in his epiſtolis ſic appellat, ut non [m]ulto poſt: *Cui Cn. noſter locum, ubi hortos ædificaret, dedit.* nam de [...] *ſermonem eſſe nulli dubium eſſe debet.* Quæ ſequuntur autem ver[b]a id manifeſtè coarguunt: exiſtimabatur autem Pompejus in [H]iſpanias provinciam ſuam, ubi & legati ipſius & exercitus erant, na-

ſtri eſſe? nuntiant Ægyptum & Arabiam εὐδαίμονα; 26 & Μεσοποταμίαν cogitare, Hiſpaniam abjeciſſe. monſtra narrant; quæ falſa eſſe poſſunt. ſed certè & hæc per-

navigaturus, & omnino ad occidentem ſpectare: cum decimo libro Cicero perſuaſum in Italia multis fuiſſe dicat, Pompejum cum magnis copiis iter in Germaniam per Illyricum feciſſe. miratur autem μακροψυχίαν Pompeji, qui in tam remotas terras proficiſci cogitaret, & tam longinquam fugam pararet: quod etiam in ultima hujus voluminis epiſtola tangit: *In Ægyptum nos abdimus; exercitu pares eſſe non poſſumus, pacis fides nulla eſt.* Eodem autem ſignificatu quo μακροψυχίαν hic Cicero: Strabo μακροθυμίαν dixit, loquens de illis qui Caſilini ab Annibale obſeſſi erant, in quinto libro his verbis: Ἰδὼν δὲ αὐτοὺς πλησίον τὸ τεῖχος σπείροντας γογγύλην ἐθαύμαζεν, ὡς ἔοικεν ὁ Ἀννίβας διὰ μακροθυμίας εἰ ἐλπίζειεν τέως ἀνθέξειν ὡς τελεσφορῆσαι τὴν γογγύλην. Utroque autem vocabulo longanimitas, ſi Latinum verbum Græco par fingere velis, ſignificatur, & infinita quædam & obſtinata ratio obſiſtendi. *Victorius.* *Quam verò μακροψυχίαν Cn.*] Ita reſtituit Victorius. antea pro *Cn.* legebatur, *nec*; vulg. *quam vero putas μακροψυχίαν.* Magnutus, teſte Manutio, μικροψυχίαν, malebat. parum aptè. eſt enim μακροψυχία, *longanimitas* propriè, ut μακρὸς ſeu μῆκος, *longitudo*. Interpretatur autem Dauſqueius Pompeji patientiam monſtri aliquid alere, quod & Cicero metuit. Sic μακροσκελὴς non eſt *magnis tibiis* homo, ſed *longis*, qui & *perſilis* veteribus dicitur. Neque enim puſillum Pompeji animum notat Tullius, ſed patientem ea, quibus mederi non poteſt, niſi in Ægypto aut Arabia vires firmet augeatque. Patientem inquam quali modò vertit interpres Actor. Apoſtol. cap. XXVI. illud S. Paulli; μακροθύμως ἀκοῦσαί μου: patienter me audias. Sed & *magnum animum* fas interpretari Latinius loquenti; idque ex variis harum Epiſtolarum locis, præſertim ex lib. X. ep. 7. *Niſi forte his amiſſis, arma Pompejum abjecturum putas; cujus omne conſilium Themiſtocleum &c.* en Cn. noſtri μακροψυχίαν. hactenus Dauſqueius. *Cleric.* Μεγαλοψυχία Græcis nota eſt vox, non vero μακροψυχία quæ nuſquam legitur, nec ſi legeretur, hoc poſſet ſignificare, quod ei affingunt interpretes. Aliud eſt μακροθυμία, æquanimitas, lenitas in ferendis malis, cui opponitur ὀξυθυμία, excandeſcentia, iracundia. Nihil certius emendatione Magnuti apud Manutium, qui legendum cenſet μικροψυχίαν. Hoc enim ſenſus poſtulat. Tam abjecto & demiſſo animo eſt Pompejus, inquit Cicero, ut non ſolum metu Cæſaris ex urbe & Italia exceſſerit, ſed quod ne in Epiro audeat manere, ſed fugam moliatur in longiſſime remotas regiones Arabiam, Meſopotamiam, Ægyptum, omiſſa Hiſpania ſua provincia, in qua habet exercitum. Hæc μικροψυχία eſt, quam in tot epiſtolis exagitat Cicero. Faceſſat igitur hinc μακροψυχία, unde malum pedem intulit in codices. *Gravius.*

26. *Et Μεσοποταμίαν.*] Poſt, *Arabiam εὐδαίμονα* mſſ. Boſii ſubjiciunt; & Μεσοποταμίαν, quomodo ille edendum curavit. *Cleric.*

27. Po-

perdita ſunt, & illa non ſalutaria. Tuas litteras jam deſidero. [27] poſt fugam noſtram numquam jam noſtrum earum intervallum fuit. Miſi ad te exemplum litterarum mearum ad Cæſarem; quibus me aliquid profecturum puto. P. R.

CICERO IMP. S. D. CÆSARI IMP.

UT legi tuas litteras, quas [n] *à Furnio noſtro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem eſſem; te velle uti conſilio & dignitate mea minus ſum admiratus: de gratia & de ope quid ſignificares, mecum ipſe quærebam: ſpe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac ſingulari ſapientia de otio, de pace, de concordia civium agi velle arbitrarer: & ad eam rationem exiſtimabam ſatis aptam eſſe & naturam & perſonam meam. Quod ſi ita eſt; & ſi qua de Pompejo noſtro tuendo, & tibi ac reipublicæ reconciliando cura te attingit, magis idoneum, quàm ego ſum, ad eam cauſam profectò reperies neminem: qui & illi ſemper, & ſenatui, cùm primum potui, pacis auctor fui; nec, ſumptis armis, belli ullam partem attigi; judicavique eo bello te violari, contra cujus honorem, populi Romani beneficio conceſſum, inimici atque invidi niterentur. ſed ut eo tempore* [28] *non modò ipſe fautor dignitatis tuæ fui, verùm etiam ceteris auctor ad te adjuvandum; ſic me nunc Pompeji dignitas vehementer movet. aliquot enim ſunt anni, cùm vos* [o] *duo delegi, quos præcipuè colerem, & quibus eſſem, ſicut ſum, amiciſſimus. Quamobrem à te peto, vel potiùs omni-*

n ab aliis

o alii duos

27. *Poſt fugam noſtram; numquam jam noſtrum earum intervallum fuit.*] Unde Ant. Auguſtinus conjiciebat, *numquam tam moleſtum earum intervallum fuit:* mihi autem magis placeret ſi ita legeretur, *numquam tam vaſtum earum intervallum fuit.* Urſin. Helmſt. *poſt fugam noſtram nunquam jam noſtrum earum intervallum fuit.* Nullus dubito quin *noſtram* a ſomniculoſo librario bis fuerit ſcriptum, indeque hæc vitia, quibus hic locus contaminatur, manaſſe. Bene Helmſt. pro *nunquam*, *nullum*. Hinc commodiſſime legi poteſt: *poſt fugam noſtram nullum quàm jam earum intervallum fuit.* Quotidie litteras a te accepi; a quo tempore noſtri, hoc eſt, Pompejani Urbem & Italiam reliquerunt, niſi jam, cum uno atque altero die nullas a te habui. *Gravius.*

28. *Non modo ipſe auctor dignitatis tuæ.*] Magis placet, *adjutor*, ut eſt in manuſcripto. *Urſin.*

29. *Me*

p. & prec. ut. MS. *omnibus* [p] *precibus oro & obteſtor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi; ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique eſſe in maximi beneficii memoria poſſim; qua ſi tantùm ad me* Pag. CXLVIII. | *ipſum pertinerent, ſperarem me à te tamen impetraturum. ſed, ut arbitror, & ad tuam fidem, & ad rempublicam pertinet,* [29] *me è paucis, & utriuſque veſtrûm, & ad civium concordiam, per te, quàm accommodatiſſimum, conſervari. Ego, cùm antea tibi de Lentulo gratias egiſſem, cùm ei ſaluti, qui mihi fuerat, fuiſſes: tamen, lectis ejus litteris, quas ad me gratiſſimo animo de tua liberalitate beneficioque miſit, eandem me ſalutem a te accepiſſe putavi quam ille: in quem ſi me intelligis eſſe gratum; cura, obſecro, ut etiam in Pompejum eſſe poſſim.*

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

LEGEBAM tuas litteras XIII. kalend. cùm mihi epiſtola affertur à Lepta, circumvallatum eſſe Pompejum, ratibus etiam exitus portus teneri. non medius fidius præ lacrimis poſſum reliqua nec cogitare, nec ſcribere. miſi ad te exemplum. miſeros nos, cur q eadem à non omnes fatum illius unà exſecuti ſumus? ecce [q] au- ulii. tem à Matio & Trebatio eadem: quibus Minturnis obvii Cæſaris tabellarii. torqueor infelix, ut jam illum Mucianum exitum exoptem. at quàm honeſta, quàm expedita tua conſilia, quàm evigilata tuis cogitationibus, quà itineris, quà navigationis, quà congreſſus ſermoniſque cum Cæſare? omnia tùm honeſta, tùm r vera cauta. in Epirum [r] verò invitatio quàm ſuavis, quàm ...ntatio liberalis, quàm fraterna? De Dionyſio ſum admiratus: MS. qui

29. *Me & pacis, & utriuſque veſtrûm.*] Faërnus, *me & paci utriuſque veſtrûm:* In manuſcripto: *me & pacis utriuſque veſtrûm auctorem & ad civium concordiam.* Urſin. *Me è paucis, & utriuſque veſtrûm, & ad civium concordiam.*] Hæc eſt Scidarum lectio; vulgò, *me & pacis utriuſque veſtrûm, &c.* Vocem *pacis* ut ſpuriam tollit Lambinus: Faërnus legit, *me & paci utriuſque veſtrû.* Junius in omnibus ſequitur Boſium, niſi quod è mſſ. Palat. adjicit voculam, *ad*, & legit, *è paucis ad utriuſque &c.* mſ. Urſini habet, *me & pacis utriuſque veſtrûm auctorem, & ad civium &c.* Cleric.

30. Sa

qui apud me honoratior fuit, quàm apud Scipionem Panætius: à quo impuriſſimè hæc noſtra fortuna [s] deſpecta eſt. odi hominem & odero: utinam ulciſci poſſem! [30] ſed illum ulciſcentur mores ſui. Tu, quæſo, nunc vel maximè, quid agendum nobis ſit, cogita. Populi Romani exercitus Cn. Pompejum circumſidet; foſſâ & vallo ſeptum tenet; fugâ prohibet; nos vivimus, & ſtat urbs iſta? Prætores jus dicunt? [31] Ædiles ludos parant? [32] viri boni uſuras perſcribunt? ego ipſe ſedeo? coner illuc ire, ut inſanus? implorare fidem municipiorum? boni non ſequentur; leves irridebunt; rerum novarum cupidi, victores præſertim & armati, vim & manus afferent. Quid cenſes igitur? [33] ecquidnam

s deſpectam alii.

P. B.

30. *Sed illum ulciſcentur mores ſui.*] Pro Sylla tamen, reciproci loco, demonſtrativo uſus eſt pronomine, ſic ſcribens: *Hujus ſi cauſſa non manifeſtiſſimis criminibus teneretur, tamen eum mores ipſius ac vita convincerent.* Nec deſunt Grammatici, qui hoc rectum putent; quia ſubſtantivum reciproci reſpiciat ad obliquum, qui a verbo regitur: illa tamen dicendi ratio frequentior eſt. Idem in Piſonem: *Sua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus, ſua audacia, de ſanitate & de mente deturbat.* Malaſp.

31. *Ædiles ludos parant.*] Intelligit ludos Megalenſes quos Ædiles curules dabant in Palatio ante templum Matris magnæ per ſex dies, a pridie Non. April. ad v. Id. ut Kalendarium vetus demonſtrat. Scripta enim eſt hæc ep. 14. Kal. April. Unde quatuordecim dies ad apparatum ludorum Ædiles habuerunt. *Popma.*

32. *Viri boni.*] Εἰρωνικῶς. *Corrad.* Sic & Manutius. Sed nulla hic eſt εἰρωνεία, Nam *Viri boni* non ſunt hoc loco optimates; ſed ut mille aliis in locis harum epiſtolarum, viri locupletes, fœneratores, qui pecuniam ſub uſuris elocant, ut ſuperius notatum eſt. Vid. Gronov. IV. Obſerv. 9. *Grav.*

33. *Et quidem eſt tui conſilii ad finem hujus miſerrima vita.*] Locus obſcurus & fortaſſe depravatus: quidam *adſinis* emendant, ut eſt etiam in nonnullis manuſcriptis, quos puto à noſtro antiquiore deſcriptos eſſe: in eo enim *adſines* legi, ſupraque ultimam vocalem, quæ ſequitur ordine vocalis, ſcripta eſt, ut *adſinis* fiat, nulla tamen ex his lectio ita mihi perſpicua eſt, ut non valde adhuc de ſinceritate hujus loci dubitem. Quòd autem paulò poſt ex *quidem*, *quibusdam* feci, habui hujus animadverſionis autores antiquos libros. Torquebatur mirificè Cicero, quòd nonnullis ſapiens aut felix fuiſſe videbatur, quia in Italia manſiſſet: tanquam nullius rei rationem habere debuiſſet niſi ſuæ ſalutis & utilitatis: ſapiens, ſi id conſilio feciſſet: felix, ſi caſu hoc accidiſſet. ille verò, qui ſe omnia honeſta conſilia cautioribus præponere videri volebat, ægrè ferebat, homines ita de ſe exiſtimare. *Victor.* *Adſinis hujus miſerrima vita.*] *Ac finis* eſt in libro manuſcripto pro *adſinis.* Urſin. *Ecquidnam eſt tui conſilii ad finis.*] Hæc emendatio

 eſt

nam eſt tui conſilii ad finis hujus miſerrimæ vitæ? nunc doleo, nunc torqueor, cùm [t] quibusdam aut ſapiens videor, quòd unà non ierim, aut felix fuiſſe. mihi contrà. numquam enim illius victoriæ ſocius eſſe volui; calamitatis mallem fuiſſe. quid ego nunc tuas litteras, quid tuam prudentiam aut benivolentiam implorem? actum eſt. nulla re jam poſſum juvari, qui ne quid optem quidem jam habeo, niſi ut aliquâ inimici miſericordiâ [v] liberemur. 34 οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος, ut opinor, ille de ratibus. quid enim eſt, quod Dolabella his litteris, quas III. idus Mart. à Brundiſio dedit, hanc εὐημερίαν [x] quaſi Cæſaris ſcriberet, Pompejum in fuga eſſe? eumque primo vento navigaturum? quod valde diſcrepat ab iis epiſtolis, quarum exempla antea ad te miſi. hîc quidem mera ſcelera loquuntur. ſed non erat nec recentior auctor, nec hujus rei quidem melior Dolabella.

[t] quidem *edd. vett.*

[v] liberetur *Græv.*

[x] quaſi *non eſt in MS.*

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

TUAS XI. kalend. accepi litteras, quibus omnia conſilia differs in id tempus, cùm ſcierimus, quid actum ſit: & certè ita eſt: 35 nec interim poteſt quidquam

eſt Boſii an ex conjectura, an ex libris parùm mihi conſtat. Manuſcriptorum alii habent *adſinis*, alii *adſines*. Urſini codex, *ac ſinis*. Palatini duo, *ad finem*. Manutius exiſtimat patere ſententiam ſi ſic legatur: *Quid cenſes igitur, & quidnam eſt tui conſilii? quid? finis hujus miſerrimæ vitæ.* Cleric.

34. *Οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος, ut opinor, ille de ratibus.*] Principium eſt palinodiæ illius, quam fecit Steſichorus, cum Helenæ maledixiſſet, eoque nomine oculis privatus eſſet. Ponit autem Plato in Phædro, his verbis: Τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὅμηρος, ἀλλ' ἅτε μουσικὸς ὤν, ἔγνω τὴν αἰτίαν καὶ ποιεῖ εὐθὺς, οὐκ ἔστ' ἔτυμος ὁ λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίης: id eſt: *Nam cum oculis orbatus eſſet Steſichorus, propterea quod Helenæ maledixerat, non ignoravit, quemadmodum Homerus: ſed, utpote qui muſicus eſſet, cauſam ejus rei intellexit, & continuo hoc carmen fecit: Non verus ille eſt ſermo: numquam navibus vecta eſt velivolis opulenta ad Pergama Troja.* Abſolutâ igitur totâ illâ, quæ appellatur, palinodiâ, ſenſum oculorum ſtatim recuperavit. *Lambin.*

35. *Nec interim poteſt non modo ſtatui, ſed ne cogitari quidem.*]

Nos

quam ſtatui, ſed ne cogitari quidem. quamquam hæ mihi litteræ Dolabellæ jubent ad priſtinas cogitationes reverti. fuit enim pridie [y] Quinquatrûs egregia tempeſtas, quâ ego illum uſum puto. [36] Συναγωγὴ conſiliorum tuorum non eſt à me collecta ad querelam, ſed magis ad conſolationem meam. nec enim me tam hæc mala angebant; quàm ſuſpicio culpæ ac temeritatis meæ: eam nullam puto eſſe; quoniam cum conſiliis tuis mea [z] facta & conſilia conſentiunt. Quod mea prædicatione factum eſſe ſcribis magis quàm illius merito, ut tantum ei debere viderer; [37] eſt ita. ego [a] illa extuli ſemper, & eò quidem magis, ne quid ille ſuperiorum meminiſſe me putaret: quæ ſi maximè meminiſſem; tamen illius temporis ſimilitudinem jam ſequi deberem. nihil me adjuvit, cùm poſſet: & poſtea fuit amicus, [b] etiam valde: [c] ecquam ob cauſam planè [d] neſcio. ergo ego quoque illi. quin etiam illud par in utroque noſtrûm, [38] quòd ab eiſdem [e] illecti ſumus. ſed utinam tantùm ego ei prodeſſe potuiſſem, quantùm mihi ille potuit! mihi tamen, quod fecit, [f] gratiſſimum: nec ego nunc eum juvare quâ re poſſim ſcio: nec, ſi poſſem, cùm tam peſtiferum bellum pararet, adjuvandum putarem. tantùm offendere animum ejus hìc manens nolo. nec mehercule iſta videre, quæ tu potes jam animo providere, nec intereſſe iſtis malis poſſem. ſed eo tardior ad diſcedendum fui, quòd difficile eſt de diſceſſu voluntario ſine ulla ſpe reditûs cogitare. nam ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, claſſibus, auxiliis Gallorum, [39] quos Matius [g] ἐσάλπιζεν, ut pu-

P. CXLIX

[y] Quinquatres *MS.*

[z] & facta *alii.*

[a] illum *alii.*

[b] & tam *MS.*

[c] & quam id *MS.* & *Lamb.*

[d] ſcio *MSS.*

[e] dilecti *MSS.* ejecti *Manut.*

[f] *alii* eſt grat.

[g] ἰσάλπιζεν *Vict.* σαλπίζει *alii.*

Nos ex antiquo noſtro codice reſtituimus locutionem ſimilem illi & penè eandem, quæ lib. II. harum epiſtolarum adnotata eſt: ea autem (niſi fallimur) delata erat ab aliquo eorum, qui eam Latinam eſſe, & à Græco ſermone fluxiſſe neſcirent. *Victor.*

36. *Συναζογὴ conſiltorum tuorum.*] Intelligit illa conſilia, quæ ex variis litteris Attici collecta conjecerat in epiſtolam 10. hujus libri. *Gravius.*

37. *Eſt ita. ego.*] Quidam libri tam ſcripti quam editi: *Eſt ita, eſt ita.* Scribe: *eſt ita, eſt.* quæ repetitio cum aſſeveratione aliquid ajentibus non eſt infrequens. *Idem.*

38. *Quod ab iiſdem dilecti ſumus.*] Antiquior idem codex *illecti* habet: ego tamen receptam lectionem conſervavi. videbunt nunc doctiores utra caſtior veriorque ſit. *Victor.*

39. *Quos Matius ἐσάλπιζεν, ut puto.*] Sic & olim edendum curavi,

puto; ſed certè dicebat, 40 peditum ccIↃↃ, equitum ſex polliceri ſumptu ſuo annos decem. 41 ſed ſit hoc

P. B. λάπισμα: magnas habet certè copias: & habebit non,

[illegible] ut

[illegible]

vi, & nunc, in ſententia manens, edi volui, rationem & codicum antiquorum auctoritatem ſecutus. Nam quod ad codices manuſcr. attinet, ſic habere teſtor codicem Turnæſ. Ε᾿ΛΑ᾿ΠΙΖΕΝ, quod eſt ἐλάπιζεν. Veniamus nunc ad rationem. Ac primum quidem, nec ἰσάλπιζεν, nec σαλπίζει, hoc loco ferri poteſt. eſt enim σαλπίζειν, tubâ canere, tubâ ſignum dare, tubâ ad bellum excitare. quorum nullum huc quadrare poteſt. Nam ſi quis dicat, hoc ſignificari a Cicerone, Matium palam dicere, & prædicare, & quaſi tubâ canere, Gallos auxilia per decem annos Cæſari eſſe pollicitos: quare ſubjungit, *ut puto*. Omnino ferri non poteſt. Deinde λαπίζειν, quod ſignificat inania jactare & glorioſe prædicare, maxime convenit. Significat enim Cicero, ſe putare, jactari hæc a Matio inanius & glorioſius, quàm verius. ſubjungit, *ſed certe dicebat*, quorum verborum hæc ſententia eſt, ſive falſa illa ſint, ſive vera, certe dicebat, *&c.* ſequitur, *ſed ſit hoc λάπισμα*, id eſt, ſed demus, glorioſam & inanis jactantiæ plenam eſſe prædicationem, conſtat tamen, Cæſarem magnas copias habere. Hæc pluribus verbis explicavi, & hic præter meam conſuetudinem meumque inſtitutum longior fui, quod Petrus Victorius, quem ſemper honoris causâ nominatum velim, Var. Lectionum lib. XXXVII. cap. 3. etiam in hoc loco, à ſuo more non diſcedens, verboſus fuit, dum oſtendere conatur, hic legendum eſſe, σαλπίζει, ſeu ἰσάλπιζεν. quod non potuit, & inanem operam ſumſit. nam σαλπίζειν, non eſt magnificè, neque glorioſè, neque jactabundè prædicare, quæ ſententia hic poſtulatur, ſed tantum, palam & clarè ſignificare & dicere. λαπίζειν autem eam vim habet apud Græcos, quam poſtulari diximus: quod ne ipſe quidem Victorius negaverit: ſed puto Victorium, Malaſpinæ odio commotum, (neſcio quam ob cauſam, cum præſertim ſit etiam ille Florentinus, niſi vel quod is auſus eſt notas ſcribere in epiſtolas ad Atticum, vel quod nonnulli conjecturas aliquas Malaſpinæ probarunt,) verumtamen arbitror, Victorium perturbatione animi a recta ratione averſum eſſe, multaque præter ætatis & perſonæ ſuæ decorum parum conſideratè fudiſſe. Quæ ſi tacuiſſet, neque homines amiciſſimos temerè offendiſſet, & melius ſuæ exiſtimationi conſuluiſſet. *Lambin.*

40. *Peditum* CCIↃↃ.] Deerat hic numerus peditum & equitum, quem ex Decurtato ſic Boſius expreſſit. *Cleric.*

41. *Sed ſit hoc ψευδηκόμιον*] Quàm inconſideratè hîc poſitum eſſet hoc verbum Græcum, dici non poteſt. Qui πλάσμα emendarunt, conjecturam magis ſecuti ſunt, quàm autoritatem veterum exemplariorum: id enim verbum ſuppleverunt, quod ſententiam tantum impleret. ſi Germani accuratè ſuum veterem librum perſpexiſſent, integram (ut puto) & ingenuam in illo lectionem inveniſſent: in noſtro enim tam certa & clara eſt, ut

ni-

h ut ille, 42vectigal, ſed civium bona. adde confidentiam hominis; adde imbecillitatem bonorum virorum; qui quidem, i quòd illum ſibi meritò iratum putant, oderunt, 43ut tu ſcribis, 44ludum. ac vellem, ſcribis, k quiſnam hic ſignificaſſet. 45ſedet iſte, quia plus oſtenderat,

h non ille vect. *alii.* i illum, quod *Malaſp.* k quinam hi ſignificaſſes *Grav. è conj.*

nihil in ea deſideretur: itaque eam avidè arripuimus, eſt autem λάπισμα, καύχημα, ut Heſychius etiam docet, & λαπιστής, καυχητὴς, ψεύστης. Non credebat autem Cicero tantas copias habere Cæſarem Matiumque amicum illius, eas nimis verbis augere & glorioſe jactare putabat. Eſt igitur λάπισμα, falſa quædam oſtentatio & amplificatio rerum ſuarum. *Victor.*

42. *Vectigal.*] Præſertim agri Campani, quod olim abſtulit ep. 16. lib. II. *Corrad.* Imo vectigalia provinciarum. quæ ſibi pendi jubebit Pompejus, tanquam imperatori ſenatûs populique Romani. Provinciæ pleræque, præcipue Orientales, erant a partibus Pompeji. Cæſar vero habebat bona civium, urbem tenens & Italiam. *Gravius.*

43. *Ut tu ſcribis, ludum. ac vellem ſcribis, quiſnam hic ſignificaſſet: ſed & iſte quia plus oſtenderat, quam fecit; & vulgo illum.*] Locus multis fœdatus, ut videtur, maculis, reſtitui aliquo modo poterit, ſi ita emendetur: *Et tu ſcribis ludunt: ac bellè ſcribis, quiſnam hac ſignificaſſet? ſed & iſtum, quia plus oſtenderat quam fecit, amant: & vulgo illum.* Urſin. Lego, *oderunt, ut tu ſcribis, dudum.* Gronov.

44. *Ludum. ac vellem.*] Locum hunc valde corruptum & diminutum eſſe exiſtimamus: ideo notam, quæ mendum indicet, adpoſuimus. antiquiores etiam codices nihilo hâc parte meliores. Alii conati ſunt rem difficilem & periculoſam meo judicio, ſuo ſcilicet ingenio hunc locum reſtituere & ſupplere: quorum quia notæ ſunt opiniones, nihil eas attinet explicare. *Victor.*

45. *Sedet iſte.*] *Sed & iſte* proba lectio, nec mutanda. eſt enim altera cauſſa cur Pompejus ſit inviſus, clementiâ Cæſaris, qui initio plus crudelitatis oſtenderat quàm fecit. minatus namque erat ſe hoſtium loco habiturum omnes qui contra ſe arma ferrent: ſed moderationem clementiamque erga victos ſummam exhibuit. ideo vulgo qui Pompejum amabant, nunc perſpectâ Cæſaris admirabili clementiâ, non amant. Municipia vero & coloniæ civium Romanorum Pompejum metuunt, Cæſarem, ut adhuc eſt, diligunt. Dicit autem *Hic*, de Cæſare præſente in Italia: *Ille*, de Pompejo abſente & jam profecto in Græciam; quod etiam alibi obſervat. *Popma.* *Sed &* præ ſe ferunt etiam Ball. & Helmſt. & omnino ſenſus poſtulat, quem Malaſpina vidit. Argutias Boſii hîc nemo probet. Omnino *amatur* excidiſſe cenſeo, quia ſtatim bis illud idem verbum ſequitur. Nam & in hoc genere ſæpe librarii errarunt, ut idem verbum ſemel iterumque in eadem periodo repetendum ſemel tantum ſcripſerint, & interdum cum illo, quod iterandum erat, totos verſus omiſerint, quod pluribus aliquando ad Polianum oſtendam. Nullus dubito quin Cicero ſcrip-

derat, quàm fecit; & vulgò illum, qui amarunt, non amant. municipia verò & ruſtici Romani illum metuunt, hunc adhuc diligunt. quare ita paratus eſt, ut, etiam ſi vincere non poſſit, quo modo tamen vinci ipſe poſſit, non videam. ego autem non tam γοητείαν hujus timeo, quàm πειθανάγκην. αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit Πλάτων, οἶσθ' ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις. Illa 46 ἁλίμενα video tibi non probari: quæ ne mihi quidem placebant: ſed habebam in [l] illis 47 & occultationem,

l illis finem & *Jun. è MS.*

ſcripſerit: *Sed & iſte, quia plus oſtenderat, quam fecit, amatur, & vulgò illum, qui amarunt, non amant.* Cæſar amatur, quia non tantum mali importat, quantum præ ſe ferebat, cum bellum inferret Urbi & Italiæ, lenem enim ſe præbet & clementem non ſolum erga eos, qui quieſcunt, ſed & qui arma contra illum tulerunt, ſi in ejus incidunt manus, ut oſtendêre illi, quos Corfinii cepit, cives Pompejanarum partium. Pompejum vero multi non amant, qui ante amici ejus erant, & quòd Urbem & Italiam deſeruerit, & quòd eis famem & vaſtitatem minetur, peſtiferumque bellum adductis barbaris cogitet, multaque alia in ſe admittat, quæ in bonorum odium eum adducunt. *Gravius.*

46. Ἀλίμενα *video tibi non probari.*] Hoc loco parum diligenter librarii noſtri ſe geſſerunt: nam & Latinam vocem, quæ hanc Græcam præcedere debebat, omiſerunt, & perperam orationem pupugerunt. poſt locum autem ex Platone citatum, altero principio facto (in aliam enim rem tranſit) ita ſcribere eos volebamus: *Illa* ἀλίμενα *video tibi non probari &c.* Vocat autem ἀλίμενα loca quædam quæ portus non habebant: quare ea Atticus non probabat. ſe tamen de illis cogitaſſe Cicero dicit, quia occultationem eam quam quærebat, in illis habiturus erat: nec quia ea quæ ſibi opus forent fideliter adminiſtrarent ſuppeditarentque, defuturos ſperabat, quæ omnia ſe alio celebri loco invenire poſſe diffidebat: toto autem pectore hoc tempore de navigatione cogitabat. Verba autem Platonis dictione illa ἀνάγκαις, terminantur: ſunt autem accepta ex 7. epiſtola, quæ ſcripta eſt ad Dionis propinquos. Germanos quoque hanc ſcripturam in ſuo antiquo exemplari credendum eſt reperiſſe, in margine enim eam adnotant. *Victor.*

47. *Et occultè ſic omnem.*] Emendavimus *occultationem:* antiqua autem ſcriptura, etſi aliquantulum inquinata eſt, adeo tamen huic, quam reſtituimus, propinqua eſt, ut ſine temeritatis culpa videatur ita potuiſſe corrigi. Cum autem infrà, *Sed ibi occultatio nulla eſt* dicat, videtur omnis dubitatio ſublata eſſe. ex illis enim commodis, quæ in locis importuoſis videbat, alterum omnino Brundiſii deficiebat, de altero non loquitur: nihil enim verendum de eo Brundiſii. In locis autem deſertis periculum erat ne quæ ſibi ad uſum neceſſaria erant, deeſſent, præcipuè ſi vellet ibi occultè degere, quod tamen ipſe diligenter ſe providiſſe dicit. *Victor. Occultationem.*] Vulgatæ, *occulta ſic omnem.* Victorius ex antiqua

nem, & *ὑπηρεσίαν* fidelem : quæ ſi mihi [48] Brundiſii ſuppetunt, mallem. ſed ibi occultatio nulla eſt. verùm, ut ſcribis, cùm [m] ſcierimus. Viris bonis me non nimis excuſo. quas enim eos cenas & facere & obire ſcripſit ad me [n] Sextus? quàm lautas? quàm tempeſtivas? ſed ſint quamvis boni, [o] non ſunt meliores, quàm nos: moverent me, ſi eſſent fortiores. De Lanuino Phameæ erravi : [49] Trojanum [p] ſomniabam. id ego volui Q. ſed [50] pluris eſt. [51] iſtuc tamen cuperem emeres, ſi

m ſciemus *Manut.*
n Cæcius *Faërn.*
o ſint mel. *Lamb.*
p *alii* ſomniaveram.

tiqua ſcriptura, etſi aliquantum inquinata ſit, ſe feciſſe ait, *occultationem.* Veniebat in mentem : *occulte ἀθύρωτον, & ὑπ.* id eſt, navem frumentariam & remigium fidele. Aut *σιτώνην* i. e. emptionem frumenti vel pararam annonam ad inſtruendam navem, quam & *σιταρχίαν* vocant. Apul. lib. II. Metam. *Hâc ſitarchiâ navigium Veneris indiget.* Licebat autem Senatoribus navem trecentarum amphorarum habere privati uſûs causâ, Liv. XXI, 63. Simile apud Juſt. XXXI, 2. de Hannibale. *J. F. Gronov.*

48. *Brundiſii.*] Quomodo locum habere poſſit non video: Brundiſium enim ipſum theatrum belli : haud dubie aliud nomen fuit, qualecunque tandem fuerit, poſſit explicari : ſi hæc mihi Brundiſii eſſent, mallem me illic quoque eſſe & unà cum Pompejo & ceteris conſcendere, quamquam de nomine loci valde dubitem. Locus eſt ad Silarum amnem qui *Eburi*, ut ſcriptum fuerit, *Quæ ſi mihi Eburis ſuppetant.* Idem.

49. *Trojanum ſomniabam.*] Hinc perſpici poteſt Lanuinos vocari ſolitos tam qui Lavinium incolerent, oppidum agri Laurentis ab Ænea conditum ad eum locum, qui Troja dicebatur, quàm qui Lanuvium, oppidum ſitum ſupra Ariciam, ad dexteram viæ Appiæ, ut refert Strabo. quinimo utrumque oppidum ætate Ciceronis, Lanuvium fuiſſe nuncupatum. *Boſius.* Lanuvinum & Trojanum erant duo prædia Phameæ : utrumque vicinum agro Antiati. itaque cum Phameas Lanuvinum Antii proſcripſiſſet, Cicero falſò crediderat eſſe illius Trojanum : cui nomen a Troja, loco in agro Laurente finitimo Antiati, Ardeati, Lanuvino : in quo primus in Italia Æneas cum ſuis conſtitit: Feſtus, Cato in Originibus. *Popma.*

50. *Pluris eſt iſtuc.*] *Pluris eſt*, eſt carius venditur. *Eſſe*, ſæpe eſt venalem eſſe. Cic. III. in Verr. *Cum in Sicilia ſeſtertiis binis tritici modius eſſet.* Sic apud Ælianum lib. I. Var. Hiſt. 20. *εἶναι.* *Grævius.*

51. *Iſtuc tamen cuperem emeres.*] Sic ep. 11. h. l. optavi, ut aliquis emeret meorum. *Corrad.* Turbant veteres codices. Ball. *iſtud tamen me cuperem me mei eſt.* Helmſt. *iſtud tamen cuperem me miri eſſe.* Nec aliter Florentini libri, ubi conſtat ex P. Victorii editione : *Sed pluris eſt iſthuc, tamen me cupere memor' es.* Nullus dubito quin ex ingenio hæc ſic reſinxerit, cum in ſuis codicibus inveniſſet, ut in noſtris ſcribi oſtendimus. Editores aut correctores ſenſum potius ſecuti, quàm veſtigia codicum, inde fecerunt *emeres.*

 Nam

ſi ullam ſpem fruendi viderem. Nos quæ monſtra quotidie [q] intelligamus ex illo libello, qui in epiſtolam conjectus eſt. 52 Lentulus noſter Puteolis eſt ἀδημονῶν, [r] ut Cæcius narrat, quid agat: διατροπὴν Corfinienſem reformidat: Pompejo nunc putat ſatisfactum: beneficio Cæſaris movetur; ſed tamen [s] movetur magis [t] perſpectâ re. [v] Tene hæc poſſe ferre? Omnia miſera: ſed hoc nihil miſerius; Pompejus [x] N. Magium de pace miſit; & tamen oppugnatur; quod ego non credebam: ſed habeo à Balbo litteras, quarum ad te exemplum miſi: lege quæſo, & illud infimum caput ipſius Balbi, optimi, cui Cnæus noſter 53 locum, ubi hortos ædificaret, dedit: quem cui noſtrûm non ſæpe prætulit? Itaque miſer torquetur. ſed, ne bis eadem legas, ad ipſam te epiſtolam rejicio. ſpem autem pacis habeo nullam. Dolabella ſuis litteris, idibus Mart. datis, merum bellum loquitur. maneamus ergo in illâ eadem ſententiâ miſerâ & deſperatâ: quando hoc miſerius eſſe nihil poteſt.

q intelligimus ex illo *Grav. è conj.*
r is, ut *alii.*
s movebitur *MS.* P. CL.
t proſpectare *alii.*
v Mene *Manut.*
x *alii* Cn.

BALBUS CICERONI IMP. S.

CÆSAR *nobis litteras perbreves miſit, quarum exemplum ſubſcripſi. brevitate epiſtolæ ſcire poteris eum valde*

Nam in tam trita voce non ita hallucinarentur librarii. Mihi certum videtur Ciceronem ſcripſiſſe: *iſtud tamen cuperem meum eſſe.* Errorum cauſſa eſt iteratio τὸν *me* poſt *cuperem.* Grævius.

52. *Lentulus noſter Puteolis eſt ἀδημονῶν, ut Cæcius narrat, quid agat: διατροπὴν.*] In hac interpunctione non languent tantum omnia, ſed frigent planè, nec ullum commodum ſenſum inde eruas. Ball. Helmſt. & P. Vict. ed. *Lentulus noſter Puteolis eſt. ἀδημονῶν, is, (ut Cæcius narrat) Quid agat?* Scribe: *Lentulus noſter Puteolis eſt ἀδημονῶν, ut Cæcius narrat. Quid agat? διατροπὴν Corfinienſem reformidat.* Et hoc Paullo quoque placuiſſe video. Lentulus, inquit, Puteolis curis & mœrore ſe ipſum exedit; ut ex Cæcio audivi. *Quid agat miſer?* non audet ire ad Pompejum propter dedecus, quod deditione Corfinii ſuſcepit. *Idem.*

53. *Locum uberem ut hortos ædificaret.*] Nos auxilio veterum codicum *locum, ubi hortos ædificaret*, ſcripſimus: *ube* tantum in illis, pro *ubi* legebatur: in reliquis nihil omnino perverſionis. ſed qui in antiquis exemplaribus tractandis exercitati ſunt, hujuſcemodi errores ſæpe invenerint neceſſe eſt: confunduntur enim hæ duæ vocales, & altera ſæpe alterius locum ſubit, ut à diligentiſſimis & eruditiſſimis viris animadverſum eſt. *Victor.* *Locum, ubi hortos ædificaret.*] Ita repoſuit Boſius, pro corrupto illo, *locum uberem ut hortos*

valde eſſe diſtentum, qui tantâ de re tam breviter ſcripſerit. ſi quid præterea novi fuerit, ſtatim tibi ſcribam.

CÆSAR OPPIO, y CORNELIO S.

y CORNELIOQUE *MSS.*

A D. VII. *id. Mart. Brundiſium veni: ad murum caſtra poſui. Pompejus eſt Brundiſii. miſit ad me N. Magium de pace. quæ viſa ſunt, reſpondi. hoc vos ſtatim ſcire volui. cùm in ſpem venero,* 54 *de compoſitione aliquid me conficere, ſtatim vos certiores faciam.*

Quomodo [z] *me nunc putas, mi Cicero, torqueri, poſtquam rurſus in ſpem pacis veni, ne qua res eorum compoſitionem impediat? namque, quod abſens facere poſſum, opto. quòd ſi unà eſſem, aliquid fortaſſe proficere poſſem* [a] *videri. nunc exſpectatione crucior.*

z alii *nunc me.*

a *videri* deeſt in aliis.

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

P. B.

MISERAM ad te [b] IX. kalend. exemplum epiſtolæ Balbi ad me, & Cæſaris ad eum; ecce tibi, eodem die Capuâ litteras accepi ab Q. Pedio, Cæſarem ad ſe pridie idus Mart. 55 miſiſſe [c] hoc exemplo: *Pompejus*

b *alii* XIX.

c literas hoc *alii.*

hortos ædificaret. Junius ex duobus Palat. *locum haberem, ut hortos ædificarem*; tertius mſ. Pal. habet, *ubi*, non, *ut*. Cleric.

54. *De compoſitione aliquid me conficere.*] Suſpicor verba, *aliquid me conficere*, gloſſema eſſe. *Urſin.*

55. *Miſiſſe hoc exemplo.*] Recte hunc locum P. Victor. princeps in ſua editione reſtituit, ſuffragantibus Ball. & Helmſt. qui audiendus erat. Veterem crambem nonnulli tamen recoxerunt nobis perperam, ſecuti priores editiones depravatas, in quibus ſcribitur: *miſiſſe litteras hoc exemplo.* Atqui *mittere* Ciceroni eſt litteras mittere, litteris ſignificare, interdum etiam per nuncios certiorem facere. Superius lib. IV. ep. II. *Id cujuſmodi ſit aut nunc ſi ſcias aut, cum is Romam venerit, ad me mittas velim* In lib. II. ep. 2. *Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, ſe judicem, qui non adfuerit, compellaturum.* hoc eſt, ſic ad me ſcribunt. epiſt. ult. ejuſdem libri: *Sic habeto nec amantius, nec honorificentius, nec copioſius potuiſſe dici: & te hoc ſcribere a me tibi miſſum eſſe ſane volo.* hoc eſt, me hoc ad te ſcripſiſſe. Sic ἐπιστέλλειν apud Ælianum lib. II. Var. Hiſt. 5. Ἀκούσαντες ἔφοροι Λακεδαιμονίων, τοὺς Δεκέλειαν καταλαβόντας περιπάτῳ χρῆσθαι δειλινῷ, ἐπέστειλαν αὐτοῖς, μὴ περιπατεῖτε, ὡς τρυφώντων αὐτῶν μᾶλλον ἢ

pejus ſe oppido tenet. nos ad portas caſtra habemus: conamur opus magnum & multorum dierum, propter altitudinem maris. ſed tamen nihil eſt quod potiùs faciamus. ab utroque portûs cornu [56] *moles jacimus,* [d] *ut aut illum quamprimùm trajicere quod habet Brundiſii copiarum cogamus, aut* [e] *exitu prohibeamus.*

d ut deeſt in MS.

e *exitum* MS.

Ubi eſt illa pax, de qua Balbus ſcripſerat torqueri ſe? ecquid acerbius? ecquid crudelius? atque [57] eum loqui quidam αὐθεντικῶς narrabat; Cn. Carbonis, M. Bruti ſe pœnas perſequi, omniumque eorum, in quos Sulla crudelis hoc ſocio fuiſſet: [58] nihil Curionem ſe duce facere,

cere,

τὸ σῶμα ἐκπονέντων. *Cum nunciatum eſſet Ephoris Lacedæmoniorum, eos, qui Deceliam occupaverant, pomeridie ambulare, miſerunt ad eos, ne ambuletis, tanquam voluptates potius quam corporis exercendi cauſſâ hoc facerent.* Et cap. 19. ejusdem libri: Ἀλέξανδρος, &c. ἐπέστειλε τοῖς Ἕλλησι Θεὸν αὐτὸν ψηφίσασθαι. *Alexander, &c. Græcis miſit, ut ſe Deum decernerent.* Lucas in Actis Apoſtolicis XV. Ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν εἰδώλων καὶ τῆς πορνείας, καὶ τοῦ πνικτοῦ καὶ τοῦ αἵματος. *Mittendum ad eos ut abſtineant a pollutis per ſimulacra, & ſcortatione, & ſuffocatis rebus, & ſanguine.* Grævius.

56. *Moles jacimus.*] Ab utroque promontorio aggerem in mare ducimus. Cæſ. II. Bel. Gal. 12. *aggere jacto.* Curt. IV, 2. *ante jacienda moles erat.* Tac. XIV, 8. *molium objectus.* Suet. Claud. 20. *mole objecta.* J. F. Gronov.

57. *Eum loqui αὐθεντικῶς narrabat.*] Vulg. *eum loqui quidam αὐθεντικῶς narrant.* Cleric. Tò *quidam* tamen reperitur in Balliolenſi, quod nollem negari in Variis Lectionibus, pro quo in Helmæſt. *quiddam*, etiam in prioribus editis, ut certe debuerit vel ab Victorio vel a Boſio & Clerico cauſa omittendi reddi. Et quæſo cur diſcedam ab illo, quod ubique in MSS. confirmatur *quidam narrabat*, non utique vel Pedius vel Bæbius, ſed quicumque alius, cujus nomen non ſuſtinuit epiſtolæ committere? *Gronov.*

58. *Nihil Curione ſe duce facere.*] Manuſcripti libri, *Curionem* accuſandi caſu habent, quam lectionem & accepimus, & ſinceram eſſe exiſtimamus, ut ſe Syllæ, Curionem Pompejo comparans dicat, Nihil Curionem facere ſe duce, quod Pompejus antea Syllâ duce non fecerit. Locus tam certus eſt (niſi fallor) ut nihil amplius eum oporteat confirmare & declarare. videndum potius accuratius in verbis his quæ ſequuntur, an vitium ſit, *Ad ambitionem quibus exilii pœna &c.* ego enim valde dubito: nec tamen in manuſcriptis ullam varietatem inveni. *Victor. Nihil Curionem ſe duce facere; quod non hic Sullâ duce: feciſſe ad ambitionem, quibus exilii pœna ſuperioribus legibus non fuiſſet.*] *Curionem*, pro *Curione* poſuit Victorius, Boſius verò præter diſtinctionem mutavit, *feciſſet*, in *feciſſe.* Junius nihil in textu, diſtinctionem ſolam movet hoc modo, *quod non hic Sullâ duce, fuiſſet ad ambitionem:* vulgò enim

ſic

cere, 59 quod non hic Sullâ duce feciſſet; ad ambitionem, quibus exilii pœna ſuperioribus legibus non fuiſſet; 60 ab illo patriæ proditores de exilio reductos eſſe: queri de Milone 61 per vim expulſo: neminem tamen ſe violaturum, 62 niſi qui arma. hæc 63 contra Bæbius qui-

ſic diſtinguitur, *quod non hic Sullâ ducè feciſſet. Ad ambit.* Manutius ſic conjicit, *ab hoc lege de Ambitu nova; quibus exſilii pœna ſuperioribus legibus non fuiſſet, ejectos: ab illo patria proditores exſilio reductos eſſe:* & hujus conjecturam Lambinus in editionem ſuam retulit. Ceterùm pro *proditores*, Faërnus legebat *perditores*. Cleric. An non ob ſimilitudinem literæ excidit verbum ita reſtituendum? *Nihil Curionem ſe duce facere, quod non hic Sullâ duce feciſſet; ejeciſſe ad ambitionem, quibus &c.* Gronov.

59. *Quòd non hic Sullâ duce feciſſet.*] Hunc locum interpolavit Boſius contra librorum omnium ſcripturam, qui hanc, quam ille excogitavit, diſtinctionem & lectionem ignorant. Veterem itaque reduxi. Sequentia corrupta ſunt, nec hilum profecere viri docti in iis aut ſanandis, aut ut jacent, explicandis. Cogitabam: *a ſe damnatos, quibus exilii pœna ſuperioribus legibus non fuiſſet, ab illo patria proditores de exilio reductos eſſe. a ſe* abſorptum eſſe ab his vocibus *feciſſet ad.* Dein cum ex *damnatos* excidiſſent ultimæ binæ ſyllabæ, & a magiſtro adſcriptum eſſet explicandi cauſſâ *propter ambitionem*, ſive *ambitum*, inde nata eſt lectio vulgata *ad ambitionem.* Hæc mea de hoc loco eſt ſententia. Si qui meliores nacti codices veriora poſſint eruere, iis applaudemus. Senſus autem eſt liquidus, ſi quam dedi, lectionem ſequamur. Narrabant, inquit, quidam Cæſarem dicere a ſe reductos eſſe inique damnatos ambitus a Pompejo novâ lege latâ, qui non poterant exilii pœnâ plecti ſecundum leges, quæ de ambitu latæ erant ante Pompejum, a Pompejo vero ſceleratos cives proditores patriæ reductos eſſe. *Gravius.*

60. *Ab illo patria proditores.*] Faërnus, *perditores.* paullo poſt vetus liber habet, *ſed quid ſi ille non dicat*, pro *ſed quis ulli non dicat.* Urſin.

61. *Per vim.*] Quaſi judices eum Pompeji conſulis metu condemnaſſent: quia, cum judicium Milonis ageretur, exercitum in foro, & omnibus in templis quæ circa forum ſunt, collocaverat. Quod Cæſar lib. III. de Bello Civili reprehendit. Hæc autem Cæſaris criminatio ideò ſuſcepta, ut invidioſam Pompeji potentiam redderet. nam nec ipſe, qui Milonem queritur per vim expulſum, poſtea eum reſtituit, cùm ceteros reſtitueret lege Pompejâ damnatos. *P. Manut.*

62. *Niſi qui arma hac. contra.*] Ita Boſius ex Scidis: Vulgò, *niſi qui arma hac contra*, quod Victorius jam ex parte emendaverat, rejiciens duas illas voces, *ſe moverunt*, quæ poſt, *contra*, legebantur; Junius verò ſic diſtinguit, *niſi qui arma. Hac contra Babius.* Cleric.

63. *Contra ſe moverunt.*] Nos duas has ultimas voces delevimus, nec

quidam à Curione III. id. profectus, homo non infans, 64 ſed qui S. ulli non dicat. planè neſcio quid agam. 65 illim equidem Cnæum profectum puto. quidquid eſt, biduo ſciemus. 66 A te nihil, ne Anteros quidem, qui à te, litterarum: nec mirum. quid enim eſt quod ſcribamus? ego tamen nullum diem prætermitto. Scriptâ epiſtolâ litteræ mihi ante lucem à Lepta Capuâ redditæ ſunt idib. Mart. Pompejum à Brundiſio conſcendiſſe, f at Cæſarem a. d. VII. kalend. Apr. Capuæ forè.

P. CLI.

f *alii ac.*

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

CUM dediſſem ad te litteras, ut ſcires Cæſarem Capuæ VII. kalend. fore, allatæ mihi ſunt g litteræ eum

g Capuâ litt. *Grav. & alii.*

nec enim neceſſariæ ſunt: pulchréque intelligitur quod deſideratur: & declarationem paraphraſinque quandam illas fuiſſe arbitramur à recentiore, nec valde erudito factam. E regione ſequentis verſûs notam, quæ depravationem oſtendat, conſtitui juſſimus. Quis enim ex his verbis *homo non infans ſed quis ullì non dicat*, idoneum ſenſum ullum eliciat? *Victor.*

64. *Sed qui S. ulli.*] Separavit hic Boſius notam S. à vocabulo *qui*, cui importunè adhæſerat. Manutius commodum exiſtimabat ſenſum eſſe ſi ita diſtingueretur, *ſed quis ulli non dicat:* Vetus liber Urſini habebat, *ſed quid ſi illi non dicat.* Tornæſ. *ſed quis illi non dicat:* unde Lambinus olim putaverat emendandum, *ſed quis illa non dicat.* Turnebus lib. I. cap. 21. conjicit, *ſed qui ſoli non dicat?* qui adeatur. *Cleric.* An non vulgata debet explicari ex noto verſu *Hei mihi! ſi, quæ ſim Phyllis & unde, rogas.* Gronov.

65. *Illinc equidem Cn. profectum puto.*] Receptam hic lectionem conſervavimus: in antiquiore tamen noſtro codice, *illim equidem, &c.* legimus. Eâdem ratione qua antea multis locis obſervaſſe nos expoſuimus, *iſtim* pro *iſtinc* ſcriptum eſſe. Nam *illi* pro *illic* & Virgilius dixit: ut, *Patet illi janua leto.* Et in II. *Illi mea triſtia facta Degeneremque Neoptolemum narrare memento.* ita enim exponit Ælius Donatus. Terentius, *Interea, dum ſedemus illi: intervenit adoleſcens quidam lacrymans.* Et in Hecyra, *Itaque ineptus hodie dum illi ſedeo.* Hujus autem adverbii multa (ut puto) exempla invenirentur, niſi paſſim illa ab aliquibus, qui corruptam ſcripturam credebant, depravata & contaminata eſſent. *Victorius. Illinc equidem.*] Hic receptam lectionem ſervat Victorius, ait tamen ſuum antiquum habere, *illim equidem* quod omnino probat Giſanius, in Indice Lucretiano. vulgò *illinc quidem.* Cleric.

66. *A te, nihil ne Anteros quidem, qui à te, litterarum.*] Conjectura hæc eſt Boſii, adjuta corruptâ hac Decurtati ſcripturâ, *à te nihil,*

cum in Albano apud Curionem v. kalend. fore. cum cùm videro, Arpinum pergam. ſi mihi veniam, quam peto, dederit, utar illius conditione: ſin minùs, impetrabo aliquid à me ipſo. ille, ut ad me ſcripſit, legiones ſingulas poſuit Brundiſii, Tarenti, Siponti. claudere mihi videtur maritimos exitus: & tamen ipſe Græciam ſpectare potiùs quàm [h] Hiſpanias. ſed [i] hæc longiùs abſunt. Me nunc & congreſſus hujus ſtimulat; (is verò adeſt) 67 & primas ejus actiones horreo. volet enim, credo, ſenatus conſultum facere: volet augurum decretum: rapiemur, aut abſentes vexabimur: vel ut conſules roget prætor, vel dictatorem dicat: quorum neutrum [k] jus eſt. [l] ſed ſi Sulla potuit efficere, ab interrege ut dictator [m] diceretur, cur hic non poſſit? nihil expedio, niſi ut aut ab hoc, tamquam Q. Mucius, aut ab illo, tamquam L. Scipio. 68 Cùm tu hæc leges,

h Hiſpaniam *alii.*
i hæ *alii.*
k viſum eſt *alii.*
l & ſi *alii.*
m diceretur & magiſter equitum *vett. edd.*

nihil, ne ante poſt quidem qui à te. Junius hic Boſium ſequitur, ſed aliquid in diſtinctionibus mutat. Ceterùm Manutius qui hinc novam epiſtolam orditur, legit, *à te nihil, ne ante prorſus quidem quid litterarum.* Planè ita vulgus ut Manutius, niſi quod nulla diſtinctio poſt vocem *nihil.* Lambin. *à te nihil prorſus, ne ante dies quidem quinque.* Cleric.

67. *Et primas ejus actiones horreo.*] Nos ſinceriorem & meliorem lectionem putavimus eſſe eam quam reſtituimus inventam à nobis in antiquis libris. Ut (prima) caput intelligat & principium: non enim actiones appellat, ut puto, quæ gerere debebat Cæſar in Senatu, ſed quæ in congreſſu illo à ſe agenda & tractanda erant cum Cæſare. *Victor.* Balliol. quoque & P. Vict. ed. *prima ejus actionis.* ſed recte *primas* Manutius, Boſius, alii. Intelligit enim illas actiones, quas inſtituet, quamprimum Romam fuerit ingreſſus, quas ſtatim recenſet. Errorem autem hunc in libris veteribus puto a ſciolo quodam ortum eſſe, qui cum *actionis* reperiſſet pro *actiones* ſcriptum, emendandum duxit *prima.* Grævius.

68. *Cum tu hæc leges, ego illum fortaſſe convenero.*] Poſt hæc verba addidimus ex vetere codice τέτλα κύντερον. videtur autem & Germanorum antiquus codex, ex notis quas illi pinxerunt, eandem hanc ſcripturam habuiſſe: in noſtro tam integri ſunt & rectè compoſiti hi characteres, ut non facilè exiſtimandum ſit hunc locum corruptum eſſe: nec tamen omni ſcrupulo vacuus eſt. τέτλαθι ſæpe dixit Homerus pro ſuſtine, perfer, perdura, quod à verbo τλῆναι, ut maxima pars grammaticorum putat, modo imperandi τλῆθι & κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν τέτλαθι formatum eſt. Quidam non ignobilis grammaticus cenſuit eſſe verbum τέτλημι, unde τέτλαθι ortum ſit, à cujus fortaſſe profecto τετλάω, τέτλα formatum eſt eodem modo & ſignificatu: vel τέτλα per extrema

leges, ego illum fortaſſe convenero. Τέτλαϑι, κύντερον ne illud quidem noſtrum proprium. erat enim ſpes propinqui reditûs; erat hominum querela. nunc exire cupimus; quâ ſpe reditus mihi quidem numquam in [n] mentem venit. non modò autem nulla querela eſt municipalium hominum ac ruſticorum, ſed contra metuunt, ut crudelem, iratum. nec tamen mihi quidquam eſt miſerius quàm remanſiſſe; nec optatius quàm evolare, non tam ad belli quàm ad fugæ ſocietatem. ſed tu omnia conſilia differebas in id tempus, cùm ſciremus, quæ Brundiſii acta eſſent. ſcimus nempe: hæremus nihilo minus. vix enim ſpero mihi hunc veniam daturum: etſi multa affero juſta ad impetrandum. ſed tibi omnem illius meumque ſermonem, omnibus verbis expreſſum, ſtatim mittam. Tu nunc omni amore enitere, [o] ut nos curâ tuâ & prudentiâ [p] juves: ita ſubitò accurrit, [69] ut ne T. Rebilum quidem

n in mente *MS.*

P. B.

o tuos curâ *alii.*
p tuâ juv. *MS.*

mæ ſyllabæ abſciſionem à τέτλαϑι factum eſt: ſeu vitium potius fuit librarii, qui τέτλαϑι ſcribere debuit, & fortaſſe reliqua verba quæ inter hanc ſunt & poſteriorem vocem in verſu Homeri, qui infrà poſitus eſt. nam duo ſola illa verba vix poſſunt abſolutam ſententiam reddere, nec ea memoriâ teneo me unquam ita apud Homerum legiſſe. Sententia ſanè ejus verſiculi quem pronunciat Ulyſſes, videtur hic valde apta & accommodata eſſe. & hæc cauſa fuit cur hanc lectionem probarem & reciperem. nam duo hæc Græca verba etſi rectè ſcripta ſunt in priſco exemplari, non tamen ita perfectam ſententiam & certam rationem habent ut non aliqua dubitatio inſit. hortatur autem ſeipſum ut forti animo congreſſum illum cum Cæſare ſuſtineat, quem maximè formidabat. Iiſdem ferè verbis & Ulyſſes cor ſuum perferre jubet præſentia mala: difficiliorem fortunam quandoque illud perpeſſum eſſe docens. Eſt autem is verſus ab illo pronunciatus lib. II. Odyſſeæ, Τέτλαϑι δὴ, κραδίη καὶ κύντερον ἄλλό ποτ' ἔτλης. *Victor.*

69. *Ut ne Trebatium quidem.*] Vetus ſanè lectio *Trabilium.* Quam vocem cuncti quoque formis excuſi libri olim habebant: nonnulli eam poſtea in *Trebatium*, converterunt; unde in omnibus nunc Trebatium eſſe cœpit. Ego ut illius nominis nullam rationem aut hiſtoriam adferre poſſum, quæ rem obſcuram aperiat, ita tot librorum conſenſum vix contemnendum eſſe puto. Qui primi priſcam & receptam lectionem condemnarunt, ſi aliquo argumento caſtigationem ſuam confirmaſſent, ſtudioſis omnibus omne dubium exemiſſent: cùm verò nihil ejuſmodi fecerint, mirari non debent, ſi majoris adhuc autoritatis apud quoſdam eſt antiquorum exemplariorum fides, quàm illorum judicium. *Victor.* *T. Rebilum.*] Tornæſ. & Cruſell. & Malaſpina codd. *Trebillum*; &

qui-

dem, ut conſtitueram, poſſim videre. omnia nobis imparatis agenda. ſed tamen

—— 70 ἄλλα μὲν αὐτὸς, ut ait ille,

Ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.

quidquid egero, continuò ſcies. Mandata Cæſaris ad conſules & ad Pompejum, q quæ rogas, nulla habeo: q quæ rog. 71 quæ Ægypta attulit, illa è via miſi ad te r ante: è deeſt in MS. quibus mandata puto intelligi poſſe. Philippus Neapoli r ante addidit Boſ. eſt, Lentulus Puteolis. De Domitio, ut facis, ſciſci- è MSS. tare, ubi ſit, quid cogitet. Quod ſcribis, aſperiùs me, quàm mei patiantur mores, de Dionyſio ſcripſiſſe: 72 vide quàm ſim antiquorum hominum. te medius fidius hanc rem gravius putavi laturum eſſe quàm me. nam præterquam quòd te moveri arbitror oportere injuriâ,

quibus *T. Rebilum* fecit Boſius. olim formis excuſi habebant, *Trabilium*, quam veterem lectionem eſſe aſſerit Victorius; nonnulli poſtea in *Trebatium* converterunt; Turnebus in *T. Ravillium*, d. cap. 21. *Cleric.*

70. *Ἄλλα μὲν αὐτὸς, &c.*] Verba Homeri ex III. lib. Odyſſeæ: quæ Minerva Mentorem referens pronunciat, hortans Telemachum ut abſque timore Neſtorem alloquatur. Verebatur, adoleſcens ſapientem ſenectutem laudati viri ipſe imperitus rerum, & qui tunc primo pedes domo moviſſet. ſic ante loquitur. *Τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται.* Adducitur hic locus à Platone lib. II. de Legibus: *Iiſdem ferè verbis de eadem re ſollicitos bene ſperare juſſit diſcipulos ſuos verus Deus, & qui nobis indigniſſima nece ſalutem vitamque procuravit, ſi divina profanis commiſcere licet.* Victor.

71. *Quæ deſcripta attulit.*] Ita eſt in veteribus libris, ut perſpicuum ſit, deeſſe nomen ejus quem dicit mandata attuliſſe. *Urſin.* Mallem: *quæ Ægypta attulit.* Turneb. Adverſ. lib. XXI. Aſſentior Turnebo legenti, *quæ Ægypta attulit.* Ægyptæ liberti alibi meminit in his epiſtolis Cicero. Mox ex Tornæſiano & Cruſellino edidi, *illa levia miſi ad te ante.* Boſius.

72. *Vide quàm ſit antiquorum.*] Caſtigavimus, *vide quàm ſim antiquorum hominum:* id eſt ſimplicis ingenii & minimè callidi, quales antiqui homines erant. Græci item ἀρχαίους appellant rudes & ſtultos homines, & propter eandem cauſam εὐήθεις eoſdem quoque vocant. Miratur Cicero, ſeque nimiæ ſimplicitatis damnat, quòd Atticus juſtam ſuam in Dionyſium iracundiam reprehenderit, ſeque magnopere ſtultitiâ ſuâ & nimiâ bonitate deceptum dicit. putaſſe gravius illum laturum, quæ Dionyſius improbè fecerat, quàm ſe, duabus de cauſis, & quia amicum offenderat (debemus autem injuriis amicorum commoveri) & quia judicium ac teſtimonium quod de illo apud ſe ferebat, fefellerat. *Victor.*

73. Phi-

juriâ, quæ mihi à quoquam facta ſit; præterea, te ipſum quodam modo hic violavit, cùm in me tam improbus fuit? ſed tu id quanti æſtimes, tuum judicium eſt. nec tamen in hoc tibi quidquam oneris impono. ego autem illum malè ſanum ſemper putavi, [s]nunc etiam impurum & ſceleratum puto: nec tamen mihi inimiciorem, quàm ſibi. 73 Philargyro bene curaſti; cauſam certè habuiſti & veram & bonam; relictum eſſe me potiùs, quàm reliquiſſe. Cùm dediſſem jam litteras a. d. IIX. kalend. quos [t]cum Matio [v]pueri & Trebatio miſeram, epiſtolam mihi attulerunt hoc exemplo:

s & nunc *MS.*

t Cn. Matio *J. F. Gronov.*

v pueros *alii multi.*

MATIUS ET TREBATIUS CICERONI IMP. S.

P. CLII. CUM *Capuâ exiſſemus, in itinere audiimus Pompejum Brundiſio a. d.* XVI. *kalend. April. cum omnibus copiis, quas* [x]*habuit, profectum eſſe: Cæſarem poſtero die in oppidum introiſſe; concionatum eſſe; inde Romam contendiſſe; velle ante kalend. eſſe ad urbem, & [y]paucos dies ibi commorari, deinde in Hiſpanias proficiſci. Nobis non alienum viſum eſt, quoniam de adventu Cæſaris pro*

x habuerat *alii.*

y pauculos *alii.*

73. *Philargyro bene.*] Sic omnes veteres & novi codices: quare nihil mutavimus: quamvis alii, *de Philargyro* legant. Putamus autem de Dionyſii injuria adhuc Ciceronem loqui. cum enim (ut opinor) de hac re Philargyrus ſermonem haberet cum Attico, Ciceronemque fortaſſe accuſaret, planum ei fecit Atticus rem aliter ſe habere atque ille putaret. credebat enim Philargyrus Dionyſium eſſe relictum & ejectum, cum ipſe potius improbè Ciceronem reliquiſſet. ideoque dicit illum habuiſſe cauſam & veram & bonam. res enim ita ſe habebat. facilè autem Ciceroni videbatur defenſio ſua ſuſcipi & ad exitum perduci poſſe, ut ſcilicet in eo negotio nihil culpæ admiſiſſe probaretur. Exiſtimamus autem intelligi debere (reſpondiſti) ſeu aliquod ſimile verbum. *Victor.*

74. *Trebatius Scævola.*] Trebatio non modo Teſtæ, ſed etiam Scævolæ, a ſtudio, ut opinor, juris civilis, in quo Mutii Scævolæ valde excelluerant, cognomen fuiſſe declarat locus hic epiſtolæ 23. lib. XIII. ubi Cicero de Trebatio loquitur: *Quare da te in ſermonem, & perſeca, & confice; excita, compella, loquere, ut te cum illo Scævola loqui putes.* & locus alter epiſtolæ ad ipſum Trebatium, quæ exſtat lib. x. ad Familiares, ut quidem in duobus antiquiſſimis libris, qui apud me ſunt, legitur, *Ego tamen Scævola Teſta aſſentior.* vulgo mendoſe copula interjicitur hoc modo: *Scævola & Teſta.* Verbum etiam, *antecedat*, ad jus pertinet. nam antecedere di-

pro certo [z] *habebamus, pueros* [a] *ad te remittere, ut id tu quamprimum ſcires. Mandata tua nobis curæ ſunt, eaque, ut tempus poſtularit, agemus:* 74 *Trebatius Scævola* 75 *facit ut antecedat. Epiſtolâ conſcriptâ nuntiatum eſt nobis,* 76 *Cæſarem a. d.* VIII. *kalend. April. Beneventi manſurum, a. d.* VII. *Capuæ, a. d.* VI. *Sinueſſæ.* [b] *hoc pro certo putamus.*

z *habeamus* alii.
a *tuos ad* alii.
b *hac* alii.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

CUM, [c] quod ſcriberem ad te, nihil haberem: tamen, ne quem diem intermitterem, has dedi litteras. A. d. [d] VI. kal. Cæſarem Sinueſſæ manſurum nuntiabant. ab eo mihi litteræ redditæ a. d. VII. kal. quibus jam opes meas, non, [e] ut ſuperioribus litteris, opem, exſpectat. cùm ejus clementiam Corfinienſem illam per litteras collaudaviſſem, reſcripſit hoc exemplo.

c *quid* *alii.*
d VII. *alii.*
e *ut in ſup.* *alii.*

CÆ-

dicebantur juriſconſulti, aut honoris ergo, aut quod ſcriptis & reſpònſis ſuis de jure civili viam ad ejus ſcientiæ cognitionem tyronibus præirent, indeque anteceſſores, id eſt, ut vetus gloſſarion interpretatur, προηγίται vocabantur. Heſychius, ἀντικίσσωρ ὁ αὐτὸς νόμους μεμαθηκώς. Anteceſſorum meminit non ſemel Juſtinianus. antecedebat ergo Trebatius cum excelleret juris cognitióne, & prudentiſſime de jure reſponderet. *Boſius. Trebatius ſedulo.*] Ita potius legendum mihi quidem videtur, quàm Scævola. Trebatius, inquit, ſedulò curat ut antecedat Cæſarem, & ante ejus adventum mihi loquatur. Non enim Scævola eſt cognomen Trebatii Teſtæ: ſed κατ' ἐξοχὴν illi tribuit quaſi periſſimo juris, ut P. Mucius Scævola. Fam. lib. VII. ep. 22. *Ego tamen Scævolæ Teſtæ aſſentior.* Popma.

75. *Facit ut antecedat.*] Romana lepidaque dicendi ratio, quâ tempus actioque deſcribitur. *Facit* enim *ut antecedat*, idem valet quod, antecedit. Sic infra, libro XI. *Eo feci, ut celeriter eunti darem:* pro eo quod eſt, Dedi. Item Ampio Balbo, libro epiſt. ad Torquatum: *Plane ita faciunt, ut me unice diligant:* quod eſt, Me unice diligunt. *Malaſp.* Nihil huc pertinent anteceſſores Juris quos Boſius fingit, antecedat hic proprie accipitur, pro prior iter ineat ad te, quàm ego, qui ſequar, ac prius ad vos veniat, quàm ipſe Cæſar, ut tuo deſiderio cum illo loquendi ante congreſſum tuum cum Cæſare ſatisfiat. *Gravius.*

76. *Cæſarem A. D.* IIX. *Kal. April. Beneventi manſurum a. d.* VII. *Capuæ, a. d.* VI. *Sinueſſæ.*] Vulg. ſic legitur, *Cæſarem ad* IIX. *Kal. Capuæ, ad* VII. *Sinueſſæ.* Cleric.

Fffff 77. Sen-

CÆSAR IMP. CICERONI IMP. S. D.

RECTE *auguraris de me, (bene enim tibi cognitus ſum) nihil a me abeſſe longiùs crudelitate. atque ego cùm ex ipſa re magnam capio voluptatem, tum, meum factum probari ab te, triumpho* [f] *gaudio. neque illud me movet, quòd ii, qui a me dimiſſi ſunt, diſceſſiſſe* [g] *dicuntur; ut mihi rurſùs bellum inferrent: nihil enim malo, quàm & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. Tu velim mihi ad urbem præſto ſis, ut tuis conſiliis atque opibus, ut conſuevi, in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil ſcito mihi eſſe jucundius. hanc adeo habebo gratiam illi: neque enim aliter facere poterit: tanta ejus humanitas, is* 77 *ſenſus, ea in me eſt benivolentia.*

f *& gaudeo* Vict. g *ſe dicunt* MSS. P. B.

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

TREBATIUM [h] VI. kal. quo die has litteras dedi, exſpectabam. ex ejus nuntio [i] Matiique litteris meditabor, quo modo cum illo loquar. O tempus miſerum! nec dubito, quin à me contendat, ad urbem [k] veniam. Senatum enim kalend. velle ſe frequentem adeſſe, etiam Formiis [l] proſcribi juſſit. ergo ei negandum eſt? 78 ſed quid præripi? ſtatim ad te perſcribam omnia.

h *alii* XI. *alii* V. i Manliique *MSS.* k ut veniam *MSS.* l præſcribi *MS.* perſcribi *alii.*

77. *Senſus.*] Id eſt, ea ſententia, vel id judicium de præſentibus rebus: ita, 1. de Orat. 3. *Ab imperitorum intelligentia ſenſuque disjunctum*, & 1. Fam. ep. 9. *Non offendes eundem bonorum ſenſum, quem reliqui.* J. F. Gronov.

78. *Sed quid præcipiat ſentiam.*] Antiquiores libri, *ſed quid præripi, ſtatim, &c.* Cum paulò antè ingreſſus eſſet diſputare quid a ſe in eo congreſſu faciendum eſſet, citò mutatâ ſententiâ, *Quid præripi*, inquit, *ſupple neceſſe eſt: ſtatim ut cum eo locutus ero, perſcribam quæcunque fecero: non oportet hæc anticipare, & antè, quàm geſta ſint, velle explicare.* Eodem hoc verbo, eodem ſignificatu utitur primâ ſequentis libri epiſtolâ: *Niſi, ſi tu aliter cenſeas, & hinc abero, & filii, ſed alterum mihi eſt certius, nec præripiam tamen, exſpectabo tuum conſilium.* Vulgata autem lectio ſenſum frigidum habet & parvum etiam ſermonis candorem. *Victor.* *Sed quid præripi.*] Faërnus ex corrupta ſcriptura *præcipit*, quæ eſt in libris manuſcriptis, primus *præcipio* legendum conjecit. *præcipiat* habet unus manuſcriptus. *Urſin.* *Sed quid præripis? ſtatim.*] Decurtati hæc lectio eſt, quomodo conjecerat legendum

omnia. ex illius ſermone ſtatuam, Arpinumne mihi eundum ſit, an quò aliò. Volo Ciceroni meo togam puram dare. [m] iſtic puto. tu, quæſo, cogita quid deinde. nam me hebetem moleſtiæ reddiderunt. A Curio, velim ſcire, ecquid ad te ſcriptum ſit de Tirone. ad me enim ipſe Tiro ita ſcripſit, ut verear, quid agat. 79 qui autem veniunt inde, κινδυνωδῶς nuntiant.

m iſtum MS.

gendum Turnebus lib. 1. cap. 21. Victorius ſcribit, *quid præripi*; *ſtatim &c.* idque vulgo receptum eſt. Faërnus & Lambinus reponunt, *præcipio*; alii *præripio.* Urſinus ait mſ. unum habere *præcipiat.* Ante Victorium ubique legebatur, *ſed quid præcipiat ſentiam:* quæ lectio proximè accedit ad illam quam Junius ſe in duobus Palat. reperiſſe ait, *ſed quid præcipias, ſentiam: & ſtat.* Cleric. *Sed quid præripio.*] Mutant alii. fruſtra. Quid anticipo & conſulto de Cæſaris juſſis ante ejus congreſſum: ſentiam quid contendat, ep. 1. lib. x. *Nec præripiam tamen.* exſpectabo conſilium tuum. *Popma.* *Sed quid præripis?*] Ita Boſius: alii, *præripio*, *præcipio.* ſed legendum *præripi*, niſi velitis *præcipi*, quod melius; & ſubintelligendum *neceſſe eſt*, hoc eſt, quid à me neceſſe eſt hæc anticipari vel jam nunc dici, antequam facta fuerint. ita *præcipio* lib. ſeq. ep. 1. Liv. 1, 7. & xxxv, 35. *J. F. Gronov.* Mihi Faërni conjectura maxime probatur. Nam & Balliol. & Helmſt. *quid præcipit* ſcribunt. Hinc nihil facilius, nihil ad hanc ſententiam accommodatius fingi poteſt, quàm *quid præcipio? o* cum excidiſſet, alii litteram primam ſequentis vocis adjecerunt τῷ *præcipi*, alii vero, cum ſenſum reſpuere *præcipis* viderent, reſcripſerunt *præcipit*, alii *præcipiat.* *Præcipi* tamen pro *præripi* recepi, ſubintellecto *neceſſe eſt*, ſecutus membranas vetuſtiores, in quibus, ut oſtendimus, *præcipit.* Grævius.

79 *Qui autem veniunt inde κινδυνωδῶς nuntiant.*] Conjectura hæc eſt Boſii, adjuta corruptâ hâc lectione Decurtati, *in dunodo.* Beſſarionis liber habet, *in id modo nuntians*; ita & Tornæſ. teſte Boſio, niſi quod ſervat, *nuntiant.* Cruſellinus, *in dimodo.* Lambinus qui ait Tornæſianum habere, *qui autem veniunt, inni admodo nuntiant*, inde conjicit, *qui autem veniunt, inania admodum nuntiant.* Junius ait ſe proximè veterem ſcripturam reponere, *qui autem veniunt, indui modo nuntiant.* Cleric. *Κενοῦν modo nuntiant.*] Sic reſtituo corruptam lectionem veterum librorum, *In id modo.* Vereor, inquit, quid agat, an recta medendi ratione & efficacibus atque utilibus medicamentis utatur. nam qui ab eo veniunt purgantia medicamenta ſolum adhibere nuntiant. Κενοῦν interdum eſt purgare. Ariſtoteles Politicor. lib. III. cap. 11. Καὶ ἐν Αἰγύπτῳ μετὰ τὴν Τετρήμερον κενοῦν δ' ἔϛι τοῖς ἰατροῖς. *Popma.* Græcæ vocis litterarumque nulla veſtigia in ullo vetere libro. Balliol. *qui autem veniunt in id modo nuntiare ſane eo magnis.* Helmſt. *qui autem veniunt tu id modo nunciare ſane eo magnis.* Scripſiſſe puto Ciceronem: *qui autem veniunt inde modo, nuntiant fore ſanum. In magnis curis etiam hæc me ſollicitat.* Qui modo Patris venerunt nunciant illum

tiant. ſanè in magnis curis etiam hæc me [n] ſollicitat. in hac enim fortuna perutilis ejus & opera & fidelitas eſſet.

[n] *alii* ſollicitant.

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

UTRUMQUE ex tuo conſilio. nam & oratio fuit ea noſtra, ut bene potiùs ille de [o] nobis exiſtimaret, quàm gratias ageret: & in eo manſimus, ne ad urbem. illa fefellerunt, [p] facilem quòd putaramus. nihil vidi minùs. damnari ſe noſtro judicio, [80] tardiores fore reliquos, [81] ſi in his non venerimus, dicere. ego, P. CLIII. diſſimilem illorum eſſe cauſam. [q] cùm multa; veni igitur,

[o] omnibus *MS.*
[p] facile quod putabamus *MS.*
[q] quid *alii.*

illum fere convaluiſſe. Repoſui interea, repudiatis audacibus conjecturis, quas pro Ciceronis verbis intruſerant docti, ſcripturam editionis Victorii & Manutii aliorumque vetuſtiorum, donec a melioribus libris aut mea emendatio adſeratur, aut verior eruatur. *Grævius.*

80. *Tardioris fore belli quod cum iis Sinueſſam non venerimus.*] Auxilio veteris noſtri libri hunc locum turpiter fœdatum purgavimus niſi fallimur: ſic autem ſcribimus: *tardioris fore reliquos, ſi in his non venerimus.* nullum autem eſt vitium, niſi unius tantum litteræ in antiqua ſcriptura, pro *relliquos* enim *belliquos* ſcriptum eſt: nam (reliquos) per duo *ll*, ut quandoque (relliquias) credidit fortaſſe librarius ſcribi oportere. Quàm inepta autem & falſa vulgaris eſſet lectio, nihil attinet dicere. quid enim nunc de Sinueſſa loquatur, cum exponat querelam Cæſaris, quam ſecum habuerat, quod ei negaſſet ſe ad urbem venturum? quomodo autem hæc res tardius bellum facere poterat? Hæc ſunt tam inania & ridicula, ut nihil ſuprà dici poſſit. Recte autem judicabat Cæſar reliquos fore tardioris, ſi Cicero in illis non fuiſſet: omnes enim boni viri reprehenſionem eam fugere cupiebant: cum autem unus inventus eſſet qui fidenter negaſſet: illi quoque difficilius cogi poterant. Sequitur autem ſermo huic ſententiæ conformis. Tardioris autem accuſandi caſum numero multitudinis, quis non videat eſſe, non unitatis generandi? quod fortaſſe nonnihil occaſionis dedit ad errandum. *In his* autem, frequens eſt apud Ciceronem, id eſt unius ex his, ut (in eis) etiam lib. XIII. *Academicam omnem quæſtionem libris* IIII. *in eis quæ erant contra ἀκαταληψίαν præclare collecta ab Antiocho Varroni dedi.* Item in eodem lib. *Incidiſſemus etiam in illos, in eis in cognatum tuum.* Victor.

81. *Si in his non venerimus.*] Faërnus, *ſi nos non veniremus.* infra pro *eros celeri*, amicus meus olim *area ſcelerum* legebat. *Urſin.*

82. *Di-*

tur, & age de pace. meone, inquam, arbitratu? an tibi, inquit, ego præſcribam? ſic, inquam, agam, ſenatui non placere in Hiſpanias iri, nec exercitus in Græciam transportari; multaque, inquam, [r] de Cnæo deplorabo. tum ille, ego verò iſta dici nolo. ita putabam, inquam: ſed ego [s] eò nolo adeſſe, quòd aut ſic mihi [82] dicendum eſt, multaque quæ nullo modo poſſem ſilere, ſi adeſſem; aut non veniendum. ſumma fuit, ut ille quaſi exitum quærens, ut deliberarem. [83] non fuit negandum. ita diſceſſimus. credo igitur hunc me non amare. at ego me [t] amavi; quod mihi jam pridem uſu non venit. reliqua, ô dii, qui comitatus! [84] quæ, ut tu ſoles dicere, νεκυΐα! in qua erat [85] ἀγρώςη leti. ô rem perditam! ô copias deſperatas! [86] quid, quòd Servii filius? quòd Titinii? [87] quot in his

r digna depl. *alii.*
s ei *alii.* ego eo *Grav.*
t amabo *MS.*

82. *Dicendum eſt, aut non veniendum.*] Verba hæc *aut non veniendum*, ponuntur vulgo poſt illa, *ſilere, ſi adeſſem.* Cleric.

83. *Non fuit rogandum.*] Nos cum antiquis, *non fuit negandum*, legimus: conſtituerat omnino hoc illi Cicero liberè negare, quod tamen moleſtum & periculoſum erat. quum autem hoc Cæſar quaſi perſpexiſſet, ut honeſtiorem finem ſermoni imponeret, ut deliberaret petiit. quare Cicero gaudens commodiorem exitum, quàm ſperabat, ſermonem illum habuiſſe, *Non fuit negandum*, inquit. In antecedente etiam epiſtola: *Ergo ei negandum, inquit?* quaſi dicat, hoc non niſi cum periculo fieri poteſt. *Victor.*

84. *Qua ut tu ſoles dicere νεκυῖαν.*] Sic locum reſtituimus auxilio meliorum codicum, in quibus adhuc hæc vox Græca invenitur, etſi imperitiâ librariorum aliquantulum inquinata, non tamen ita ut tota non agnoſcatur: nam antè etiam cùm hac dictione uſus eſſet, ut de nomine prius ab Attico & ſæpè uſurpato locutus eſt: ita enim inquit: *Quam illam νεκυῖαν (ut tu appellas) timere.* quod ita eſſe ſcimus ex epiſtola illa, in qua multa loca ex epiſtolis Attici citat, nam in uno ſic legimus: *Ita ut ſi ſalvus ſit Pompejus, & conſtiterit alicubi, hanc νεκυῖαν relinquas.* Quid autem de hoc nomine ſentiamus, antè diximus. quæ autem poſt hanc vocem ſequuntur verba, adeo conturbata ſunt & perverſa, ut nos rectum eſſe judicarimus contrà ea ſtellulam adponere: antiquam autem ſcripturam repoſuimus cum fide & diligentiâ. ſiqua enim ſpes reſtat quandoque ſinceram lectionem reſtitutum iri, ex priſcis veſtigiis eam exprimi atque erui poſſe ſperandum eſt. Quidam *area ſcelerum*, legunt. alii pro *area* Græcam vocem ἅλως, quæ tamen idem ſignificat, reponunt: alii etiam aliis modis, ut fit cum veritas occulta eſt: nos nihil, quod certum eſſet, videntes, inſtitutum noſtrum conſervavimus, ut in tantis tenebris antiquorum codicum lucem, etſi obſcuram & tenuem, non dimitteremus. *Idem.*

 85. *Eros*

his caſtris fuerunt, quibus Pompejus circumſideretur? ſex legiones. multum vigilat, audet: nullum video finem mali. nunc certè promenda tibi ſunt conſilia. Hoc fuerat extremum. 88 Illa tamen κατακλεὶς illius eſt

85. *Eros ſcelero.*] A Decurtato hoc eſt. Lambinus legit, *Eros Celeris*, alii, *Eros Celeri*, alii, *oratio Celeris*, alii, inter quos Cœlius Secundus, Fulvius & Junius ex duobus Pal. *area ſcelerum:* alii ἄλως *ſcelerum.* mſ. unus Pal. *aro ſcelerum.* Hîc Podalirii artes Victorium, ut ipſe ingenuè fatetur, deficiunt. *Cleric. Eros Celeris.*] Malim quod veteres excuſi habent *Eros Celeris*; In Cæſaris comitatu, inquit, & turbâ improborum quam ſecum ducebat, non modo erat Eros libertus Q. Metelli Celeris, ſed etiam viſebantur nobiliſſimi adoleſcentes, filius Servii Sulpitii & Q. Titinii. Et quam multi optimates in illis caſtris fuerunt quibus Pompejum Brundiſii obſedit? habuit enim ſex legiones. De filio Servii & Titinii meminit ep. 6. & ult. de ſex legionibus teſtatur Cæſar lib. 1. *Popma.* Retinui & ipſe lectionem editionum veterum. Non vero de liberto Metelli Cæſaris accipio, ſed de præcipuo quodam ejus amico, juvene aliquo nobiliſſimo, aut ex optimatium numero quodam nobili viro, qui Metello in deliciis erat. Sic ἔρως μου, eſt quem ego amo & in oculis fero. Si tamen malis de liberto intelligere, non pertinaciter contendam. *Gravius.* Augentem ſpecioſas ineptias Samuelem Petitum, & legentem *erat Heros Scelera.* vide lib. III. Miſcellan. cap. 4. Negari nequit ex ipſis litteris procedere & ſimpliciſſimum eſſe, certe ſimplicius quàm omnia illa, quæ hîc luſerunt, *in qua κρατερὸς Celer. O rem perd.!* in quo animarum mortuarum ſtrepitu, in quo corruptiſſimorum hominum comitatu eminebat & videbatur primas partes robore corporis vel animi obtinere Celer ſive ille ipſe, quem x, 1. didicit diſertum magis quàm ſapientem, ſive alium. Sed quum conſidero ab Victorio editum *eros celeri*, ab Corrado ſic citari, Malaſpinam ex codicibus ſuis idem firmare, etſi de aliis teſtetur *ſcelerum*, Lambinum & Boſium indicare ea, quæ ad animum ipſorum reſpondent, non exacte referre quæ in ſingulis libris exſtiterint, in Balliolenſi me reperiſſe claris & diviſis litteris *acro ſceleri.* in Helmſtad. fuiſſe *erat .... ſceleri* (ſic enim referri de duobus his codicibus debebat) non opinor illam litteram poſtremam I poſſe vel debere a nobis negligi, & liquere ab Tullio ſcriptum *in qua erat ἀγρώστη leti.* Nihil addo, nihil demo codici Balliolenſi ac ſimilibus: Ἀγρώστη etiam dicebantur, quæ aliis ἄγρωστις herba: quæ hic translatè diſſipatura ſupponitur per Romanos paſſim agros letum, ut ipſa ſolebat eſſe, quod notum. Itaque ſic edere ſuſtinui. *Gronov.*

86. *Quid? quod Servii filius? quod Titinii? quot in his caſtris.*] Hæc ſcriptura eruta eſt ex Scidis Tornæſ. & Cruſell. ſummo conſenſu hæc ita referentibus. Vulgò, *quid? Servii filius quod in his caſtris.* Cleric.

87. *Quot in his caſtris.*] Ut Attico minus mirum videretur filios Servii Sulpicii & Q. Titinii fuiſſe in caſtris Cæſarianis, addit ſex

eſt odioſa, quam pæne præterii; ſi ſibi conſiliis noſtris uti non liceret, uſurum, quorum poſſet, ad [89] omniaque eſſe deſcenſurum. vidiſti igitur virum, ut ſcripſeras? ingemuiſti? certè. cedo reliqua. quid? continuò ipſe in [v] Pedanum, ego Arpinum. [90] inde exſpecto [91] quidem λαλαγεῦσαν illam tuam. tu ([x] malum) inquies, actum

v Puteolanum *alii.*
x mallem *Jun. è MS.*

ſex ipſas legiones Cæſarem tum habuiſſe. itaque fieri non poterat, quin in tanto militum numero non exſtiterint præclari quidam viri. *Boſius.*

88. *Illa tamen κατακλὶς.*] Sic nonnulli legunt: quomodo autem exponant, notum eſt. antiqui ſanè codices KATAKIC habent: ego puto unam ſyllabam in medium reſtitui debere, quæ incuriâ librariorum omiſſa fuerit, & ita κατάκρισις fieri & legi: quo verbo etiam utitur lib. II. harum epiſtolarum, *Sed me κατάκρισις mea illa commovet &c.* Arbitror autem denunciationem illam hic intelligere, quam ipſe Cæſar in primo commentario de Bello Civili mitioribus verbis à ſe factam eſſe tradit: inquit enim: *Pro quibus orat atque poſtulat, ut Remp. ſuſcipiant, atque unà ſecum adminiſtrent: ſin timore defugiant, illi ſe oneri non defuturum, & per ſe Remp. adminiſtraturum.* nam neque illic hoc nomen communi ſignificatu ponitur. *Victor.*

89. *Omniaque.*] Id eſt, Nihil non tentaturum ut ſuperior eſſet. & eleganter hîc *deſcendere.* Cæſ. III. de Bell. Civil 9. *Ad extremum auxilium deſcenderunt.* X. ad Fam. 33. *Deſcenſurum ad extrema.* J. F. Gronov.

90. *Inde exſpecto quidem ἀλλὰ τελίαν illam tuam.*] Hæc eſt recepta lectio, quam cum ſententiam nullam habere exiſtimaverimus, eò confugimus, ut antiquos characteres potius deſcripſerimus, quàm inania hæc verba & inerudita hic inutiliter jacere pateremur: unum tantum nomen, atque id fœminino genere deſiderari ſuſpicamur & ex hoc loco, & ex illo etiam qui eſt in ſecunda epiſtola ſequentis libri, qui in noſtro antiquiore valde ſimiles huic notas habet, ut qui unum purgarit, ambos reſtituerit. *Victorius.* Græcum hoc verbum mirum in modum depravatum eſt in omnibus libris antiquis, qui meas in manus venerunt. alii enim habent, ΜΑΤΕΛΣΑΝ: alii ΜΑΛΤΕΤΣΑΝ: Decurtatus, ΛΑΛΑΤΕΤΣΑΝ: quæ ſcriptura minus mihi corrupta viſa eſt quam ceteræ. nam, expenſâ diligentiſſime Ciceronis ſententiâ, venit in mentem mihi eum hic ſcripſiſſe λαλαγεῦσαν, & libro proxime ſequenti λαλαγεῦσα. proclivi enim lapſu librarios has litteras Γ & Τ invicem commutaſſe, & alteram alterius loco finxiſſe. Suaſerat Atticus Ciceroni ne præmaturè mari ſe committeret, ſed ὄρνιθα λαλαγεῦσαν, id eſt, χελιδόνα exſpectaret: quibus verbis indicabat ante ver adultum navigandum non eſſe ad Pompejum. nam clauduntur maria, ut tradit Vegetius lib. IV. ex die tertio Iduum Novembris uſque ad diem ſextum Idus Martias. itaque epiſtolâ ſecundâ libri ſequentis, quæ data eſt poſt Nonas Aprilis, Cicero ſcribit λαλαγεῦσαν adeſſe. Hirundinum adventus in-

actum ne agas. etiam illum ipſum, quem ſequimur; multa fefellerunt. ſed ego tuas litteras exſpecto. nihil eſt enim jam, ut antea, *videamus hoc quorſum evadat.* extremum fuit de congreſſu noſtro: quo quidem non dubito quin iſtum offenderim. eo maturiùs agendum P. B. eſt. amabo te epiſtolam, & πολιτικήν. valde tuas litteras nunc exſpecto.

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

EGo meo Ciceroni, quoniam Româ caremus, Arpini potiſſimùm togam puram dedi: idque municipibus noſtris fuit gratum. etſi omnes, & illos & quà iter feci, mœſtos afflictosque vidi: tam triſtis & tam atrox eſt ἀναθεώρησις hujus ingentis mali. delectus [y] habentur: in hiberna deducuntur. Ea, quæ, etiam cùm à bonis viris, cùm juſto in bello, cùm modeſtè fiunt, tamen ipſa per ſe moleſta ſunt, quàm cenſes acerba nunc eſſe, cùm à [z] perditis in civili nefario bello petulantiſſimè fiant? cave autem putes, quemquam hominem in Italia turpem eſſe, qui hinc abſit. vidi ipſe Formiis univerſos: [91] neque mehercule umquam homines putavi; & nôram omnes; ſed numquam uno loco videram. Pergamus igitur, quò placet, & noſtra omnia relinquamus. proficiſcamur ad eum, cui gra-

y *alii* habetur.

z perd. civibus, in *MS.*

indicium eſt verni temporis: unde vulgatum hoc proverbium μία χελιδὼν οὐκ ἔαρ ποιεῖ. hæc autem avis valde eſt obſtrepera: ideo ab Heſiodo dicitur κωτίλη, & ab Anacreonte λάλη & hic λαλαγεῦσα, id eſt, κράζουσα, inde etiam Ariſtophanes homines odioſe garrulos vocat χελιδόνων μουσεῖα. Hoc porro ἐπίθετον λαλαγεῦσα ex quodam Dorico poëta Atticus deprompſerat. nam Dores dicunt λαλαγεῦσα, pro λαλαγοῦσα. Cicero vero non addidit ὄρνιθα, ut hæc res minus intelligeretur, ſi forte interciperentur litteræ. diſceſſum enim ſuum celari volebat. Julius Pollux ait hirundinem proprie ψιθυρίζειν, quod auctor poëmatii de Philomela interpretatur *trinſare.* Jam Hirundines trinſare non ſolent initio veris, ſed vere jam adulto, hoc eſt, incaleſcente jam aëre. ideo ſcribit Philemon Comicus ἡ μὲν χελιδὼν θέρος ὦ γύναι λέγει. *Boſius.*

91. *Neque mehercule homines putavi.*] Cæſarianos non putavi homines, ſed feras; ſicut Dyrrachina obſidione Pompejus viſo genere panis ex herba, quo ſuſtinebantur, cum feris ſibi rem eſſe dixit, Suetonius Julio. *Popma.*

92. *In-*

gratior noſter adventus erit, quàm ſi unà fuiſſemus. tum enim eramus in maxima ſpe; nunc, ego quidem, in nulla: nec, præter me, quiſquam [a] Italiâ ceſſit, niſi [b] qui hunc inimicum ſibi putaret. nec mehercule hoc facio reipublicæ cauſâ, quam funditus deletam puto: ſed ne quis me putet ingratum in eum, qui me levavit iis incommodis, quibus idem affecerat: & ſimul, quòd ea, quæ fiunt, [c] aut quæ certè futura ſunt, videre non [d] poſſum. etiam equidem ſenatûs conſulta facta quædam jam puto; utinam in Volcatii ſententiam! ſed quid refert? eſt enim una ſententia omnium. ſed erit
92 injuſtiſſimus Servius, qui filium miſit ad [e] effligendum Cn. Pompejum, [f] aut certè capiendum cum Pontio Titiniano. etſi hic quidem timoris cauſâ; 93 ille verò? ſed ſtomachari deſinamus, 94 & aliquando ſententiam, ut nihil novi, 95 niſi id, quod minimum vellem, ſpiritum

a Italiam geſſit *MSS.*
b quid *MS.*
c itaque certò *MS.*
d *alii* potero.
e *alii* afflig.
P. CLIV.
f aut etiam *MS.*

92. *Injuſtiſſimus.*] Totus a ratione averſus, minime juſtam in partem propenſus. Tale illud in epiſtola ad Lentulum: *Bibulum habuimus multo juſtiorem, pane etiam amicum. Immitiſſimus* alii legunt; ego neminem reprehendo, ſequor antiquum Beſſarionis librum, ſequor ipſam ſententiam, exemplo confirmatam. pacem, inquit, in ſenatu Ser. Sulpicius diſſuadebit, quia ſcit Pompejum amicum ſibi numquam fore, quoniam filium Brundiſium miſit ad eum affligendum. ep. 3. & 11. lib. x. *P. Manut.*

93. *Ille verò non.*] Negativam particulam delevi, quippe quam in nullis antiquis libris inveni: exiſtimo autem figuram eſſe ἀποσιώπησιν, ut magis accuſandus ſit Servius quàm Pontius: nam is timoris cauſâ id commiſit: turpior autem res Servium impulit ad id conſilium capiendum. In quo autem diſcrepat paulò ſuprà antiquum exemplar à vulgata lectione, quamvis id non receperim, celare nolo: in eo enim ita legitur: *Sed erit immitiſſimus Servius, qui filium miſit ad effligendum Cn. Pompejum, aut certe capiendum, &c.* Quos ſi *Effligere* expellere ſignificaret, & quaſi vi & preſſu quodam extrudere, quemadmodum apud Græcos ἐκθλίβεσθαι, quod Latini (ut puto) Exprimere dicunt, non ineptum fortaſſe ſenſum hæc lectio haberet, eundemque planum & apertum. ſed quia de hoc mihi parum compertum eſt, ideo veterem lectionem repudiavi. *Victor.*

94. *Et aliquando ſententiam terminemus.*] Nulli manuſcripti hoc extremum verbum habent. ut κατ' ἔλλειψιν hic locus pronunciatus ſit, qualis eſt ſermo iratorum: cujusmodi hic eſſe Ciceronis, ex verbis ipſius liquidò apparet. *Idem.*

95. *Quod minimum.*] Hoc eſt velle me minimum mihi ſpiritum reliquum eſſe. nam, ne quis, *Quod*, inuſitate dictum hoc modo putet; exempla aliquot afferam ejusdem Ciceronis, ut dubitatio tollatur. Epiſtola 4. lib. x. *Cum ſcripſiſſet*, inquit, *quod me cuperet*

tum reliquum eſſe. Nos, quoniam ſuperum mare obſidetur, [g] infero navigabimus; &, ſi Puteolis erit difficile, Crotonem petemus aut Thurios; [h] & boni cives, amantes patriæ, mare 96 infeſtum habebimus. aliam rationem hujus belli gerendi nullam video. 97 in Ægyptum nos abdimus. exercitu pares eſſe non poſſumus. pacis [i] fides nulla eſt. ſed hæc ſatis deplorata ſunt. Tu velim litteras Cephalioni des de omnibus rebus actis, denique etiam de ſermonibus hominum; niſi planè obmutuerunt. Ego tuis conſiliis uſus ſum, maximéque [k] quòd gravitatem in congreſſu noſtro tenui quam debui; &, [l] ad urbem ut non accederem, perſeveravi. Quod ſupereſt, ſcribe, quæſo, quàm accuratiſſimè, (jam enim extrema ſunt) quid placeat, quid cenſeas: etſi jam nulla dubitatio eſt. tamen, ſi quid, vel potiùs quidquid veniet in mentem, ſcribas velim.

g inferum MS.
h ut MSS.
i ſpes *alii.*
k quod & grav. *alii.*
l ut ad urb. non MSS.

ret ad urbem venire. Et epiſtola 40. lib. XIII. Fam. *Si ulla umquam apud te mea commendatio valuit; quod ſcio multas valuiſſe plurimùm; hac ut valeat, rogo.* Et lib. II. de Off. *Videndum illud item, quod, ſi opulentum fortunatumque defenderis, in illo uno, aut forte in liberis ejus maneat gratia.* Et lib. I. de Leg. *Illud extremum eſt, quod recte vivendi ratio meliores efficit.* Reliqua vide in Commentario noſtro epiſtola 28. lib. VII. Fam. *P. Manut.* *Niſi id quod minime vellem.*] Hic locus proculdubio vitiis inquinatus eſt multis. Nam ſententiam, quam hic interpretes docti elicuerunt, videtur mihi parum digna eſſe diſertiſſimo Romuli nepotum nec huic loco appoſita. Ipſe quidem melius nihil extrico. Acutis tamen hominibus veterum librorum ſcripturam offeram perpendendam, nam forte ad veram lectionem inveniendam iis viam poſſet aperire. Balliol. & Helmſt. *ut nihil novi, niſi ad id quod minimum vellem, ſpiritum reliquum eſſe.* Græv.

96. *Infeſtum habebimus.*] Infeſtum reddemus. ſic, *Solicitum habere*, pro ſolicitum reddere, alibi dixit, &, *Dymaos mare infeſtum habere*, epiſtola I. lib. XVI. Eſt autem ſententia, Pompejum claſſem parare ad intercludendos Italiæ commeatus, id eſt, ad patriam fame necandam: ad hunc ſe iterum (epiſt. 8.) & cum iracunda ironia, boni cives, amantes patriæ dixit. *P. Manut.*

97. *In Ægyptum nos abdimus.*] *Abdemus*, Faërnus. *Urſin.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS P. 8.

EPISTOLARUM AD ATTICUM,

LIBER DECIMUS.

ARGUMENTUM.

ARgumentum idem fere eſt libri hujus & ſuperioris: Querimonia de perditis Cæſaris & Pompeji conſiliis: Curionis congreſſus, Proprætoris in Siciliam proficiſcentis largéque & liberaliter de ſua Cæſarisque in Ciceronem voluntatem pollicentis: Quinti filii ſcelus, Romam profecti, Hirtioque, tum patris tum patrui excedendi conſilia indicantis: Deliberatio, an quæ in Hiſpania gerantur exſpectandum ſit, ad quod & ſui & multi alii hortabantur: Cæſaris litteræ, ne quò progrediatur monentis: Cœlii, ut aliquod oppidum eligat, vacuum a bello rogantis: Antonii, id ipſum & mandatum ſibi ſignificantis, ne quem Italiâ excedere permittat: Congreſſus cum Servio Sulpicio: Fuga Catonis ex Sicilia in Africam transmittentis: firmum propoſitum proficiſcendi, primum occulte, poſtea palam. Scriptæ ſunt epiſtolæ ex ante diem III. *Non. Aprilis, ad* XIIII. *Kalendas Junias, plus minus: iiſdem, L. Cornelio Lentulo, C. Claudio Marcello Coſſ.* Malaſpina.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.

TErtio nonas cùm in [a] Laterium fratris veniſſem, accepi litteras, & paullùm [b] lectis reſpiravi: quod poſt has ruinas mihi non acciderat. per enim magni æſtimo, tibi [1] firmitudinem animi noſtri & factum noſtrum probari. Sexto enim noſtro quòd ſcribis probari, ita læ-

a Lacterium *MSS.*
b *ita MSS. in aliis non eſt* lectis.

1. *Firmitudinem animi noſtri.*] Quòd ab honeſto non divellar: id

c me comp. *MSS.*
d longum *alii.*
e jactum *Brut.*

lætor, ut me quaſi patris ejus, cui ſemper uni plurimùm tribui, judicio [c] comprobari putem: qui mihi, quod ſæpe ſoleo recordari, dixit olim, [2] nonis illis, illis Decembribus; cùm ego, Sexte, [3] quidnam ergo?

Μὴ μὰν, inquit ille, *ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην*,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Ejus igitur mihi vivit auctoritas; & ſimillimus ejus filius eodem eſt apud me pondere, quo fuit ille: quem ſalvere velim jubeas plurimùm. Tu tuum conſilium etſi non in [d] longinquum tempus differs, (jam enim illum emptum pacificatorem peroraſſe puto; jam [e] actum aliquid eſſe [4] in conſeſſu ſenatorum; [5] ſenatum non enim puto)

id eſt, quod in Cæſaris congreſſu neque indulgenter ſim locutus, & in eo manſerim, ne ad urbem accederem. ep. 16. & 18. lib. IX. *P. Manut.*

2. *Nonis illis Decembribus.*] Juſſeram ego, ut dictio *illis* bis ſcriberetur, nota figura, in quo magna culpa eſt librariorum, qui ea quæ non ſine aliqua moleſtia & labore indagavi, ipſi ſuâ negligentiâ omiſerunt. Sæpe ita locutus eſt Cicero, ut in II. lib. ad Atticum: *Vectius ille, ille noſter index &c.* Et in primo: *Noſti Calvum ex Nannejanis illum, illum laudatorem noſtrum.* quam autem vim & *ἔμφασιν* habeat hæc repetitio, unicuique planum eſſe arbitror. Quantopere autem ſolitus eſſet Cicero celebrare Nonas Decembres, quo die de conjuratis ſupplicium ſumpſit, manifeſtum eſt: nimis enim erat ille laudum ſuarum jactator: ut amicis etiam, nedum alienis faſtidium tam crebra illarum prædicatio gigneret. Brutus in epiſtola ad Atticum: *An quia non omnibus horis jactamus Idus Martias ſimiliter atque ille Nonas Decembres ſuas in ore habet, eo meliore conditione Cicero pulcherrimum factum vituperabit, quàm Beſtia & Clodius reprehendere illius conſulatum ſoliti ſunt?* Victor. Junius tamen magis probat decurtatam mſſ. Palat. lectionem, *μὴ μὰν, inquit ille, ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.* Cleric.

3. *Quidnam ego, quid ille*] Et locum hunc auxilio veteris codicis antea corruptum & deminutum reſtitui: verba autem Græca Homeri ſunt, χ. λ. pronunciata ab Hectore. eoſdem verſus adducit Cicero in epiſtola, quâ Præcilium Cæſari commendat: quo loco plenius ejus ſententiæ vim & excellentiam explicavi. *Victor.* *Quidnam ergo.*] Senatus mandavit, ut de conjuratis ſupplicium ſumerem. mandata ſi exſequar, video mihi ab improbis civibus magnam invidiam magnaque pericula impendere; quod a me contra leges actum objicient, quæ cives Romanos occidi vetant. quid ergo faciam, ô Sexte? tum ille me ad præclarum facinus Homericis verſibus incitavit. Iliadis χ. *P. Manut.*

4. *In conſeſſu ſenatorum, tamen ſuſpenſum.*] Faërni liber, Antonianus Poggii Lolgii, his amplius *Non enim puto.* Quod quis ipſum, in exemplaribus, tam diverſis temporibus, tam disjunctis lo-

puto) tamen ſuſpenſum me [f] inde tenes, ſed eo minùs, quòd non dubito, quid nobis agendum putes. [6] quid enim Flavio legionem & Siciliam dari [g] ſcribas, & id jam fieri? quæ tu ſcelera partim parari & jam cogitari, partim ex tempore futura cenſes? ego vero Solonis, popularis tui, ut puto, [h] & jam mei, legem negligam, qui capite ſanxit, ſi qui in ſeditione non [i] alterius utrius partis fuiſſet: niſi tu aliter cenſes; & hinc abero & filii. ſed alterum mihi eſt certius: nec præripiam tamen; exſpectabo tuum conſilium & eas litteras, niſi alias jam dediſti, quas, ſcripſi, ut [k] Cephalioni dares. Quòd ſcribis,

f detinei MS.
g ſcribis alii.
h & jam jam mei J. F. Gron.
P. CLV.
i alii alterutrius.
k Cephaloni alii.

locis, tam diſpari manu exaratis, caſu accidiſſe putet? Et tamen deſiderari præterea aliquid ſuſpicor, nempe *Senatum*, ut totum ſit, *In Conſeſſu Senatorum: non enim puto Senatum.* Quorum quæ vis ſit, nemo non videt. Manutius quidem, quo eſt judicio, in explicando hoc loco viſus eſt quodammodo in ſuo exemplari ita ſcriptum habuiſſe. ſic enim ſcribit. In Conſeſſu Senatorum: nam in Senatu non libet dicere. *Malaſp.* Statim poſt hæc verba, *in conſeſſu Senatorum*, ſubjicitur in Decurtato, *Senatum non enim puto*, & ita edidi. A Tornæſiano & Cruſellino vox, *Senatum*, aberat; cetera comparebant. Negat Cicero conſeſſum illum Senatorum Senatum eſſe, vel quod legitimus non aderat Senatorum numerus, vel quod ibi liberè loqui nemo poterat. *Boſius.* Lambinus in margine mallet? *In conſeſſu ſenatorum, non enim dicam Senatum.* Sed lectionem, quam dedit Boſius, dandæque auctor fuit Malaſpina, firmant Balliol. & Helmſt. niſi quod in iis, æque ut in Malaſpinæ, *Senatum* abſorptum a præcedente *Senatorum*, non compareat. Levi autem transpoſitione duarum vocularum hunc locum puto reſtituendum: *In conſeſſu ſenatorum, Senatum enim non puto.* Cum *Senatu* excidiſſet *enim* non poterat primum locum occupare, itaque negationi fuit ſubjectum. *Grævius.* Dedi id Decurtati & Boſii fidei, exiſtimans rem nimis audacem eſſe, quum tres poſteriores voces eo ordine exhibeant omnes omnino MSS. quenquam hiſcere audere ad illum invertendum. Alioqui rejeciſſem τὸ *ſenatum*, quam vocem ob quot cauſas potuit Tullius maluiſſe omittere? *Gronov.*

5. *Senatum tum enim puto.*] Ita corrigit, quod Atticus dixerat Senatum, verum enim ſenatum non vult haberi, unde coſſ. & tot conſulares viri abeſſent. ſimiliter IV. Fam. I. *In ſenatum ſeu potius in conventum Senatorum* vox *Senatum* in aliis libris mſſ. non invenitur: aliis poſt τὸ *puto* inſeruerunt. videtur Cicero illam intelligendam Attico reliquiſſe. De vi & uſu verbi putare vide ad Sen. de Tranq. An. c. 10. *J. F. Gronov.*

6. *Quid enim Flavio.*] Quorſum enim tu ſcribas Flavio legionem & Siciliam dari? niſi ut indices interclusum iri exitus Italiæ, ideo maturandum eſſe diſceſſum noſtrum? *ſcribas*, edidi, ut referebant veteres libri. *Boſius.*

7. Ms

l ſed ipſum *Brut.* & *alii.* — ſcribis, non quò alicunde audieris, [l]ſed te ipſum putare, [7] me attractum iri, ſi de pace agatur: mihi omnino non venit in mentem, quæ poſſit actio eſſe de pace, cùm illi certiſſimum ſit, ſi poſſit, exſpoliare [m] exercitu & provincia Pompejum: [8] niſi fortè iſte Summanus ei poteſt perſuadere, [9] ut, dum oratores eant & redeant, quieſcat.

m exercitum & provinciam *MSS.*

7. *Me attractum iri, ſi de pace agatur.*] Vetus illud exemplar, *Si de ea re agatur*, habet. ego tamen receptam lectionem non ſprevi. qui vetere magis delectatur, poteſt nunc eam pro ſuo arbitrio reponere: nam quin de pace intelligat, dubium eſſe non poteſt ex ſequentibus verbis. *Victor.*

8. *Niſi iſte Summærius.*] Boſii hæc eſt conjectura ex depravata Decurtati lectione, *Summerius. Numatius*, videtur Manutio eſſe legendum; ſed Lambino magis placet antiqua ſcriptura, *ſummarius*, vel etiam *Summærius* ex Boſii conjectura; cui aſſentitur Junius. vulg. *ſummarius*; vel quid ſibi id vellet ignorabat Victorius.. *Cleric.* *Summarius.*] *Summarius* eſt a ſumma, ut *arenarius* ab arena. hinc ſummarium ſcilicet volumen, in quo res per ſumma capita indicatur & explicatur, quod & *breviarium* dicebatur. Senec. ep. 39. *Vide ne plus profectura ſit oratio ordinaria, quam hæc, quæ nunc vulgo breviarium dicitur: olim cum Latine loqueremur ſummarium vocabatur.* Sunt autem hæc adjectiva *ſummarius* & *breviarius*, hinc *breviariæ rationes*, apud Scævolam in Pandectis. Mihi tamen maxime probatur conjectura Manutii legentis *nummarius*, quam & in contextum orationis admiſit M. Brutus in editione ſua, ſed contra codicum fidem, qui omnes *ſummarius*, inter quos & ſunt Balliolenſis & Helmſtadienſis. *Grævius.* Et mutationes illæ & explicationes aliorum videntur eſſe nullius momenti, & codices omnes (nam Decurtatum ſemper ſolivagum relinquo Boſio) innuere *Summanus:* quo nomine quum proprie vocaretur Plutus, Cicero in eo jocatur, ut in Curculione Plautus, innuens in Cæſaris comitatu fuiſſe aliquem, qui omnia cuperet ſubmanare & invadendo rapere, ut plane ab eo exſpectari vix poſſet eum perſuaſurum Cæſari ut tamdiu quieſcat. In qua ratione quum nihil mutem, ita recepi in contextum. *Gronov.* Salmaſius ad Tertullianum de Pallio p. 314. *Submarius* legit, & explicat quaſi alter Marius, ex ſimili loco Tertulliani, ubi ille quidem *Subnero* legit pro Domitiano, id eſt qui fungeretur vice Neronis. Potuiſſet addi è Plauti Pſeud. Act. II. ſc. I. vs. 13.

HA. *Tune es Ballio?* PS. *Immo vero ego ejus ſum Subballio.*

Id eſt, qui fungor vice Ballionis. *Verburg.*

9. *Ut dum oratores cantent, rideant, quieſcat.*] Tradunt Beroaldum ſic emendaſſe, *eant, redeant:* quam nos caſtigationem non improbavimus. Nam & ſatis modeſta eſt & ingenua: & quæ antea verba legebantur, riſum vere unicuique movere poterant. in manu autem ſcriptis codicibus, *quieſcat* unitatis numero legitur: nam in aliis nihil diſcrepant priſca ac nova lectio. Quem autem ſummarium appellet, nobis ignotum eſt, eam vocem etſi non-

nulli

quieſcat. nihil video, quod ſperem, aut quid jam putem fieri poſſe; ſed tamen [10] hominis hoc ipſum probi, ſed magnum ſit τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων, veniendumne ſit in conſilium tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. quare, ſi quid ejuſmodi evenerit, ut arceſſamur: (quod equidem non curo: quid enim eſſem de pace dicturus, dixi; ipſe valde repudiavit) ſed tamen, ſi quid acciderit, quid cenſeas mihi faciendum utique ſcribito. nihil enim mihi adhuc accidit, quod majoris conſilii eſſet. Trebatii, boni viri & civis, verbis te gaudeo delectatum: tuaque iſta crebra [11] ἐκφώνησις, ὑπέρευ, me ſola adhuc delectavit. Litteras tuas ve-

nulli attentare conati ſint, quia in cunctis manuſcriptis eſt, & nihil melius, neque à nobis excogitari potuit, neque ab aliis adhuc prolatum ſcimus, ut erat reliquimus: ſit ne autem corrupta, an non ſit, nihil compertum habemus. *Victor.* *Ut dum oratores eant & redeant.*] Vetus liber *eant redeant*, ſine conjunctionis nota. *Urſin.*

10. *Hominis hoc ipſum probi eſt* ἐκμαγεῖον. *Eſt* τῶν πολιτικωτάτων.] Fœdam maculam hinc deterſit Boſius, ope Decurtati, qui ſic hæc verba referebat, *hominis hoc ipſum probi eſt & magium. Eſt* τῶν; *&c.* unde non inſcitè pro *& magium*, repoſuit ἐκμαγεῖον. Muretus autem ex veteris libri auctoritate ſic legit; *ſed tamen hoc ipſum eſt unum* τῶν πολιτ. *&c.* nec dubitabat, hanc ſcripturam vulgatæ illi vocum alienarum adjectione depravatæ, ut ait, eſſe anteferendam. Vulgò *hoc ipſum probi eſt & magnum ſit* τῶν *&c.* Cleric. Si veteribus libris deberetur *& unum* ſubſcriberem Mureto & Popmæ; ſed omnes *magnum ſit*, ut & Helmſt. & Ball. *Græv.* Edidi quam Tullii manum credere debeo fuiſſe ex tot MSStorum conſenſu, exhibentium *probi eſt magnum ſit* τῶν, ut nihil tentem niſi ex τῷ *eſt* reſtituere *ſed*, quod millies confuſum. Dicit illud hominis probi, dicit magnum fieri, nempe iſto ſuo tempore & rerum ſtatu, inter capita τῶν πολιτ. σκ. Gronov.

11. Εκφώνησις τέρπει.] Poſteriorem Græcam vocem depravatam eſſe credimus. Quid enim ibi τέρπει faciat cum paulò pòſt *delectavit*, ſcriptum ſit? quod verbum ſuperiorem ſententiam concludit. Nos autem adverbium quoddam, vel ἐπίθετον vocis illius ἐκφώνησις deſiderari arbitramur: quod tamen quale ſit dicere non poſſumus: Græcos autem characteres depinximus, ut alii veram ex illis lectionem quæ latet, evocare poſſint. Quod cum omni ſtudio ipſi facere conati ſimus, adhuc præſtare non potuimus. *Victor.* *Tuaque iſta crebra* ἐκφώνησις ὑπέρευ, *me ſola &c.*] Hujus Sebaſtiani Corradi conjecturæ ſe auctorem profeſſus eſt Turnebus lib. XIIX. cap. 9. & alii, referente Lambino. Victorius cùm huic malo mederi non poſſet, antiquam ſcripturam retulit ἐκφώνησις τέρπει, quam etiam Junius, uno conſenſu mſſ. Palat. retinere ait; ſed tamen priorem lectionem mutare non eſt auſus. *Cleric.*

12. *M.*

vehementer exſpecto, quas quidem credo jam datas eſſe. Tu cum Sexto ſervaſti gravitatem eandem, quam mihi præcipis. Celer tuus diſertus magis eſt quàm ſapiens. De juvenibus, quæ ex Tullia audiſti, vera ſunt. 12 M. Antonii iſtud, quod ſcribis, non mihi videtur tam re eſſe triſte, quàm verbo. 13 hæc eſt ἄλη, in qua nunc ſumus, mortis inſtar. aut enim [n] mihi liberè inter malos πολιτευτέον fuit, 14 aut vel periculoſè cum bonis. aut [o] nos temeritatem bonorum [p] ſequamur: aut audaciam improborum inſectemur. utrumque periculoſum eſt. [q] at hoc, quod agimus, [r] nec turpe, nec [s] tamen tutum. Iſtum, qui filium Brundiſium de pace miſit (de pace idem ſentio quod tu; ſimulationem eſſe apertam, parari autem bellum acerrimè) [t] 15 legatum iri non

n nihil *Jun. è MS.*
o non *alii.* P. B.
p ſequimur *alii.*
q ad *alii.*
r & *alii.*
s tam *MS.*
t me leg. *Vict. & alii.*

12. *M. Antonii.*] Hic locus non vacat ſuſpicione mendi; nam in Tornæſiano pro *M. Antonii* ſcriptum eſt, *Macum.* In Scidis totum hoc craſum eſt. Putat Boſius Græcum aliquod verbum ſub cortice harum vocum latere. Junius ait mſſ. alios habere, *Macum*, alios, *Maconi*, unde reponit, μικκὸν, Doricè pro, μικρὸν. Cleric. Scripti libri habent *Maceum* vel *Maccom*, unde ſuſpicor legendum Μάκρον illud, id eſt, Longum tempus abeſſe a patria & republica non tam re quàm verbo triſte eſt. Sed nihil adfirmo: etſi ſequentia confirmant, quorum hic ſenſus: Non ideo angor quod diu abfuturus ſum poſtquam ex Italia diſceſſi, ſed hic eſt error mentis & hæc animi mei ſollicitudo, quod aut non venerim ad urbem, & inter Cæſarianos de republica liberè egerim, illorum audaciam inſectando; aut cum Pompejanis me non conjunxerim, ſecutus horum temerarium conſilium relinquendæ Italiæ. Nam quod in Italia manſi, eſt illud quidem haud turpe, ſed tamen haud tutum. *Popma.*

13. *Hac eſt ἄλωσις in qua nunc ſumus mortis inſtar.*] Veteres libri ἄλη habent, id eſt πλάνη & erratio. animi tamen, non corporis erationem intelligere debemus: cum aliquis variis gravibusque cogitationibus diſtractus in quo conſilio conſiſtat reperire non poteſt: quod magnam moleſtiam, vel vitæ potius tædium gignit. Malè noſtri illi librarii per duo λλ hanc vocem ſcripſerunt. *Victor.* Mureto autem dubium non eſt quin legi debeat, *hac eſt ἄση.* qui conſulatur lib. x. Var. Lect. cap. 12. *Cleric.*

14. *Aut vel periculoſe cum bonis.*] Adverbium *vel* abeſt a manuſcripto codice. *Urſin.*

15. *Legatum iri non arbitror.*] MSS. *Elegatum iri non arbitror*, recte, pro eo quod eſt, & Senatu allegatum. De Servio Sulpicio loquitur, qui Tullium fuiſſet optaturus ſuæ legationis ſocium, ſiquidem fuiſſet elegatus. Atque huc ſpectant ſequentia. *Junius.* Non repudianda lectio librorum editorum, quam & MSS. afferunt. *Me legatum iri non arbitror*, quamvis Cæſar hoc negotium in

non arbitror; cujus adhuc, ut optavi, mentio facta nulla ſit. eo minus habeo neceſſe ſcribere, aut etiam cogitare, quid ſim facturus, [16] ſi acciderit, ut [v] legarer.

v leger Man.

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

EGo cùm accepiſſem tuas litteras nonis April. quas [x] Cephalio attulerat, eſſemque Minturnis poſtridie manſurus, [y] & inde protinus; ſuſtinui me in Arcano fratris, [z] ut, dum aliquid certius afferretur, occultiore in loco eſſemus, agerenturque nihilo minus, quæ ſine nobis agi poſſunt. [17] λαλαγεῦσα [18] jam adeſt, & animus ar-

x Cephalo *alii.*
y & inde *deſunt in MS.*
z ut *deeſt in MS.*

in familiari ſermone vellet ei mandari, ut oſtendit in epiſtola 18. libri præcedentis. Gaudet nunc neminem de ſe loqui, ſed Balbo juniori hanc provinciam decerni. *Gravius.*

16. *Si acciderit ut legarer.*] *Legerer* habent manuſcripti codices, ut in IIII. etiam lib. teſtati ſumus: illic enim eandem locutionem reſtituimus. eſt autem huic ille locus valde ſimilis. Meſſius defendebatur à nobis è legatione revocatus, nam eum Cæſari legerat Appius. Sunt autem lecti, legati: non tamen urbe exierunt: cum Piſo etiam ſocer apud Cæſarem offenderit, quòd in Senatu de ea re mentionem facere auſus ſit. Hoc ex Dione accepimus, qui de hac legatione ſic loquitur: Καίτοι τελευταῖον πρέσβεις ὑπέρ τε τῆς εἰρήνης καὶ περὶ τῆς ὁμονοίας σφῶν παραχρῆμα πρός τε τοὺς ὑπάτους καὶ πρὸς τὸν Πομπήϊον πεμφθῆναι ἐσηγήσατο. Et paulò pòſt: Καὶ ἐκεῖνον ὑπετόπουν καὶ μάλισθ᾽ ὅτι οἱ πρέσβεις οἱ τὰς καταλλαγὰς δῆθεν πρυτανεύοντες ᾑρέθησαν μὲν, οὐκ ἐξῆλθον δέ: ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἐμνήσθη ποτε περὶ αὐτῶν ὁ πίσων ὁ πενθερὸς αὐτοῦ αἰτίαν ἔσχεν. *Victor.*

17. *Λαλαγεῦσα jam adeſt.*] Superiori libro ex Boſio docuimus, hîc legendum eſſe λαλαγεῦσα: pro eo quod vulgò MMTEYCA. Germani conjecerant legendum *μάντευμα*, ſed improbat Victòrius. Turnebus lib. XIIX. cap. 9. tentabat ἀνατέλλουσα. Lambinus ac Malaſpina repoſuerant lib. IX. ep. 21. Δὰς αἴθουσα. Dauſquejus tentabat, *mea* KPEOYCA; ut hoc mutuaticio nomine Terentiam intelligat, quæ rebus in adverſis Tullio fida comes hæreat. hinc *animus ardet*, viſâ ſcilicet re cariſſimâ in dolore non diſpari. Forte *μοὶ μοῖρα νέουσα jam adeſt: mihi Parca colum ducens.* Appoſitius; *μοὶ μοῖρα φυγαδεύουσα jam adeſt &c.* Hæc Dauſquejus. *Cleric.*

18. *Jam adeſt, & animus ardet.*] Ante hæc verba Græca dictio deſideratur: quam cum ex priſcis characteribus intelligere nequiverimus, illos diligenter deſcripſimus. nullo autem modo *μάντευμα* legi poteſt, ut crediderunt Germani: nam & nullum ſenſum

ſum

ardet; [19] nec eſt quicquam, quo, & qua. ſed hæc noſtra erit cura & peritorum. tu tamen, [a] quod poteris, ut adhuc feciſti, nos conſiliis juvabis. res ſunt inexplicabiles. fortunæ ſunt committenda omnia. ſine ſpe conamur ulla. [b] ſi melius quid acciderit, mirabimur. Dionyſium nolim ad me profectum: de quo ad me [20] Tullia mea ſcripſit. ſed & tempus alienum eſt; & homini non amico noſtra incommoda, tanta præſertim, ſpectaculo eſſe nollem: cui te meo nomine inimicum eſſe nolo.

a quoad *alii.*

b melius ſi quid *MS. & alii.*

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

Cum [c] quod ſcriberem plane nihil haberem, hæc autem reliqua eſſent, quæ ſcire cuperem; profectusne eſſet; quo in ſtatu urbem reliquiſſet; in ipſa Italia quem cuique regioni aut negotio præfeciſſet; [d] ecqui eſſent ad Pompejum & ad conſules ex ſenatûs conſulto de pace legati; [e] cùm igitur hæc ſcire, deditâ operâ has ad te litteras miſi. feceris igitur commodè mihique gratum, ſi me de his rebus, & ſi quid erit aliud, quod ſcire opus ſit, feceris certiorem. [21] ego in Arcano opperior, dum iſta cognoſco. A. d. VII. id. [22] alteram tibi eodem die hanc epiſtolam dictavi; & pri-

c quid *alii.*

P. CLVI.

d & qui *alii.*

e ut ig. h. ſcirem *alii.*

ſum hic ea vox habet, & fœmininum eſſe debere jam antè docuimus in penultima præcedentis libri epiſtola. Perſpicere autem poſſumus conſimiles noſtris omnino characteres eſſe in antiquo codice Germanorum: quos ipſi, dum ſtudent eam vocem aliquem ſignificatum habere, aliquantulum perverterunt, ſed tamen non ita ut non retineant adhuc multum ſimilitudinis. *Victor.*

19. *Nec eſt quidquam, quò, & qua.*] *Quò, aut qua* liber vetus. *Urſin.*

20. *Tullia mea ſcripſit.*] Opinor eum mihi commendans & ſuperiora excuſans. aut, Scripſit, ad me profecturum. ſed ego nolim ad me profectum, quia neque hoc tempore eo mihi comite opus eſt, & homini non amico noſtra incommoda ſpectaculo eſſe nollem. ep. 5. & 10. & 14. lib. IX. & 2. lib. X. *P. Manut.*

21. *Ego in Arcano opperior.*] Niſi dividatur hîc epiſtola, non video, quî poſſit dicere, ſe eodem die alteram dictaviſſe, & pridie longiorem dediſſe quum hæc ſuperiore ſit longior. *Arcano*, ep. 1. lib. V. & ep. ſup. *Corrad.*

22. *Alteram tibi eodem die epiſtolam dictavi.*] Nos *hanc* repoſuimus

pridiè dederam mea manu longiorem. 23 Viſum te ajunt in regia; nec reprehendo: quippe cùm [f] ipſe iſtam reprehenſionem non [g] fugerim. ſed exſpecto tuas litteras: neque jam ſanè video, quid exſpectem: ſed tamen, [h] etiam ſi nihil erit, id ipſum ad me velim ſcribas. Cæſar mihi ignoſcit per litteras, quòd non venerim; ſeſeque in optimam partem id [i] accipere dicit. facilè patior, quod [k] ſcribit, ſecum [l] Tullium & Servium queſtos eſſe, quia non idem ſibi, quod mihi, remiſiſſet. homines ridiculos! qui cùm filios miſiſſent ad Cn. Pompejum circumſidendum, ipſi in ſenatum venire dubitarent. ſed tamen exemplum miſi ad te Cæſaris litterarum.

f ego iſtam *aut*, ipſe hanc *alii*.
g fugerem *MSS.*
h etiam *deeſt in MS.*
i accepiſſe *alii.*
k ſcribis *alii.*
l Tullium *alii.*

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

Multas à te accepi epiſtolas eodem die, omnes diligenter ſcriptas: [m] eam verò, quæ voluminis inſtar erat, ſæpe [n] legendam, ſicuti facio: in qua non fruſtra laborem ſuſcepiſti: mihi quidem pergratum feciſti. quare, ut id, [o] quoad licebit, id eſt, quoad ſcies ubi [p] ſimus, quàm ſæpiſſimè facias, te vehementer rogo. at deplorandi quidem, quod quotidiè facimus, ſit jam nobis aut finis omnino, ſi poteſt, aut moderatio quædam, quod profecto poteſt. non [q] enim quam dignitatem, quos honores, quem vitæ ſtatum amiſerim, cogito, ſed quid conſecutus ſim, quid præſtiterim, qua in laude vixerim: his denique in malis, quid interſit inter me & iſtos, quos propter omnia amiſimus.

m ea *alii.*
n legenda *iid.*
o *alii* quod.
p ſumus *alii.*
P. B.
q enim quam *alii.*

mus ex manuſcriptis exemplaribus, quæ vox culpâ librariorum omiſſa fuit, cum eſſe debeat: locuti antea ſumus de hoc loco, ubi etiam plura exempla hujus ſermonis adpoſuimus. *Victor.*

23. *Viſum te ajunt in regia.*] Viſus es in regia, publico loco, cum Cæſar urbem teneret. nec reprehendo: quoniam ipſe non veritus iſtam reprehenſionem in publicum quoque prodivi. Reprehenſio autem iſta erat, quod qui in illo tumultu armorum ſe in publico conſpiciendos præbebant, hi non dolere rempublicam & libertatem oppreſſam viderentur, id quod Pompejani calumniabantur. Regia fuit fanum in quo ſacerdotes & Pontifices convocati conveniebant, & Rex ſacrificulus ſolitus ſacra facere, Varro, Feſtus, Victor & al. *Popma.*

 24. Quo-

ſimus. hi ſunt, qui, niſi me civitate expuliſſent, obtinere ſe non poſſe [x] putaverunt licentiam cupiditatum ſuarum: [24] quorum ſocietatis & ſceleratæ conſenſionis fides quò eruperit, vides. alter ardet furore & ſcelere, nec remittit aliquid, ſed in dies ingraveſcit: modò Italiâ expulit: nunc alia ex parte perſequi, ex alia provincia [s] ſpoliare conatur: nec jam recuſat, ſed quodam modo poſtulat, ut, quemadmodum eſt, ſic etiam appelletur tyrannus. alter is, qui nos ſibi quondam ad pedes ſtratos ne ſublevabat quidem, qui ſe nihil contra hujus voluntatem ajebat facere poſſe, elapſus è ſoceri manibus ac ferro, bellum terrâ & mari comparat, non injuſtum ille quidem, ſed cùm pium, tum etiam neceſſarium, ſuis tamen civibus exitiabile, niſi vicerit; calamitoſum etiam, ſi vicerit. horum ego ſummorum imperatorum non modò res geſtas non antepono meis, ſed ne fortunam quidem ipſam, quâ illi florentiſſimâ, nos duriore conflictati videmur. Quis enim poteſt, aut deſertâ per ſe patriâ, aut oppreſſâ, beatus eſſe? & ſi, ut nos à te admonemur, rectè in illis libris diximus, nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum; nihil malum, niſi quod turpe ſit: certè uterque iſtorum eſt miſerrimus; quorum utrique ſemper patriæ ſalus & dignitas poſterior ſua dominatione & domeſticis commodis fuit. Præclarâ igitur [t] conſcientiâ ſuſtentor, cùm cogito me de republica aut meruiſſe optimè, cùm potue-
P. CLVII. rim: aut certè numquam, [25] niſi divinè, cogitaſſe: eaque

[x] putarunt *alii.*

[s] exſpoliare *MSS.*

[t] ſcientiâ *MS.*

24. *Quorum ſocietas & ſcelerata conſenſionis fides.*] Caſtior omnino elegantiorque antiqua lectio eſt, à me reſtituta, quæ *ſocietatis* habet: ut poſtea ſe quaſi corrigat, qui ſocietatem appellarit conſenſum & coitionem eorum: cum potius ſcelerata & nefaria conſenſio appellanda ſit. fidem autem ſocietatis dicit, quia illi cum fide quæ cogitaverant texerunt & poſtea exercuerunt. *Victor.*

25. *Niſi divinè cogitaſſe.*] Tornæſiano, *die.* fortaſſe Cicero ſcripſit, *piè.* quamquam veteres etiam, *dium*, dicebant pro, *divinum.* unde illud, *ſententia dia Catonis.* Boſius. Non intellexit hunc locum Boſius; *Divinè cogitaſſe* eſt quidquid cogitavi eventurum eſſe, poſtea eveniſſe. Quidquid animo proſpexi futurum, id accidiſſe. *Divini* ſunt vates, futura prædicentes. Mart. *Non ſum divinus, ſed ſcio quid facias.* Apud Liv. lib. I. Tarquinius Priſcus ad Attium Navium: *Ex eo ira regi mota, eludensque artem, ut ferunt, agedum, inquit, divinè tu inaugura, fieri ne poſſit quod ego nunc mente concipio.* Petron. *Rogo, inquam, mater numquid ſcis ubi ego habitem? Delectata illa urbanitate tam ſtulta: &, Quid ni ſciam,* in-

eaque ipſa tempeſtate everſam eſſe rempublicam, quam ego XIV. annis ante proſpexerim. hac igitur conſcientiâ comite proficiſcar, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me, aut propter fratrem meum,[26] quorum ut ut jam acta ætas; quàm propter pueros, quibus interdum videmur præſtare etiam rempublicam debuiſſe: [27] quorum quidem alter non tam, quia majore pietate eſt, me mirabiliter excruciat; alter, (ô rem miſeram! nihil enim mihi accidit in omni vita acerbius) [28] indulgentiâ videlicet noſtrâ depravatus, eò progreſſus eſt, quò non audeo dicere; & exſpecto tuas litteras. ſcripſiſti enim, te ſcripturum eſſe plurima, cùm ipſum vidiſſes. omne meum obſequium in illum fuit cum multa ſeveritate: neque unum ejus, nec parvum, ſed multa magna delicta compreſſi. patris autem lenitas amanda potiùs ab illo, quàm tam crudeliter negligenda. nam litteras ejus ad Cæſarem miſſas ita graviter tulimus, ut te quidem celaremus; ſed ipſius videmus vitam inſuavem reddidiſſe. hoc verò ejus iter ſimulatioque pietatis qualis fuerit non audeo dicere. tantum ſcio, poſt Hir-

inquit. conſurrexitque & cœpit me præcedere. Divinam ego putabam. Hinc *ſcire divinitus* eſt, futura prædicere apud Plautum in Curculione. *Grævius.*

26. *Quorum ut ut jam acta ætas.*] Hæ duæ voculæ, *ut ut*, leguntur in Scidis, ut edidit Boſius: in Tornæſiano, Cruſellino & Huraltino alterum *ut* omiſſum fuerat librariorum negligentiâ. unde Pithœus ſuſpicatus erat legendum, *quorum utinam acta ætas.* Lambinus, *quorum eſt jam acta ætas:* vulg. *quorum jam acta ætas.* Cleric.

27. *Quorum quidem alter, non tam quia majore pietate eſt.*] Lambinus, libris omnibus invitis, etiamnum reclamante Victorio, legit, ut viderat prius Malaſpina, *quorum quidem alter, non tam quia filius quàm quia m. p.* ſed Junius, mſſ. Palat. conſentientibus, Lambini ſupplementum rejicit. *Idem.* Temerè hunc locum interpolant Correctores. eſt enim hic ſenſus: Filius meus non tam mirabiliter me excruciat, quia majore pietate eſt erga nos, quàm Q. filius fratris, qui & patri & mihi patruo inimicus, primùm ad Cæſarem acerbas litteras miſit, deinde ad illum profectus ſimulavit ſe nos excuſaturum, & contra accuſavit detulitque nos animo a Cæſare alieniſſimo eſſe, & conſilia relinquendæ Italiæ cepiſſe. *Popma.*

28. *Indulgentiâ noſtrâ.*] Molli educatione. Quintil. lib. I. cap. 3. *Noſtra* ſe miſcet Cicero, ne fratrem, cujus interfuerat filium inſtituere, gravius accuſare videatur, quem tamen nimis indulgentem vòcat. ep. ſeq. *Corrad.*

Hirtium conventum, arceſſitum ab Cæſare: 29 cum eo, de meo animo [v] ab ſuis rationibus alieniſſimo, & conſilio relinquendi Italiam; & hæc ipſa timidè. ſed nulla noſtra culpa eſt: natura metuenda eſt. hæc Curionem, hæc Hortenſii filium, non patrum culpa, corrupit. jacet in mærore meus frater, neque tam de ſua vita, quàm de me metuit. [x] huic tu, huic tu malo affer conſolationes, ſi ullas potes: 30 maximè quidem illam velim; ea, quæ ad nos delata ſint, aut falſa eſſe, aut minora. quæ ſi vera ſint, quid hac futurum ſit in [y] vitâ & fugâ, neſcio. nam ſi haberemus rempublicam, conſilium mihi non deeſſet [z] nec ad ſeveritatem nec ad [a] diligentiam. Hæc, ſive [b] iracundiâ, ſive dolore, ſive metu permotus, graviùs ſcripſi, quàm aut tuus in illum amor, aut meus poſtulabat. ſi vera ſunt, ignoſces: ſi falſa, me libente eripies mihi hunc errorem. quoquo modo [c] verò ſe res habeat, nihil aſſignabis, nec patruo, nec patri. Cùm hæc ſcripſiſſem, à Curione mihi nuntiatum eſt, eum ad me venire. venerat enim is in Cumanum veſperi pridie: id eſt idibus. ſi quid [d] ejus igitur ſermo [e] ejuſmodi attulerit, quod ad te ſcribendum ſit; id in litteris adjungam. Præteriit villam meam Curio, juſſitque mihi nuntiari, mox ſe venturum: cucurritque Puteolos, ut ibi concionaretur. concionatus eſt: rediit: 31 fuit ad me ſanè diu. ô rem fœdam! noſti hominem: nihil occultavit; in primis nihil eſſe certius, quàm ut omnes, qui lege Pompejâ condemnati eſſent, reſtituerentur; itaque ſe in Sicilia eorum operâ [f] uſurum. de Hiſpaniis, non dubitabat, quin Cæſaris eſſent: inde ipſum cum exercitu, ubicumque Pompejus eſſet: 32 ejus interitu finem Ilii fore: 33 pro-

v *alii* à.
x *alii* huic tu malo affer.
y vita & *deeſt in aliis.*
P. B.
z nec *non eſt in aliis.*
a indulgentiam *alii.*
b irâ *Manut.*
c vero *deeſt in MS.*
d ejusmodi *alii.*
e ejus *iid.*
f niſurum *alii.*

29. *Cum eo de meo animo.*] Victorius ſyllabis malè cohærentibus legit, *cum eodem eo*; cum tamen ſcribi debeat, ut eſt in mſſ. Boſii, *cum eo de meo animo &c.* Cleric.

30. *Maxime quidem illam velim; ea, quæ ad nos delata ſint, aut falſa eſſe, aut minora.*] Vide num melius ſit in libro Longolii, *Maxime quidem illa velim, quæ ad nos delata ſunt, aut falſa eſſe, aut minora.* Urſin.

31. *Fuit ad me.*] Liv. XXVIII, 18. *Ad penates alicujus eſſe*, pro *domi*. vide IV. Obſ. c. 6. p. 86. *J. F. Gronov.*

32. *Ejus interitu finem illi fore.*] Sic omnes codices vel in Italia, vel in Gallia, vel in aliis locis inſpecti, etiam Balliol. & Helmſtad. An Victorio excepto ita ſuſtinetis, viri doctiſſimi, quartam vocem ne-

33 propius factum eſſe nihil: [g] & planè iracundiâ elatum
voluiſſe Cæſarem occidi Metellum tribunum plebis.
quod ſi eſſet factum, cædem magnam futuram eſſe:
permultos hortatores eſſe cædis; ipſum autem non voluntate, aut naturâ non eſſe crudelem, ſed quòd putaret popularem eſſe [h] clementiam: quòd ſi populi ſtudium amiſiſſet, crudelem fore: eumque perturbatum,
34 quòd intelligeret, ſe apud ipſam plebem offendiſſe de æra-

g eum alii.

h eloquentiam MS.

negare Ciceroni, ut omnes reponatis *belli?* nec lenior via ad reparandum Tullium muniri debeat? Ego certe hîc ſum ſolitus legere *finem Ilii fore*, hoc eſt, Iliaci belli, ut iſte loquax Curio videtur paratragædiaviſſe. Quin etiam quî poteſt Boſius & alii mox ex gloſſemate clamare additum *Cæſarem*, quum agnoſcat Victorius in ſuis, agnoſcat Malaſpina, Lambinus, & in Balliolenſi ſit *ei plane iracun. el. voluiſſe Cæſarem occidi*, quarum primam alii male explicant in *enim*. At quid manifeſtius hac lectione? *ejus interitu finem Ilii fore. propius factum eſſe nihil: & plane iracundiâ elatum voluiſſe Cæſarem occidi Metellum*. Quod exhibere non dubitavi. Paulo ante in Græviana editione exſtat, *concurritque Puteolos*, quod ignorans unde venerit, non ſum ſequutus. *Gronov.*

33. *Propius factum eſſe nihil.*] Non diſcrepat lectio Decurtati à vulgata, ideo nihil mutavit Boſius. In codice Tornæſiano pro, *eum*, mendoſè exaratum eſt, *ei*, & poſt, *voluiſſe*, ex gloſſemate additum, *Cæſarem:* itaque etiam legit Lambinus ex libris antiquis, niſi quod omiſit vocem, *eum:* eodem referente, Malaſp. putat hæc verba, *propius eſſe factum nihil*, ſuo loco eſſe mota, & hoc ordine legenda, *ejus interitu finem belli fore planè iracundiâ elatum voluiſſe Cæſarem occidi Metellum tribunum pl. propius nihil eſſe factum: quod ſi eſſet &c.* Junius receptam lectionem retinet. *Cleric.*

34. *Quò intelligeret, ſe apud ipſum legem offendiſſe de ærario.*] Nulla ſanè alia re diſcrepant antiquiores codices, niſi quòd *ipſam*, & non *ipſum* habent: ut nunquam ferè fruſtra inſpiciatur. qui ſi & ipſi aliqua parte mendoſi ſunt, tamen aliquod veſtigium retinent verioris lectionis, ut hic accidit: putamus enim nos pro *legem*, *plebem*, legi debere, ut intelligamus Cæſarem perturbatum eſſe, quòd intellexerit ſe in magnum odium plebis veniſſe in eo negotio de ærario. ærarium enim clauſum non ſine ſcelere à quibus non debebat aperiri poterat, quod etiam inter magna Cæſaris impedimenta Cicero collocat lib. VII. cum inquit de illo: *Non eum rerum prolatio, nec Senatûs magiſtratuumque diſceſſus, nec ærarium clauſum tardabit.* Cum igitur ille ejus clauſtra fregiſſet, publicasque pecunias diripuiſſet, valde ab omnibus reprehenſus erat, & plebs violatum ab eo Tribunum, contra cujus voluntatem auſus fuit id facere, iniquo animo tulerat. Sequenti autem epiſtolâ idem his verbis affirmat: *Curio mecum vixit, jacere Cæſarem putans offenſione populari.* Item ſecundâ ab hac epiſtolâ: *Quippe qui florentis, ac novos, ut uti diebus ipſi illi egenti, ac perdita multitudini in odium acerbiſſimum venerit.* Etſi in primis verbis mendum ſit.

 Of-

ærario. itaque ei cùm certiſſimum fuiſſet, antè quàm proficiſceretur, concionem habere auſum non eſſe, vehementerque animo perturbato profectum. cùm autem ex eo quærerem, quid videret? [35] quod exemplum? quam rempublicam? planè fatebatur nullam ſpem reliquam: Pompeji claſſem timebat: quæ ſi eſſet, ſe de Sicilia abiturum. Quid iſti, inquam, [36] ſex tui faſces? ſi ab ſenatu, [37] cur laureati? ſi ab ipſo, cur ſex? [i] Cupivi, inquit, ex ſenatûs conſulto [38] ſurrepto: [39] nam aliter [k] non poterat. at ille impendio nunc magis odit ſenatum: [40] à me, inquit, omnia proficiſcentur.

P. CLVIII.

i Cupidi inquam *MS.*
k non *deeſt in MS.*

Offendere autem *apud aliquem*, id eſt *odio illi eſſe*, alibi apud Ciceronem reperies, ut ad Qu. Fratrem lib. II. *Nam apud perditiſſimam illam atque infimam facem populi propter Milonem ſuboffendit, & boni multa ab eo deſiderant.* Victor.

35. *Quod exemplum? quam remp.*] Sic omnes habent mſſ. Lambino teſte; ſed tamen ſuſpicatur Malaſpina eſſe mendum in voce, *exemplum*, vultque legi, *quem exitum*, quod probat Lamb. ſi pro, *quam remp.* legatur *quam ſpem*: Receptam lectionem Junius ex mſſ. Pal. retinet. *Cleric.* Et recte habet *τὸ exemplum*, de quo vide paterna ad Livium VII, 19. *Gronov.*

36. *Sex tui faſces.*] Cæſar Curioni Siciliam provinciam aſſignaverat, quam proprætor adminiſtraret; ideoque & faſces ut imperium habenti dederat. *P. Manut.*

37. *Cur laureati.*] Neque enim laureatis utebantur, niſi poſt victoriam de hoſtibus partam. at Curio neque adhuc victoriam ullam erat aſſecutus, & bellum cum civibus gerebat. *Idem.*

38. *Surrupto.*] Lege, *Surrepto*, id eſt quod per ſubreptionem, aut obreptionem, aut per infrequentiam Senatûs, ut tum potius loquebantur, factum eſt, ne præſens aliquis Pompejanæ factionis tribunus intercedendi gloriam quæreret. Liv. lib. XXXVIII, 44. *J. F. Gronov.*

39. *Nam aliter.*] Non poterat apertè fieri Senatusconſultum de Sicilia provincia mihi proprætore cum imperio faſcibusque data: quia Tribunus aliquis facile interceſſiſſet & impediviſſet. ideo ex SC. ſubrepto cupivi. at Cæſar infenſus Senatui, Nihil refert, inquit, an ex Senatusconſulto habeas. ego dare tibi poſſum. *Popma.*

40. *A me, inquit.*] Hîc nonnulla inculcata fuerant in codice Tornæſiano, quæ à ceteris Boſianis abſunt, neque ſunt Ciceronis. ſic enim ibi legitur, *ad Senatum, à me, inquit, omnia proficiſcentur.* Hæc duo, *ad Senatum*, notæ ſunt adulterinæ. *Cleric.* Repetit bonus Clericus verba & ſententiam Boſii: qui quicquid cenſeat, utique tamen in Helmæſtad. ſimul & Balliolenſi legitur, *odit ſenatum a ſenatu, a me, inquit.* Unde quanto vehementior exſurgit oratio, ſi legas: *At ille impendio nunc magis odit ſenatum.* ſequuntur verba ab Cæſare projici ſolita & nunc narrata ab Curione, *A ſenatune? a me,* in-

tur. [l] cur autem ſex? quia duodecim nolui: nam licebat. Tum ego, quàm vellem, inquam, petiiſſe ab eo, quod audio [41] Philippum impetraſſe: ſed veritus ſum, quia ille à me nihil impetrabat. Libenter, inquit, tibi conceſſiſſet. verùm puta te impetraſſe. ego enim ad eum ſcribam, ut tu ipſe voles, de ea re nos inter nos locutos. quid autem illius intereſt, quoniam in ſenatum non venis, ubi ſis? quin nunc ipſum minimè offendiſſes, [42] ejus cauſâ ſi in Italia non fuiſſes: [43] ad quæ ego, me receſſum & ſolitudinem quærere, maximè quòd lictores haberem. [m] laudavit conſilium. quid [n] ergo, inquam? nam mihi curſus in Græciam per tuam provinciam eſt: quoniam ad mare ſuperum milites ſunt. quid mihi, inquit, optatius? hoc loco multa perliberaliter. [44] ergo hoc quidem eſt verum profectò, ut non modò tutò, verum etiam palàm navigare-

l ſex autem, quid alii.

m laudabat alii.

n ego alii.

inquit, omnia proficiſcentur. Tornæſianus clarè innuit vetuſtam manum fuiſſe *a ſenatun'*. Gronov.

41. *Philippum.*] L. Martium Philippum, virum Conſularem, ep. 21. lib. v. & pueri Octavii vitricum ep. 12. lib. xv. *Corrad.*

42. *Ejus cauſſâ.*] Sic & Manut. Sed diſtinguendum: *quin nunc ipſum minime offendiſſe, ejus cauſſâ, ſi in Italia non fuiſſet. Ejus,* ſc. rei. hoc eſt, hac re minime offendiſſes hoc tempore, Cæſarem ſi in Italia non fuiſſes, abſentiâ tuâ non offendiſſes. *Græv.*

43. *Atque ego me receſſurum, & ſolitudinem quærere.*] Emendavimus *receſſum.* Receſſum enim appellat loca ab hominum cœtu remota. ipſe lib. XII. *Nam mihi receſſus & ſolitudo provincia eſt.* Victor.

44. *Ergo hoc quidem eſt verum profecto.*] Vetus liber, *ergo hoc quidem eſt profectum.* paullo poſt, *Amiciſſimum mihi Cæſarem eſſe debere*, pro *debet*, habet liber manuſcriptus. *Urſinus. Ergo hoc.*] Codd. *profectum.* Lege οὔρῳ *profectum.* id eſt vento ſecundo. unum quidem profecimus hoc ſermone, ut Curionem ex intimis Cæſaris ita amicum, ita perſuaſum invenerimus velut οὖρον aut ventum ſecundum, quo ferente & ſecundante non modo ſine periculo, ſed etiam palàm, ſine ſuſpicione Cæſaris ex Italia decederemus. *J. F. Gronov.* Balliol. & Helmſt. aſſentiuntur vulgatis. Sed pulchrè Manutius conjecit, ut in ſuo reperit codice Fulvius. cujus emendationem recepit M. Brutus. Vide an Cicero ſcripſerit, *ergo hoc quidem eſt vero profectum.* hoc eſt, certè hoc profecimus noſtris ſermonibus cum Curione. *Vero* pro *verè.* Plaut. *Quanquam adeo cives Thebani vero rumificant probam.* Apul. I. Metam. *Sed tibi prius dejerabo Solem iſtum videntem Deum me vero comperta memorare.* hoc eſt, verè comperta. Cic. Tuſc. III. *Fuiſti ſæpe, credo, in ſcholis Philoſophorum. Ac vero ac libenter quidem.* hoc eſt, certè. Si *verò* diſplicet, ſcribe, *verè.* Grævius.

 45. *In-*

remus. reliqua in poſterum diem diſtulit: ex quibus ſcribam ad te, ſi quid erit epiſtolâ dignum. Sunt autem, quæ præterii, 45 interregnumne eſſet exſpectaturus; 46 an, quo modo dixerim? Ad ſe ille quidem deferri conſulatum, ſed ſe nolle, in proximum annum. & alia ſunt, quæ exquiram. Jurabat ad ſummam, quod 47 nullo negotio faceret 48 amiciſſimum mihi Cæſarem. eſſe

45. *Interregnumne eſſet exſpectaturus.*] Variè hunc locum legunt & interpretantur. Ego ſic explano: An Cæſar exſpectaturus eſt dum anno finito Lentulus & Marcellus Conſulatu abierunt, nec in eorum locum deſignati Conſules erunt, ut ſic creatus Interrex Conſularia comitia habeat? an quomodo dixerim, volet Prætorem dicere Dictatorem, qui deinde Conſules creet, & tunc ipſe Conſul ſimul & Dictator fiat. ep. 18. lib. IX. Quò pertinet reſponſum Curionis; Cæſar dicit ad ſe quidem Conſulatum deferri a populo, ſed ſe nolle in proximum annum Conſulem eſſe: quod tamen mutavit, & cum a M. Lepido Prætore dictus eſſet Dictator, comitia Conſularia habuit, creatique Conſules ipſe & P. Servilius Iſaurici filius. *Popma.*

46. *An quomodo dixerim.*] An dictaturam, ſive dictatorem, qui dici ſolebat, & fortaſſe hiſce verbis: vel potius ita legamus: *an, quo modo dixerim?* ut ſit ἀπορια. *Corrad.* Nulla hic eſt reſponſio Curionis. Hæc enim Cicero ſcribit, ſe cras ex Curione quæſiturum. Itaque mallem: *an quomodo dixerit ille; ad ſe quidem deferri Conſulatum.* Quæram cras ex Curione an interregni tempus in Urbe ſit exſpectaturus Cæſar, quod erit Kalendis ſequentis anni, ſi nulli fuerint deſignati Conſules, an vero, ut ante dixerat, malit comitia haberi Conſularia, & Conſulatum in iis non quidem ſibi, quod volebat populus, ſed aliis deferri, ſe enim nolle in proximum annum Conſulem fieri. *Gravius.*

47. *Nullo negotio.*] Jurabat in re gravi, ſed, etiam ſi nulla gravis eſſet cauſſa, juraret tamen pro Cæſare. vel: quod ego illum facile, hoc eſt prompto animo, jurare intelligerem. ex quo ſimulationis tollebatur ſuſpicio; videbatur enim id ex animo facere. *P. Manut.*

48. *Amiciſſimum mihi Cæſarem &c.*] Totus hic locus ſic a Lambino conſtituitur: *Amiciſſimum mihi Cæſarem eſſe. Non dubito, inquam. id enim ſcripſit ad me Dolabella. Scio, inquit. affirmabatque quod ſcripſiſſet Cæſarem cupere me ad urbem venire, illum quidem ei gratias agere maximas, idque non modo probare.* Locus totus eſt inquinatiſſimus, quem ſic ex veſtigiis veterum codicum reſtituendum puto: *Jurabat ad ſummam, quod nullo negotio fecerit, amiciſſimum mihi Cæſarem eſſe debere. Quid enim, inquit, ſcripſit ad me Dolabella? dico quid? affirmabat eum ſcripſiſſe, quod me cuperet ad Urbem venire. Illum quidem gratias agere maximas, me non modo probare, ſed etiam gaudere.* Fefellit librarios conciſum ſcribendi genus, quo uſus eſt in colloquio cum Curione habito commemorando. Hæc vero eſt ſententia hujus loci; ut uno verbo dicam, ju-

eſſe debet. quid enim, o inquam, ſcripſit ad me Dola- o unquam bella? dico, quid? affirmabat, cùm ſcripſiſſet, 49 quod MSS. me cuperet ad urbem venire, illum quidem gratias P. B. agere maximas, & non modò probare, ſed etiam gaudere. 50 quid quæris? acquievi. levata eſt enim ſuſpicio

cio

jurabat, quod facile & ſine ulla gravi cauſſa ſolet facere, Cæſarem mihi, quantum certâ conjecturâ aſſequi & animo poſſit providere, amiciſſimum eſſe. *Quid enim, inquit,* ſic pergit Curio, *ſcripſit ad me Dolabella?* hoc eſt, quid aliud ſcripſit Dolabella ad me Curionem, quid aliud volunt Dolabellæ litteræ ad me datæ, quàm Cæſarem tibi debere eſſe amiciſſimum. *Dico* ſcilicet ego Cicero *quid? affirmabat*, ſc. Curio, *eum* nimirum Dolabellam, *ſcripſiſſe, quod me cuperet ad Urbem venire, illum quidem gratias agere maximas, & non modo probare, ſed etiam gaudere.* Illum ſc. Cæſarem gratias quidem maximas agere Dolabellæ, pro eo, quod me cuperet ad Urbem venire, quod me incitaret ad redeundum, & valde ſibi hoc placere, ob idque gaudere. Sic hic locus eſt ſuæ integritati reſtitutus. *Amiciſſimum mihi Cæſarem eſſe debere*, non ſolum Fulvii Urſini liber, ſed & Helmſtadienſis præ ſe fert. Ita omnino legendum. Eſt enim elegans loquendi genus. quod uſurpabant cum ſignificaturi eſſent ſe judicare quantum humano conſilio & animo provideri aliquid poſſit, id de quo agebatur, certò eventurum. Cic. VI. ad Fam. ep. 6. *Quare quando ut Augures & Aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te auctoritatem augurii & divinationis meæ: debet habere fidem noſtra prædictio.* hoc eſt, quantum certis conjecturis aſſequi poſſum, vera ſunt quæ dico. Petron. *Hic boni neſcio quid debet eſſe.* Apul. Mileſ. XI. *Pro hinc me quoque peti magno etiam Deo famulum, ſentire deberem.* *Quod cuperet* non pendet a τῷ *affirmabat*, ut Manutius & Scioppius voluere, ſed a *gratias agere.* Grævius.

49. *Quod me.*] Tò *quod*, non conjungendum cum *ſcripſiſſet*, ſed *agere.* Erat autem illud, quod ſcripſerat Dolabella, cum ipſe Dolabella dixiſſet Cæſari, ſe cupere ac laboraturum, ut ego ad urbem venirem, tum Cæſarem ipſi Dolabellæ gratias egiſſe magnas, quod hoc cuperet & efficere vellet, & probaſſe deſiderium & conſilium ejus, eoque lætatum. *J. F. Gronov.*

50. *Quid quæris; atque videbat.*] Reliquum hujus epiſtolæ multis mendis ſcatet: ipſi in tantis perverſionibus conati ſumus quàm tutiſſimè potuimus omnia ad antiquorum codicum fidem revocare: multæ tamen reſtant maculæ, ut dici non poſſit quàm malè habita ſit hæc epiſtola. in vetuſtiore noſtro exemplari ne illud quidem *jubebat* integrè legitur, ſed detruncata & lacera quædam vox, *julebat:* quæ magis adnotamus, ut fidem faciamus mancum & corruptum eſſe totum hunc locum, quàm ut ullam opem adferant huic contextui verborum: cum præſidium illud, quo multa menda ſuſtulimus, nos penè deſeruerit. quid aliud facere poſſumus, quàm depravata loca indicare. *Victor.* *Quid quæris? atque*

ju-

cio illa domeſtici mali [51] & ſermonis Hirtiani. quàm cupio illum dignum eſſe nobis: [52] & quàm ipſe me invito, quâ pro illo ſit ſupplicandum! ſed opus fuit Hirtio convento: eſt profectò neſcio quid: [p] ſed velim quamminimo. & tamen eum nondum rediſſe miramur. ſed hæc [q] videbimus. [53] Tu Oppios Terentiæ dabis. jam enim urbis [r] unum periculum eſt. Me tamen conſilio

p quod velim *MSS.*
q videmus *alii.*
r vanum *aut* nullum *J. F. Gron.*

jubebat; eſt enim.] Placet ut legatur, *Idque ad te ſcribere jubebat. quid quaris? eſt enim.* Urſin. *Quid quaris? acquievi.*] Hujus loci reſtitutio Decurtato debetur, ex quo ita edidit Boſius, *quid quaris? acquievi, levata eſt enim ſuſpicio.* In Tornæſiano ſic erat, *quid quaris, atque vilebata eſt?* unde conjicit Lamb. *quid quaris? At de Q. nihil habebat? eſt enim &c.* alii ſic, *At de Q. jubebat nos eſſe ſine cura*; plana quidem ſententia, ut ait Lamb. ſed nimis remota à veteri ſcriptura. Reliquum hujus epiſtolæ mendis ſcatere aſſerit Victorius, teſtaturque in antiquo libro legi, *julebat*, pro *jubebat*, quod vulgatum erat. Beſſarionis liber, *videbat*, ſed utrocumque modo legatur, mendum ineſſe dicit Manutius. Urſinus, *idque ad te ſcribere jubebat. quid quaris? eſt enim:* vulg. *quid quaris? Atque jubebat. Eſt enim &c.* Cleric.

51. *Et ſermonis Hirtiani.*] *Lurtiani* habent manuſcripti codices: & infrà, *Lurtio convento.* ubi prius, *Hirtio:* quod quamvis non certam hiſtoriam faciat hujus negotii, tamen à nobis receptum eſt. cur enim non potius antiquis codicibus fidem habeamus, quàm novis & contaminatis. *Victor.*

52. *Et quam ipſe me invito, quâ pro illo ſit ſupplicandum.*] Repoſuit Boſius ut erat in Scidis, *quâ pro illo ſit &c.* Manutius vulgatam lectionem retinet, *qua pro illo ſit ſuſpicandum*, quamquam depravatam fateatur. *Supplicandum* eſt in Beſſarionis libro. Lambinus olim ediderat, *& quàm ipſe metuo ne pro illo ſit ſupplicandum*; ſed nunc legit, *quàm ipſe me invito ad ea, qua pro illa ſit ſuſpicandum.* Junius conjicit ex mſſ. veſtigiis, *& quam ipſe me invito, n. pro I. ſ. ſupplic.* Cleric.

53. *Tu optimos Terentia dabis.*] Ita etiam habent manuſcripti codices, nullo ſenſu: nos tamen *Oppios* legi poſſe arbitrati ſumus: nam in extremo ſequentis epiſtolæ, de eodem negotio agens (ut putamus), *De Oppiis Velienſibus* (inquit) *quid placeat, cum Philotimo videbis.* Et lib. VII. ubi loquitur de ænigmate, quo uſus fuerat Atticus in ſua epiſtola, inquit: *Ænigma Oppiorum ex Velia.* Et paulò pòſt: *Oppios enim de Velia, &c.* eſt autem de nummis (ut opinor) & pecuniâ ſemper ſermo. Libro etiam VIII. ſic inquit: *Ad Philotimum ſcripſi de viatico, ſive à Moneta, nemo enim ſolvit, ſive ab Oppiis tuis contubernalibus.* Hoc cauſæ fuit cur *Oppios* potius ſcribendum eſſe exiſtimaverim. qui meliorem certioremque lectionem invenerit, me facilè in ſuam opinionem ducet. *Victor.* *Tu Oppios Terentia dabis.*] Amicus meus corrigebat, *tu hoſpitium Terentia dabit.* ſed vulgata lectio poteſt defendi. *Urſin.*

54. Pe-

ſlio juva, 54 pedibusne Rhegium, an hinc ſtatim in navem. cæterùm, quoniam commoror, ego ad te ſtatim habebo quod ſcribam, 55 ſimul ut videro Curionem. De Tirone cura, quæſo, quod facis, ut ſciam, quid is agat.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

[a] DE tota mea cogitatione ſcripſi ad te antea ſatis, ut mihi viſus ſum, diligenter. de die nihil ſanè poteſt ſcribi [t] certi, præter hoc; non ante lunam novam. Curionis ſermo poſtridie 56 eandem habuit ferè [v] ſummam, niſi quòd apertiùs ſignificavit, ſe harum rerum exitum non videre. 57 Quòd mihi mandas de Quinto re-

a *Hæc ep. in aliis ſuperiori adhæret.*

t certè *MS.*

v ſententiam *alii.*

54. *Pedibusne Rhegium, an hinc ſtatim in navem.*] Non hæc ita intelligenda, ac ſi Cicero hanc viam ſuis pedibus voluerit emetiri: ſed *pedes* hic opponuntur *navi*, ut *pedeſtre iter* maritimo, & *pedeſtres copiæ* maritimis, ut alibi pluribus notatum. *Gravius.*

55. *Simul ut videro Curionem.*] Noſtri omnes, *ſimul &*, ut edidi. Sic epiſtola 18. hujus libri, *ſimul & in Cumanum veni.* Boſius. Sed Balliol. & Helmſt. *ſimul ut videro.* quod non mutandum. Sic enim Latini loquuntur. *Idem.*

56. *Eandem habuit fere ſummam.*] Balliol. Helmſt. & alii nonnulli libri: *eandem habuit fere ſententiam.* Sed verior eſt lectio altera. Cic. ſuperius: *At ille perpauca locutus, hanc ſummam habuit orationis, ut ſibi ignoſcerem.* Orat. in Piſ. *Quid avaritia, qua criminibus infinitis implicita eſt, ſummam nunc explicem? generatim ea, quæ magis nota ſunt, dicam.* Idem.

57. *Quod mihi mandas de quodam regendo ἀρκαδίαν.*] Hoc etiam verbum Græcum in vetuſtioribus incertum eſt & deformatum, ut puto: nam ibi ita legitur *arcatan*: Nos (ut in malis) non omnino ineptè (ut putamus) ἀρχαῖον legi poſſe judicavimus: id eſt ſimplex & ſtultum. nam hæc vox Græcis quemadmodum *antiquus* Latinis, ſæpe non bene ſonat. Ariſtophanes νεφέλαις: Ἀρχαῖά γε καὶ διϊπολιώδη καὶ τεττίγων ἀνάμεστα. Scio ſanè Eraſmum, virum doctiſſimum, receptam lectionem ſequi, credereque Ciceronem ad Græcum proverbium alludere, quod eſt ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, quod non reprehendo: licet antiqua ſcriptura aliquantum diverſa ſit, & durum mihi videatur, ſi proverbium indicare voluiſſet, unum tantum verbum poſuiſſe. Quamvis enim ut plurimum Cicero truncata & mutila proverbia adferat, hoc tamen mihi modum excedere videtur, vetuſtum exemplar mihi hanc ſuſpicionem creavit: nam alioqui libenter optime de Latina lingua meriti judicium ſecutus eſſem. Loquitur autem, ut putamus, de Qu. Ci-

regendo, 58 ἀρκαδίαν, tamen nihil prætermittam. atque utinam tu! ſed ˣ modeſtior non ero. Epiſtolam ad Veſtorium ſtatim 59 de Tullia. ac valde requirere ſolebat. 60 Commodiùs tecum Vectenus eſt locutus, quàm ad me ſcripſerat. ſed mirari ſatis hominis negligentiam non queo. cùm enim mihi Philotimus dixiſſet, H-S. L. emere 61 de Canulejo ʸ dîverſorium illud poſſe, minoris etiam empturum, ſi Vectenum rogaſſem; rogavi, ut, ſi

ˣ moleſtior *Vict.*

ʸ deverſ. *alii.*

Cicerone filio. nam in fine ſequentis epiſtolæ, cum nominatim de illo ſuprà egiſſet, inquit: *Quem tamen nos diſciplinâ regimus.* Item ſuprà in eadem epiſtola, cum de eodem ſermo eſſet: *Vellem*, inquit, *ſuſcepiſſes juvenem regendum.* Item non multò poſt, cum dixiſſet, *Juvenem noſtrum non poſſum non amare:* addit poſtea: *Sed erit cura, & eſt ut regatur.* ut fortaſſe pro *quodam* (Quinto) legendum ſit: quod tamen non adfirmo. nunquam enim tam incertus fui, quàm ſum, in hac hujus epiſtolæ parte. *Victor.* Difficilem provinciam mihi mandas in Q. Cicerone filio regendo: atque utinam tu ſuſcepiſſes eum regendum; etſi ego in illo regendo non ero modeſtior quàm tu, nec minus ſeverâ diſciplinâ utar. Alludit autem ad Græcum proverbium Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, Arcadiam me poſtulas, quod dicitur in eum, qui rem magnam, ut totam provinciam, ſibi dari poſtulat. *Popma.*

58. Ἀρκαδίαν.] Victorius ait hoc vocabulum Græcum eſſe deformatum in vetuſtis codd. legique ἀρκαῖαν, unde conjecit legendum, ἀρχαῖον, quæ nunc eſt vulgata lectio. Turnebus lib. XVIII. Adverſ. c. 10. varias affert conjecturas & primo cum legeretur, ἀρσαιαν, maluit aliquando diducta voce, ἀρσ' αἰαν, legere, quam vel ἀρχαῖον, inducere, vel, ἀρκαδίαν, inferre, poſtea verò, ἀρσακίαν, vel etiam, ἀρκασσ' αἶαν. ſed cum codicis Tornæſiani copiam ipſi Lambinus feciſſet, in quo ſcriptum erat, ἀρκλίαν, maluit, ἀρκαδίαν, retinere. ſæpe enim illæ litteræ, λ & δ, confunduntur in antiquis libris. quam lectionem probant Lambinus, Boſius & Junius; præterquam quod hic legit, ἀρκαδίην. Cleric. Vide Acidalium ad Velleji lib. II. cap. 19.

59. *De Tullia.*] Fortaſſe ut illi nummos daret, quos poſtea Cicero reddidit ep. 14. h. l. *Corrad.* Balliol. *Epiſtolam ad Veſtorium ſtatim deculi.* legendum *detuli*, ut clarè præ ſe fert Helmſtadienſis, niſi quod *detulit* in illo ſit exaratum. *Detuli* autem eſt deferri juſſi, curavi, ut ep. 14. lib. I. *Homines ad* XV. *Curioni nullum SC. facienti aſſenſerunt.* hoc eſt, cenſenti nullum faciendum eſſe SC. *Gravius.*

60. *Commodius tecum Vectenus locutus eſt.*] *Vettienus* puto rectum eſſe: nam ut à Pupio Pupienus, Naſidio Naſidienus, Allio Allienus nomina deducta ſunt, ita à *Vettio Vettienus.* Urſin.

61. *De Canulejo.*] Cujusdam L. Canuleji, qui in portu Syracuſis operas daret, fit mentio Verr. IV. qui fortaſſe poſtea fuit Cæſaris legatus. Cæſ. lib. III. de Bel. Civ. *Corrad.*

62. Re-

ſi quid poſſet, ex ea ſumma detraheret: promiſit: ad P. CLIX.
me nuper, ſe H-S. xxx. emiſſe: ut ſcriberem, cui vellem addici: diem pecuniæ id. Novemb. eſſe. [62] reſcripſi ei ſtomachoſiùs, cum joco tamen familiari. nunc, quoniam agit liberaliter, nihil accuſo hominem, ſcripſique ad eum, me à te certiorem eſſe factum. Tu, de tuo itinere quid & quando cogites, velim me certiorem facias. [63] A. d. xv. kal. Maj.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

ME adhuc nihil, præter tempeſtatem, [z] moratur. aſtutè nihil ſum acturus: fiat in Hiſpania quidlibet: [64] & tamen reticenter. meas cogitationes omnes explicavi

z morabatur *Jun.* obſcurè *MS.*

62. *Reſcripſi & iſta madio ſi vis cum joce tamen familiari.*] Noſter antiquior pro *iſta*, habet *iſto*. Germani quoque in margine ſui codicis ex vetuſto exemplari videntur adnotaſſe *iſtomacho*. quæ enim à notis quibuſdam correctoribus non acceperunt, ex veteri codice illos hauſiſſe poſſumus exiſtimare. ipſe *reſcripſi & ſtomachoſe*, partim ex veteribus codicibus, partim ex ratione ipſa auſus ſum ſcribere: ut intelligat rem illam, quam poſtea apertius exponit, cum inquit: *Vectenum mihi amicum, ut ſcribis, ita puto eſſe: cum eo* (quod *ἀποτόμως ad me ſcripſerat de numis curandis*) *θυμικώτερον erat: id tu ſi ille aliter acceperit ac debuit, lenies. Monetali autem adſcripſi, quia ille ad me proconſulem &c.* Credo autem intelligere jocum familiarem, quòd monetalem eum appellaverat: nam ſimultatem inter illos interceſſiſſe ex hoc etiam loco declaratur. Dum certius aliquid reperitur, non incommodè ſic legi poſſe exiſtimo.• nam etſi conjecturis aliquantulum uſus ſum, eas tamen tam firmas arbitror, ut non omninò repudiandæ ſint, numerum autem dierum, quo epiſtola data eſt, qui incommodè in caput ſequentis epiſtolæ collapſus erat, in finem hujus retraxi: hæc enim ſua illorum verborum ſedes. *Victor.*

63. *A. d.* xv. *Kalend. Maji.*] Numerum hunc dierum quo epiſtola data eſt, qui incommodè in caput ſequentis epiſtolæ collapſus èrat, in finem hujus retraxit Victorius. Junius verò iterum ſequenti epiſtolæ attexuit ex duorum laudatiſſimorum mſſ. Palat. fide, ut ait, legitque, *ad* xv. *Kal. Maji*, ut etiam vulg. *Cleric.*

64. *Et tamen recitet.*] Caſtigavimus *& tamen retice*, cum verba illa nihil ſignificati haberent, ut dixerit ſe omninò velle navigare ad Pompejum, conſiliumque hoc ſuum apertè ſe exequi velle, nec exitum rerum Hiſpanarum ſe exſpectaturum: fiat in illis quidlibet. quamvis autem non callidè hoc agere velit, tamen jubet ut reticeat hoc ſuum conſilium, ne ulla ratione impediri poſſit:

ti-

cavi tibi ſuperioribus litteris. quocirca hæ ſunt breves: & tamen, quia feſtinabam [65] eramque occupatior. De Quinto filio, [a] [66] fit à me quidem ſedulo; [b] ſed noſti reliqua. Quod [c] dein me mones, & amicè & prudenter mones: ſed erunt omnia facilia, ſi [67] ab uno illo cavero. magnum opus eſt. mirabilia multa. nihil ſimplex, nihil ſincerum. vellem, ſuſcepiſſes juvenem regendum. pater enim nimis indulgens, quidquid ego adſtrinxi, relaxat. ſi ſine illo poſſem, règerem: quod tu potes: ſed ignoſco: magnum, inquam, opus eſt. Pompejum pro certo habemus per Illyricum proficiſci in Galliam. ego nunc, qua, & quò, videbo.

a ita me *alii.*
b *ita Gron. rectè.*
c de me *Jun.*

E P I-

timuit enim ne, cùm ſe quod cogitaret palàm facere velle dixiſſet, Atticus id non tegeret: id autem cum utilitatem nullam habeat: & incommodi aliquid gignere poſſet, nullo modo vult Cicero divulgari. *Victor.* *Et tamen retice.*] Vetus liber, *& tandem exticet.* Urſin. *Et tamen reticenter*] Codex Tornæſianus, *recitet & :* Cruſellinus, *recitent & :* Decurtatus, *reticet &* ; unde Boſius emendavit, *reticenter.* Victorius emendaverat, *retice.* Manutius ex varietate exemplarium & lectione ſatis abſurda mendum ſubeſſe ſuſpicatur, ſed nihil affert remedii, retinetque vulgatam lectionem, *retice.* Lambinus dicit codicem Tornæſ. & alios ferè omnes habere *reticeret*, unde olim faciebat *reticebo.* Junius, Fulvii lectionem ex veteri libro probans, *& tandem excitet*, legit. *Cleric.* Etiam Balliol. ſtat ab Tornæſiano, ut Helmæſtad. ab Decurtato; unde puto liquere a Cicerone iteratum *retice*, *retice*, ut ſolet. *Gronov.*

65. *Eramque occupatior. De Quinto filio.*] In Scidis eſt *de Q. F.* unde natus eſt error eorum qui has notas ita interpretati ſunt, *de Quinto fratre.* Boſius veriſſimam ſcripturam exiſtimat, *de Quinto filio*, quam diſertè refert Cruſellinus: vulg. *eramque occupatior de Q. fratre.* Cleric.

66. *Fit a me quidem ſedulo.*] In omnibus excuſis depravatè eſt, *ita me*, pro, *fit a me*, ut eſt in Decurtato. Videtur Cicero alluſiſſe ad eum locum Terentii ex Adelphis: *Fit ſedulo; nihil prætermitto, conſuefacio: denique inſpicere, tanquam in ſpeculum, vitas omnium jubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.* verba ſunt Demeæ narrantis Syro qua ratione Cteſiphoni moderetur, & eum ad bonam frugem perducat. Satis vero fuit Ciceroni locum primis verbis indicaſſe. ideo ſubjicit, *ſed noſti reliqua.* Sic antea, cum ageret de eodem Quincto fratris filio, *tamen*, inquit, *nihil prætermittam.* quæ verba ſumpta ſunt ex illis Terentianis, *nihil prætermitto.* Boſius. Subintelligendum eſt, ſed nihil proficio. Sedulò quidem operam do ut corrigatur Quintus, ſed illa eſt irrita. *Gravius.*

67. *Ab uno illo.*] A Quincto filio: a quo cavere difficilius eſt, quàm a ceteris; quia conjunctè nobiſcum vivit. *P. Manut.*

68. *Ego*

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

68 EGo verò Apuliam, & Sipontum, & tergiverſationem iſtam probo: nec tuam rationem eandem eſſe duco quam meam: non quin in republica rectum idem ſit utrique noſtrûm: ſed ea non agitur. regnandi contentio eſt; in qua pulſus eſt [d] modeſtior rex, & probior, & integrior, & is, qui, niſi vincit, nomen populi Romani deleatur neceſſe eſt: ſin autem vincit, Sullano more exemploque vincet. ergo hac in contentione neutrum tibi palàm ſentiendum & tempori ſerviendum eſt. Mea cauſâ autem alia eſt, quòd beneficio vinctus ingratus eſſe non poſſum: 69 nec tamen in acie, ſed Melitæ, aut alio in loco [e] ſimili oppidulo, futurum puto. nihil, inquies, juvas eum, in quem ingratus eſſe non vis? immo minùs fortaſſe voluiſſet. ſed de hoc videbimus. exeamus modo: quod ut meliore tempore poſſimus, 70 facit [f] Adriano mari Dolabella, 71 Fre-

[d] admodeſtior *Grut. ed.* P. B.

[e] *ita Jun. alii* ſive in.

[f] Adriatico *alii.*

68. *Ego verò Apuliam.*] Putat Manutius hîc eſſe initium epiſtolæ, ut etiam Junius; qui tamen ordinem mutare noluit, ſuperiori enim annectitur in vulgatis editionibus. *Cleric.*

69. *Nec tamen in acie, ſed militia, aut alio in loco.*] Nos caſtigavimus pro (militia) *Melitæ*: quæ inſula eſt, vicina Siciliæ, penè adhuc antiquum nomen ſervans, de qua meminit Cicero in Verrinis. Plinius lib. III. cap. 7. & Strabo: unde appellatos volunt Catulos Meliteos: eam nunc Hieroſolymitanæ religionis equites Rhodo pulſi muniunt, & ſedem reliquarum ſuarum fortunarum fecerunt. cogitavit autem Cicero ibi manere donec bellum eſſet, quieto loco & ab omni belli ſuſpicione remoto, ut in fine ſequentis epiſtolæ narrat his verbis: *Cum Antonio item eſt agendum, ut cum Curione Melitæ me velit eſſe.* Item non multò poſt: *Melitam igitur (opinor) capeſſemus. dum quad in Hiſpania, quod quidem propemodum videor ex Cæſaris litteris ipſius voluntate facere poſſe.* Quamvis igitur non habeamus nobiſcum hoc loco veteres codices, ex poſterioribus tamen his locis videtur ſatis tutò poſſe mendum, quod illos etiam occupavit, deleri. *Victor.*

70. *Facit Adriatico mari Dolabella.*] Veteres libri omnes (de meis loquor) *Adriano.* Et ſane etiam ita illud mare vocavit, cum ſic in Piſonem eſt locutus: *Brundiſiumque vitavit, & ultimas Adriani maris oras petivit.* Et Horat.

Sive mari libet Adriano.

Malaſp. Fuit autem Dolabella gener Ciceronis. ep. 6. lib. VI.

71 Fretenſi Curio. 72 Injecta autem mihi ſpes quædam eſt, velle mecum Ser. Sulpicium colloqui. ad eum miſi Philotimum g libertum cum litteris; ſi vir eſſe volet, præclara συνοδία· ſin autem; erimus nos, qui ſolemus. Curio mecum vixit, jacere Cæſarem putans offenſione populari, Siciliæque diffidens, ſi Pompejus navigare cœpiſſet. 73 Quintum puerum accepi vehementer.

g *alii non habent* libert.

71. *Cretenſi Curio.*] Hæc eſt vulgata lectio, quæ, quàm falſa ſit, dici non poteſt: vetuſtior noſter codex, *Fretenſi:* nos admoniti ab antiqua ſcriptura, & hiſtoriæ veritatem Sectantes, *freto Sicilienſi* ſcripſimus: ſic enim Cæſar ipſe primo libro de Bello Civili, de Curione loquens: *Fretumque Siciliæ claſſe occupaverat.* Item in initio ſecundi libri: *Interim L. Naſidius ab Cn. Pompejo cum claſſe navium* XVI. *in quibus pauca erant ærata, L. Domitio Maſſilienſibusque ſubſidio miſſus, freto Siciliæ, imprudente atque inopinante Curione, provehitur.* Dicitur autem Fretum Sicilienſe, ut Prætura Sicilienſis. De Natura Deorum lib. III. *Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri poſſe conſtantius? quid freto Sicilienſi?* Victor. *Fretenſi Curio.*] Veterum librorum auctoritati, in quibus conſtanter legitur, *Fretenſi*, refragari noluit Boſius, Turnebi etiam auctoritatem ſequutus, qui ita legendum aſſerit Adverſ. lib. XVIII. cap. 10. Victorius, cum repeiiſſet, *Fretenſi*, in antiquiore ſuo, emendavit, *Freto Sicilienſi*, quæ nunc eſt recepta lectio; priùs legebatur, *Cretenſi Curio:* vulgatam ſcripturam retinet Lambinus, licet Turnebi lectionem non damnet, quæ Junio probatur. *Cleric.*

72. *Injecta autem mihi ſpes quædam eſt, velle mecum Ser. Sulpicium: ad eum miſit Philotimum libertum cum litteris.*] Ita Faërnus legit hunc locum ex vetere libro, deleta voce *colloqui*, quæ eſt in vulgatis. *Urſin.*

73. *Quintum puerum accepi vehementer.*] Male punctis diſtincta hæc oratio adeo confuſa erat, & tantas tenebras gignebat, ut quandoque hic locus immeritò corruptiſſimus exiſtimatus ſit, in quibusdamque impreſſis aſteriſco, ut mancus, ſignatus. Accepi autem vehementer, ſignificat graviter accuſavi, & aſperioribus verbis reprehendi. ſic loquitur & Cœlius de Pompejo: *Accipitur ſatis male à Curione, & totus ejus ſecundus conſulatus exagitatur.* nam ſæpe etiam in bonam partem hoc verbum ſumi pro ſignificatu & vi adverbii, quod ei adjungitur, notiſſimum eſt. Græci eadem ratione τραχέως δέχεσθαι graviter accuſare dicunt, & è contrario ἱλέως δέχεσθαι familiariter & læto animo recipere. Utriuſque locutionis exemplum eſt apud Plutarchum. in vita enim Craſſi, ubi de Mumio ejus legato agit, qui contra Spartacum parum proſpere pugnaverat, ſic loquitur: Ὁ δὲ Κράσσος αὐτόντε τον Μόμμιον ἐδέξατο τραχέως; καὶ τὺς ϛρατιώτας ὁπλίζων αὖθις, ἐγγυητὰς ᾔτει τῶν ὅπλων ὅτι φυλάξουσι. In Cicerone autem, cùm de ipſo ſermo eſſet, qui puerum adhuc Octavium obviam ſibi forte in via factum accurate & blandè ſemper excipiebat;

menter. avaritiam video fuiſſe & ſpem magni congiarii. magnum hoc malum eſt: ſed ſcelus illud, quod timueramus, ſpero nullum fuiſſe. hoc autem vitium puto te exiſtimare non noſtrâ indulgentiâ, ſed à natura profectum: quem tamen nos diſciplinâ regimus. De Oppiis [h] Velienſibus quid placeat, cum Philotimo videbis. Epirum noſtram putabimus: ſed alios curſus videbamur habituri.

h Delienſibus *alii.*

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

ET res ipſa monebat, & tu oſtenderas, & ego videbam, de iis rebus, quas intercipi periculoſum eſſet, finem inter nos ſcribendi fieri tempus eſſe. ſed, cùm ad me ſæpe mea Tullia ſcribat, orans, ut, quid in Hiſpania geratur, exſpectem, & ſemper adſcribat idem videri tibi, idque ipſe etiam ex tuis litteris intellexerim, non puto eſſe alienum, me ad te, quid de ea re ſentiam, ſcribere. Conſilium iſtud tunc eſſet prudens, ut mihi videtur, ſi noſtras rationes ad Hiſpanienſem caſum accommodaturi eſſemus; 74 quod fieri dicitis oportere. neceſſe eſt enim, aut, id quod maximè velim, pelli iſtum ab Hiſpania; aut trahi id bellum; aut iſtum, ut confidere videtur, apprehendere Hiſpanias. ſi pelletur; quàm gratus, aut quàm honeſtus tum erit ad Pompejum noſter adventus; cùm ipſum Curionem ad eum tranſiturum putem? ſi trahitur bellum, quid exſpectem; aut quàm diu? relinquitur, ut, ſi vincimur in Hiſpania, quieſcamus. id ego contra puto: iſtum enim victorem magis relinquendum puto quàm victum;

P. CLX.

75 &

fiebat, ſomnio de futura illius potentia admonitus, ita inquit: *Ἐκτούτȣ φασὶ τὸν Κικέρωνα τῷ παιδὶ κατὰ τὰς ἀπαντήσεις ἐντυγχάνειν ἐπιμελῶς κἀκεῖνον οἰκείως δέχεσθαι τὰς φιλοφροσύνας.* & illum etiam, puerum ſcilicet Octavium, blanditias illecebrasque Ciceronis familiariter ſolitum eſſe accipere. *Victor.*

74. *Quod fieri non debet.*] Duo poſtrema verba in manuſcriptis libris non inveniuntur: alii codices excuſi pro illis, *dicitis oportere* habent. donec tamen videro antiquiorem codicem, qui ea habeat, ſemper ſuſpicabor nova eſſe & ab aliquo inculcata. videndum potius an ſit figura *ἀποσιώπησις*, ut quid intelligendum ſit, relinquat in animis auditorum. *Idem.*

75. Et

[75]& dubitantem magis quàm fidentem ſuis rebus: nam [76]cædem video, ſi vicerit, & impetum in privatorum pecunias, & exulum reditum, & tabulas novas, & turpiſſimorum honores, & regnum [77]non modò Romano homini, ſed ne Perſæ quidem cuiquam tolerabile. [78]tacita eſſe poterit indignitas noſtra? pati poterunt oculi, me cum Gabinio ſententiam dicere? & quidem illum rogari priùs? [79]præſto eſſe clientem tuum [80]Clœlium? [81]C. Ateji Plagulejum? ceteros? ſed cur ini-

75. *Et dubitantem magis quàm fidentem.*] Lambinus mſſ. omnibus reclamantibus, legendum ait, *confidentem magis, quam diffidentem*; ſed Boſius nihil mutandum cenſet. *Cleric.*

76. *Cædem.*] Occiſurum omnes quibus diffidit, quibusque adhuc inſidioſâ clementiâ pepercit: invaſurum locupletium bona: reſtiturum damnatos: tabulas novas promulgaturum & liberaturum ære alieno obæratos: conſulatus & præturas donaturum flagitioſis hominibus, qui partes ejus ſecuti ſunt: deniquetyrannidem incepturum, quam non modo Romani in libertate nati, ſed ne quidem ſuetus regibus Oriens ferre poſſet. *J. F. Gronov.*

77. *Non modo Romano.*] Ellipſis negationis, non modo, pro non modo non, ut lib. 11. ep. 16. *Qui mihi non modo præmiorum, ſed ne ſermonum quidem.* & lib. 11. ep. 24. *Mihi non modo iraſci graviſſima injuria accepta, ſed ne dolere quidem impune licet.* Popma. Ceterum apponit Perſas, imbellem & ignaviſſimum populum, fortiſſimis Romanis. De Aſiaticis notum eſt Ageſilai dictum apud Plutarch. liberos eſſe malos, ſervos autem bonos; & de Perſis ſeparatim legitur apud Xenoph. lib. VI. Hellénic. eos *δουλείαν μᾶλλον ἢ ἀλκὴν μεμελετηκότας.* *Verburg.*

78. *Tacita eſſe poterit indignitas noſtra.*] Sic eſſe legendum ex codice Turnæſiano, iterum a nobis conſulto, tandem cognovimus. Sic enim habet, *Tanta eſſe poterit id indignitas noſtra?* Nam detracta voce, *id*, quæ nata eſt ex poſtrema ſyllaba verbi, *poterit*, locus integer eſt. Sæpe enim ſyllabas geminabant librarii illi ſcriptores: ſæpe contra prætermittebant, cum ſimiles erant. Cum jampridem ad hunc locum hanc emendationem adſcripſiſſem, prodierunt poſtremi libri Variarum Lect. Victorii, in quorum XXXVI. cap. 10. ſic etjam ab illo emendatus & explicatus eſt. Eſt enim *indignitas*, hoc loco poſitum, pro ea, quam Græci *ἀγανάκτησιν*, & *νέμεσιν*, ſeu *νεμέσησιν*, id eſt, indignationem dicunt. *Lambin.*

79. *Præſto eſſe clientem.*] Patroni clientibus dicebantur præſto eſſe, cum aderant in judiciis, ut eos defenderent, nunc contra futurum ſcribit Cicero, ut clientes præſto ſint patronis. quod clientes gratiâ multum poſſent apud Cæſarem, cujus partes ſecuti fuerant: patroni vero ei hoſtium loco forent. *Boſius.*

80. *Clœlium? C. Ateji Plagulejum? ceteros?*] Al. *Chlœlium Catelli, Plagulejum, ceteros?* etſi nomina ſunt ipſo pene timenda ſono,

inimicos colligo? qui meos neceſſarios, à me defenſos, nec videre in curia ſine dolore, nec verſari inter eos ſine dedecore potero. [i]quid ſi ne id quidem eſt exploratum, fore, ut mihi liceat? (ſcribunt enim ad me amici ejus, me illi nullo modo ſatisfeciſſe, quòd in ſenatum non venerim) [k]tamenne dubitemus, an [l]ei nos etiam cum periculo venditemus, quicum conjuncti ne cum præmio quidem voluimus eſſe? deinde hoc vide, non eſſe judicium de tota contentione in Hiſpaniis: niſi fortè, iis amiſſis, arma Pompejum abjecturum putas: cujus omne conſilium Themiſtocleum eſt. exiſtimat enim, qui mare teneat, eum neceſſe rerum potiri. itaque, qui numquam id egit, ut Hiſpaniæ per ſe tenerentur, navalis apparatus ei ſemper antiquiſſima cura fuit. navigabit igitur, cùm erit tempus, maximis claſſibus, & ad Italiam accedet: in qua nos ſedentes quid erimus? nam medios eſſe jam non licebit. claſſibus adverſabimur igitur? [82]quod malum in aliis ſcilicet tantum? denique quid turpius? [83]Ain' tu, Attice, ſiccin' ab-

i quod *alii.*
k tamen nec *Vict.*
l & *MS.* P. B.

no, & indigna, de quibus aliquis laboret, videndum tamen fortaſſe ſit, an legere poſſimus: *Clodium*, *Cotylam*: *Patulcium*, *Coteios?* præſertim quum & exules, & ſuos inimicos vocet, ut erat Sext. Clodius, ep. 13 & 14. lib. XIV. niſi quis magis probet, *Cælium*, ut Q. Cælium ſignificet. Philip. XIII. ubi Cotylæ Varii etiam fit mentio. de Q. vero Patulcio & C. Cetejo, qui Milonem accuſarunt, ſcribit Aſcon. in orat. pro Mil. *Corrad.*

81. *C. Ateji Plagulejum.*] Vulg. hìc legitur, *Catulli*, refragantibus libris antiquis, qui partim referunt, *Cateli*, ut Beſſar. & Alberti Ferri libri, partim, *Cateji*, unde Boſius conjecit, *C. Ateji.* Cleric.

82. *Quod Mallius, ſcilicet, tantum?*] Boſius, cum in omnibus ſuis vidiſſet ſcriptum, *Quod malus ſcilicet tantum?* eò conjecturâ ductus eſt, ut crediderit Ciceronem ita ſcripſiſſe. Lambinus autem ex Tornæſiano ſic emendare conatus eſt, *Quod malum ſcilicet majus aut tantum? denique quid turpius?* vel ſic, *quod malum ſcilicet tantum, denique quid turpius?* Junius ex variorum mſſ. Palat. comparatione hunc locum commodè reſtitutum exiſtimat, *Quod majus ſcelus? aut tantum? denique an quid turpius?* Idem. Quum minime gentium placeret Boſianum acumen; reliqua etiam libera nimis, quam ut illa poſſent videri Tulliana; adhæſi antiquæ MSStorum formulæ, unde ſponte apparet fluere *quod malum in aliis ſcilicet tantum*, idque propterea edere ſuſtinui, opinans in voce quam in quibusdam codicibus non exſtare audimus, ideo vacillari, quod nihil bene intellexerint librarii. *Gronov.*

83. *An ni valide hic in abſentia.*] Pro *abſentia*, *abſentis*, habent cuncti

abſentis ſolus tuli ſcelus? ejusdem, cum Pompejo, & cum reliquis principibus non feram? quòd ſi jam, miſſo officio, periculi ratio habenda eſt; ab illis eſt periculum, ſi peccâro: ab hoc, ſi rectè fecero: nec ullum in his malis conſilium periculo vacuum inveniri poteſt: ut non ſit dubium, quin [m] turpiter facere cum periculo fugiamus; quod fugeremus etiam cum ſalute: [n] non ſimul cum Pompejo mare tranſierimus. omnino non potuimus. exſtat ratio dierum. ſed tamen (fateamur enim, quod eſt; ne [o] condamus quidem, ut [p] poſſumus) fefellit [q] ea me res, quæ fortaſſe non debuit, ſed fefellit: pacem putavi fore: quæ ſi [r] eſſet, iratum mihi Cæſarem eſſe, cùm idem amicus eſſet Pompejo, nolui. 84 ſenſeram enim, quàm iidem eſſent. 85 hoc

m turp. fac. *deeſt in aliis.*
n non ſi ſimul *Jun.*
o reſpondeamus *Lamb.* condimus *alii.*
p poſſimus *alii.*
q eam res *MS.*
r eſſet rata mihi *MS.*

cuncti manuſcripti codices. primum autem verbum *Annibal* eſſe debere cenſuimus, adjuvante non parum noſtram conjecturam antiquo illo codice. Cùm autem de immiti atrocique hoſte ſermo eſt, ſemper ſic loquitur, ut antea lib. VII. *Utrum de imperatore pop. Rom. an de Annibale loquuntur.* Et in Philippicis: *Annibal, credo, erat ad portas.* Quod ſi non ita legatur, negare non poſſumus hunc locum corruptiſſimum eſſe. *Victor.* *Annibal hic in abſentis ſolus tuli ſcelus ejusdem.*] Ingenioſe Faërnus correxit hunc locum, *annis ab hinc novem abſentis &c.* Pantagathus autem minus feliciter, *Annibalis hujus abſens ſolus tuli ſcelus: ejusdem.* Urſin. *An invalidè.*] Partim ex conjectura, partim ex fide Decurtati, hunc locum emendavit Boſius, hactenus fœdiſſimis maculis conſpurcatum. Scriptura optimi ejus libri hæc eſt, *An ni valde hinc abcentis ſolus tuli ſcelus?* inde ſuſpicatus eſt Ciceronem ſcripſiſſe, *An invalidè hinc arcentis ſolus tuli ſcelus:* Victorius ex mſſ. veſtigiis & conjectura hunc locum ſic emendaverat, *Annibal hic in abſentes, ſolus tuli ſcelus?* quæ eſt vulgo recepta lectio. Faërni probatâ conjecturâ olim ſic emendandum putarat Lambinus, *Annis ab hinc novem abſentis ſolus &c.* poſtea autem ſic, *An qui validè hic abſentis ſolus &c.* refertque hanc Boſii conjecturam, *An cujus non invalidè hinc abſenti ſolus tuli ſcelus*; ut *abſenti ſolus* ſit nomen compoſitum. Junius verò, *Anne validè hinc abigentis ſolus tuli ſcelus?* Turnebus lib. XVIII. cap. 9. reformabat è veteri libro: *Quod malum ſcilicet tantum? denique quid turpius? Anni valde hic in abſentes tuli ſcelus, ejusdem &c.* Cleric. Quanta conjiciendi infirmitas? an noſtra futura ſimilis, aliorum arbitrium ſit. Sed quum in MSS. legatur *an ni* (vel *in* vel *hic* ut Helmæſtad.) *valde in abſentis*, vel *hic in abſentis*, hinc colligo *Ain' tu Attice, ſiccin' abſentis ſolus tuli ſcelus?* idque in contextu ſequutus ſum. Formula iſta admirandi cum interrogatione ſæpius occurrit in his epiſtolis, & maxime VI, 2. *Ain tandem Attice, laudator integritatis & elegantiæ noſtræ.* Gronov.

84. *Senſeram enim, quam iidem eſſent.*] Lambinus dicit legendum

quam

[85] hoc verens in [s] hanc tarditatem incidi. ſed [t] aſſequor omnia, ſi propero; ſi cunctor, amitto. & tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant quadam ſpe non dubia, [86] non hæc collegii noſtri ab Appio, ſed illa Platonis de tyrannis. nullo enim modo poſſe video ſtare iſtum diutiùs, quin' ipſe per ſe, etiam languentibus nobis, concidat; [87] quippe qui florentiſſimus ac no-

s *hac tarditare MS.*
t *aſſequar alii.*

P. CLXI.

quam idem eſſent, vel *quam idem ſentirent*. Cleric.

85. *Hoc veritus.*] Veteres libri omnes *Hoc verens*: cujusmodi participium, non infrequens Ciceroni cum ſit, non videtur fuiſſe commutandum. Nam de Natura Deorum lib. I. *Nihil tam verens, quam ne dubitare aliqua de re videretur.* Et ad Papirium lib. IX. *Qui te ad ſcribendum invitavit, verentem ne Silius ſuo nuntio aliquid mihi ſolicitudinis attuliſſet.* Et his ipſis ad Atticum epiſtolis: *Tum me collegi, verens quid, &c.* & alibi eodem modo. *Malaſp.*

86. *Non hæc collegii noſtri ab Attico.*] Legimus, *ab Appio.* ſcripſit autem Appius de diſciplina augurali librum, quod declarat M. Tullius in epiſtola quadam ad ipſum, his verbis: *Quod egomet multis jam argumentis antè judicaram, maximéque illo libro augurali, quem ad me amantiſſimè ſcriptum, ſuaviſſimum miſiſti.* Item Sex. Pompejus in dictione Soliſtimum, inquit: *Appius Pulcher in auguralis diſciplinæ libro primo ait eſſe tripudium, &c.* Similitudo nominis decepit librarium: hoc enim nomen quod ſæpe, imò in ſingulis paginis harum epiſtolarum habetur, in errorem hominem induxit. *Victor.* *Ab Appio.*] Beſſarionis & Tertii ſcripti libri, *Ab Athico.* & quoniam hi libri ſæpe pro *Atticus* habent *Athicus*, ut in hoc ipſo ambitu, *Et tamen mi Athice*: putavi minore mutatione legi poſſe, *Attio*, quam, *Appio*: ut de Attio Navio intelligatur, qui, Tarquinio Priſco Romæ regnante, auguralem ſcientiam ſummum in honorem adduxit, de quo lib. I. de Divinatione his verbis: *Quis veterum ſcriptorum non loquitur, quæ ſit ab Attio Navio religionum facta deſcriptio? qui cum propter, &c.* Livius quoque lib. I. Explano igitur, Non hæc collegii noſtri ab Attio, non hæc auguralis collegii ab Attio derivata, ſed illa à Platone ſumpta, qui ſcripſit non diuturnam eſſe poſſe tyrannorum dominationem. *P. Manut.*

87. *Quippe qui florentis, ac novas, ut uti diebus, &c.*] Hæc erat ferè omnium impreſſorum codicum lectio, à qua nihil diſcrepabat antiquior noſter liber. ajunt poſtea Beroaldum emendaſſe: *Quippe qui florens ac novus primis diebus, &c.* alii rectius putant: *Quippe qui florentibus ac bonis veluti rebus ipſi illi, &c.* ut fit cum occulta veritate unusquiſque in ſuam aliquam ſententiam omnia conatur extorquere. Tutius igitur exiſtimavimus in tam perverſo & deminuto loco veterem ſcripturam conſervare, illique mendi notam adponere, quæ tantiſper maneat, dum aliquid certius inveniatur. *Victor.* *Florentis, ac novos, ut uti diebus.*] Quoniam ab impreſſis libris ſcripti ne litterâ quidem diſſentiunt, tentemus num elicere correctionem è conjectura poſſimus, ita ut ab anti-

novus, VI, VII. diebus ipſi illi egenti ac perditæ multitudini in odium acerbiſſimum venerit; qui duarum rerum ſimulationem tam citò amiſerit, 88 manſuetudinis in Metello, divitiarum in [v] ærario. jam, quibus utatur vel ſociis, vel miniſtris, ſi ii provincias, [x] ſi rempublicam regent, quorum nemo [y] duo menſes potuit patrimonium ſuum gubernare? non ſunt omnia colligenda: quæ tu acutiſſimè [z] perſpicis. ſed tamen ea pone ante oculos: jam intelliges id regnum vix ſemeſtre eſſe poſſe. 89 quod ſi me fefellerit, feram, ſicut multi [a] clariſſimi homines in republica excellentes 90 tulerunt: niſi

[v] Afranio *MSS. &* *alii.*
[x] ſi ii remp. *alii.*
[y] *alii* duos.
[z] *alii* proſpicis.
[a] præclariſſimi *alii.*

qua ſcriptura quam minimum diſcedatur. ſic igitur fortaſſe corrigendum: *Florentiſſ. ac novus* VI, VII. *diebus*: id eſt, Florentiſſimus ac novus ſex ſeptem diebus. ut, ſex ſeptem, dictum ſit, pro, ſex ſeptemve: quemadmodum dixit Horatius, *Si quadringentis ſex ſeptem millia deſunt, Plebs eris.* cum paucos omnino dies Cæſar in urbe moratus in Hiſpaniam contra Pompeji legatos contenderit. quod ex ipſius Commentariis de Bello Civili planum fit. *P. Manut.* *Quippe qui florens, ac novus* VI, VII. *diebus.*] Ita plane olim Pantagathus hunc locum correxit, niſi quod pro VI, VII. legebat *viginti diebus*, ut opinor, ex hiſtoria. *Urſin.* *Quippe qui florentiſſimus, ac novus* VI, VII. *diebus.*] Et hæc quoque reſtitutio Manutio debetur, quam juvat Decurtatus, verba hæc ita referens; *qui florentiſſ. ac novus* VI, VII. *diebus*: Beroaldus emendaverat, *quippe qui florens ac novus primis diebus &c.* alii rectius putabant, *quippe qui florentibus ac bonis veluti rebus ipſi illi &c.* ſed neutram probat Victorius, ideoque veterem relinquens, *florentis ac novos, ut uti diebus*, quam omnes & mſſ. & formis impreſſos habere dicit, notam apponit quæ mendum ſignificet; pro VI, VII. *diebus* Pantagathus emendat, XX. *diebus*, ex hiſtoria, ut putat Urſinus. *Cleric.*

88. *Manſuetudinis in Metello, divitiarum in Afranio.*] Nos, *in ærario* legimus: ut idem Cæſaris factum, nec manſuetum, nec divitem (quod videri volebat) eum eſſe argueret. quomodo enim manſuetus, qui Metellum Trib. pl. occidi voluerit? nam ſi divitias quas oſtentabat habuiſſet, quid opus erat ærarium clauſum, vi, impediente Trib. aperire, publicasque pecunias auferre? Non parvam anſam huic errori dediſſe puto, quod ſæpe in hoc codice *f* littera pro *e* ſumpta eſt: propter ſimilitudinem (ut puto) quam inter ſe habebant in vetere ſcriptura hæ litteræ. quid autem de Afranio loquatur, qui eo tempore legatus Pompeji in Hiſpania erat? *Victor.*

89. *Quod ſi me fefellerit, feram.*] Vel præſens, ut Socrates, ep. 2. lib. III. vel abſens, ut Q. Metellus Numidicus. epiſt. longa ad Lentul. ut Thucydides, ut alii, quos refert Plut. in lib. de Exilio. *Corrad.*

90. *Tulerunt.*] Ibo, inquit, ad Pompejum eo libentius, quod Cæ-

niſi fortè 91 me Sardanapali [b] vicem in [c] ſuo lectulo mori malle [d] cenſueris 92 quàm exilio Themiſtocleo: 93 qui cùm fuiſſet, ut ait Thucydides, τῶν [e] μὲν παρόντων δὶ ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, τῶν δὲ μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής, tamen incidit in eos caſus, quos vitaſſet, ſi eum nihil fefelliſſet. etſi is erat (ut ait idem) 94 qui τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα· tamen non vidit, nec quo modo Lacedæmoniorum, nec quo modo ſuorum civium invidiam effugeret, nec [f] quid Artaxerxi polliceretur. non fuiſſet & 95 illa nox tam

b vice *alii.*
c meo *Lamb.* è *MS.*
d cenſuerint *Tornæſ.*
e τε παραχρῆμα *alii.*
f quod *MSS.*

Cæſarem puto, etiam languentibus nobis, diutius ſtare non poſſe. quod me ſi fallet, aliterque, atque ego auguror, acciderit; feram, ut multi excellentes in rep. viri, quos fefellerunt ea, quæ putarant: ideoque & Themiſtocles, & Africanus, & C. Marius in eos caſus inciderunt, quos vitaſſent, ſi nihil illos fefelliſſet. *P. Manut.*

91. *Me Sardanapali vice in ſuo lectulo.*] Effœminate, ut Sardanapalus vixit, quamvis poſtea ſit mortuus in lectulo ſuo, ſibi accommodato, hoc eſt, pyra, ut ſcribit Juſtin. lib. I. Diodor. lib. III. & Ovid. in Ibid. ſed quoniam locutio hæc minus Tulliana videri poteſt & debet, libenter ego legerem, *in meo lectulo*, quum verborum conſtructio id poſtulet, & mutationes hujusmodi alibi quoque fiant, ut ep. 6. lib. VIII. *tua ſponte*, quum prius *mea ſponte* legeretur: niſi forte ſint verba ex aliquo poëta ſumpta, quum toties uſurpet, ut ep. 14. h. l. *Corrad.* Liber Turnæſianus habet litteris integris, *Sardanapali vicem*, *&c.* quod probo. *Lamb.* *Sardanapali vice.*] Me Sardanapali more in proprio lectulo mori malle. *Vice* eſt inſtar vel more Salluſt. in libris Hiſtoriar. *Vice pecorum obtruncati.* Suetonius Nerone; *Vice mundi circumagi cænationem.* *In ſuo* valet in proprio, qua in notione Suus frequenter uſurpatur ep. 14. *Multo ſe in ſuo lectulo malle.* Plaut. Amphit. *Malam rem arceſſi jumento ſuo ſibi.* Popma. Tornæſiani codicis ſcripturam firmant Balliol. & Helmſt. qui *vicem* præ ſe ferunt. Liv. XL. *Indignandoque & ipſe vicem ejus.* & lib. XXVIII. *Ab ſollicitis vicem imperatoris militibus.* Grævius.

92. *Quam exilio Themiſtocleo.*] Generis mutatio a re ad perſonam: niſi legendum *Themiſtoclei*, ut *Herculei* Catullus; *Sed te jam ferre Herculei labor eſt*, Achillei Horatius,

Matroniſque Phrygum claſſis Achillei. Popma.

93. *Qui.*] Res interdum Cicero attendit potius, quam verba, ut hic: nam, Qui, conjungi non poteſt cum, Exſulio Themiſtocleo: cum ſint diverſa genera: ſed quia, Themiſtocleo, nihil aliud quam, Themiſtoclis, ſignificat, propterea, ut dixi, rem ſpectans Cicero, non verbum, intulit, *Qui.* P. Manut.

94. *Qui τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ.*] Vulg. *qui τό, τε ἄμεινον, ἢ χεῖρον, ἐν τῷ &c.* Cleric.

tam acerba Africano, ſapientiſſimo viro, non tam dirus ille [g] dies Sullanus callidiſſimo viro C. Mario, ſi nihil utrumque eorum fefelliſſet. nos tamen hoc confirmamus illo augurio, [h] quo diximus; nec nos fallit, nec aliter accidet. corruat iſte neceſſe eſt, aut per adverſarios, aut ipſe per ſe, qui quidem ſibi eſt adverſarius unus acerrimus. id ſpero vivis nobis fore. quamquam tempus eſt nos de illa perpetua jam, non de hac exigua vita cogitare. ſin quid acciderit maturius, haud ſane mea multùm interfuerit, utrum factum videam, an futurum eſſe multo ante viderim. quæ cùm ita ſint, non eſt committendum, ut iis [i] pareamus, quos contra me ſenatus, ne quid reſpublica detrimenti acciperet, armavit. Tibi ſunt omnia commendata; quæ commendationis meæ pro tuo in nos amore non [k] indigent. ne hercule [l] ego quidem reperio, [m] quod ſcribam.
96 ſedeo enim πλουδοκῶν. etſi nihil umquam tam fuit ſcribendum, quàm nihil mihi umquam ex plurimis tuis jucunditatibus gratius accidiſſe, quam quòd meam Tulliam ſuaviſſimè diligentiſſiméque coluiſti. valde eo ipſa delectata eſt: ego autem non minus; cujus quidem virtus mirifica. quo modo illa fert publicam cladem? quo mo-

g dies *in aliis deeſt.*
h quod *alii.*
P. B.
i pareant *MS.*
k egent *MS.*
l ego *deeſt in aliis.*
m quid *alii.*

95. *Illa nox.*] Africanus minor, mane in cubiculo ſuo mortuus repertus, putatur ſuorum ſcelere ſublatus, maxime Semproniæ uxoris, cujus fratrem Ti. Gracchum, in concione interrogatus, dixerat, jure ſibi cæſum videri. quod profectò numquam dixiſſet, ſi talem exitum providiſſet. ergo & eum, ſapientiſſimum virum, aliquid fefellit, fefellit & C. Marium; qui cum L. Sulla numquam profecto contentionem ſuſcepiſſet, ſi diem illum, quo urbe pulſus eſt, mentis acie providiſſet. *P. Manut.*

96. *Sedeo enim πλυτοδοκῶν.*] Hoc verbum Græcum, cùm antea quiddam omnino deſideraretur, nonnulli repoſuerunt, acceptum (ut apparet) ex manuſcriptis, nec tamen ſatis purgatis libris, interpretatique ſunt, ditem exſpectans. quàm nihil autem ad hunc locum faciat, omnes facile videre poſſunt. Antiqui codices una minus ſyllaba πλυδοκῶν habent, quæ ſincera eſt & vera lectio; πλυδοκῶν enim tempeſtatem & navigationem idoneam exſpectans ſignificat, compoſito verbo cum notiſſimo apud Græcos nomine, & quo uſum eſſe antea Ciceronem docuimus: nam in lib. xv. in vulgatis etiam codicibus legimus: *Hic autem quantus πλοῦς: ſed videbimus.* Ob hoc igitur Cicero ſe dicit non reperire quid ſcribat; quia cum omnia quæ parari conficique debebant providiſſet, navigationique intentus, idoneam tantum tempeſtatem exſpectaret, quæ omni momento temporis ſurgere poterat: quid amplius ſcribere attinebat. *Victor.*

97. Στοργῆς

modo domeſticas tricas? quantus autem animus in diſceſſu noſtro? ſit 97 ϛοργὴ, ſit ſumma σύντηξις· tamen nos rectè facere & bene audire vult. Sed hac ſuper re nimis; 98 ne meam ipſe συμπάθειαν jam evocem. Tu, ſi quid de Hiſpaniis certius, & ſi quid aliud, dum adſu-

97. *Στοργῆς ſit ſumma σύντηξις; tamen non recte facere.*] In libro viri doctiſſimi emendatum eſt, *ϛοργῆς ſit ſumma, licet tamen nos recte.* Urſin. *Sit ϛοργὴ, ſit ſumma σύντηξις*] Ita Boſius ex Decurtato & Cruſellino. In libro viri doctiſſimi emendatum eſſe notat Urſinus, *ϛοργῆς ſit ſumma, licet tamen nos recte &c.* Vulg. *ϛοργῆς ſit. ſumma σύντηξις.* Cleric. *Sit ϛοργὴ.*] Edidi ex Decurtato & Cruſellino, *ſit ϛοργὴ, ſit ſumma σύντηξις.* ſenſus eſt, ponamus ſummum eſſe, ut certe eſt, amorem Tulliæ erga me, arctiſſimamque utriusque animorum conjunctionem, ut ambo videamur in unum concreti & coagmentati; illa tamen me recte facere & bene audire vult; ideo minus moleſte fert a ſe avelli, ut Pompejum ſequar. *σύντηξιν* Cicero hic appellat firmiſſimam & tenaciſſimam animorum conglutinationem. ſic verbum *συντήκειν* uſurpat Plato in Convivio, *ἐθέλω ἡμᾶς συντῆξαι καὶ συμφῦσαι εἰς τὸ αὐτὸ, ὥς τε δύο ὄντας ἕνα γεγονέναι.* & Syneſius in epiſtola quadam, *συντήξας τῇ τέχνῃ καὶ ἕνα ἄμφω ποιήσας τοὺς ἀντιῤῥέντας. Boſius.*

98. *Ut meam ipſe . . jam evocem.*] Sic erat in impreſſis codicibus inani aliquanto ſpatio relicto: quod noſtri veteris auxilio expletur. legitur enim in eo: *Ne meam ipſe συμπάθειαν evocem:* adeo clarè, ut mirer ab aliis non eſſe id animadverſum. Quàm autem hic accommodata ſit Græca hæc vox, dici non poteſt. cùm enim de incredibili amore in ſe Tulliæ ſuprà locutus ſit, cito ex eo ſermone delabitur: ſentiebat enim ſe jam commoveri, affectusque ſuos excitari, quod nolebat. Verbum hoc notum eſt: quod ſi tam facilè exprimi poſſet verbo Latino, quàm vis ejus ſenſus ſignificatusque intelligitur, nihil laboraremus. Cicero id nomen ponit lib. II. de Divinatione, ejusque vim non uno verbo reddit: hæc illius verba ſunt: *Aut enim divina vis quædam conſulens nobis, ſomniorum ſignificationes facit, aut conjectores ex quadam convenientia & conjunctione naturæ; quam vocant συμπάθειαν, quid cuique rei conveniat ex ſomniis, & quid quamque rem ſequatur intelligunt, &c.* Verùm hic diverſam vim συμπάθεια habere videtur ab ea quam in Divinatione habet, & potius eodem ſignificatu hoc loco ſumpta eſſe, quod alibi verbum ab ea deductum Cicero uſurpavit, cùm dixit, *Attica commotiunculis συμπάσχω. Victor. Ne meam ipſe συμπάθειαν evocem.*] In eodem libro notatum eſt: *Navitam ipſe audire videor jam evocantem:* & paullo poſt: *Curione* pro *Curio.* Urſin. *Evocare* pro provocare. Cic. de Finibus: *Probitatem nec præmiorum mercedibus evocatam.* Hortenſ. *Quod dedecus, quod non evocetur atque eliciatur voluptate.* Senec. III, 8. *Moderatos, qui iram tuam nec evocent, nec ferant.* Vide Gronov. ad Senec. ep. 47. *Grav.*

99. *Quam*

ſumus, ſcribes: & ego fortaſſe diſcedens dabo ad [illegible] aliquid; eo etiam magis, quòd Tullia te non puta[illegible] hoc tempore ex Italia. Cum [n] Antonio item eſt age[illegible] dum, ut cum Curione Melitæ me velit eſſe; hu[illegible] bello [o] nolle intereſſe. ed velim tam facili uti poſſe[illegible] & tam bono in me, 99 quàm [p] Curione. is ad Miſenu[illegible] VI. nonas venturus dicebatur, id eſt hodie: ſed præm[illegible] ſit mihi odioſas litteras, hoc exemplo:

n Anio *aut* Avio *MSS.*
o nolo *alii.*
p Curionis *MS.* Curio *alii.*

ANTONIUS 1 TRIB. PLEB. PROPRÆT. CICERONI IMP. S.

NISI *te valde amarem, & multo quidem plus qu*[illegible] [q] *tu putas, non extimuiſſem rumorem, qui de* [illegible] *prolatus eſt, cùm præſertim falſum eſſe exiſtimarem.* [illegible] *quia te nimio plus diligo, non poſſum diſſimulare,* 2 *mi*[illegible]

q *tu* deeſt in aliis.
P. CLXII.

99. *Quam Curionem.*] Sic videtur legendum, non, *quam Curi*[illegible] precatur enim ut Antonius ſeſe tam facilem & tam bonum [illegible] ipſum præbeat, quàm præbuit Curio filius: qui patiatur ipſu[illegible] quieſcere & Melitæ eſſe. Quod ſi quis malit legi, *quam Curi*[illegible] intelligemus Curionem patrem ſignificari, quem Antonius ſin[illegible] Melitæ quieſcere. *Lambin.*

1. TRIB. PLEB.] Hic titulus eſt novi exempli. Nam Tribunus Plebis comitiis erat creatus: at Cæſar, in Hiſpanias proficiſcens, eum proprætore Italiam obtinere juſſit: ut & Quintum Caſſium Longinum alterum tribunum plebis ſuarum partium Hiſpaniæ ulteriori, Varrone Legato Pompeji expulſo, proprætore præfecit. *J. F. Gronov.*

2. *Infamiam quoque, quamvis ſit falſa, navigio eſſe te iturum trans mare.*] Valde diverſus eſt hic locus in antiquis codicibus: nec tamen eſt in illis integer & incorruptus, ſed profecto mancus. nos dum aliquid certius meliusque reperitur, quam maxime potuimus cautè & parcè, eum caſtigavimus: antiquam tamen ſcripturam ut teſtatam relinquamus, & ut quàm nobis tutum viſum ſit ab ea diſcedere, notum faciamus: adfirmamus omnia quæ in noſtro leguntur, in eis legi, exceptis his verbis *te iturum:* quæ cum in omnibus excuſis inveniſſemus, reliquimus, ut aliquis ſenſus elici ex hoc loco poſſet: de noſtro autem nihil addidimus. Ubi in impreſſis erat *navigio*, antiqui (magno) vel (magni) habebant. reliqua quæ nunc in noſtro ſunt, eadem quoque in illis erant: ſi acutè conſideres vulgatam lectionem, nihil eâ ineptius. quid enim (navigio) addere oportebat? quaſi aliter trans mare iri poſſet. nimis otioſa & frigida (niſi fallimur) ea oratio fuiſſet: adhuc tamen aliquid inveſtigandum puto: locus enim hic in manuſcriptis ita deminutus eſt, ut niſi ex vulgatis *te iturum* ſuppleas, imperfectus ſit ſenſus. *Victor.*

2. Con-

famam quoque, quamvis ſit falſa, magni eſſe. Te [r] *iturum trans mare credere non poſſum, cùm tanti facias Dolabellam & Tulliam* [s] *tuam, feminam lectiſſimam, tantique ab omnibus nobis fias; quibus mehercule dignitas amplitudoque tua pæne carior eſt quàm tibi ipſi. ſed tamen non ſum arbitratus eſſe amici, non commoveri etiam improborum ſermone: atque eò feci ſtudioſiùs, quòd judicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra, quæ magis à ζηλοτυπίᾳ mea quàm ab injuria tua nata eſt. ſic enim volo te tibi perſuadere; mihi neminem eſſe cariorem te, excepto Cæſare* [t] *meo,* [v] *meque illud unà judicare, Cæſarem maximè in ſuis M. Ciceronem reponere. Quare, mi Cicero, te rogo, ut tibi omnia integra ſerves; ejus fidem improbes, qui tibi, ut beneficium daret, priùs injuriam fecit:* 3 *contra* [x] *ne profugias, qui te, etſi non amabit, (quod accidere non poteſt) tamen ſalvum ampliſſimumque eſſe cupiet. Deditâ operâ ad te Calpurnium, familiariſſimum meum, miſi; ut mihi magna curæ tuam vitam ac dignitatem eſſe ſcires.*

[r] *trans iturum* mare aliis. [s] *tuam* deeſt in aliis. [t] *meo* deeſt in aliis. [v] quat. ſeqq. voces deſunt in MSS. [x] *eum ne* Manut. *ab eo ne* Lamb.

Eodem die à Cæſare Philotimus [y] attulit, hoc exemplo.

[y] *alii* attulit litteras.

CÆSAR IMP. CICERONI IMP. S.

ETSI te nihil temerè, nihil imprudenter facturum judicaram; tamen permotus hominum famâ ſcribendum ad te exiſtimavi, & [z] *pro noſtra benivolentia petendum, ne quò progredereris* 4 *inclinata jam re, quâ integra*

[z] *à te pro beniv.* Lamb.

3. *Contra eum ne profugias.*] Sic Manut. Lambin. & omnes vetuſtiores ante Victorium. qui primus *eum* delevit, quem ſecuti ſunt Brutus, Boſius, Gruter. nec in Balliol. & Helmſt. exſtat ea vox. quæ tamen, ſi loco ſuus debet conſtare ſenſus, delenda non eſt: Lambinus in margine notat, ſibi videri legendum eſſe: *contra ab eo ne profugiat.* Tritius quidem hoc eſt loquendi genus, ſed nec illud reſpuit uſus emendatè loquentium. Senec. Conſol. ad Polyb. *C. Cæſar, amiſſa ſorore Druſilla, is homo qui non magis quam gaudere principaliter poſſet, conſpectum conſervationemque civium ſuorum profugit, exequiiſque ſororis ſane non interfuit.* Curt. lib. x. *Subeſt nimirum altius malum, quod omnes avertit a me; quando enim regem univerſus exercitus deſeruit? Ne ſervi quidem uno grege profugiunt dominos.* Grævius.

4. *Inclinata jam re.*] Expulſo præſertim Pompejo. inclinatam fortunam vocat Cicero ep. 16. lib. 11. Fam. *Corrad.* P. Victorii

Boſ.

grâ etiam progrediendum tibi non exiſtimaſſes. namque &
4. B. *amicitiæ graviorem injuriam feceris;* 5 *& tibi minùs commodè conſulueris,* 6 *ſi non fortunæ obſecutus videbere: (omnia enim ſecundiſſima nobis, adverſiſſima illis accidiſſe videntur) nec cauſam ſecutus: (eadem enim tum fuit, cùm ab eorum conſiliis abeſſe judicaſti) ſed meum aliquod factum condemnaviſſe: quo mihi gravius abs te nil accidere poteſt. quod ne facias, pro jure noſtræ amicitiæ à te peto. Poſtremo, quid viro bono, & quieto, & bono civi magis convenit, quàm abeſſe à civilibus controverſiis? quod nonnulli cùm probarent, periculi cauſâ ſequi non potuerunt. tu, explorato & vitæ meæ teſtimonio, & amicitiæ judicio, neque tutius, neque honeſtius reperies quidquam quàm ab omni contentione abeſſe. XV. kal. Maj. ex itinere.*

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

s CÆLIUS CICERONIS *MS.*

7 ADVENTUS Philotimi (at cujus hominis, quàm inſulſi, & quàm ſæpe pro Pompejo mentientis?) exa-

Boſ. & Grut. edd. *proclinata jam re*, procul dubio Victorius veteres libros auctores habet hujus vocis reſtituendæ, quamvis Balliol. & Helmſt. vulgatam tueantur lectionem. Sed nec Victorii codicum auctoritas eſt contemnenda. Sic enim loquitur Cæſar quoque lib. VII. Bell. Gall. *Adjuvat rem proclinatam Convictolitanis, plebemque ad furorem impellit, ut facinore admiſſo, ad ſanitatem reverti pudeat.* Ovid.

Cùm cœpit quaſſata domus ſubſidere, partes
In proclinatas omne recumbit onus. Grævius.

5. *Et tibi minus commode conſulueris, ſi non fortunæ obſecutus videbere.*] Vide num ſit legendum, *& tibi minus commodi conſciveris; nec fortunæ obſecutus videberis.* Urſin.

6. *Si non fortunæ obſecutus fueris ut debes.*] Locus hic ex epiſtolâ Cæſaris aliter in antiquis legitur: quorum lectionem nos magis probantes in noſtrum eam transtulimus: *videbere* enim ſeu *videberis* eſt in illis, ubi vulgati & excuſi omnes *fueris ut debes* habent. Paulo item ſuprà verba hæc neglеximus delevimusque *quod minus placet.* nam in nullis manuſcriptis inveniuntur, & inutiliter ab aliquo addita exiſtimamus. *Victor.*

7. *Adventus Philotimi.*] Monent Manutius, Lambinus & Junius hoc non eſſe epiſtolæ principium, ſed partem octavæ, facilioris tamen diſtinctionis cauſâ nonam numerari. *Clericⅰ*

8. Pom-

exanimavit omnes, qui mecum erant. nam ipſe ob-
durui. [b] Dubitabat noſtrûm nemo, quin Cæſar itinera b Dubitâ-
repreſſiſſet: volare dicitur: Petrejus cum Afranio con- vit *alii.*
junxiſſet [c] ſe: nihil affert ejuſmodi. quid quæris? c ſe *deeſt in*
etiam illud erat perſuaſum; [8] Pompejum cum magnis *MS.*
copiis iter in Germaniam per Illyricum feciſſe: id enim
αἰδετικῶς nuntiabatur. [9] Melitam igitur, opinor, [d] ca- d capeſſe-
peſſamus, dum, [e] quod in Hiſpania: quod quidem mus *alii.*
propemodum videor ex Cæſaris litteris ipſius voluntate e quid
facere poſſe; qui negat neque honeſtius, neque tutius *Grav.*
mihi quidquam eſſe, quàm ab omni contentione abeſſe.
dices; [10] ubi ergo tuus ille animus, quem proximis lit-
teris? adeſt & idem eſt. ſed utinam meo ſolùm capi- P. CLXIII.
te decernerem! lacrimæ meorum me interdum [f] mol- f moliun-
liunt, precantium, ut de Hiſpaniis exſpectemus. M. tur *MS.*
Cœlii quidem epiſtolam, ſcriptam miſerabiliter; [g] cùm g quæ
hoc idem obſecraret, ut exſpectarem, ne fortunas *alii.*
meas, ne [h] unicam filiam, ne meos omnes tam temerè h unicum
proderem, non ſine magno fletu legerunt pueri noſtri: filium
etſi meus quidem eſt fortior, eoque ipſo vehementiùs *Manut.*
commovet: nec quidquam, niſi [11] de dignatione, la-
borat. Melitam igitur; deinde, [i] quò videbitur. tu i quod
tamen etiam nunc mihi aliquid litterarum, & maximè *alii.*
ſi quid ab Afranio. Ego, ſi cum Antonio locutus ero,
ſcribam

8. *Pompejum cum magnis copiis iter in Germaniam per Illyricum feciſſe.*] Videtur ſcribendum *per Galliam*, ex loco ſimili in ep. 5. *Pompejum pro certo habemus per Illyricum proficiſci in Galliam.* Urſin.

9. *Melitam igitur, opinor, capeſſemus.*] Recte mei *Capeſſamus*, ἀνθυποτακτικῶς: ut *Eamus*, *& in media arma ruamus.* Quod vel ſine exemplarium teſtimonio, tamen *Opinor* illud confirmabat, Age atque Eia, ſignificans. Et mox *Quid* pro *Quod* legimus, & Faërni libri auctoritate & uſu dicendi: illo ſenſu, Dum, quid in Hiſpania agatur, ſciamus. *Malaſp.*

10. *Ubi ergo tuus ille animus.*] Hoc ordine hæc legebantur in Decurtato & Tornæſiano, *ubi ergo tuus ille animus?* atque ita repoſuit Boſius. vulg. *ubi ille ergo tuus animus?* Cleric.

11. *De dignatione.*] Ita potius legendum quam *de dignitate.* Dignatio enim magis convenit in puerum, & eſt idem quod exiſtimatio, quæ minus eſt quam dignitas, ut notavi lib. II. de Differentiis Verborum. Livius lib. II. *Non multo poſt in principum dignationem pervenit.* Tacitus lib. XIII. *Olim partam dignationem ſubita felicitati ſubmittere.* Suetonius Veſpaſiano: *Sortitus Africam integerrime, nec ſine dignatione adminiſtravit.* Popma.

12. Et

ſcribam ad te, quid actum ſit. ero tamen in credendo, ut mones, cautus. nam occultandi ratio [k] cùm difficilis, tum etiam periculoſa eſt. Servium exſpecto ad nonas: [12] & adigit ita Poſtumia & Servius filius. Quartanam leviorem eſſe gaudeo. Miſi ad te Cœlii etiam litterarum exemplum.

k *cum* alii.

COELIUS [l] CICERONI S.

l M. CIC. IMP. *alii.*

EXANIMATUS [m] *tuis litteris, quibus te nihil, niſi triſte, cogitare oſtendiſti; neque, id [n] quod eſſet, perſcripſiſti; neque non tamen, quale eſſet, quod cogitares, aperuiſti;* [13] *has ad te ilicò litteras ſcripſi. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos te oro & obſecro, ne quid gravius de ſalute & incolumitate tua conſulas. nam deos hominesque amicitiamque noſtram teſtificor,* [14] *me tibi prædixiſſe, neque temerè monuiſſe; ſed, poſtquam Cæſarem convenerim, ſententiamque ejus, qualis futura eſſet partâ victoriâ, cognôrim, te certiorem feciſſe. ſi exiſtimas eandem rationem fore Cæſaris in dimittendis adverſariis & conditionibus ferendis, erras. nihil, niſi atrox & ſævum, cogitat atque* [o] *etiam loquitur.* [15] *iratus* [p] *ſenatui* [q] *exiit:*

m *ſum tuis* alii.
n *quid* alii.
P. B.
o *etiam* deeſt in aliis.
p *ſenatu* alii.

12. *Et adigit ita Poſtumia.*] Decurtatus, *& adjicit ita Poſtumia & Ser. F.* ſcripſi, *& adigit ita Poſtumia & Servius filius.* Cicero precibus Poſtumiæ uxoris Servii Sulpicii & Servii, ejus filii, adigebatur, ut Servium Sulpicium patrem exſpectaret. Idem epiſtola 13. hujus lib. *hic ego Servium exſpecto. rogor enim ab ejus uxore & filio.* Boſius. Particulam *ita*, natam ex præcedentis dictionis ultima ſyllaba, cenſeo tollendam, præſertim cum in multis libris antiquis non inveniatur. Rogat, inquit, me Poſtumia, uxor Servii Sulpicii, & Servius filius, ut Servium ipſum exſpectem, ep. 6. & 13. *Popma. Poſtumia & Servii filii.*] Fateor, qui ſit verborum ordo, me non videre: & ob hanc cauſſam, & quia Beſſarionis liber pro, & *Servii*, habet, *Scivi*, ſuſpicor de mendo. *P. Manut.*

13. *Exanimatus.*] Ego Cœlius. & regitur a verbo ſcripſi. al: *exanimatus ſum.* Idem. Hæc epiſtola in his etiam poſita eſt, quæ vulgo Familiares vocantur: ſed ibi, poſt *Exanimatus ſum* verbum legitur. Sed concinnius abeſt, cum ſententia a ſcripſi verbo tota claudatur: hoc modo, Exanimatus tuis litteris, has ad te illico litteras ſcripſi. *Malaſp.*

14. *Me tibi prædixiſſe, neque temere monuiſſe.*] Vetus liber, *me neque temere prædixiſſe, neque temere monuiſſe.* Urſin.

15. *Irato ſenatui.*] Quia non obtinuiſſet, ut legati ad Pompejum de pace mitterentur, & quod, quaſcunque res agere inſtituerat, L. Metellus trib. plebis intercedens impedierat. de quo ſcripſit

q exiit: his interceſſionibus planè incitatus eſt. non mehercule erit deprecationi locus. quare, 16 ſi tibi tu, ſi filius unicus, ſi domus, ſi ſpes tuæ reliquæ tibi r cara ſunt; ſi aliquid apud te nos, ſi vir optimus, gener tuus, s valemus: t eorum fortunam non debes velle conturbare; v ut eam cauſam, in cujus victoria ſalus noſtra eſt, x odiſſe, aut relinquere cogamur, aut impiam cupiditatem contra ſalutem tuam habeamus. denique illud cogita, y 17 quod offenſæ fuerit, in iſta cunctatione te z ſubiiſſe. nunc te contra victorem a Cæſarem facere, quem dubiis rebus lædere noluiſti, & ad eos fugatos accedere, quos b reſiſtentes ſequi nolueris, ſummæ ſtultitiæ eſt. vide, ne, dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter, quod optimum ſit, eligas. quòd ſi totum tibi perſuadere non poſſum; ſaltem, dum, quid de Hiſpaniis c agamus, ſcitur, exſpecta; quas tibi nuntio adventu Cæſaris fore noſtras. quam iſti ſpem habeant, amiſſis Hiſpaniis, neſcio. d quod porro tuum conſilium ſit ad deſperatos accedere, non medius fidius reperio. Hoc, quod tu non dicendo mihi ſignificaſti, Cæſar audierat: ac ſimulatque, e have, mihi dixit, ſtatim, quid de te audiſſet, expoſuit. negavi me ſcire: tamen ab eo petivi, ut ad te litteras mitteret, quibus maximè ad remanendum commoveri poſſes. me ſecum in Hiſpaniam ducit. nam, niſi ita faceret, ego prius, quàm ad urbem accederem, ubicumque eſſes, ad te f percurriſſem, & hoc à te præſens contendiſſem, atque omni vi te retinuiſſem. Etiam atque etiam, Cicero, cogita, ne te tuoſque omnes funditus evertas: g nec te ſciens prudenſque eò demittas, unde exitum vides nullum eſſe. quòd ſi te h aut voces optimatium commovent; aut nonnul-

q *exiliit* iidem. r *cura* alii. s *valet* alii. t *quorum* Victor. v *ſequere eam* alii. x *ne aut odiſſe* alii. y *quot offenſæ fuerint* MS. z *ſubeſſe* id. MS. a *Cæſarem* deeſt in aliis. b *reſiſtentis* Grut. c *agatur* alii. d *quid* MS. e *hac* alii. f *percucurriſſem* MS. g *ne te* alii. P. CLXIV. h *verba aut voces* alii.

ſcripſit Cæſar lib. I. de Bell. Civ. & Plutarch. in ejus vita. *P. Manut.*

16. *Si tibi tu, ſi filius unicus.*] Hanc partem, miſerabiliter ſcriptam, non ſine magno fletu lectam eſſe à duobus pueris Ciceronibus, Attico ſignificavit his verbis lib. X. *Lacrimæ meorum me interdum molliunt, precantium, ut de Hiſpaniis exſpectetur. M. Cælii quidem epiſtolam, ſcriptam miſerabiliter, qua hoc idem obſecraret, ut exſpectarem, ne fortunas meas, ne unicum filium, ne meos omnes tam temere proderem, non ſine magno fletu legerunt pueri noſtri.* Idem.

17. *Quod offenſæ.*] Quod vereri poteſt, ne Pompejum offenderit, id te jam feciſſe tam diu abſtinendo armis, ita Plin. lib. III. ep. 9. Juſt. *ſubire maculam.* J. F. Gronov.

nullorum hominum inſolentiam & jactationem ferre non potes: eligas, cenſeo, aliquod oppidum vacuum à bello, dum hæc decernuntur, quæ jam erunt confecta. id ſi feceris, & ego te ſapienter feciſſe judicabo, & Cæſarem non offendes.

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

ME CÆCUM qui hæc antè non viderim! miſi ad te epiſtolam Antonii. [18] ei cùm ego ſæpiſſimè ſcripſiſſem, nihil me contra Cæſaris rationes cogitare; meminiſſe me generi mei, meminiſſe amicitiæ; potuiſſe, ſi aliter ſentirem, eſſe cum Pompejo; me autem, quia cùm lictoribus invitus i [19] curſarem, abeſſe velle, nec id ipſum certum etiam nunc habere; [20] vide, quàm ad hæc παροινικῶς·

i curſatorem *MS.* Cæſarem *alius MS.*

Tuum conſilium quàm verum eſt. nam qui ſe medium eſſe

18. *Et cum ego ſapiſſime ſcripſiſſem.*] *Ei cum* Faërnus. *Urſin.*

19. *Curſarem.*] Curſare non curſum, ſed crebrum motum hic ſignificat. quis enim virum conſularem & adhuc proconſulem, imperio & laureatis lictoribus ornatum, cucurriſſe credat? eſt igitur, *Curſare*, huc illuc ire: quod etiam dicitur de iis, qui lectica geſtantur: quos certe currere nemo dixerit. ep. I. lib. VII. Fam. *Ut mecum noſtra ſimul lecticula concurſare poſſis.* Simile illud ep. I. lib. I. ad Lentulum: *Libonis & Hypſæi non obſcura concurſatio & contentio.* Quoniam igitur in iis, qui crebro moventur, & loci mutatione delectantur, eſt quædam currentium ſimilitudo; propterea verbum, *Curſare*, ad eos etiam, qui properant in agenda re, tranſlatum eſt. *P. Manut.*

20. *Vide quam ad hæc . . . .*] Poſt hæc verba ſpatium inane relictum erat: τυραννικῶς ibi repoſuimus: nam ita ante nos Germani in ſuo codice ſcripſerant, & ita unius tantum litteræ tranſpoſitione in noſtro vetuſtiore legas: quare ita ſcribendum eſſe cenſemus. poſt hanc Græcam vocem incipit epiſtola M. Antonii. *Victor.* *Quam ad hæc τυραννικῶς.*] Sic repoſuit Victorius. Sed cod. Turneſ. habet, *quam ad hæc παρηνικῶς*, unde ſuſpicor aliquid ſubeſſe ulceris. quid ſi igitur legamus παραινετικῶς, ut ſit εἰρωνεία. vide, inquit, quam ad hæc reſcripſerit ſuaſorie: id eſt, imperioſe & tyrannice. quid ſi potius παροινικῶς, id eſt, vinolente, petulanter, contumelioſe. *Lambin.* Recte conjicit Lambinus ex depravata Torneſiani lectione legendum hic eſſe παροινικῶς. quo ferre quoque videntur veſtigia hæc veræ ſcripturæ, quæ exſtant in Decurtato, ΠΑΡΟΝΙΚΩΣ. *Boſius.*

21. Quare

eſſe vult, in patria manet: qui proficiſcitur, aliquid de [k] altera utra parte judicare videtur. ſed ego is non ſum, qui ſtatuere debeam, jure quis proficiſcatur nec ne. [l] partes mihi Cæſar has impoſuit, ne quem omnino diſcedere ex Italia paterer. 21 quare parvi refert me probare cogitationem tuam, ſi nihil tamen tibi remittere poſſum. ad Cæſarem mittas, cenſeo, & ab eo hoc petas. non dubito, quin impetraturus ſis, cùm præſertim te amicitiæ noſtræ rationem habiturum eſſe pollicearis.

Habes *σκυτάλην Λακωνικήν*. omnino excipiam hominem. erat autem v. non. venturus veſperi, id eſt hodie. cras igitur ad me fortaſſe veniet. 22 tentabo audeam, nihil properare; miſſurum [m] ad Cæſarem [n] clamabo me; cum pauciſſimis alicubi occultabor; [o] carris hinc iſtis invitiſſimis evolabo, 23 atque utinam ad Curionem!

k alterutra alii.
l partis Grut.
m me ad *alii.* P. B.
n clamabam *alii.*
o *forte* catus.

21. *Quare parvi refert me probare.*] Importune collocatum poſt dictionem *parvi* punctum, quod perfectam orationem indicat, fecit ut crederetur ea eſſe præteriti temporis à pareo, id eſt quod juſſit & imperavit ille, feci, meque obedientem mandatis illius præbui. cum debeat puncto ſublato (parvi refert) legi: voxque illa *parvi* ſecundo caſu nomen ſit, ſeu potius adverbium, hoc ſenſu, Parvi refert me probare cogitationem tuam: niſi mandata Cæſaris negligere volo: quamvis enim ea probem, nihil in hoc tibi commodare poſſum. debeo enim quas mihi Cæſar impoſuit partes ſuſtinere & omni diligentiâ exequi: quare ad illum, cujus in arbitrio res eſt, & qui jus quod petis concedendi habet, mittas cenſeo, à me enim id impetrare non potes. *Victor.*

22. *Tentabo audeam, nihil properare.*] Hæc verba valde corrupta & manca ſunt: cùm igitur nihilo meliorem hâc antiquam ſcripturam invenerim, ſed eandem penitus & ſimili modo perverſam & laceram, contra hunc locum aſteriſcum figi juſſi. Non me latebat, quoſdam hunc locum conjecturâ reſtituere tentaſſe: ſed quia pàtum illorum caſtigationes ſinceræ & fideles mihi viſæ ſunt, eas neglexi: in impreſſis *certe*, noſter antiquior *carti* habet: quod tam corruptum eſt, ut receptam ejus loci lectionem nulla utilitate mutare noluerim. *Idem.* Manutius ita reſtituere conatus eſt, *Tentabo: aut dicam, nihil properare, miſſurum ad Cæſarem, clam ibo & cum pauciſſimis &c.* ita diſtinguitur vulg. *tentabo, audeam nihil properare.* Cleric. Mihi videtur commodiſſime legi: *tentabo, ac dicam me nihil properare. Me* excidit hic & ſequenti verſui malè adhæſit. *Grav.*

23. *Atque utinam ad Curionem.*] Reſtituimus auxilio vetuſtioris exemplaris verba Græca, quæ hic deſiderabantur: quæ etſi in eo aliquantum perturbata ſunt, non tamen adeo ſunt confuſa, ut non perſpiciatur in illis, ſi diligenter attendas, noſtra lectio. Germanos quoque adfirmarim conſimiles his, qui ſunt in noſtro cha-

rionem! σὺν θεῷ τοι λέγω. magnus dolor acceſſit. efficietur aliquid dignum nobis. δυσουρία [24] tua mihi valde moleſta. medere amabo, dum eſt ἀρχή. De Maſſilienſibus gratæ tuæ mihi litteræ. quæſo, ut ſciam, quidquid audieris. p Siciliam cuperem, ſi poſſem palàm: q quod à Curione effeceram. Hîc ego Servium exſpecto. rogor enim ab ejus uxore & filio: & puto opus eſſe.

p alii Ocellam.
q quid Arvone MS.

characteres, in ſuo codice inveniſſe, è quibus cum ſententiam exprimere vellent, veram aſſequi non potuerunt. quàm frequens ſit hic modus dicendi apud Græcos autores notum eſt. cum autem de ſe magnum quiddam loqui vellet, humanæ infirmitatis memor, antequam id proferret, σὺν θεῷ τοι λέγω dixit, id eſt, volente & non adverſante Deo: ut non etiam cum de nobis aliquid magnum pollicemur, ſemper hoc addimus ad minuendam arrogantiam. Ariſtophanes in Pluto: Οἶμαι γὰρ οἶμαι σὺν θεῷ δ' εἰρήσεται ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας. Demoſthenes etiam in epiſtola ad Athenienſes, quam, cùm in exilio eſſet, ſcripſit: Οὐ μὴν ἀλλ' ἐὰν ἐθελήσητε ἀκοῦσαι σιγῇ καὶ παραμείνητε πάντα μαθεῖν οἴομαι καὶ σὺν θεοῖς εἰρήσεται αὐτός τε φανήσεσθαι μετὰ πάσης εὐνοίας τὰ δέοντα περὶ ὑμῶν πράττων καὶ τὰ συμφέρονθ' ὑμῖν ἐμφανῆ δείξειν multa hujus locutionis exempla adducit in ſuis commentariis admirabilis doctrinæ vir Budæus: quæ, qui ſcire volet, ibi legat: qui etiam Latinos adfirmat, deûm benignitate & diis bene juvantibus dicendo, idem expreſſiſſe. Eſt autem locus Homeri λ ι. σὺν θεῷ εἰλήλουθμεν ubi vetuſtam declarationem hanc legimus, τῶν λόγων τὸ ὑψηλὸν τῇ θείᾳ ῥοπῇ λύει, ἴσε δὲ ὅμοιον τῷ, πειθόμενοι τερίτισσι. quod non incommode hic adnecti poſſe judicavimus. Nollem autem noſtros librarios perfecto puncto, quæ ſequuntur verba ab his diſtinxiſſe. verba enim quæ nimis contumaciter, niſi mitigata eſſent, dicta fuiſſent, hæc ſunt: *Efficietur aliquid dignum nobis.* quare nulla ratione ea ſeparare convenit. *Victor.*

24. *Tua mihi valde moleſta eſt.*] Inane ſpatium Græcâ quæ deſiderabatur, voce replevimus, quæ in vetuſtioribus codicibus integra eſt. dicit igitur ſe valde perturbatum, quòd audierit eum δυσουρίᾳ vexari: ſic enim Græci morbum illum appellant, cum ægre lotium it: quem etiam aut ei non diſſimilem στραγγουρίαν vocant. nam hæc medici accuratè & minutè ut ſuæ artis vocabula diſtinguunt, quæ ceteri ejus imperiti inconſiderantius tradunt. Ex illorum autem decretis diligentiſſimè hoc docuit Marcellus Virgilius in ſuis in Dioſcoridem à ſe converſum eruditiſſimis annotationibus: qui igitur ſcire volet, inde petat, unde & nos hoc hauſimus, & ſiquid in humanis litteris & his politioribus ſtudiis ſcimus: eo enim doctore uſi ſumus & doctiſſimo & noſtri amantiſſimo. Latini urinæ difficultatem & ſtillicidium vocant. Quod autem mederi jubet dum eſt ἀρχή, ad notiſſimum Græcum proverbium alludit, quo traditur ἀρχὴν ἰᾶσθαι πολυλώτερον, ἢ τελευτὴν eſſe. *Idem.*

eſſe. Hic tamen [25] Cytheridem ſecum [26] lecticâ apertâ portat, [27] alterâ uxorem: [28] ſeptem præterea conjunctæ lecticæ amicarum ſunt, an amicorum? vide, quam [29] turpi leto pereamus: & [r] dubita, ſi potes, quin ille, ſeu

r dubitari poteſt MS.

25. *Cytheridem.*] Mimam. Plin. lib. VIII. cap. 15. quam tamen Volumniam ſalutabant. Philip. II. hinc Cytherius vocatur Antonius ep. 23. lib. XV. *Corrad.* Ball. & Helmſt. *Cytharidam.* Veteres dixerunt *Abſis* & *Abſida*, & *Chlamys* & *Chlamyda*, *Caſſis* & *Caſſida*, *Sirena* & *Siren*, cur non & dixerit Cicero *Cytharida* pro *Cytheris*, eorum morem ſecutus? A librariis ſane non credo hanc profectam eſſe veterum librorum ſcripturam. *Grævius.*

26. *Lectica aperta.*] Duplex erat lectica, alia aperta, alia tecta. Apertæ formæ ſimplex, aſſeres aliquot compacti, qui capere pulvinum oblongum poſſent, in quo homo ſingularis porrectus jaceret, non aliud quam modicus lectus. Juven. VII.

Perque forum juvenes longo premit aſſere Medos.

Lectica tecta contra adſpectum hominum & injurias aëris clauſa undique erat & munita, pelle & velo, opere arcuato ad eum modum quem adſpicimus hodie in Italica rheda. in ea erant feneſtræ ad proſpectum, quæ velo ſeu linteo tegebantur, quod dimovere licebat, ſeu adducere pro voluntate vehentis. Sueton. Tib. X. *plagulas* vocat. J. Lipſ. Elect. I, 19. ubi vide plura. *Idem.* Ad eandem rem reſpicit Cicero Philipp. II. cap. 24. *Lictores laureati antecedebant, inter quos apertâ lecticâ mima portabatur, &c.* Verburg.

27. *Alteram uxorem.*] Lipſius lib. IV. Epiſtol. Quæſtion. cap. 11. emendavit, *alteram uxorem*, quomodo erat in Scidis. vulgò *alterâ uxorem*. Cleric.

28. *Septem præterea conjunctæ lecticæ amicarum, hæ ſunt amicorum.*] Non parum mihi ſuſpectus eſt hic locus. nam & in antiquiore noſtro codice vox illa *hæ* non legitur, & multa obſcuritas præterea verſatur, niſi vulgari & expoſito ſenſu contentus ſis, qui mihi parum ſatisfacit. *Victor.* *Conjunctæ lecticæ amicarum ſunt, an amicorum.*] Victorius, quid hic ſtatuere deberet, neſciens vulgatam lectionem retinuit *lecticæ amicarum. hæ ſunt amicorum*, licet ipſi parum ſatisfaciat. Junius Boſii lectionem ſequitur, præterquam quòd ante vocem, *ſunt*, ex duobus mſſ. Palatin. addit *ea* Cleric. *Sunt an amicorum.*] Quia Antonius exoletis pueris æque ac ſcortis utebatur, dubitat Cicero an ſeptem his lecticis veherentur amicæ, hoc eſt ἑταίραι (ſic enim Græci vocant meretrices) an vero amici, id eſt ἐρώμενοι, &, ut Theſſali loquebantur, ἀΐται. utrumque turpe, ſed hoc turpius. Ut autem Cicero hic amicos & amicas dixit, ſic apud Demetrium Phalereum Theopompus ἑταίρους, & ἑταίρας. ἐκαλοῦντο μὲν, inquit, ἑταῖροι, ἦσαν δὲ ἑταῖραι *Baſius.*

29. *Turpi leto.*] Quam in rebus noviſſimis etiamnum luxuriemur. Quint. Decl. IV. *Dum nos in bello quoque pacis vitia ſequuntur, & delicati ſumus etiam miſeri.* vel, per quàm ignavos & luxu perditos homines diripiatur & evertatur imperium populi R. *J. F. Gronov.*

 30. Ego

ſeu victus, ſeu victor redierit, [s] cædem facturus ſit.

s eadem *alii.*

[30] ego verò vel lintriculo, ſi navis non erit, eripiam me ex iſtorum parricidio. Sed plura ſcribam, cùm illum convenero. Juvenem noſtrum non poſſum non amare: ſed ab eo nos non amari planè intelligo. nihil ego vidi tam ἀνηθοποίητον, tam averſum à ſuis, tam neſcio quid cogitans. vim incredibilem moleſtiarum! ſed erit curæ, & eſt, ut regatur. mirum eſt enim ingenium. ἤθους ἐπιμελητέον.

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

OBSIGNATA jam epiſtola ſuperiore non placuit ei [t] dari, cui conſtitueram, quòd erat alienus. itaque eo die data non eſt. interim venit Philotimus, & mihi à te litteras reddidit: quibus quæ de fratre meo ſcribis, ſunt [v] ea quidem parum firma, ſed habent [x] nihil ὕπουλον, nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil, quod non, quò velis, uno ſermone poſſis perducere, ne multa; omnes ſuos, etiam quibus iraſcitur crebriùs, tamen caros habet, me quidem ſe ipſo cariorem. Quod de puero [31] aliter ad te ſcripſit & ad ma-

t dare *alii.*

v equidem *MSS.*

P. CLXV.

x tamen nihil *Lamb.*

30. *Ego verò vehiculo, ſi navis non erit, &c.*] Ego puto hunc locum perverſum. præter enim quàm quòd valde diverſam veterem lectionem repperi: quî poteſt hic uſus eſſe vehiculi, cum trans mare eundum eſſet? ſed aliis etiam de cauſis valde inſulſa hæc mihi videtur lectio. ſi quem tamen ea delectat, is ſuum judicium ſequatur, noſtrum ſpernat: antiqui codices ſic habent, *ego vero vellunt ridicula ſi navis non erit, &c.* Victor. *Ego verò vel lintriculo.*] Ita legit Lambinus, licèt *utriculo* non rejiciat, quod eruit lib. XVIII. cap. 10. Turnebus, & probat Junius. Tornæſianus, *vel lutridiculo.* vulgò, *ego vero vehiculo.* Cleric. *Ego vero vel utriculo, ſin.*] Hæc lectio proxime accedit ſcripturam veterum MSS. & probatur mihi. Nam quòd *utriculis* ſcribendum fuiſſe Lambinus ait, quam ſit neceſſe, non video. *Utriculus*, teſte Gloſſario, eſt ἀσκίον; Gentes autem plurimas, ut alveis e ligno, papyro, junco, ſic utribus ad navigationem fuiſſe uſas quis neſcit? Hinc enim *Aſcitæ* in Arabia Felice apud Ptolemæum, & alii in Æthiopica inſula fuerunt dicti, ut auctor eſt Plinius lib. VI. Natur. Hiſt. cap. 29. *Junius.*

31. *Aliter ad te.*] De Quincto filio non idem ad te ſcripſit, quod ad matrem, ſororem tuam: & recte: dolorem enim illi de-

matrem de filio, non reprehendo. 32 De itinere & de ſorore quæ ſcribis, moleſta ſunt, eoque magis, quòd ea tempora noſtra ſunt, ut ego his mederi non poſſim. nam certè mederer. ſed quibus in malis, & qua in deſperatione rerum ſimus, vides. Illa de ratione nummaria non ſunt ejusmodi (ſæpe enim audio ex ipſo) ut non cupiat tibi præſtare; & in eo y laborat. 33 ſed ſi mihi

y alii laboret.

dediſſet commemorandis filii vitiis. Obſervandum Latine dici *Aliter &*, *Aliter ut*, *Aliter ac*, *Aliter atque*. P. Manut.

32. *De itinere & de ſorore, qua ſcribis, moleſta ſunt.*] Antiqua lectio *de itine*. Nos, *de juvene* caſtigavimus, ſic enim ſæpe appellat Qu. Filium, ut cum inquit: *Vellem ſuſcepiſſes juvenem regendum*, & aliis multis locis: ut intelligat de ſimultatibus rixisque quibusdam inter eum & matrem Pomponiam, Attici ſororem: nam in matrem etiam parum pium hunc fuiſſe ex multis locis colligitur: ut lib. XIII. cum hæc ipſius verba recitaſſet: *Ita minus multum una erimus, nam ego iſtam domum videre non poſſum: qua de cauſa, ſcis.* Poſtea Cicero ſubdidit: *Hanc autem cauſam pater odium matris eſſe dicebat.* De hac re (niſi fallimur) non multo pòſt ſic loquitur: *De ſorore laudo: de Qu. puero datur opera, ſpero eſſe meliora. ſed hæc negotia obſcurè dicuntur, quia ille hæc domeſtica vulnera, quantum poterat, tegebat, ne in vulgus emanarent.* Victor. Δεῖ τιθήνης ἔτι. *De ſorore qua ſcribis.*] Conſentiunt Tornæſianus, Huraltinus & Cruſellinus, cum Victorianis mſſ. ſic enim hæc referunt, DE ITINE ET. unde Victorius primum poſuit *de juvene*, poſtea, mutatâ ſententiâ, *de itinere*. Boſius autem, utramque Victorii emendationem improbans, ratione ductus, ex veſtigiis veteris Decurtati, quæ hæc ſunt ΔΕΙ ΤΙΝΕ ΕΤΙ, conjecit Ciceronem ſcripſiſſe, δεῖ τιθήνης ἔτι. Quidam Lambini amicus ex depravata Tornæſiani ſcriptura *de itine*, legebat *de irine*, id eſt *pace*. Junius ait Boſium argutè quidem, ut multa alia, hic repoſuiſſe, δεῖ τιθήνης ἔτι; ſed ſibi religionem eſſe tam longè à vetere ſcriptura diſcedere. itaque legit, δεῖ τινὰ ἔτι: vulg. *de juvene & de ſorore qua ſcribis*. Cleric. Nimia audacia eſt conjecturas valde temerarias intrudere Tulliano contextui. Balliol. ſane & Helmſt. clarè *de itinere & ſorore*, quæ lectio minime repudianda eſt, cum ei conſtet ſententia minime ab hoc tempore & loco, quo iſta exarata eſt epiſtola, aliena, nec ea obſcura, ſed omnibus obvia & ab aliis declarata. vid. Manut. *Gravius.*

33. *Sed ſi mihi qua in hac mea fuga.*] Veteres codices, *ſed ſi mihi qua Axius in hac, &c.* emendavimus igitur: *Qu. Axius.* Nam infinitis locis ubi Q. eſſe debebat, *qua* invenimus: quod eo factum exiſtimo, quia librarii, cum primam litteram ejus nominis (quam ſolam veteres ponebant, cum *Quintus* ſignificare volebant) in exemplaribus inveniſſent, interpretari voluerint, utque accidere par erat imperitis hominibus, *qua* ſignificare crediderint, itaque ſcripſerint. qua alia cauſa hoc tam frequenter erratum accidere potuerit non video: omnino enim peccatum eſſe puto. De Q. hoc

mihi Q. Axius in hac mea fuga H-S. XIII. non reddit; quæ dedi ejus filio mutua, & utitur excuſatione temporis; ſi Lepta; ſi ceteri; ſoleo mirari, de neſcio [2] quis H-S. XX. 34 cùm audio ex illo ſe urgeri. vides enim profectò anguſtias. curari tamen ea tibi utique jubeto. an exiſtimas illum 35 in iſto genere lentulum, aut reſtrictum? nemo eſt minùs. De fratre ſatis. de ejus filio, indulſit illi quidem ſuus pater ſemper; ſed non facit indulgentia mendacem, aut avarum, aut non amantem ſuorum; ferocem fortaſſe [3] atque arrogantem & infeſtum facit. itaque habet hæc quoque, quæ naſcuntur ex indulgentia: ſed ea ſunt tolerabilia. quid enim dicam, 36 hac juventute? ea verò, quæ mihi quidem,

qui

2 queis *alii.*

3 & *alii.*

Axio quòd ſibi deberet, non multò pòſt agit: *Axius de* XII. *millibus pudens.* Victor.

34. *Cum audio exilio ſe urgeri.*] Quis non videat, qui diligenter attenderit, *ex illo* legi debere, ut ſint duæ orationis partes, non exilio? nam ſuprà etiam *ceteri*, ubi (ceteris) erat, caſtigavimus, ut ſit ſenſus: Si alii etiam quibus debent, ad tempus reſpondere non poſſunt, utunturque excuſatione temporis, ſoleo mirari cum audio ex illo ſe urgueri de neſcio queis H-S XX. &c. Omnino excuſat fratrem, quòd pecuniam, quam Attico debebat, non ſolveret. cum enim ſæpe ſecum queſtus eſſet frater de illo, quòd nulla publicæ difficultatis habita ratione nimis ſe urgueret, ſe hoc mirari dicit Cicero, non enim deeſſe Quinto voluntatem, eſſeque à quo ſolvat, ſed pecuniæ anguſtiis illum impediri. Hanc eandem rem tractat iterum hoc in libro his verbis: *De Qu. Fratre ſcito, eum non mediocriter laborare de uſura: ſed adhuc nihil ab Egnatio expreſſit.* Lib. autem VII. longius totam rem explicat, quo etiam loco fratrem accuratè defendit. *Idem.*

35. *In iſto genere lentulum.*] Pigrum ad ſolvendum, ut lentum negotium ep. 9. lib. I. vel talem, qualis eſt L. Lentulus Cos. qui multis debet & nemini ſolvit. Cæſ. & Patercul. alii *lentum.* Corrad. In ſolutione debiti Quintus frater non eſt tardus aut tergiverſans, ſed promptus & facilis; ideoque pecuniam quam tibi debet libenter præſtaret ac ſolveret, niſi anguſtiis nummorum impediretur: ſicut etiam alii debitores ad tempus reſpondere non poſſunt. *Lentus* hic ſignificat tardum & minime promptum ad diſſolvendum quod debet. Lucillius id genus debitorum tricones dixit Satyra XI. *Magnus trico fuit nummarius ſolvere nulli lentus*; id eſt, nulli omnino aut tardè ſolvebat. etſi Nonius & illum ſecuti Muretus & Turnebus lentum interpretantur facilem, manifeſto errore. *Popma.*

36. *Hac juventute.*] His moribus juventutis. *Hic* interdum hujus temporis. Liv. I, 55. *Horum magnificentia operum* & XXV, 40. *Hac luxuria.* Plaut. Trin. II, 4, 83. ubi Lipſius & Salmaſius errarunt.

Cara

qui illum amo, ſunt his ipſis malis, in quis ſumus, miſeriora, [37] non ſunt ab obſequio noſtro, [b] non; ſuas radices habent: quas tamen evellerem profectò, ſi liceret. [38] ſed ea tempora ſunt, ut omnia mihi ſint patienda. ego meum facilè teneo. nihil eſt enim eo tractabilius: [c] cujus quidem miſericordiâ languidiora adhuc conſilia cepi: &, [39] quo ille me certiorem vult eſſe, eo magis timeo; ne in eum exiſtam crudelior. Sed Antonius venit heri veſperi. jam fortaſſe ad me veniet, aut ne id quidem, quoniam ſcripſit, quid fieri vellet. ſed ſcies continuò quid actum ſit. Nos jam nihil, niſi oc-

b nam ſuas *MSS.*

c quoſus *Boſ. & alii.* quavis *MS.*

P. B.

Cara hac annona. Sen. ep. 7. *His moribus*, id eſt hujus temporis *J. F. Gronov.*

37. *Non ſunt ab obſequio noſtro, non; ſuas radices habent.*] Sunt enim vitia à natura profecta. epiſt. 6. Alii, *Nam ſuas radices habent.* ego, ſecutus Beſſarionis librum, repoſui, *Non.* & ſane ἔμφασις haud paullo major eſt, ſi legatur ſic; *Non ſunt ab obſequio noſtro., non; habent ſuas radices.* Qua figura & in oratione de Haruſpicum Reſponſis uſus eſt, cum in Clodium invehens, *Non ignavit*, inquit, *mihi crede, non. niſi forte tibi ignotum putas, quod te judices dimiſerunt excuſſum & exhauſtum, ſuo judicio abſolutum, omnium condemnatum.* Et in epiſtola Bruti: *Ut jam iſta, qua facit, non dominationem, non, ſed dominum Antonium timentis ſint.* Item Varro Rerum Ruſticarum lib. III. cap. 2. *Non tibi decoquit, non, ornithon.* Quem locum qui ſe corrigere crediderunt, depravarunt, ignoratione ſermonis non modo Latini, verum etiam Græci. ait enim Sophocles in Ajace: θεοῖς τέθνηκεν οὗτος οὐ κείνοισιν, οὔ. Vis eadém ſentitur in dictione, *Nihil:* ut in Agraria II. *Nihil ſibi appetit præcipue Pompejus, nihil.* P. Manut.

38. *Sed ea tempora ſunt.*] Plenior & integrior Boſio viſa eſt lectio Tornæſiani & Decurtati, quàm excuſorum, ideo ſic ex eorum fide edidit: *ſed ea tempora ſunt, ut omnia mihi ſint patienda.* Cleric.

39. *Me fortiorem vult eſſe.*] Hoc malo quàm *certiorem*, quod Boſius edidit. Fortiores enim audiebant, qui arma cum Pompejo ſumebant, & cedentem Italiâ ſequebantur, ep. 15. lib. IX. *moverent me ſi eſſent fortiores.* Fortis ergo ſim, navigando ad Pompejum; at crudelis in filium, qui facti mei poenas Cæſari victori forte dabit. *Popma.* Editio etiam Victorii *certiorem.* Sed Balliol. & Helmſt. adſentiunt vulgatis, quæ *fortiorem* recte præ ſe ferunt. ad abitum ſcilicet & iter ad Pompejum, Quo, inquit, ille me magis incitat ut ad Pompejanos contemtis omnibus periculis me conferam, tanto magis vereor. ne illum hoc abitu meo perdam. *Gravius.* *Quo ille me certiorem.*] Sane non ita legunt omnes libri veteres, ſed hi non utique optimi; & certe electius eſſe hoc doctiusque vocabulum, quàm ut ab ſcriba venire potuerit, concedet volens, qui conſideravit notata patri ad Livium x, 35. & quæ ibi citat. *Gronov.*

 40. Re-

occultè. De pueris quid agam? parvone navigio committam? quid mihi animi in navigando cenſes fore? 40 recordor enim, æſtate cùm illo Rhodiorum ἀφράκτῳ navigans, quàm fuerim ſollicitus. quid, 41 duro tempore anni, [d] actuariolo fore cenſes? rem undique miſeram! Trebatius erat mecum, vir planè & civis bonus. quæ ille monſtra, dii immortales! [e] etiamne Balbus in ſenatum venire cogitet? ſed ei ipſi cras ad te litteras dabo. 42 Vectenum mihi amicum, ut ſcribis, ita puto eſſe:

d actuaria *MSS.*

e ac etiamne *MSS.*

40. *Recordor enim.*] Inepti quidam interpolatores hunc locum corrupêre, cùm rectè in libris antea excuſis & in omnibus manuſcriptis legeretur, *recordor enim æſtate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ navigans, quam fuerim ſollicitus.* etenim, *navigans cum ἀφράκτῳ* dictum eſt Græcorum more, qui ſæpe addunt præpoſitionem σύν. Homerus lib. II. Iliadis, καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκλήϊσι καλεύσω. &, φεύγομεν σὺν νηυσὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν. Contra Thucydides abſque præpoſitione, δέκα ναυσὶν ἐς τὸν πόντον ἐσπεπλεύκει. & Cicero in Verrem, *navigare myoparonibus*, & alibi in his epiſtolis, *navigare claſſibus maximis.* Boſius.

41. *Duro tempore anni.*] Menſe Majo, tempeſtate nondum ad navigandum ſatis idonea, præſertim freto Siculo. *Corrad.*

42. *Vultejum mihi amicum, ut ſcribis, ita puto eſſe.*] Hæc ultima pars epiſtolæ valde corrupta erat & deminuta: eam nos reſtituiſſe nobis videmur, adjuti ab eiſdem codicibus: primoque pro *Vultejum*, *Vectenum*, fecimus autoritate priſcorum exemplariorum, ut ſit ille, de quo antea meminit & ad quem ſe ſtomachoſè ſcripſiſſe dicit, cum joco tamen familiari. Ubi autem θυμικώτερον erat, ἀποτόμως poſuimus: idque Græcum nomen in ſpatium, quod paulò infrà vacuum erat, transtulimus. Sed antequam ad alia veniamus, hæc explicemus. Cicero pecuniam debebat Vecteno: quam cum ille ſibi ſolvi vellet, litteris eum admonuerat, ut Ciceroni viſum eſt, nimis acerbè & aſperè. ægrè igitur tulit hoc Cicero, reſcripſitque ad eum cum ſtomacho, accuſavitque hominem, quòd ſecum de illo negotio tam inhumaniter egiſſet, permixtis tamen jocis quibuſdam, ut ſolebat. Operam dabat Atticus ut eos reconciliaret, & (ut conjectari poſſumus) leviter Ciceronem reprehenderat, quòd tam ſtomachoſè ad eum reſcripſiſſet. id ex alio loco colligimus, quo Cicero ſe purgans cum Attico dicit, *Reſcripſi ei ſtomachoſe, ſi vis*, quaſi diceret, mihi ſanè non viſus ſum, ſed quoniam tibi videor, fac me ſtomachoſè ſcripſiſſe, cum joco tamen inquit familiari. De hac re iterum nunc agit: narratque originem cauſamque inimicitiarum, *Eram*, inquit, *illi aliquantulum iratus, quòd ad me præciſe & duriter ſcripſerat de nummis curandis: quare ad eum reſcripſeram, accuſans eum de hac injuria mixtis expoſtulationibus jocis, ut non ille graviter & iniquo animo ferre hoc debuerit: quod tamen ſi aliter ac debuit acceperit, lenies.* Hanc eſſe ſententiam horum verborum puto.

Su-

eſſe: cum eo, quod [f] ἀποτόμως ad me ſcripſerat de nummis curandis, [g] θυμικώτερον 43 eram jocatus. id tu, ſi ille aliter acceperit ac debuit, lenies. 44 *Monetali* au-

f ἀποθόμως alii.
g θυμικ. in aliis deeſt.

Suſpicari autem licet Germanos conſimiles noſtris characteras in ſuo antiquo libro inveniſſe: nam vocem quandam reſtituerunt, quæ retinet quiddam ſimilitudinis cum noſtra: nam principium ejus & extremitas conveniunt, media diſſident. voluerunt omnino illi vocem, quæ aliquid certi ſignificaret, ponere, nec veram & ingenuam invenêre. Nullo magis proprio verbo ad id, quod volebat exprimendum uti poterat Cicero, quàm eo quo uſus eſt, quod & ex vi ipſius intelligitur, & exemplo Plutarchi in Craſſi vita manifeſtum eſt. nam cum tradat Craſſum amicorum anguſtias ſuis opibus ſæpe ſublevaſſe, pecuniaſque ſine fœnore illis commodaſſe, cum præteriiſſet tamen tempus quod ſumptum eſſet, ſolitum illum, inquit, eas repetere ἀποτόμως: quod moleſtius ſæpe nonnullis erat (cum tam ſubitò reddere cogerentur) quàm ſi uſurâ acceptâ commodius tempus exſpectaſſet. hæc ejus ſunt verba: Καὶ τοῖς φίλοις ἐδάνειζεν ἄνευ τόκων· ἀπῄτει δὲ ἀποτόμως τὸ χρόνου παρελθόντος εἰς ὃν ἐδάνειζε· καὶ τὸ προῖκα πολλῶν ἐγένετο τόκων ἐπαχθέστερον. eſt ἀποτόμως τραχέως, σκληρῶς. Demoſthenes in Erótico pro abſolutè & præciſè poſuit, cùm inquit: Τοῖς δὲ καλῶς φρονοῦσιν οὐκ ἐπακολουθητέον εἶναι τῇ τούτων ἀπονοίᾳ, μάλιστα μὲν ἐνθυμουμένοις ὅτι τῶν πραγμάτων οὔτε καλῶν οὔτε αἰσχρῶν ἀποτόμως ὄντων, ἀλλὰ παρὰ τοὺς χρωμένους τὸ πλεῖστον διαλλαττόντων, ἄλογον μιᾷ γνώμῃ περὶ ἀμφοτέρων χρῆσθαι. Secundum autem Græcum verbum & elegans eſt, & valde item huic loco accommodatum. Polybius Hiſt. lib. IV. Ὁ δὲ Ἄρατος σχετλιάζων καὶ παροξυνόμενος ἐπὶ τῇ τόλμῃ τῶν Αἰτωλῶν θυμικώτερον ἐχρῆτο τοῖς πράγμασιν, ἅτε καὶ προϋπαρχούσης αὐτοῖς ἀλλοτριότητος ἐκ τῶν ἐπάνω χρόνων. Et iterum eodem libro: Καὶ στρατηγὸς ᾑρέθη Δορίμαχος· ὃς παραυτίκα τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἀθροίσας μετὰ τῶν ὅπλων ἐνέβαλεν εἰς τοὺς ἄνω τόπους δὲ ἠπείρου καὶ τὴν χώραν ἐδῄου θυμικώτερον χρώμενος τῇ καταφορᾷ. Id eſt *iracundius*; nam θυμὸν iracundiam etiam Græcis ſignificare nemo eſt qui neſciat. *Victor.*

43. *Eram jocatus.*] Repoſuit Boſius ut erat in Scidis, *eram jocatus*; quidam enim libri mendoſè, *erat jocatus.* Victorius, *eram iratus.* in vulgatis utraque vox ſive, *jocatus*, ſive, *iratus* deeſt. *Cleric.*

44. *Monetali autem adſcripſi.*] Non ſolum ſic habent manuſcripti cuncti codices, ſed etiam major pars excuſorum, ut non poſſim non mirari imprudentiam quorundam, qui ex *monetali* duo verba fecerunt, & *moneo talia*, *&c.* ſcripſerunt: quàm ineptè & perverſè nihil attinet dicere: quæ tamen in cunctos recentiorum impreſſionum libros, ut bona & neceſſaria emendatio translata eſt: nos nihil mutandum à vetere ſcriptura cenſemus, ut ſit hoc in quo familiariter ſibi cum eo jocatus eſſe videbatur: de quo nunc ſe purgat, occaſionem ſibi illam hujus rei dediſſe, ſcribens, cùm antè ad ſe proconſulem ſcripſiſſet, quod cum Cicero, ut

autem adſcripſi, quòd ille ad me, *Proconſuli.* ſed quoniam 45 eſt homo & nos diligit, ipſe quoque à nobis diligatur. Vale.

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

QUIDNAM mihi futurum eſt? aut quis me non ſolùm infelicior, ſed [h] jam etiam turpior? nominatim

h jam turp. *MS.*

ut ſe derideret, ſcriptum ab eo eſſe interpretaretur, pariter titulo hoc illum repungere voluit. In Monetæ autem Junonis æde publicæ pecuniæ cudebantur. Cum igitur ille tam accuratè de nummis & re pecuniaria ageret, à moneta monetalem appellavit, ſive quòd alicui negotio præfectus eſſet quod ad monetam pertineret: hæ enim tam minutæ res certò ſciri nequeunt. planum tamen eſt hoc nomen parum honorificum eſſe, cum ut ipſi notam aliquam turpitudinis inureret, hoc illi exprobret. De Moneta lib. VIII. meminit: *Ad Philotimum ſcripſi de viatico: ſive à Moneta (nemo enim ſolvit) ſive ab Oppiis tuis contubernalibus.* Et in principio VII. Philippicæ: *Parvis de rebus, ſed fortaſſe neceſſariis, conſulimur p. c. de Appia via & de Moneta Conſules, de Lupercis Trib. pleb. referunt.* Suetonius etiam in Cæſare Dictat. *Præterea monetæ publiciſque vectigalibus peculiaris ſervos præpoſuit.* Necnon T. Livius lib. VI. *Ad eſta mortuo nota, publica una, quòd cum domus ejus fuiſſet ubi nunc ædes atque officina monetæ, latum ad populum eſt, ne quis patritius in arce, aut Capitolio habitaret.* Victor. *Adſcripſi.*] id eſt, litteris hoc fortaſſe modo. *M. T. Cicero Imp. Vectено Monetali S. D.* & hæc fuit joci materia. *Corrad.* Vectenus duriter & aſperè ad Ciceronem ſcripſerat de præſtanda ſolutione diverſorii, quod ipſius nomine emerat. Idcirco Cicero reſcripſit ſtomachoſius, expoſtulans cum eo de hac injuria, mixto tamen expoſtulationi joco familiari. ſic enim epiſtolam inſcripſit, *Vecteno monetali*, non argentario: quia ipſe adſcripſerat, *Ciceroni Proconſuli*, non, ut debebat, *Imperatori*. Erat ſcilicet Vectenus è numero argentariorum, quibus miniſtrabant coactores, qui pretia rerum venditarum ab emptoribus certa mercede perſequebantur. Cum ergo præciſe & importunè exigeret ſolutionem rei emptæ, Cicero per jocum adſcripſit Monetali, quaſi eſſet monetæ ſive nummorum coactor, & non faceret argentariam, ſed coactionem argentariam, ut dixit Suetonius in Veſpaſiano. *Popma.*

45. *Eſt homo.*] Humani a ſe nihil alienum putans. *Corrad.* Imo quia non eſt imprudens. Sup. lib. II. ep. 2. H'ρώδης *ſi homo eſſet, eum potius legeret, quam unam litteram ſcriberet.* hoc eſt, ſi ſaperet. Terent. Adelph.

Tu illum tuum, ſi eſſes homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet. Grævius.

46. Si

tim de me 46 ſibi imperatum dicit Antonius; nec me tamen ipſe adhuc viderat, ſed hoc Trebatio narravit. Quid agam nunc, cui nihil procedit caduntque ea, quæ diligentiſſimè ſunt cogitata, tæterrimè? ego enim Curionem nactus, omnia me conſecutum i putavi. is de me ad Hortenſium ſcripſerat. 47 Reginus erat totus noſter. huic nihil 48 ſuſpicabamur cum hoc mari negotii fore. quò me nunc vertam? undique cuſtodior. 49 ſed ſatis lacrimis. 50 παράπλουν πλουτέον igitur & occultè

i putabo *MSS.* putabam *alii.*

46. *Sibi imperatum.*] Codex Turnæſianus habet, *ſibi imperaturum:* unde doctus quidam conjecerat legendum, *impetraturum:* ego autem vel, *impetratum*, vel, *imperatum*, potius malim legi. *Lambin.*

47. *Reginus.*] Et hic infero mari præerat. liberam igitur Cicero ſuam navigationem putarat fore, cum neque Curio, neque Hortenſius, neque Reginus impedimento futuri eſſent. id contra cecidit. nam Antonius & ipſe ejus maris curam poſtea ſuſcepit, qui exitus ex Italia non dabat. *P. Manut.*

48. *Suſpicabamur cum hoc mare.*] Poggii liber & Lolgii, & præterea Romanus, *hoc mari*, Priſcianus quidem, vetuſtiſſimos ait, *Mare* & *Rete* dixiſſe; poſteriores, *Mari* & *Reti*. Soſipater quoque Inſtit. lib. primo: *Conſuetudinem ait contra regulam per I locutam fuiſſe: qua eſt, ut neutralia non factitia, quæ nominativo caſu E littera finiuntur, ablativo quoque eandem litteram ſervent.* Plautus Ciſtel.

Secundo vento vectus eſt, tranquillo mari.

Malaſp. Balliol. Helmſt. & P. Vict. *Suſpicabamur enim hoc mari.* Forte. *Suſpicabamur in hoc mari negotii fore.* Græv.

49. *Sed ſatis lacrymis.*] Ferè in cunctis excuſis poſt hæc verba ſpatium inane relictum erat. Germani παραθλειτέον ſcripſerunt, parum (niſi fallimur) ſincerè. Noſter antiquior codex, ſi diligenter animadvertas, priſcos characteras παραπλευτέον habet. quod conjungi debet cum ſequenti clauſula, ſatis nota voce & quadrante ſententia. Eſt etiam in Pandectis hoc verbum de judiciis. l. Hæreſ. §. *Si quis. Et quaſi à viatore emit, vel ab eo qui παρέπλει. Victor.*

50. Παραπλευτέον.] Juxta, & quaſi obliquè navigandum. al. παραθλειτέον, vel potius, παραθλευτέον, tolerandum, fortiter agendum: fortaſſe rectius, ne dictum ſit ὕστερον πρότερον, *navigandum & in onerariam corrependum.* Corrad. Victorius repoſuit παραπλευτέον, quàm rectè judicabunt lectores ex veterum codicum ſcriptura, quam ſubjiciam. Tornæſianus & Cruſellinus ſic habebant; ΠΑΡΑ ΟΤΛΕΙΤΕΟΝ. Decurtatus, ΠΑΡΟΓΑ ΟΤΛΙΤΕΟΝ Hæc ſane veteris lectionis veſtigia eò non ferunt, quò duxit Victorius. Sed & perſuaderi mihi non poteſt Ciceronem uſum hic eſſe Græco ullo verbo navigandi, cum mox ſubjecerit, *& occultè in aliquam onerariam corrependum*, niſi fateamur illum voluiſſe Græca interpretari Latinis verbis, quod non puto. quinimo

P. CLXVI. cultè in aliquam onerariam corrependum. non committendum, ut etiam [51] compacto prohibiti videamur Sicilia petenda: quam ſi erimus nacti, majora quædam conſequemur. ſit modò rectè in Hiſpaniis: quamquam de ipſa Sicilia utinam ſit verum! ſed adhuc nihil ſecundi. concurſus Siculorum ad Catonem dicitur factus; oraſſe, ut reſiſteret; omnia [k] pollicitos: [52] commotum illum, delectum habere cœpiſſe. non credo, ut eſt luculentus auctor, potuiſſe certè tenere illam provinciam ſcio. ab Hiſpaniis autem jam audietur. Hic nos C. Marcellum habemus, eadem [l] de re cogitantem, aut bene

k pollicitus *alii*.

l fere cog. *MS.*

mo aliud eſt occultè correpere in onerariam navim, aliud παραπλεῖν. Nos ergo cubilia germanæ lectionis his veſtigiis ſagacius odorati, eam permultos jam annos latitantem ex denſiſſimis latebris extruſimus in mediumque produximus, ut poſſent ſtudioſi omnes eam citra negotium conſequi. ea vero eſt hujusmodi, πάρωρα ὀτλητέον. πάρωρα hic dicuntur τὰ παρὰ καιρὸν (ſic enim πάρωρον Heſychius interpretatur) id eſt, tempora ad aliquid agendum, ob cœli intemperiem, parum idonea, quæ a Plinio appellantur *intempeſtates*. Eas Cicero cum vitare in navigatione ſuſcipienda decreviſſet, quod periculoſam eſſe ſciret cùm omnem navigationem, tum eam potiſſimum, quæ intempeſtivè fit, profectionem ſuam ad Pompejum in vernum tempus diſtulerat. ſed cum interim animadverteret ſe undique obſervari & cuſtodiri, mutata ſententia, ne forte exiſtimaretur de compacto prohibitus, in Italiaque retentus; ait ſe malle quaslibet cœli injurias navigando perferre, quam in Italia cum dedecore remanere. ὀτλητέον ergo eſt, μετὰ πόνου καὶ κακοπαθείας ὑπομενετέον. Incertus auctor apud Suidam,

Ἔνδικον ὀτλήσαντες ἀεὶ πόνον. ἐξ ὑμέων γὰρ
Φεῦ πυρὸς ἐς τόσσην ἤλθομεν ἐργασίην. *Boſius.*

51. *Compacto.*] In omnibus libris, *Cum pacto.* ego conjectura ſum adductus, ut emendarem, *Compacto*, hoc ſenſu, Occulto hinc cogito diſcedere, ne meam profectionem Cæſariani reſciſcant. nam id ſi accideret, ſuſpicari Pompejus poſſet, accidiſſe me volente, qui palam profectus eſſem, ut impedirer. non committendum igitur eſt, ut videar compacto prohibitus. *Compacto*, dixit, id eſt conſulto & dedita opera. qua voce Plautus ſæpe in hunc ſenſum uſus eſt. *P. Manut.*

52. *Commeatum illum delectumque habere cœpiſſe.*] Multò purgatior & melior eſt antiquorum librorum lectio, qui pro *commeatum* habent *commotum*: reliquaque, quemadmodum nos ſcripſimus, hoc ſenſu: ut Siculi ad Catonem concurrerint oraverintque, ut reſiſteret. Catonem autem commotum concurſu Siculorum (nec enim contemnenda erat tam præclara voluntas conſenſusque provinciæ) delectum habere cœpiſſe, id eſt milites ſcribere, quo præſidio inſulam tueretur. *Victor.*

bene ſimulantem: quamquam ipſum non videram, ſed ex familiariſſimo ejus audiebam. tu, quæſo, ſi quid habebis novi. ego, ſi quid moliti erimus ad te ſtatim ſcribam. 53 Quintum filium ſeveriùs adhibebo. utinam proficere [m] poſſim! tu tamen eas epiſtolas, quibus aſperiùs de eo ſcripſi, aliquando concerpito, ne quando quid emanet: ego item tuas. Servium exſpecto, nec ab eo 54 quidquam ὑγιές. ſcies, [n] quidquid erit. ſine dubio erraſſe nos confitendum eſt. at [o] ſemel? at una in re? immo omnia, quò diligentiùs cogitata, eò facta ſunt imprudentiùs.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ·

in reliquis modò ne ruamus. jubes enim [p] de profectione mea providere. quid provideam? ita patent omnia, quæ accidere poſſunt, ut ea ſi vitem, ſedendum ſit cum dedecore & dolore; ſi negligam, periculum eſt, ne in manus incidam [q] perditorum. ſed vide, quantis in miſeriis ſimus. optandum interdum videtur, ut aliquam accipiamus ab iſtis quamvis acerbam injuriam, ut tyranno in odio fuiſſe videamur. quòd ſi nobis [r] is curſus, quem ſperaram, pateret; effeciſſem aliquid profectò, ut tu optas & hortaris, dignum noſtrâ morâ. ſed mirificæ ſunt cuſtodiæ: 55 & quidem ille ipſe

[m] poſſem *alii.*
[n] quid erit *alii.*
[o] ſimul *MSS.*
[p] profectionem meam *alii.*
[q] proditorum *alii.*
[r] is *alii non habent.*
P. B.

53. *Quintum filium ſeverius adhibebo.*] Al. *Quintum fratrem*, ut verbum, *adhibebo*, requirit, niſi velis legere, *habebo*; ut ſit, quale illud Terent. *nunquam ſecus habui illam, ac ſi ex me nata eſſet.* Corrad. Balliol. & Helmſt. *Quintum fratrem.* Sed nec hoc Latine dicitur. Quid enim eſt *ſeverius adhibere.* Ciceroni *adhibere aliquem* eſt, uti conſilio alicujus, conſulere aliquem. Lib. XI. ad Fam. 7. *Cum adhibuiſſet domi meæ Lupus me, & Libonem, & Servium conſobrinum tuum, quæ mea fuerit ſententia, cognoſcere te ex Cn. Sejo arbitror.* Suet. Claud. 35. *Adhibitis principibus.* Sed quid eſt *ſeverius adhibere?* Manutius exponit ſevero vultu eum accipere, ſed quis *adhibere* pro accipere dixit? Mendoſum eſſe locum exiſtimo & ſic reſtituendum: *Quintum filium ſeverius cohibebo.* Plaut. Merc. Prol.

Non, ut ego, amori, neque deſidiæ in otio
Operam dediſſe, neque poteſtatem ſibi
Fuiſſe, adeo arcte cohibitum eſſe ſe a patre.

De filio autem Tullium loqui, non de fratre litteræ, quæ præceſſerunt, oſtendunt. *Grævius.*

54. *Quidquam ὑγιές.*] Exſpecto Ser. Sulpicium, nec tamen exſpecto quidquam ſani, id eſt, non puto eum, quod viro dignum ſit, eſſe facturum, neque mecum ex Italia exiturum. *P. Manut.*

55. *Et quidem ille ipſe Curio ſuſpectus.*] Verbum *ille*, recte abeſt à libro manuſcripto. *Urſin.*

56. De

ipſe Curio ſuſpectus. quare vi aut clam agendum eſt? ſ&, ſi vi, fortè t& cum tempeſtate: clam autem iſtis. in quo ſi quod σφάλμα, vides quàm turpe eſt. trahimur: nec fugiendum, ſi quid violentius. 56 De Cœlio ſæpe mecum agito; nec, ſi quid habuero tale, dimittam. Hiſpanias ſpero firmas eſſe. Maſſilienſium factum cùm ipſum per ſe luculentum eſt, tum mihi argumento eſt, rectè eſſe in Hiſpaniis. minus enim auderent, ſi aliter eſſet & ſcirent: 57 nam & juncti, & diligentes ſunt. 58 Odium autem rectè animadvertis ſignificatum thea-

s etſi vi *alii.*
t ne cum *alii.*

56. *De Cœlio.*] C. Cœlio Caldo Conſulari, qui, ut Syllæ tyrannidem impediret, olim in Italia bellum excitavit. & hæc quidem ſit conjectura, quam tamen ſperarem probare, niſi vererer, ne longus eſſem ep. 14, 15 & 16. h. l. *Corrad.*

57. *Nam & invicti, & diligentes ſunt.*] Locus parum certus in manuſcriptis libris: noſtri probatiores *victi* habent, quod proculdubio corruptum eſt. Germani *juncti* adnotarunt. invictos cur appellet, non video. Nam etiam ſi invicti rectè dici poſſent, quid hoc ſigni erat, quòd Hiſpaniæ ſe contra Cæſarem fortiter defenderent? Quòd autem *juncti* ſint Hiſpaniis, nec verum eſt, nec antiqui codices ita legunt. quærenda igitur accommodatior lectio & verior. Quod ſi conjecturâ hæc inveſtigare liceret, libentius *vicini* legerem quàm *juncti*. Hoc tamen loco Germanicam, etſi non valde probemus, lectionem accepimus. cum enim uno omnino modo ſcribendum foret, atque ipſi nihil certi haberemus, aliorum judicio plus quàm noſtro tribuere voluimus. *Victor.* *Nam & victi, & diligentes ſunt.*] Ita puto legendum ſenſu recto & aperto. Maſſilienſes, inquit, minus auderent Cæſarem urbe excludere ſi ſuperior in Hiſpaniis eſſet, & facile ſcirent hoc ipſum: alterum quia ſunt flexibiles & mobiles, ut ſi fortuna pro Cæſare ſtaret, ſtatim ſe ad eam flecterent & componerent: alterum quia ſunt homines navi & induſtrii qui in Hiſpaniis adſiduè negotiantur. *Popma.* *Nam & juncti & diligentes ſunt.*] Ita ſcribe. Id eſt, nec procul inde abſunt, & in omni re agenda attenti, minime diſſoluti. Juſt. XLIII, 4. MSS. *& victi, & diligentes.* Manutius mavult *vicini.* Boſius, *Vieti* molles. Voſſius, *nam & vieti, & τηλυγενεῖς ſunt.* J. F. Gronov. Balliol. *juncti & diligentes ſunt.* Juncti autem ſcilicet Hiſpaniis, hoc eſt, vicini. Hæc locutio cur quenquam potuerit offendere mirum eſt, cum ſit multorum uſu trita. Scirent, inquit, quia vicini ſunt Hiſpanis, & rerum ſuarum ſemper ſatagentes, ſi in Hiſpaniis recte non eſſet. *Grævius.*

58. *Odium autem recte animadvertis ſignificantium theatrum, &c.*] Auxilio meliorum exemplariorum ita emendavimus ut in noſtro libro ſcriptum vides: ut laudet acumen Attici, qui bene animadverterit odium eſſe ſignificatum theatro, id eſt homines, qui in theatro erant, ſigna quædam dediſſe quòd odio Cæſarem proſequerentur. percurrit enim difficultates quas habebat Cæſar. Sequenti

theatro. Legiones etiam has, quas in Italia aſſumpſit, alieniſſimas eſſe video. ſed tamen nihil inimicius, quàm ſibi ipſe. illud rectè times, ne ruat. ſi deſperarit, certè ruet. quo magis efficiendum aliquid eſt, fortuna velim [v] meliore, animo Cœliano. ſed [x] primum quidque; quod, qualecumque erit, continuò ſcies. Nos 59 juveni, [y] ut rogas, ſuppeditabimus & 60 Peloponneſum ipſam ſuſtinebimus. eſt enim indoles: 61 modo aliquod hoc ſit ἦθος κακίᾳ ἄδολον. quod ſi adhuc

[v] *alii* meliori *MS.* mediocri.
[x] primo *alii.*
[y] ut *deeſt in MSS.*

quenti autem etiam epiſtola de duabus legionibus alienatis loquitur: *Qui etiam de duabus legionibus luculentos autores eſſe dicebat.* Victor.

59. *Juveni,*] Quinto filio ſuggeremus quibus indiget, monita & ſtimulos ad virtutes & ad hanc duram ſcilicet provinciam afferemus, non modo quod Spartæ (ut proverbio dicitur) ſed non ipſi Peloponneſo ornandæ ſufficiat. quemadmodum Plautus: *Non modio neque trimodio, verum ipſo horreo.* J. F. Gronov.

60. *Peloponneſum ipſam.*] Qui difficilem provinciam ceperunt, eos, ut ſuſtineant quod ſuſceperunt, hortamur his verbis: *Spartam nactus es, hanc orna.* quod ii, quibus, ut Spartæ naſcerentur, contigiſſet, eniti vehementer deberent, ne tam nobili patria minus digni viderentur. ſed Cicero, qui regendum Quinctum filium ſuſceperat, non contentus, ſi Spartam diceret, Peloponneſum dixit, ut plus ſignificaret; quoniam pars eſt Sparta Peloponneſi. Suſtinebimus, inquit, quam ſuſcepimus, non Spartam, ſed Peloponneſum ipſam. *P. Manut.*

61. *Modo aliquid hoc ſit,*] Duobus his verſibus tria inania ſpatia aut relicta erant, aut laceris & perverſis dictionibus repleta. A nobis, ſi alterum Græcum verbum primæ partis corrigere potuiſſemus, præclarè (niſi fallimur) hic locus reſtitutus eſſet: quod tamen antiquis litteris formatis, quale in antiquis invenimus, omnibus expoſuimus, ut unuſquiſque in eo laboret, donec eo etiam membro hæc poſtrema epiſtolæ pars ſanetur. Magna autem contentio erat apud priſcos an virtus doctrinâ acquiri poſſet. Plutarchus ſcripſit commentarium hoc titulo, ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή. Eſt etiam Platonis dialogus in non legitimis, tamen ejus autoris numeratus, qui eandem diſputationem continet. Philoponus in commentariis in primum poſteriorum Analyticorum, argumentis concludere conatur, ὅτι διδακτὴ virtus eſt. Omnino de nulla re tam crebra mentio. Ipſe Cicero in Topicis his verbis hanc quæſtionem complexus eſt: *Ut cum quæritur, naturâ an doctrinâ poſſit effici virtus.* Horatius quoque ad hanc diſputationem alluſit, cum inquit in epiſtola ad Lollium: *Virtutem doctrina paret, natura ne donet.* Erat autem ſententia Stoicorum virtutem eſſe διδακτόν. quod Plutarchus ex Homero oſtendere vult illos hauſiſſe cum dixit: Ἔστι τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων δόγμα καὶ τὸ, διδακτὸν εἶναι τὴν ἀρετὴν ἔχουσαν μὲν ἀρχὴν τὴν εὐγένειαν ὃ καὶ Ὅμηρος φησί. τοὺς μὲν πατρὸς ὄκειν πεπνυμένα βάζεις. Alibi quoque quod Græ-

huc nullum eſt, eſſe tamen poteſt: aut ἀρετὴ non eſt διδακτὸν· quod mihi perſuaderi non poteſt.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

EPISTOLA tua gratiſſima fuit meæ Tulliæ & mehercule mihi. ſemper ſecum [62] aliquid afferunt tuæ litteræ. ſcribes igitur : ac , ſi quid ad ſpem [63] poteris , ne

ci ἦθος , indolem Latinè vertit Cicero. nam cum hæc Platonis verba ex Phædro interpretaretur, ἔτι δὲ ἤθει γεννικωτέρῳ κεχρᾶσθαι, ſic dixit in Oratore, *Praterea ad virtutem major indoles.* In libro autem de Univerſitate, *ſtatum* vertit, cum ex Timæo locum hunc exprimeret : Καὶ ὁ μὲν δὴ ταῦτα πάντα διατάξας ἔμενεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ κατὰ τρόπον ἤθει. *Atque is quidem , qui cuncta compoſuit , conſtanter in ſuo manebat ſtatu.* Victorius. Ἦθος διδαχὴ ἀλωτόν.] Ex veterum librorum ſcriptura , licet depravatiſſimâ, locum hunc emendavit Boſius. In Tornæſiano & Cruſellino erat , AKI AAΛOΛON , in Scidis , ΔAKIAΛOΛON conjecit διδαχὴ ἁλωτόν. Lambinus , olim antiquæ ſcripturæ veſtigia & Seb. Corradi conjecturam ſequutus, ἦθος ἀκιμώλιον , ediderat , ſed poſtea maluit legere ἀκίβδηλον , Adrianus Turnebus, ἀδόκιμον , Manutius ἄκιμον : Boſius referente Lambino ἀγχίμαλον. Junius ἦθος , ἀλλὰ μολῶν emendat , dicitque mſſ. Palat. habere ἀκίμολον , quod & ipſi probatur. vulg. ἦθος AKIMOΛON. *Cleric.* Sed ſi ipſe Boſius reviviſceret, negare non ſuſtineret, certe nequiret longe lenius ex vetuſta codicum ejus ſcriptura procedere *modo aliquod hoc ſit* HΘOΣ KAKIA AΔOΛON , ut ſeias , unde Syneſius dixerit ἦθος ἀδολώτατον. Itaque id recipere non dubitavi. *Gronov.*

62. *Aliqua mi afferunt.*] Boſii mſſ. *ſecum aliquam afferunt*; unde conjecit, *aliqua mi afferunt : mi* enim μονοσυλλαβῶς pro , *mihi* , ut ſæpe in his epiſtolis : vulg. *aliquid afferunt tua littera.* Cleric. Deſerui Boſium : quid enim coactius , quàm quum præcedat *mihi*, ſubnectere *mi?* quod quis credat ab Cicerone factum? Etiam priores video ſine diſtinctione continuare *& mehercule mihi ſemper ſecum aliquid &c.* Si Boſius audiendus foret , retinerem *aliquam* , ſubintelligens gratiam , quæ ſedet in adjectivo præcedente, vel ſpem ex ſequentibus. *Gronov.*

63. *Poteris me de miſeriis.*] Si hanc lectionem probas, Eripere, aut ſimile verbum intelligere neceſſe eſt. valde autem diverſa antiqua ſcriptura, non tamen adeo incolumis, ut perfecta inde ſententia elici poſſit : quæ tamen pars ejus integra eſt non diſplicet. nos receptâ lectione conſervatâ (quæ tamen mihi aliquantulum ſuſpecta eſt) quid in melioribus exemplaribus invenerimus, notum facere volumus. ſic enim in illo legitur , *poteris ne demiſeris* , ut hujuſcemodi ſententiam innuat. Si igitur aliquid ad ſpem

ne dimiſeris. 64 Tu Antonii leones pertimeſcas cave.

nihil.

ſpem poteris, ne dimiſeris. nec enim in vulgata lectione mihi ſatis probatur hic ſenſus. Scribes aliquid mihi ad ſpem: quod ſi diligenter feceris, poteris me de miſeriis eripere. nec enim ſpes ſola alicujus boni eventus ſatis eſt ad extrahendum aliquem ex miſeriis. Quare niſi veterem ſcripturam contemnis, & novâ mendoſiorem putas, ſuſpicandum eſt in antecedentibus dictionibus vitium eſſe: quod tamen ubi ſit non perſpicio. Sanè in iiſdem libris *aliquam* ſuperius, ubi in cunctis excuſis *aliquid* eſt, legitur: quod tamen depravatum putavimus, receptæque lectioni majorem fidem habuimus: nam & alibi ſic loquitur Cicero, ut in XI. lib. *Semper enim adferunt aliquid mihi tuæ litteræ.* Victor.

64. *Tu Antonii leones pertimeſcas cave.*] Quod audierat (aut viderat fortaſſe) Atticus M. Antonium curru rhedâve leonibus junctâ vehi ſolitum, valde timebat. Erat enim id ei argumentum feri & immitis animi. quare conſolatur eum Cicero, jubetque ponere timorem, ſignis quibusdam, iners Antonii ingenium voluptariumque declarans, & ab omni crudelitate conſilia ejus abeſſe docens. falſus eſt enim diu in Antonii moribus naturaque judicanda Cicero: cum etiam lib. XIIII. ſic de illo loquatur: *Odorare tamen Antonii διάθεσιν, quem quidem ego epularum magis arbitror rationem habere, quàm quicquam mali cogitare.* Superbiam hanc & arrogantiam ejus plures hiſtoriæ ſcriptores tradiderunt, quòd jugo ſcilicet primus leones ſubdiderit, ad currumque junxerit. Sed Plinius lib. VIII. cap. 16. egregie & luculenter hanc rem tractat. Quare orta mihi ſuſpicio eſt locum in II. Philippica mendoſum eſſe, cum inquit: *Sequebatur rheda cum lenonibus: comites nequiſſimi: rejecta mater amicam impuri filii tanquam nurum ſequebatur.* Pro *lenonibus* enim *leonibus* legendum exiſtimo plurimis conjecturis ductus: nec enim veriſimile eſt in tam longa oratione hoc non aliquando exprobraſſe illi Ciceronem, qui omnia ejus facta, quæ culpari poſſent, accuratè perſecutus eſt: & quia hoc in oculis omnium geſtum erat, ſatis ei fuit rem in memoriam eorum, qui audierant, reducere, nec opus fuit pluribus verbis exagitare: nequis miretur Ciceronem tam improbum facinus uno tantum verbo indicatum pertranſiſſe. Rhedæ autem ab animantibus trahebantur, ut intelligitur ex multis locis, uno in his epiſtolis lib. VI. cum inquit: *Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus eſſedis & rheda equis juncta.* Præterea quæ ſequuntur verba, *Comites nequiſſimi, lenones, aleatores*, & hujuſcemodi homines, complectuntur quos ſecum habebat: ut non debuerit lenones ſeparatim ponere, aut eodem caſu inferre oportuerit Comitibus nequiſſimis. Poſſemus & alia non leviora argumenta adferre, quæ noſtram opinionem confirmarent: verum ſperamus diligentem lectorem per ſe ea cogitaturum. *Idem.* *Antonii leones.*] De leonibus curru junctis ab Antonio, ſunt qui intelligendum putent ac nos quidem his aſſentientes aliquandiu idem putavimus: ſed poſteaquam, collatis temporibus, veritatem hiſtoriæ tamquam in trutina cœpi perpendere, aſſenſum ſuſtinui. junxit enim certe

Kkkkk 2 leones

nihil eſt illo homine jucundius. 65 attende πρᾶξιν πολι-
P.CLXVII. τικοῦ. 66 evocat litteris è municipiis denos : & IIIIvi-
ri

leones curru Antonius, ut Plutarchus & Plinius docent, ſed, ut iidem tradunt, poſtquam in Pharſalicis campis dimicatum eſt, at vero hanc epiſtolam nondum confecto Hiſpanienſi bello ſcriptam eſſe, id eſt multis menſibus ante Pharſalicum prœlium, tum ex ipſa, tum ex aliis epiſtolis ſupra infraque ſcriptis dilucidum eſt. Leones igitur explano, quibus Antonius delectaretur: quod animi feritatem indicaret. *P. Manut.* Antonius impenſè delectabatur leonibus, adeo ut poſt Pharſalicam Cæſaris victoriam jugo primus ſubderet, ad currumque & rhedam jungeret, ut referunt Plinius lib. VIII. cap. 16. Plutarchus in vita. Hoc autem Atticus putabat eſſe argumentum feri & crudelis animi, & ideo illum pertimeſcebat. Quem timorem Cicero jubet eum ponere, ſignis quibusdam docens, Antonium nihil præter voluptariam jucundamque vitam agitare: dormire ad horam tertiam: quod indignum viro rempublicam adminiſtranti. nam hora tertia ab exortu Solis, quæ nobis nona, impendebatur cauſſarum actionibus & aliis civilibus negotiis. Martialis lib. IV.

Prima ſalutantes atque altera continet hora,
Exercet raucos tertia cauſidicos. Popma.

Balliol. & Helmſt. *Tu Antonii leones pertimeſcas ne nihil.* Forte: *Tu Antonii leones ne pertimeſcas. Nihil, &c.* An melius: *Tu Antonii leones pertimeſcas? Næ nihil eſt illo homine jucundius.* Græv.

65. *Attende* ἀρχὴν πολιτικοῦ.] Nos ex noſtro antiquiore libro πρᾶξιν potius legimus: qua voce non ſemel in his epiſtolis utitur: & cujus ſignificatus melius mihi hujus loci ſententiæ quadrare videtur, quam ejus nominis quod delevimus. *Victor.*

66. *Evocavit è municipiis denos, & quatuorviri venerunt.*] Quos municipia facere ſolent ep. 2. lib. V. ep. 76. lib. XIII. Fam. & orat. pro Cluent. *Corrad.* Denosne ex omni numero decurionum, an Decemprimos, quorum mentio eſt in Roſciana, hæc: *Decretum ſit Decurionum, ut Decemprimi ſtatim proficiſcerentur ad Syllam.* Porro IIIIviri, ut IIviri, magiſtratus inveniuntur fuiſſe in municipiis: ſed utrum utrique in ſingulis, an vero in aliis IIviri, in aliis IIIIviri, certum non habeo. De his atque etiam aliis municipiorum magiſtratibus peritè a Carolo Sigonio in antiquo jure Italiæ diſputatur. *Malaſpin.* Vetus liber *& IIIIviros: venerunt*; quæ lectio placet, & ita olim ex ingenio correxiſſe Joannem Baptiſtam Sighicellum cognovi ex annotatione ad oram libri, cujus mihi copiam fecit ornatiſſimus juvenis Camillus Sighicellus; in quo pro *denos* vidi *decuriones*, olim emendatum ab eodem eruditiſſimo viro. in fine epiſtolæ ita in antiquioribus ſcriptum fuiſſe opinor, *ut jam celandus magis de noſtro conſilio, quam adhiben videretur*, pro *adhibendus.* poſtea mutatum fuiſſe, in *ad idem videretur.* Urſinus. Recte hunc locum Malaſpina interpretatur. Manutius nodum in ſcirpo quærit. Evocavit decem primos, ſed venerunt IIIIviri, evocavit totum ſenatum, venerunt ſoli conſules loco ſenatûs, quod ſæpe fit ſumtuum minuendorum aliorumque in-

ri venerunt [67] ad villam ejus manè. primùm [68] dormiit ad H. III. deinde, cùm eſſet nuntiatum, veniſſe Neapolitanos & Cumanos, (his enim eſt Cæſar iratus) poſtridie redire juſſit: lavari ſe velle, & [z] περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι. [69] hoc herè effecit. hodie autem in [70] Ænariam

z Π'ς κοιλ. alii.

incommodorum declinandorum cauſſâ, quæ ſi totus ſenatus omneſque abeſſent domo magiſtratus, facile poſſent oriri. Pro vulgata ſtant & libri Balliol. & Helmſt. De *Decemprimis* vide & quæ notat doctiſſimus Th. Reineſius in epiſt. 46. ad Rupertum. *Gravius.*

67. *Puella ejus, &c.*] Hic locus ineptè (niſi prorſus omni judicio orbatus ſum) antè legebatur: auxilio ego meliorum codicum *ad villam ejus*, caſtigavi. *Venire* autem *ad villam*, ſermo eſt ab eo uſurpatus. ut in penultima hujus libri epiſtola, *Cum ad villam veniſſem, &c.* Intelligo autem notis illis, Ad horam tertiam, non Ad horas tris: ut oſtendat inertiam Antonii, qui ad quartam diei partem ſomnum duceret. ſic enim antiqui horas diei numerabant. Ferè autem ſemper in antiquis libris, cum horam ſignificare volunt, *H.* inveni: quod cum nonnulli ſæpe non intelligerent, aut omiſerunt (ut in fine epiſtolæ cujusdam ad Tironem: ſic enim in priſcis illis exemplaribus, quæ apud me magnæ autoritatis ſunt, legitur, *Etiam atque etiam vale.* III. *Idus. h.* III.) aut depravarunt, ut lib. XIII. harum epiſtolarum: *Cum Balbo autem puto te aliquid feciſſe h. in capitolio, &c.* Excuſi autem antea pro *h.* ridiculè HS. habebant. *Victor.*

68. *Dormiit ad horam tertiam.*] Cenſeo ſcribendum, ut in vetuſtis invenitur, *ad H.* III. Cur negligatur enim antiqua ſcribendi ratio? Ita vero de hac littera Scaurus. *Ita & H. per ſe, cum Ha lege, & Hac die ſignificamus: & Horam tertiam, Heredesne.* Malaſp.

69. *Hoc heri effecit.*] In vetuſtis *Here* invenio. Nec auctor ſum ut ita legatur: libet tamen, quæ de hac ipſa voce litterarum memoriæ tradita ſunt adſcribere: cum juventuti ſunt futura non inutilia. & primum illud, prius in uſu Heri, quam Here fuiſſe, ne quis Here obſoletum exiſtimet. Nam Heri, ut vetuſtam vocem Grammatici notant. Soſipater *Heri* (inquit) *Terentius in Phormione:* Cicero quoque Tuſculanarum lib. I. *Et heri feci.* Terentii locus a Soſipatro præteritus, hic eſt. *Heri ad me venit.* Fabius quidem lib. primo. *Here nunc* (inquit) *E littera terminamus. At veterum comicorum adhuc libris invenio, Heri ad me venit.* Ubi Donatus, *Propter cognationem E & I litterarum, non dubitaverunt antiqui, & Here & Heri dicere: & Mane & Mani: & Veſpere & Veſperi*, de qua litterarum cognatione ita Fabius idem, eodem libro: *Et in Here, neque E, plane, neque I, auditur.* Et quanquam Heri a Cicerone Tuſculana II. dictum ſit, non tamen ex eo loco colligimus, ita ſemper Ciceronem eſſe locutum, ſed aliquando: cum unus ille locus notatus ſit: ut ſicubi apud eum *Here* inveniatur, non continuo mendoſum exiſtimari debeat. Nam certe libro ad hunc ipſum Atticum XV. epiſt. 2. *Here dederam ad* te

riam tranſire conſtituit. exulibus reditum pollicetur. Sed hæc omittamus, de nobis aliquid agamus. Ab Axio accepi litteras. De Tirone gratum. Vectenum diligo. Veſtorio reddidi. Servius pridie nonas Maji Minturnis manſiſſe dicitur, hodie [71] in Liternino manſurus apud C. Marcellum. cras igitur nos maturè videbit, mihique dabit argumentum ad te epiſtolæ. jam enim non reperio quid tibi ſcribam. Illud admiror, quòd Antonius ad me ne nuntium quidem, cùm præſertim me valde obſervarit. [72] videlicet (aut aliquid atro-

te litteras, in omnibus & ſcriptis & impreſſis legitur. *Malaſp.*

70. *Ænariam.*] Inſulam Campaniæ littoribus objacentem. vid. Plin. III, 6. & Iſaac. Voſſ. ad II. Pomp. Mel. c. 7. *Grav.*

71. *In Liternino.*] Liv. lib. XXXVIII. & Plin. lib. XVI. cap. 44. de Scipione al. *Linternio.* Pomp. Mel. lib. II. cap. 4. *Corrad.*

72. *Videlicet aliquid atrocius, &c.*] Nos totum hunc locum ad veterem ſcripturam reduximus: illud autem *videlicet* ita dictum puto, ut adfirmet id, de quo prius dubitaverat, Antonium ſcilicet parum certa fide ſecum agere. ut hæc ſententia ſit horum verborum, intellectis etiam illis quæ ipſe per ἀποσιώπησιν reticet: videlicet, *Antonius fallere me cogitat: ſignum enim eſt parum amici animi, quòd ad me ne nuntium quidem miſerit:* poſtea autem ſi hoc non eſt, ut de ejus fide & benevolentia timendum ſit, cum conſiderarit quid eſſe poſſit quod ad ſe non acceſſerit, interpretatur ob id accidere potuiſſe, quòd cum ipſi aliquid atrocius à Cæſare imperatum ſit, coràm ſibi negare voluerit. Miratur igitur Cicero tam ſubitam in Antonio mutationem: cum enim antea valde ipſum obſervaſſet, repentè omnia in illum officia deſeruit: quare judicat aut parum ſincero animo illum antea ſecum ſe geſſiſſe, aut pudore deterritum ad ipſum non acceſſiſſe, ne cogeretur ſibi coràm negare, quæ commodare nequibat. *Victor.* Helmſt. *videlicet aliquid atrocius de me impetratum eſt.* Balliol. *videlicet aliquid atrocius de me impetratum eſſe.* Hæc vera hujus loci ſcriptura eſt, quam corruperunt, qui ignorarunt priſcæ elegantiæ locutionem. *Videlicet* & *ſcilicet* ſæpe infinitivis junguntur. Cic. pro Cornel. *Videlicet homines fœneos in medium ad tentandum projectos.* Plaut. Stich.

Videlicet illum fuiſſe parcum ſenem.

Ibid.

Videlicet fuiſſe illum nequam adoleſcentem.

Lucret.

Eſſe videlicet in nobis primordia rerum.

Omnia quoque plana erunt, ſi ſic ſcribatur, ut in vetere codice ſcriptum eſt. Miror, inquit, nullum nuncium ad me mitti ab Antonio, qui me antea colebat. Sed jam mihi ſubolet hujus rei cauſſa. Nimirum illi imperatum eſt à Cæſare, ne me dimittat, ſed vi retineat. Mihi vero facultatem diſcedendi petituro non vult

atrocius de me imperatum eſt) coram negare mihi non vult. quod ego nec rogaturus eram: nec, ſi impetraſſem, crediturus. nos tamen aliquid excogitabimus. Tu, quæſo, ſi quid in Hiſpaniis: jam enim poterit audiri: & omnes [a] ita exſpectant, ut, ſi rectè [b] fuerit, nihil negotii futurum putent. ego autem nec, retentis his, confectam rem puto; neque, amiſſis, deſperatam. [c] Silium & Ocellam, & ceteros credo retardatos. 73 te quoque à [d] Curtio impediri video. 74 etſi, ut opinor, habes κέλητα ἄοκνον.

EPI-

a iſta MSS.
b fuerint MSS.
c Silvium MS.
d Curio aut Curione MSS.

vult coram negare propter amicitiam, quam ſemper præ ſe tulit. *Gravius.*

73. *Te quoque à Curio impediri video.*] Vetera exemplaria *a Curto*, quemadmodum etiam prius. Nos (à Curtio) caſtigavimus, ut intelligat eundem Poſthumum Curtium, de quo antè longius egimus. Omnino hoc nomen ſæpius *Curtus* eſt, quàm *Curtius* in manuſcriptis codicibus, ut adhuc magis in eam opinionem delabar, locum illum in IX. lib. ſic legi debere: *Hæc qui in mea villa non feram, Curtum in Curia potero ferre?* non diſſecta voce in duo monoſyllaba *cur tum*, ut in impreſſis ſcriptum eſt: de quo loco alibi etiam diximus. *Victor.*

74. *Etſi, ut opinor, habes.*] Hic inane ſpatium relictum erat. Germani ἐκ τῶν ἀγώνων repoſuerunt: alii ἐκ τῶν πλειόνων. nulla tamen mihi harum caſtigationum valde probatur. Fatemur quidem antiquos characteras non parum perverſos eſſe: ipſi accuratè antiquâ ſcripturâ conſideratâ ſcripſimus, *Scytha ονον. o vitam miſeram, &c.* ut alludat ad proverbium notum Σκύθης ὄνειον δαῖτα. vel Σκύθης ὄνον, nam ultima pars incolumis eſt in antiquis exemplaribus: etenim *onon o vitam, &c.* in illis planè legitur. in priore verbo potius aliqua perverſio eſt. Quod rectius nobis viſum eſt & antiquæ lectioni vicinius, id ſecuti ſumus. quod ſi cui noſtra hæc caſtigatio non ſatisfaciet, ſciat ne nos quidem illi penitus confidere: ea enim ſola certa putamus, quæ in antiquis monumentis integra invenimus. *Idem.* Κέλητα ἄοκνον.] Victorius teſtatur in codicibus excuſis hic inane ſpatium relictum fuiſſe, quod Germani, complere volentes, ediderunt, ἐκ τῶν ἀγώνων, alii, ἐκ τῶν πλειόνων: ſed cum neutra illarum lectionum placeret, repoſuit, *Scytha* ὄνον. licèt ei penitus non confidat. Lambinus olim legi putabat, εὔλατον νῦν, conjectura facta ex quorundam mſſ. veſtigiis, ἐυ τεονῦν, niſi quis malit legi, εὔλαον νῦν, poſtea ex codice Tornæſiano qui habet, EKITA ONON, probabilem putabat lectionem Victorii, *Scytha* ὄνον: ſed tandem probatâ Simeonis Boſii, ut ait, conjecturâ legendum arbitratus eſt, κέλητα ὄνον. quod falſum aſſerit Boſius dicitque ſe nunquam putaſſe legendum, κέλητα ὄνον, tantum abeſt ut ei dixerit aut ſcripſerit. aut igitur ſomniavit, aut, quod putat, aliter ipſius verba accepit quàm dixerat: Ei enim aliquando ſuam hoc de loco indicarat ſuſpicionem Boſius,

 pau-

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

[75] O Vitam miſeram! majusque malum, tam diu timere, quàm eſt illud ipſum, quod timetur! [76] Servius, ut antea ſcripſi, cùm veniſſet nonis Maji, poſtridie ad me venit. ne diutius te teneam, nullius
P. B. conſilii exitum invenimus. numquam vidi hominem perturbatiorem metu: neque hercule quidquam timebat, quod non eſſet timendum; [77] illum ſibi iratum, hunc non amicum; horribilem utriusque victoriam, cùm propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque difficultatem [e] pecuniarum, [78] quâ erui nuſquam, niſi ex privatorum bonis poſſet. atque hæc ita multis cum lacrimis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturnâ miſeriâ non exaruiſſe. mihi quidem etiam lippitudo hæc, propter quam non ipſe ad te ſcribo, ſine ulla lacrima eſt, ſed ſæpius odioſa eſt propter vigilias. quamobrem quidquid habes ad [f] conſolandum, collige, & illa ſcribe, non ex doctrina, neque ex libris:

e pecuniariam *alii*.

f conſulendum *MSS*.

paucisque demonſtrarat hîc reponendum videri, *κάλητα ὄκνον*: unde ille neſcio quem aſinum veredum commentus eſt. Ceterùm hanc conjecturam Decurtati lectio, quamquàm depravata, confirmat, ΚΛΗΤΑΟΚΝΟΝ. Huic etiam emendationi adſtipulatur Junius. *Cleric.*

75. *O vitam miſeram.*] Hinc initium epiſtolæ ducit Decurtatus, quem ſequutus eſt Boſius, Junio non repugnante. Totus autem hic ambitus [*O v. m. m. m. t. d. t. q. e. i. i. q. t.*] ſuperiori epiſtolæ in vulgatis editionibus annectitur. *Idem.*

76. *Servius ut antea.*] Hic initium fecit Manutius alterius epiſtolæ, quum prius hæc & ſuperior unam conſtituerent epiſtolam. *Idem.*

77. *Illum.*] Pompejum, iratum omnibus, qui remanſerant in Italia, Sulpicio magis, qui filium cum Cæſare Brundiſium miſerat. ep. 18. lib. IX. *P. Manut.*

78. *Quâ erui nuſquam.*] Libri vulgati, *quâ frui*, ineptè & contra Ciceronis ſententiam. nam difficultate pecuniaria cuivis licebat frui, etiam intactis civium bonis. ſed ea difficultate liberari neuter horum poterat, niſi ex civium bonis. Legendum ergo, *erui*, pro, *frui*. Boſius. Pater cenſebat Ciceronem ſcripſiſſe *qua erui*, ſcil. difficultas pecuniarum, vel *qua erui poſſent* ſcil. pecuniæ, ex norma conſtructionis & ſignificationis, quam illuſtrat lib. III. Obſervat. cap. 24. *Gronov.*

bris: nam id quidem domi eſt; ſed neſcio quo modo imbecillior eſt medicina quàm morbus: hæc potiùs [g]conquire, de Hiſpaniis, de Maſſilia: quæ quidem ſatis bella Servius affert: qui etiam de duabus legionibus luculentos auctores eſſe dicebat. hæc igitur ſi habebis, & talia. & quidem paucis diebus aliquid audiri neceſſe eſt. ſed redeo ad Servium. Diſtulimus omnino ſermonem in poſterum: ſed [h]tardus ad exeundum: multo [i]ſe in ſuo lectulo malle, quidquid [k]foret. odioſus ſcrupulus de filii militia Brundiſina. unum illud firmiſſimè aſſeverabat, ſi damnati reſtituerentur, in exilium ſe iturum. nos autem ad hæc, 79 & ipſum certò fore, &, quæ jam fiebant, non eſſe leviora; multaque colligebamus. verùm ea non animum ejus augebant, ſed timorem, ut jam [l]celandus magis de noſtro conſilio, [m]quàm ad idem videretur. quare in hoc non multùm eſt. Nos à te admoniti de Cœlio cogitabimus.

g conquerere MS.
h tardius alii.
i ſe deeſt in aliis.
k fore MSS.
l celandum alii.
m quem ad diem alii.

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

Pag. CLXVIII.

SERVIUS cùm eſſet apud me, Cephalio cum tuis litteris VI. id. venit: quæ nobis magnam ſpem attulerunt meliorum rerum de octo cohortibus (etenim hæ quoque, quæ in his locis ſunt, labare dicuntur.) eodem die Funiſulanus à te attulit litteras, in quibus erat confirmatius idem illud. ei de ſuo negotio reſpondi cumulatè cum omni tua gratia. adhuc non ſatisfaciebat: debet autem mihi multos nummos, nec habetur locuples. 80 nunc ait ſe daturum, cui expenſos tulerit:

79. *Et ipſum certo fore.*] Ut damnati reſtituerentur, ut multi poſtea ſunt reſtituti etiam ab Antonio. Phil. II. *Corrad.* Michaël Brutus recipit conjecturam Lambini, quam margini editionis ſuæ adjecit: *& id ipſum certò fore.* quam & nos reciperemus, ſi veteres libri eſſent auctores. Nam ſenſus omnino ſic legi poſtulat. *Gravius.* *Et ipſum certo fore*] Toties vocula *ipſe* apud elegantiores occurrit pleniore ſignificatu, ut vel ego vel id ſimul intelligatur, ut plane non audiam Lambini margines aliosve nunc contra MSS. fidem exhibentes *id ipſum.* Evenerunt talia & patri, ut notat ad Livium V, 43. & aliis locis. *Gronov.*

80. *Nunc ait ſe daturum, cui expenſas tulerit.*] Hunc locum ita edebat Decurtatus, *nunc ait ſe daturum cui expenſus tulerit. moram*

lerit: moram in tabellariis; ſi apud te eſſet, quâ ſatisfeciſſes, dares. quantum ſit, [81] Eros Philotimi tibi dicet. ſed ad majora redeamus. Quod optas, Cœlianum illud matureſcit. itaque torqueor, utrùm ventum ex-

in tabellariis. quibus e verbis id tantum mutavi, quod pro, *expenſus*, repoſui, *expenſos*. & poſt verbum *tulerit*, addidi τελείαν στιγμήν. Dare cui nummi expenſi ſint, hic ſignificat, edere tabulas, quibus pateat cui nummi ſoluti ſint. Funiſulanus multos nummos debebat Ciceroni. quos cum non ſolveret, dicebat ſe cuidam Ciceronis creditori, ad eum liberandum, illos numeraſſe: nec tamen dabat qua ſatisfeciſſet, id eſt, non oſtendebat qua parte, & cui, Ciceronis nomine, eos diſſolviſſet, ſed pollicebatur ſe daturum, id eſt, prolatis tabulis demonſtraturum, cui expenſos eos tuliſſet. moram autem ejus rei ſibi non eſſe adſcribendam, ſed tabellariorum aut inopiæ, aut cunctationi. *Boſius.* Varie hic locus legitur & interpungitur cum in editis tum ſcriptis codicibus, Balliol. & Helmſtad. MSS. & P. Victor. ed. *Nunc ait ſe daturum, cui ex P. ſuſtulerit moram tabellarius. ſi apud te eſſe quas ſatisfeciſſes, dares.* Manut. & M. Brut. edd. aliæque: *Nunc ait ſe daturum: cui expenſum tulerit morari: tabellariis, ſi apud te eſſet, quâ ſatisfeciſſes, dares.* Boſ. & Grut. edd. *Nunc ait ſe daturum cui expenſos tulerit: moram in tabellariis; ſi apud te eſſet, quâ ſatisfeciſſes, dares.* Editio Bononienſis vetus cum notis Baptiſtæ Pii: *Nunc ait ſe daturum: cum ex P. ſuſtulerit moram tabellarius: ſi apud ſe eſſent quas ſatisfeciſſet daret.* Scriptura, quam Manutii aliæque recentiores editiones præ ſe ferunt, omnino aliis præſtat, præſertim ſi ex Bononienſi recipiatur *ſatisfeciſſet.* Sic ergo videtur Cicero ſcripſiſſe: *Nunc ait ſe daturum: cui expenſum tulerit morari. tabellariis, ſi apud te eſſet, quum ſatisfeciſſet, dares.* Conciſe loquitur, paucis multa complexus, ut ſæpe in his epiſtolis. Ait ſe nunc ſoluturum. Sed qui ſibi debeat non ſolvere. Scripſiſſe tamen ut tibi is ſolvat: ſi ſolvit & jam illa pecunia penes te eſt, velim ut per tabellarios ad me illam cures. *Quum ſatisfeciſſet* ſcilicet tibi is, cui expenſum tulerat argentum, & qui nunc tricabatur: ſi tibi numeraſſet pecuniam. Ad eum enim litteras dederat Funiſulanus, ut Attico numeraret, quod ſibi debeat. Hinc ſubnectit *quantum ſit*, quod Funiſulano debeatur, *Eros Philotimi tibi dicet.* Grævius. Scribe, *Nunc ait ſe daturum: cui expenſum tulerit, morari: tabellariis, ſi apud te eſſet, quod ſatisfeciſſet, dares.* ſententia eſt; qui ſibi debeat, vel cui ipſe mutuum dederit, eum reliquari, & non ſolvere ad diem: ſed ei ſe in mandatis dediſſe, ut per abſentiam ſuam tibi numeraret: quod ſi feciſſet, abs te peterem, ut per tabellarios ad me mitteres. *Gronov.*

81. *Hæres Philotimi.*] Cum manuſcriptis libris *Eros* legimus: eſt autem ſervi nomen, cujus ſæpe mentio facta eſt, quique rationes pecuniæ adminiſtrabat. Putamus etiam in ſuperiore verſiculo mendum eſſe, ideoque nota illi, quæ maculam indicet, appoſita eſt: penitus autem locum, quemadmodum in antiquioribus libris invenimus, deſcripſimus. *Victor.*

82. Qui

exſpectem. vexillo opus eſt: convolabunt. Quod ſuades, ut palàm; prorſus aſſentior: itaque me profecturum puto. tuas tamen interim litteras exſpecto. Servii conſilio nihil expeditur. omnes captiones in omni ſententia occurrunt. unum C. Marcello cognovi [n] timidiorem; quem conſulem fuiſſe pœnitet. ὢ πολλῆς ἀγενείας! [82] qui etiam Antonium corfirmaſſe dicitur, ut me impediret; [o] quo ipſe, credo, honeſtiùs. Antonius autem VI. id. Capuam profectus eſt: ad me miſit, ſe, pudore deterritum, ad me non veniſſe, quòd [p] me ſibi ſuccenſere putaret. ibitur igitur, & ita quidem, ut cenſes; niſi cujus [83] gravioris perſonæ ſuſcipiendæ ſpes erit ante oblata. ſed vix erit tam citò. Allienus autem prætor putabat aliquem, ſi ego non, ex collegis ſuis. [q] quivis [r] licet, dummodo aliquis. De ſorore laudo. [s] De Quinto puero datur opera. ſpero eſſe meliora. De Quinto fratre [84] ſcito eum non mediocriter laborare de uſura: ſed adhuc nihil à L. Egnatio expreſſit. Axius de [t] XII. millibus pudens. [85] ſæpe enim adſcripſit, ut Gallio, quantum is vellet, darem. quod ſi non ſcripſiſſet, poſſemne aliter? & quidem ſæpe ſum pollicitus: ſed tantum voluit citò. [86] me verò adjuvarent

n tardiorem *MS.*
o *alii* quod.
p ſe ſibi *MS.*
q qui jus dicet *alii.* P. B.
r libet *MS.*
s deque puero *alii.*
t *alii* XIII. *non malè.*

82. *Qui etiam Antonium confirmaſſe dicitur, &c.*] Ante hunc locum verba quædam Græca ex melioribus libris, præcipuéque ex noſtro vetuſtiore reſtituimus: quæ & plana ſunt & huic loco valdè accommodata. Exclamat autem contra ipſum Servium, qui parum generoſè & ingenuè ſe gerebat, ut etiam eò deſcenderit, ut Antonium per ſe in eam ſententiam inclinatum confirmaret, ne ſe ſineret ex Italia diſcedere: ut ipſe honeſtius minoreque infamia remaneret, comite ſibi adjuncto Cicerone. *Victor.*

83. *Gravioris perſonæ.*] Legati ad Cæſarem & Pompejum de pace, de qua vix agetur priusquam ego diſceſſerim. deſiderabat nimirum iſta legatione fungi. *Popma.*

84. *Scito eum non mediocriter laborare de uſura.*] *De verſura* opinor legendum, pro *de uſura.* Urſin. Non improbarem ſi veteres libri ſuffragarentur. Eſt enim verſura ſæpe uſura: Tac. IV. Ann. 16. *Primo duodecim tabulis factum, ne quis unciario fœnore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletium agitaretur, dein rogatione tribunitia ad ſemuncias redacta, poſtremo vetita verſura.* Græv.

85. *Sæpe enim adſcripſit.*] Vetus liber, *ſæpe enim ad me ſcripſit.* Urſin.

86. *Me verò adjuvarent iis in anguſtiis ſeductos.*] In poſtrema hac voce mendum erat: nec etiam veteres codices ea parte ſatis purgari & integri: eam autem retinet lectionem, ut non manifeſto intelligatur quomodo legendum ſit. Eſſet enim obſcurus locus per

rent his in anguſtiis. ſed dii iſtos !! verùm aliàs. Te
quartana liberatum gaudeo, itemque Piliam. 87 Ego
dum panes & cetera in navem parantur, excurro i
v Veſtieno *MS.* Pompejanum. v Vecteno velim gratias; quòd x ſtudio
ſus. Si quemquam nactus fueris, qui perferat; littera
x ſtudioſus ſit *MSS.* des ante quàm y diſcedimus.

y diſcedamus *alii.*

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

COMMODUM ad te dederam litteras de pluribus re
bus, cùm ad me bene manè Dionyſius fuit: cui qui
lem ego non modò placabilem me præbuiſſem, ſed totun
·emiſiſſem, ſi adveniſſet qua mente tu ad me ſcripſeras
:rat enim ſic in tuis litteris, quas Arpini acceperam
.um venturum facturumque, quòd ego vellem. ego
volebam autem, vel cupiebam potiùs, eſſe eum nobiſ-
cum. quod quia planè, cùm in Formianum veniſſet
præciderat, aſperiùs ad te de eo ſcribere ſolebam. a
ille perpauca locutus, hanc ſummam habuit orationis
z ut ign. *alii.* z ut ſibi ignoſcerem; ſe rebus ſuis impeditum nobiscum
ire non poſſe. pauca reſpondi, magnum accepi dolo-
a deſperatam *MS.* rem. intellexi fortunam ab eo noſtram a deſpectam
eſſe. quid quæris? fortaſſe miraberis: in maximis ho-
rum temporum doloribus hunc mihi ſcito eſſe. velim
ut tibi amicus ſit. hoc cùm tibi opto, 88 opto ut bea-
tus

]

·er ſe ſua brevitate, etiam ſi non inquinatus & depravatus fo-
et: nunc addita ad eam, quam ſecum habent, obſcuritatem certa
ectionis ignoratione, omnia plena erroris & tenebrarum. Ipſi
lum aliquid certius meliorum librorum auxilio inveniatur, eam
ecuti ſumus lectionem quæ minus ab antiquis veſtigiis recedit
.d enim, aut ſi fortè alicui magis placeat, *ſed di iſtos*, ex priſc
ſcriptura elicitur, ut intellecto verbo aliquo, Deos illis adverſo
eſſe eum cupere intelligatur. *Victor.* Vulgara lectio eadem eſt qua
Beſſarionis mſſ. *Me verò adjuvarent his in anguſtiis. Sed tu iſtos*
quam tuentur Manutius & Corradus. *Cleric.*

87. *Ego, dum naves & cetera parantur.*] Melior (niſi fallor) anti-
qua lectio. Naves enim jam antè paraverat: nondum tamen
omnia, quæ ad navigandum neceſſaria erant, providerat: quæ
dum comparantur, ut fugæ ſuſpicionem minueret, ſe in Pompe-
janum excurrere velle nunciat. *Victor.*

88. *Opto ut beatus ſis.*] Beatus hic divitem & fortunatum ſignifi-
cat, ut ſæpe apud auctores Latinos. Dionyſius iis tantum ami-
cu

tus ſis. erit enim tamdiu. Conſilium noſtrum ſpero va- P. CLXIX.
cuum periculo fore. 89 nam & diſſimulabimus, &, ut opinor, 90 acerrimè adſervabimus. navigatio modò ſit, qualem opto. cetera, quæ quidem conſilio provideri poterunt, cavebuntur. tu, dum adſumus, non modò quæ ſcieris, audierisve, ſed etiam quæ futura providebis, ſcribas velim. Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit, &, ſi tenuiſſet, omnes boni ad eum ſe contuliſſent, Syracuſis profectus eſt ante diem VIII. kal. Maj. ut ad me Curio ſcripſit. utinam, quod ajunt, Cotta Sardiniam teneat! eſt enim rumor. ô, ſi id fuerit, turpem Catonem! Ego, ut minuerem ſuſpicionem profectionis aut cogitationis meæ, profectus ſum in Pompejanum a. d. IIII. id. ut ibi eſſem, dum, quæ

cus eſſe ſolebat, qui rebus ſecundis utebantur. ideo cum optabat Cicero ut is amicus eſſet Attico, ſimul id optabat, ut Atticus beatus eſſet. nam ille tam diu ei futurus erat amicus, quamdiu is beatus. *Boſius.* Cum opto ut Dionyſius tibi ſit amicus, ſimul id opto, ut ſis dives & fortunatus. Nam ille tantum his amicus eſſe ſolet qui fortuna ſecunda utuntur: Beatus apud autores Latinos interdum ſignificat felicem, ut εὐδαίμων apud Græcos. Catullus,

O quantum eſt hominum beatiorum.
Quid me latius eſt beatiusque: Popma.

89. *Nam & diſſimulabimus, &, ut opinor, acerrimè adſervabimus.*] Ita habere omnes mſſ. teſtatur Lambinus, qui tamen locum mendoſum ſuſpicatur, hancque affert conjecturam; *etſi, ut opinor, acerrimè aſſervabimur.* Boſii lectionem mſſ. Pall. conſentientibus retinet Junius. *Cleric.* Sed an non refert innoteſcere in Victorianis aliisque vetuſtioribus legi *diſſimulavimus?* Gronov.

90. *Acerrime obſervabimus.*] Noſtri, *Adſervabimus*, aut *Aſſervabimus.* quo verbo Cicero non ſemel uſus eſt. *Malaſp.* Omnes libri manuſcripti habent, *aſſervabimus.* quod cum hic locum videatur non habere, verendum eſt, ne locus ſit mendoſus. Quid ſi legamus, *acerrime aſſeverabimus?* id eſt, valde, ſeu vehementer aſſeverabimus, nos in Italia manſuros, neque ad Pompejum profecturos? Sed huic lectioni adverſantur illa verba, quæ antecedunt, ut opinor. Quid ſi, *non acerrima aſſervabimus.* At huic lectioni repugnant, quæ ſequuntur epiſt. viceſima, *atque majore impedimento, quàm cuſtodia, quibus aſſervor.* quid ſi, *& ſi, ut opinor, acerrime aſſervabimur?* Lambin. *Acerrime aſſervabimus.*] Nempe inſtitutum illum noſtrum diſſimulandi modum. Quare nihil muto, & conſenſioni MSS. facile acquieſco. *Junius. Acerrime adſervabimus.*] Sic habent omnes libri veteres, nec aliter legendum: Acerrime, inquit, obſervabimus ne quis reſciſcat profectionem meam, & ne impedire poſſit. *Adſervare* pro *Obſervare*, ut contra *Obducere* pro *adducere:* quia *Ad* & *ob* permutantur, auctore Feſto. *Popma.*

91. *Me*

quæ ad navigandum opus eſſent, pararentur. cùm ad villam veniſſem, [b] ventum eſt ad me: centuriones trium cohortium, quæ [c] Pompejis ſunt, 91 me velle poſtridie; (92 hæc mecum Ninnius noſter) velle eos mihi ſe & oppidum tradere. at ego [d] tibi poſtridie [e] à villa ante lucem, ut me omnino illi ne viderent. quid enim erat in tribus cohortibus? quid, ſi plures, quo apparatu? cogitavi eadem illa [f] Cœliana, quæ [g] legi in epiſtola tua; quam accepi, 93 ſimul & in Cumanum veni, eodem die: & ſimul fieri poterat, ut tentaremur. omnem igitur ſuſpicionem ſuſtuli. ſed cùm redeo, Hortenſius venerat, & ad Terentiam ſalutatum [h] diverterat; ſermone erat uſus honorifico erga me. tamen eum, ut puto, videbo. miſit enim puerum, ſe ad me venire. hoc quidem melius quàm collega noſter Antonius: cujus inter lictores lecticâ [i] mima portatur. Tu, quoniam quartanâ cares, 94 & nedum morbum removiſti ſed

b venerunt *MS.* & *alii.*
c Pompeji *alii.*
d inde *alii.*
e ad villam *MS.*
f Cæciliana *MSS.*
g leguntur ep. *MSS.*
h devert. *MS.*
i una *alii.*
P. B.

91. *Me velle poſtridie convenire.*] Quidam libri non habent verbum, *convenire:* quos ſi in eo probabimus, dicemus Ciceronem eſſe comice locutum, pro, velle eos mecum loqui. ſic Terent. *Te volo: te ipſum cupio: quis me vult?* ſed codex Turnæſianus habet verbum integrum. quare cenſeo retinendum. *Lambin.* In Tornæſiano eſt, *me velle poſtridie convenire.* Puto verbum, *convenire*, additum fuiſſe ex gloſſemate. nam in aliis libris manuſcriptis non comparebat. *Boſius.*

92. *Hæc mecum Minnius noſter.*] Veteres codices *Ninnius* habent: quæ vera eſt lectio. intelligit enim L. Ninnium Quadratum, quem collegam Clodii in tribunatu valde amicum habuit rerumque ſuarum defenſorem. ante de hoc plenius locutus ſum. *Victor.* Ep. 23. lib. III. al. *Minnius*, unde legi poſſit, *Minutius*, ut ſit L. Minutius Baſilius, Reginus vocatus ep. 13. h. l. *Corrad.*

93. *Simul in Cumanum veni.*] Veteres libri, *Simul & in Cumanum.* Dici autem *Simul &*, ut *ſimul ac*, *ſimul atque* & *ſimul ut*, eadem ratione videtur, qua *Aliter &*, *Aliter ac*, *Aliter atque*, & *Aliter ut*, dicitur. Et ſane etiam epiſtola quæ eſt 20. lib. II. ubi legitur in vulgatis, *Simul quid erit certi*, in manuſcriptis meis plane omnibus. *Simul & quid*, ſcriptum legitur. *Malaſp.* Liber manuſcriptus, *ſimul ut in Cumanum veni, eodem die.* Urſinus.

94. *Et ne dum morbum removiſti.*] Ipſi ut in manuſcriptis libris invenimus, *& novum morbum* legimus, ea ratione dicendi, quam multis locis ex antiquis libris Ciceronem uſurpaſſe cognovimus, & aliàs notavimus à Græcis maximè autoribus acceptam. *Victor.* *Et non modo morbum.*] Petrus Victorius legit *Et novum morbum.* ut novum morbum vocet & ægritudinem, non quartanam ipſam, quâ jam ſolutus erat: ſed quas, ſequenti epiſtola, novas tentationes appellat. Et tamen noſtri omnes *Et nedum*, pro eo quod eſt,

ſed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Græcia ſiſte; & litterarum aliquid interea.

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

PRID. idus Hortenſius ad me venit ſcriptâ epiſtolâ.
95 vellem cetera ejus. quàm in me incredibilem
ἐκτένειαν! quâ quidem cogito uti. deinde Serapion
cum epiſtolâ tuâ: quam priùs quàm aperuiſſem, dixi
[k] ei, te ad me de eo ſcripſiſſe antea, ut feceras. dein- k ei *deeſt in MS.*
de,

eſt, *Et non modo.* quæ mihi lectio, niſi Latinæ Linguæ uſus refragetur, valde placet. Negat enim Valla, *Nedum*, recte in priori membro poni, ſequente *Sed etiam*, aut *Verum etiam*, & quæ ſunt generis ejusdem, quale hoc eſt: *Nedum pro te laborem ſuſciperem, ſed etiam mortem.* Balbus tamen & Oppius ad Ciceronem harum epiſtolarum libro nono hoc ſervaſſe non videtur. Ita enim illi. *Nedum hominum humilium, ut nos ſumus, ſed etiam virorum ampliſſimorum conſilia, ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari ſolent.* Et tamen, ut verum fatear, non tam hoc movet me quam tot librorum conſenſio. Illud addam, ſane juventuti, cui in primis eſt conſulendum, non inutile: *Nedum* pro *Non modo*, non probatur: *Non modo*, pro *Nedum* rejici. Nam idem Cicero infra lib. XIV. *Cui facile perſuaſi* (inquit) *mihi, id quod rogaret, ne licere quidem, non modo non libere.* Et infra lib. VIII. *Omnia ſunt integra nobis. Nihil prætermiſſum eſt, quod non habeat ſapientem excuſationem, non modo probabilem.* Et in Verr. act. V. *Fuit in illis Navarchis Heraclienſis quidam Furius, homo, quam diu vixit domi ſua, non ſolum poſt mortem, totâ Siciliâ clarus & nobilis.* Malaſp. Perſpicue legitur in Tornæſiano & Decurtato, *nedum morbum*, ut in libris Malaſpinæ, cujus hic judicium ſequor. *Boſius. Et novum morbum removiſti.*] Sic veteres libri. ſi cui placet mutatio, legat potius, *Et non modo*, quàm, *Et nedum:* quod jam ante repoſitum eſt ex conjectura. nam, *Nedum* ſemper negat. quod probavimus exemplis in Commentario epiſt. Fam. *P. Manut.* Etiam Memmiani codices, non ſolum ii, quibus uſus eſt Malaſpina, habent, *& nedum morbum:* quos tamen non ſum ſecutus propter inſolentiam locutionis. notandus tamen locus. & teſtimonium tot librorum veterum non eſt contemnendum Turnæſ. tamen excipiendus, qui habet, *novum morbum.* quod fortaſſe depravatum eſt ex, *non modo*, cum ita ſcriptum eſſet, *non modo:* deinde ex hoc factum, *novo*, & hinc *novum:* & fortaſſe ex, *novum*, *nedum.* Lambin.

95. *Vellem cetera ejus. quam in me incredibilem* ἐκτένειαν!] Legit lib. IV. epiſt. II. Quæſt. Epiſtolicarum Lipſius, *bellè cetera: ejusque in me incr. &c.* Cleric.

96. *Et*

[l] ſcriptâ *MS.*

de, epiſtolâ [l] lectâ, cumulatiſſimè cetera: [96] & hercule hominem probo. nam & doctum & probum exiſtimo. quin etiam navi ejus me & ipſo convectore uſurum puto. Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodioſa, ſed tamen quæ impediat ſcriptionem meam. Valetudinem tuam [m] jam confirmatam eſſe & à vetere morbo & à novis tentationibus gaudeo. Ocellam vellem haberemus. videntur enim eſſe hæc paullò faciliora. nunc quidem [97] æquinoctium nos moratur, quod valde [98] perturbatum erat. [99] id ſi ἀκραὲς erit, utinam idem maneat Hortenſius! [1] ſiquidem adhuc erat: liberalius eſſe nihil poteſt. [2] De diplomate admiraris, quaſi neſcio cujus te flagitii [n] inſimularem. negas enim te reperire, quî [o] mihi id in mentem venerit. ego au-

[m] jam *deeſt, in aliis.*

[n] inſimularim *Brut. ed.*

[o] nihil in *MS.*

96. *Et hercule hominem probo. Nam & doctum & probum exiſtimo.*] Faërni liber, Lolgii, Romanus. *Et Hercule hominem bonum & doctum & probum exiſtimo.* Antonianus. *Et Hercule, hominem & doctum & probum exiſtimo.* Quod puto melius, propterea quod ταυτολογία in Bono & Probo ſit; & vulgata non prorſus ſatisfacit. *Malaſp.*

97. *Æquinoctium.*] Vernum, ut videtur, Columell. XV. 2. VIII. & IX. *Kalendarum Aprilium æquinoctium vernum tempeſtatem ſignificat*, & poſtea VIII. *Kalendas Octobres & VII. & VI. æquinoctium autumnale pluviam ſignificat*; ſed quomodo æquinoctium menſe Majo? quia Faſtos nondum emendaverat Cæſar. *J. F. Gronov.*

98. *Perturbatum.*] Macrobius lib. I. Sat. *Ante æquinoctium*, inquit, *vernum triſte cælum & nubibus obductum, mare navigantibus clauſum.* De autumnali autem Cæſar lib. IV. de Bel. Gal. *Propinqua*, inquit, *æquinoctii die, infirmis navibus hiemis navigationem ſubeundam, non exiſtimabat.* Inepte nonnulli pro æquinoctio M. Antonium interpretantur. *P. Manut.* Merito reprehendit Manutius Corradum, qui hic interpretatur æquinoctium Antonium. Nec Popmæ aſſentior. Verum hic intelligit æquinoctium, quod tum incidit in Majum propter turbatam anni rationem ante faſtorum emendationem a Julio Cæſare inſtitutam. Tum enim intercalandi licentiâ tempora non conveniebant ſuis menſibus. Suèton. Jul. *Grævius.*

99. *Id ſi ἀκραὲς erit, utinam &c.*] Scripſit, ἀκραὲς Boſ. emendatâ veteri ſcripturâ Decurtati, *acras*; vulg. *id ſcilicet cras erit utinam &c.* ſed omnino mendoſum. *Cleric.*

1. *Siquidem adhuc erat.*] Faërnus, *ſic quidem ut adhuc erat.* Sed vide num melius ſit, *Hortenſio ut quidem adhuc erat, nihil eſſe liberalius poteſt.* Urſin.

2. *De diplomate.*] Id eſt litteris commeatûs, quas a Cæſarianis ſumpſiſſe videbatur Atticus, ut ſibi ex Italia decedere liceret. Suet. Octav. 10. *J. F. Gronov.*

§. XVII.

autem, p quia ſcripſeras te proficiſci cogitare, (etenim p qui
audieram, nemini q aliter licere) eò te habere cenſebam, *Boſius.*
& quia r pueris diploma ſumpſeras. habes cauſam opi- q taliter *MSS.*
nionis meæ: & tamen velim ſcire, quid cogites, in r a pueris *MSS.*
s primiſque ſi quid etiam nunc novi eſt. 3 xvii. kal. Jun. s primis quaſi quid *MS.*

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

4 TULLIA mea peperit xiiii. kal. Jun. puerum ἑπταμηνιαῖον. 5 quod ἠυτόκησεν, t gaudebam. quod P. CLXX.
quidem eſt natum perimbecillum eſt. Me v mirificè t gaudeo *alii.*
tranquillitates adhuc tenuerunt, atque majore impedi- v mirificæ
mento fuerunt quàm cuſtodiæ, quibus aſſervor. nam *MSS.*
illa x Hortenſina omnia fuere infantia. ita fiet homo x Hortenſiana *alii.*
nequiſſimus. à Salvio liberto depravatus eſt. itaque
poſthac non ſcribam ad te, quid facturus ſim, ſed quid
fecerim. omnes enim Καρυκαῖοι videntur ſubauſcultare,
quæ loquor. Tu tamen, ſi quid de Hiſpaniis, ſive
quid aliud, perge quæſo ſcribere; y nec meas litteras y ne *ma-*
exſpectaris, niſi cùm, quò opto, pervenerimus, aut ſi *vult Grav.*
z quid ex curſu. Sed hoc quoque timidè ſcribo. 6 ita z quis *alii.*
omnia

3. xvii. *Kal. Jun.*] Hoc aperte mendoſum eſt. cum enim æquinoctii mentionem fecerit; ſatis conſtat, ſive de verno, ſive de autumnali accipias æquinoctio, (de verno tamen potius intelligendum) Majo menſi locum eſſe non poſſe. Ego puto initium eſſe ſequentis epiſtolæ, & legendum fortaſſe, xiiii. *Kal.* quod ſine cauſſa repetitum eſt poſt verbum, *Peperit.* idque credendum eo magis, quod pleræque hujus libri epiſtolæ adſcriptum diem non habent, & eſt mutatio minima. ſi v. dividas in ii. qua ipſa in nota peccatum ſæpe a librariis animadverti. *P. Manut.*

4. *Tullia mea peperit puerum, &c.*] Hic locus antea mancus erat: nonnulla enim deerant, quæ ex antiquiore noſtro libro repoſuimus: nec enim mentio erat diei, quo peperiſſet: quem addimus, & omnino totum locum elegantiorem & perfectiorem reddidimus. ἠντόκυσεν tamen perperam pro εὐτόκυσεν in noſtro ſcriptum eſt. quis enim neſcit diphthongum illam nullam auctionem temporis ſuſcipere? lætatur Tulliam facilè peperiſſe: quamvis plenum gaudium, imbecillitate ejus quod natum eſt, non fuerit. *Victor.*

5. *Quod ἠντόκησεν gaudebam.*] *Gaudeo* vetus liber. *Urſin.*

6. *Τὰ ὄνεια tarda adhuc & ſpiſſa.*] Has Græcas voces ita refert Tornæſianus, ITA ONIA, Decurtatus, TA ONIA, unde emendavit Boſius τὰ ὄνεια. vulg. *ita omnia adhuc tarda & ſpiſſa.* Cleric.

omnia adhuc tarda & ſpiſſa. Ut male poſuimus initia; ſic cetera [a] ſequuntur. 7 Formias nunc ſequimur, eâdem nos fortaſſe furiæ perſequentur. ex Balbi autem ſermone, quem tecum habuit, 8 non probamus de Melita. dubitas igitur, quin nos in hoſtium numero [b] habeat? ſcripſi equidem Balbo, te ad me de benivolentia ſcripſiſſe,

a ſequentur *alii.*

b habeant *MS.*

Boſius ex oratione bene conſtituta facit arenas ſolutas & ſiccas, quum vulgata juſtiſſime procedat & cauſam timidæ ſcriptionis efferat, quam ideo non movi. *Tὰ ὄντα* jam certe parata erant. *Gronov.*

7. *Furias nunc ſequimur.*] Locus adeo obſcurus, ut ab eo ita; ne ab alienis intelligeretur, de induſtria prolatum exiſtimem. ego *Formias*, ut in melioribus libris inveni, ſcripſi: quamvis hæc immutatio non aperiat ſententiam quæ tecta eſt. in re tam incerta cur non potius antiquæ ſcripturæ fidem habeam, quàm novæ & fortaſſe inquinatæ ab aliquo, qui omnino hinc vellet aliquam ſententiam eruere: & hanc ex ſequentibus verbis, ubi de furiis ſermo eſt, excogitaverit? Etſi in eiſdem libris numero potius unitatis, *eadem nos fortaſſe furia* legatur: verbum tamen, quod ſequitur, multitudinem præ ſe fert, & in prioribus verbis poſtulat, ut aut mendum aliquod inſit, aut ſeptimo & non primo caſu furia accipi debeat. nihil igitur adfirmo: omnia autem nota facere volui, qui eum, qui veræ lectionis reſtituendæ ſollicitus ſit, juvare poſſint. *Victor. Formias nunc ſequimur.*] Id eſt, iter noſtrum hoc tempore ſic inſtituimus, ut petamus Formias, inde quam primum ſoluturi. Itaque nihil muto. *Junius. Formias nunc.*] Hæc eſt veterum librorum fere omnium lectio, & meo quidem judicio recta ac proba; Formias, inquit, nunc petimus; inde quamprimum navigaturi: quò fortaſſe Cæſariani cuſtodes & corycæi quaſi furiæ nos perſequentur. Solviſſe autem Ciceronem Formiis cum in Græciam ad Pompejum proficiſceretur, indicat Cœlius lib. VIII. epiſt. ult. *Popma.* Recte Junius & Popma hunc locum vindicant & exponunt. Adſtipulantur quoque lectioni huic *Formias nunc ſequimur* Balliol. & Helmſt. Et eſt locutio elegans *ſequi loca* pro petere. Cic. III. ad Attic. 16. *Si ſpes erit, Epirum, ſin minus, Cyzicum, aut aliud quid ſequemur.* lib. IV. ad Fam. 2. *In quo reliqua videtur eſſe deliberatio, quod conſilium in diſceſſu, quæ loca ſequamur.* Virgil. I. Æn. *Italiam ſequimur fugientem & volvimur undis.* Flor. XI, 11. *Qui* (Gallogræci) *Brenno duce vaſtaverunt Græciam, mox orientem ſecuti in media Aſia parte ſederunt.* Ambroſ. lib. X. in Luc. cap. 22. *Hic ergo Apoſtolis mandatur ſequendus*, hoc eſt adeundus. De occurſu enim loquitur. *Gravius.* Ciceronis credidi eſſe vulgatum, & retinui vel monente patre ad Senecæ epiſtolam LXXVI. *Gronov.*

8. *Non probamus.*] Id eſt Cæſari. Quantum colligere poſſum ex ſermone Balbi, quem tecum habuiſſe illum ſcripſiſti, non ſatisfacit Cæſari, quòd ſignificavi me in Melita inſula expertem civilis belli moraturum. *J. F. Gronov.*

pſiſſe & de ſuſpicione. [c] egi gratias. de altero ei me [d] purga. [e] ecquem tu hominem infeliciorem? non loquor plura, ne te quoque excruciem. ipſe conficior, veniſſe tempus, cùm jam nec fortiter nec prudenter quidquam facere poſſim.

c de altero egi *alii.*
d purgavi *J. F. Gron.*
e eho quem *Jun.*

M. TULLII CICERONIS P. B.

EPISTOLARUM AD ATTICUM,

LIBER UNDECIMUS.

ARGUMENTUM.

Silentur menſes fere novem. Conſcendit enim, ut ad Pompejum navigaret, VII. *Id. Junii, Lentulo & Marcello Coſſ. ut ex epiſtola* VIII. *ad Terentiam cognoſci poteſt; & ex eo tempore ſcripta litteræ, ad menſem Februarium, præter primas libri hujus, nullæ inveniuntur. Nam cum Cæſar, a colloquio illo Ciceronis, quo de penultimâ epiſtolâ proximi libri agitur, Romam ſe contuliſſet: pecuniamque ex ſanctiore ærario, nequidquam repugnante L. Metello Tribuno pleb. abſtuliſſet: rebus nonnullis ad ſuum arbitrium conſtitutis, Italiâque Antonio traditâ & commendatâ, ipſe in Hiſpaniam contra Pompeji legatos exercitum duxit: quo tempore Cicero in Macedoniam* VII. *Id. Junii, ut diximus, transmiſit, unde priores quatuor epiſtolæ datæ ſunt: ſed C. Cæſare* II. *& Servilio Iſaurico Coſſ. ante pugnam Pharſalicam, partim ex caſtris Pompeji, partim Dyrrachio. Nam Cæſar, devictis legatis illis, Hiſpaniæque rebus compoſitis, Romam reverſus, Conſulque cum Iſaurico declaratus, exeunte anno, ut ait Dio, ut Plutarchus prid. Non. Jan. jam exercitum in Epirum deportaverat. Reliquæ autem epiſtolæ Brundiſio, quò jam acie devicto & fugato Pompejo, Cicero ſe contulerat, datæ ſunt, niſi fallor, menſe Octob. Nam ad Terentiam ſcribens, libro epiſtolarum ad ipſam, pridie Non. Novemb.* Quòd nos (*inquit*) in Italiam ſalvos veniſſe gaudes, &c. *ut ante eas, Brundiſio aliæ datæ fuerint. Fuit autem Brundiſii menſes minimum undecim: ab exitu, inquam, Octobris, ad* VI. *K. Octobris, anni ſequentis: ut recte ſubducenti menſes*

ſluxerint plus minus XXI. *quo toto tempore Caſar & cum Pompejo pugnavit, ipſumque in Ægyptum perſecutus eſt: & ibidem contra Ptolemaum bellum geſſit, in quo menſes novem conſumpſit, ut Appianus ait: & Romam rediens in itinere Pharnacem recipit. Qua vero data ſunt ex Kal. Jan. uſque K. Septemb. C. Caſare Dictatore* III. *& M. Antonio Mag. Eq. ſcripta ſunt. Nam; ut Dio ſcribit, populus Rom. audita cade Pompeji; Conſulatum abſenti Caſari in annos quinque, Dictaturam in annum, Tribunitiam poteſtatem in æternum mandavit. Qui dictaturam ſtatim iniit, quamvis anni exitu Calenum & Vatinium, eodem auctore, ſubrogaverit in ternos noviſſimos menſes. Data ante pugnam Pharſalicam res ferè domeſticas continent: qua poſt pugnam, querelam ſui conſilii, vel ut ipſe vocat, amentia & temeritatis, quod ſtatim ab ipſo conflictu, Pompejanorum cauſſâ nondum plane deſperatâ, & poſtea in Africa prope revireſcente, non exſpectato exitu, in Italiam venerit: cum neque id tutum, neque honorificum eſſet. Quadam inſunt etiam de remittendo nuntio uxori Terentia: de inopia Tullia: de ſcelere Dolabella, qui Tribunus pleb. leges pernicioſiſſimas de novis tabulis ferret, omniaque miſceret. quadam etiam de Q. Q. contra ſe ſcelerate loquentibus.* Malaſpina.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.

ACcepi à te ſignatum libellum, quem Anteros attulerat; ex quo nihil ſcire potui de noſtris domeſticis rebus: de quibus acerbiſſimè affligor, quòd, qui eas diſpenſavit, neque adeſt iſtic, neque ubi terrarum ſit ſcio. omnem autem ſpem habeo exiſtimationis privatarumque rerum in tua erga me mihi perſpectiſſima benivolentia: quam ſi his temporibus miſeris & extremis præſtiteris, hæc pericula, quæ mihi communia ſunt cum ceteris, fortiùs feram: idque ùt facias te obteſtor atque obſecro. ego [1] in ciſtophoro in Aſia habeo ad

1. *In Ciſtophoro.*] Nummo Aſiatico, ep. 6. lib. II. etſi nomen loci potius, quàm nummi, hic & orat. pro Dom. videri poteſt. *Corrad.* Cicero ex adminiſtratione provinciæ magnam pecuniæ ſummam collegerat redactam in ciſtophoro, nummo Aſiatico, ad ſeſtertiûm bis & vicies, ſivé duo & viginti millia nummûm. Eam pecuniam provincialem depoſitam apud publicanos in Aſia, volebat permutari in nummum Romanum, & mitti ad Atticum, ut eo debitum ipſius diſſolveret. Sed poſtea hoc conſilium mutavit, & ejus pecuniæ dimidiam fere partem ad Egnatium argentarium Romam transtulit, reliquam Pompejo mutuam dedit, ut conſtat ex ep. 3. & lib. V. ad Rufum. *Ciſtophorus* erat genus nummi

ad H-S bis & [a]vicies hujus pecuniæ permutatione fidem noſtram facilè tuebere: [2]quam quidem ego niſi expeditam [b]relinquere putaſſem, [3]credens ei, cui tu [4]ſcis jam pridem minimè credere, commoratus eſſem paulliſper, nec domeſticas res impeditas reliquiſſem: ob eamque cauſam ſeriùs ad te ſcribo, quòd ſerò intellexi, quid timendum eſſet. Te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum ſuſcipias; ut, ſi ii ſalvi erunt, quibuscum ſum, unà cum iis poſſim incolumis eſſe, ſalutemque meam benivolentiæ tuæ acceptam referre.

a viceſies *Grav.*
b relinquerem *MS.*

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S. P. CLXXI.

LITTERAS tuas accepi pridie nonas Febr. eoque ipſo die ex teſtamento crevi hereditatem. [5]ex multis

mi Aſiatici, ita fortaſſis dicti quod percuſſus eſſet forma virginis, Palladis miniſtræ, ferentis ciſtam, in qua erant repoſita deorum arcana ſacra, cujusmodi Canephoræ & Ciſtophoræ vocabantur. *Habere in Ciſtophoro*, ut *habere in nummis*, *in are*. *Permutatio pecuniæ* eſt cùm una ſpecies nummi pro alia datur, ut hic provincialis pro Romano: In Piſonem: *Permutationes ad exſtruendum Tuſculanum.* Pro Rabirio: *At permutata pecunia aliquando eſt.* Popma.

2. *Quam quidem.*] Fidem. *Corrad.* Fides expedita dicitur, cùm debitum aut promiſſum facile ad tempus ſolvitur ac præſtatur: contra anguſta, afflicta, labefactata, & Plautino verbo, ſubleſta. Cæſar lib. III. Bell. Civ. *Cum fides totâ Italiâ eſſet anguſtior.* Tacitus lib. XVII. *Multi afflicta fide in pace, at turbatis rebus alacres.* Popma.

3. *Credens ei.*] Philotimo liberto, cui rerum domeſticarum adminiſtrationem commiſerat, antequam ad Pompejum proficiſceretur: ſed is malè & negligenter adminiſtraverat, ita ut rationes non apparerent, quibus nominum ſolutio fieri poſſet. *Idem.*

4. *Scis.*] Non eſt hic, *Scis*, pro non ignoras, neque ad ſcientiam refertur, ſed ad cautionem. ſenſus eſt: Ego Philotimo credidi. tu cautior jampridem ei ſcis non credere. ut illud apud Terentium, *Sciſti uti foro.* P. Manut.

5. *Ex multiſſimis & miſerrimis curis.*] *Ex multis meis* auxilio meliorum codicum caſtigavimus: nam in noſtro antiquiore copula *&* non legitur: & Germani etiam ſic in ſuo illo vetuſto exemplari legiſſe videntur: ita enim & ipſi ſcribunt. Putamus autem hinc ortum eſſe, ut ex multis meis, *multiſſimis* ab imperitis librariis fieret, quia non uno tantum loco in priſcis exemplaribus pro meis *miis* ſcriptum invenimus: ut libro XIII. *Et ſis in tuis multo minus* di-

tis meis miſerrimis [6] curis eſt una [c] levata, ſi, ut ſcribis, iſta hereditas fidem & famam meam tueri poteſt, quam quidem te intelligo, etiam ſine hereditate, tuis opibus defenſurum fuiſſe. [7] De dote quod ſcribis, per omnes

c enata alii.

diligens quàm in meis. Et in Epiſtola ad Catonem: *Nihil poteſt eſſe laudabilius, quàm ea tua oratio, quæ eſt ad me perſcripta à meis neceſſariis.* Scimus autem eruditos viros & Ciceronis præcipuos imitatores hac voce uſos eſſe, cujus hoc unum tantum exemplum apud hunc optimum autorem arbitramur illos habuiſſe: quod ſi corruptum fuiſſe conſtabit, videant illi quomodo Latinitatem ſuam tueantur. eos tamen non facilè exiſtimare poſſumus in culpa eſſe. *Victor.* Si bene attendis, plane illo *meis* non eget oratio. Quum vero libri omnes habeant *multiſſimis*, inde fluere videtur *multis ſummis & miſerrimis.* Certe id epitheton & alibi ſic occurrit. *Gronov.*

6. *Curis eſt una enata.*] *Enecta* Ant. Auguſtinus legit pro *enata.* Quid ſi legas, *curis ſpes una enata?* in uno enim manuſcripto hujus ſcripturæ veſtigium aliquod apparet. *Urſin.*

7. *De dote.*] Tulliæ. atque hîc & inferius ſæpe Tulliam, non Terentiam ſignificari videre cæcus poterit ep. 9, 17. h. l. & ep. 11. lib. XIV. Fam. *domeſticas tricas* vocat ep. 6. lib. X. niſi fallor. *Corrad.* Soluto matrimonio Craſſipedis & Tulliæ, cum Dolabellæ Tullia nupſiſſet, Cicero valde æſtuabat in dote illi perſolvenda. non enim eam integram ipſi tempore nuptiarum numerarat, cum fortaſſe a Craſſipede nondum eam exegiſſet, exſpectandaque dies eſſet legibus præſtituta ad dotem repetendam, quæ aut pondere, aut numero, aut menſurâ conſtabat. hujuſmodi enim dos citius exigi non poterat quam annua, bima, trima die. itaque totidem penſionibus, hoc eſt, tribus ſe eam Dolabellæ ſoluturum promiſerat. ac primâ ſolutâ, cum adforet dies ſecundæ proximis Kalendis Quinctilibus, & interim Dolabella perditiſſimo nepotatu rem omnem familiarem abſumpſiſſet, incerto animo Cicero fluctuabat illine reliquum dotis numeraret, ad id Tulliæ, facto divortio, conſervaret. nam & Tulliæ cautum volebat, &, dirempto matrimonio, verebatur, ne incerto adhuc rerum exitu Dolabellæ animum, qui gratiâ plurimum valebat apud Cæſarem, a ſe abalienaret; interim ergo, dum certo conſtitueret quid facturus eſſet, cupiebat Tulliam ſuſtentari ſuis opibus & facultatibus Attici. Hunc locum, hactenus ab interpretibus male explicatum, in eam partem, in quam interpretati ſumus, accipi debere, hoc eſt, de ſolutione dotis Tulliæ intelligendum eſſe, declarat ipſe Cicero proximis duabus epiſtolis, quarum alterâ ita ſcribit: *De penſione altera, oro te, omni cura conſidera quid faciendum ſit, ut ſcripſi iis litteris, quas Pollex tulit.* alterâ hoc modo: *Quod ad Kalendas Quinctiles attinet, quid vellem, utrumque grave eſt, & tam gravi tempore periculum tantæ pecuniæ, &, dubio rerum exitu, iſta, quam ſcribis, abruptio.* Boſius. De ſolutione dotis Tulliæ, cujus prima penſio nondum plene ſoluta erat, altera debebatur proximis Kal. Quin-

omnes deos te obteſtor, ut totam rem ſuſcipias, & illam miſeram meâ culpâ & negligentiâ tueare meis opibus, ſi quæ ſunt; tuis, quibus tibi moleſtum non erit, facultatibus: cui quidem deeſſe omnia, quod ſcribis, obſecro te noli pati. in quos enim ſumptus abeunt fructus prædiorum? [8] jam illa H-S. LX. quæ ſcribis, nemo mihi umquam dixit ex dote eſſe detracta. numquam enim eſſem paſſus. ſed hæc minima eſt ex iis injuriis, quas accepi; de quibus ad te dolore & lacrimis ſcribere prohibeor. Ex ea pecunia, quæ fuit in Aſia, partem dimidiam ferè [d] exegi. tutiùs videbatur fore ibi, ubi eſt, quàm apud publicanos. Quod me hortaris, ut firmo ſim animo: vellem poſſes aliquid afferre, quamobrem id facere poſſem. ſed ſi ad ceteras miſerias acceſſit etiam id, quod mihi Chryſippus dixit parari, (tu nihil ſignificaſti) [9] de domo; quis me miſerior uno jam fuit? oro, obſecro, ignoſce: non poſſum plura ſcribere. quanto mærore urgear, profectò vides: [10] quod ſi mihi commune cum ceteris eſſet, qui videntur

d exegit *MSS.*

Quintilibus, ut conſtat ex hac & ſequent. duabus ep. Dos enim dabatur plerumque tribus penſionibus, & iiſdem, diſtracto matrimonio reddebatur. Alfenus tit. de Pact. Dotalibus: *Si pater pro filia dotem promiſit ut annua, trima, quadrima, quinto anno dos a ſe redderetur, & convenit ut eiſdem diebus, ſoluto matrimonio, redderetur.* Immo ſi dos aut numero, aut menſura, aut pondere continebatur, citius exigi non poterat quàm annua, bima, trima die, niſi pacto convento cautum eſſet ut præſens redderetur, auctore Ulpiano Inſtitut. tit. 6. *Popma.*

8. *Jam illa H-S.* LX.] Terentia ex prima dotis Tulliæ penſione H-S. LX. detraxerat, quæ Dolabella ſibi ſolvi cum ſecunda penſione poſtulabat. eam vero primæ penſionis imminutionem Cicero ægre ferebat. ideo infra epiſt. 24. de alia quadam detractione loquens, *Cum hoc*, inquit, *tam parvum de parva re detraxerit, perſpicis quid in maxima re fecerit.* Boſius. *Jam illa H-S.* LX] Seſtertia ſexaginta quæ ſcribis deeſſe ſolutioni primæ penſionis dotalis, & Dolabellam cum ſecunda penſione poſtulare, nemo mihi unquam dixit ex dote eſſe detracta. Illa vero detraxerat Terentia, quam hujus facinoris videtur inſimulare, infra ep. 16. & 24. *Popma.*

9. *De domo.*] Id parari dixerat Chryſippus, ut domo ſua Cicero, quam habebat in Palatio, privaretur. Propterea quod eſſet cum Pompejo. *P. Manut.*

10. *Quod ſi mihi commune cum ceteris eſſet.*] Hoc, inquit, per ſe mihi dolendum eſt, quod domo priver, ſed multo magis, quod ex omnibus Pompejanis hoc incommodo unus afficiar, quodque ſingularis ſit mea calamitas. nam, ſi commune mihi hoc eſſet cum

tur in eadem cauſa eſſe, minor mea culpa videretur, & eo tolerabilior eſſet. nunc nihil eſt, quod conſoletur; niſi [e] quid tu efficis, ſi modò etiam nunc effici poteſt; ut ne qua ſingulari afficiar calamitate & injuria. Tardius ad te remiſi tabellarium, quòd poteſtas mittendi non fuit. 11 A tuis & nummorum accepi H-S. [f] LXX. & veſtimentorum quod opus fuit. Quibus tibi videbitur velim des litteras meo nomine. noſti meos familiares. [g] ſignum requirent, aut manum: 12 dices iis, me propter cuſtodias ea vitaſſe.

e quod *alii*. P. B.

f *alii* XX. *aut* IXX.

g ſi ſign. *mavult* *Grev.*

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

QUID hîc agatur ſcire poteris ex eo, qui litteras attulit: quem diutius tenui, quia quotidie aliquid novi exſpectabamus: neque nunc mittendi tamen ulla cauſa fuit, præter eam, 13 de qua tibi reſcribi voluiſti. Quod ad kal. Quint. pertinet, [h] quid vellem; utrumque grave eſt, tam gravi tempore, periculum tantæ pecuniæ, &, dubio rerum exitu 14 iſta, quam ſcribis, abruptio.

h *alii* quod.

cum ceteris, qui in eadem cauſſa ſunt, minor mea culpa videretur, & eo tolerabilior eſſet. *P. Manut.*

11. *A tuis*] Procuratoribus Epiroticis ut a Villico, ep. 13. h. l. ſic *tuorum præſidio*, ep. 1. lib. III. & *tuis omnibus* ep. 13. lib. V. *Corrad.*

12. *Dices iis, me propter cuſtodias ea vitaſſe.*] Certe mirum eſt in ſolis codicibus Helmæſt. & Balliol. reperiri pro ſecunda voce *vel*, ut publicavit rite Cl. Grævius; & alios plane nihil varietatis annotaſſe. Inde præclaram periodum confici puto. *Signum requirent aut manum: dices vel me propter cuſtodias ea vitaſſe.* In primo membro omittitur particula *ſi*, ut frequentiſſime fieri amat. Poſterius intelligo, dices ſi non ob alias cauſas, utique noluiſſe addere propterea, ne obſervarent me illi, qui vias omnes obſident. Pater interrogatione priorem partem incitabat. *Gronov.* Balliol. & Helmſt. *Dices vel me propter cuſtodias ea vitaſſe.* ſane *iis* friget, & videtur eſſe a mala manu. Forte ſcripſit Cicero: *dices voluiſſe me propter cuſtodias ea vitare.* Ex *voluiſſe* prima ſyllaba deſcriptorum oſcitantiâ perit, inde natum *iis.* Græv.

13. *De qua tibi reſcribi voluiſti quod ad Kalend. Quinctil. pertinet.*] Ita hunc locum interpungebat Pantagathus. *Urſin.*

14. *Iſta quam ſcribis, abruptio.*] Locus (niſi fallor) mancus depravatusque. Quod autem alii ſcribunt, *iſta re, quam ſcribis, abrupta*: non eſt in manuſcriptis libris. quare novum puto ab illisque

ruptio. quare, ut alia, ſic hoc vel maximè tuæ fidi benivolentiæque permitto, & 15 illius conſilio & voluntati: cui miſeræ conſuluiſſem meliùs, ſi tecum olim coram potiùs quàm per litteras de ſalute noſtra fortunisque deliberaviſſem. Quod negas i præcipuum mihi ullum incommodum impendere; 16 etſi iſta res nihil ha-

i præcipitium m. u. in incommodis alii.

lisque excogitatum, ut deminutam lectionem ſupplerent. in antiquiore noſtro codice *abrupto* legitur: quod adhuc magis confundit, nedum locum inluſtret aut explicet. Nihil in tantis perverſionibus permutare tutum eſſe arbitratus ſum: quare omnium manuſcriptorum codicum ſcripturam cum multis etiam excuſis concordantem reſtitui, quamvis diminutam eſſe judicem. *Victor.* *Iſta, quam ſcribis, abruptio.*] Sic habet plane ſcriptum codex Turnæſ. ut eſt in vulgatis. quod idcirco adſcripſi, quòd Victorius non admonet, in ſuis codicibus eſſe ſcriptum *abrupto.* Per *abruptionem* ſignificat Cicero ſubitum a Terentia divortium & diſcidium, ſubitamque matrimonii ſolutionem, ut recte Manutius explicat. *Lambin.* Cicero non audebat auctor eſſe Tulliæ divortii faciendi cum Dolabella, quia dubium rerum exitum metuebat, hoc eſt, verebatur ne Cæſar victoriâ potiretur: itaque Dolabella divortio illo, tanquam gravi quadam injuria, laceſſitus, Cæſaris odium in ſe concitaret. nam Cæſar plurimum cupiebat Dolabellæ cauſſâ. *Boſius.*

15. *Illius conſilio & voluntati.*] *Illius*, Terentiæ, *conſilio & voluntati*, quia, ſi judicabit hoc tempore divortium eſſe faciendum, conſilium illius & voluntatem ſequar. Terentiæ autem Ciceronem de divortio permiſiſſe plane cognoſcitur ex epiſtola, quam ad eam ſcripſit his verbis: *Quod ſcripſi ad te proximis litteris de nuncio remittendo: qua ſit iſtius vis hoc tempore, & quæ concitatio multitudinis, ignoro. totum judicabis quale ſit, &, quid in miſerrimis rebus minime miſerum putabis, id facies.* P. Manut.

16. *Etſi iſta res nihil habet conſolationis.*] Alii, *non nihil habet*: ut ordo verborum videtur poſtulare: quanquam ſic etiam poteſt interpretari: etſi res iſta, quod ſcribis nullum mihi præcipuum incommodum impendere, tamen etiam multa ſunt præcipua. *Corrad.* Loci hujus, ſi ſic relinquatur, explicatio ita mihi obſcura & violenta ſolet videri, ut ſatius eſſe ducam de mendo dubitare, quam credere Ciceronem ita eſſe locutum. Nam & repugnat, aliquid valde expeti, quod proximis ſuperioribus litteris plane oſtenditur: & adeptum nihil conſolationis afferre: & hujusmodi particulæ *Tamen* ea natura eſt, ut & adverſetur, & ex priori cumulo aliquid detrahat. Nunc ſi totum negetur, cuinam aut adverſetur, aut aliquid omnino detrahat? Si hoc, quod quidam autumant, ſpectaſſet Cicero, non *Etſi* & *Tamen*, ſed *Non ſolum*, & *Sed etiam* adhibuiſſet, quemadmodum alibi his verbis. Qui quidem dolor meus non modo non minuitur, cum ſocium ſibi adjungit dolorem tuum, ſed etiam augetur. Quare cum iis ſum, qui *Non nihil* emendant, ut ſententia illa ſit; Eſſe quidem aliquid ad

k præcipitia *alii.* habet conſolationis, tamen etiam [k] præcipua multa ſunt, quæ tu profectò vides, [l] ut ſunt, & graviſſima eſſe, & me facillimè vitare potuiſſe: ea tamen erunt [m] minora, ſi, ut adhuc factum eſt, adminiſtratione [n] diligentiâque tuâ levabuntur. Pecunia apud Egnatium eſt. [17] ſit à me, ut eſt. neque enim hoc, quod agitur, videtur diuturnum eſſe poſſe; ut ſcire jam poſſim, quid maximè opus ſit: & ſi egeo rebus omnibus; quòd is quoque in anguſtiis eſt, quicum [o] ſumus; quoi magnam dedimus pecuniam mutuam, [p] opinantes nobis, conſtitutis rebus, eam rem etiam honori fore. Tu, ut antea feciſti, velim, ſi qui erunt, ad quos aliquid ſcribendum à me exiſtimes, ipſe conficias. Tuis ſalutem dic. Cura, ut valeas, in primis id, quod ſcribis, omnibus rebus cura & provide, ne quid ei deſit, de qua ſcis me miſerrimum eſſe. Idibus Jun. ex caſtris.

l ut ſunt *in aliis deeſt.*
m leviora *Lamb.*
n diligentia tua *MS.*
o fuimus *MS.*
P. CLXXII.
p opinantibus *aut* opinor *alii.*

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

ACcepi ab Iſidoro litteras, & poſtea datas binas, ex proximis cognovi prædia non veniſſe, videbis ergo,

ad conſolationem, nihil mali præter ceteros in publicis rebus timere: ſed non omni tamen dolore liberare, cum in re ſua privata non ſane pauca & præcipua ſint incommoda, quæ lætitiam illam perturbent & minorem faciant. Hæc mea eſt opinio, quam non peto repugnantibus probari. *Malaſp.* Legendum, libris omnibus invitis: *etſi iſta res non nihil habet conſolationis.* Nam recepta, *nihil habes conſolationis*, quamvis eadem ſit antiqua, ferri tamen non poteſt. Admonuimus autem lectorem, a nobis eſſe hoc obſervatum & item ab aliis, ſcriptores illos librarios conſueviſſe interdum negationis particulam prætermittere. *Lamb.*

17. *Sit à me, ut eſt.*] Ita omnes ferè & formis excuſi, & manuſcripti codices habent: quare ipſi quoque hanc eandem lectionem ſecuti ſumus: alii autem quomodo emendarint notum eſt. Nos ſi aliquid immutandum ſit (apud me) pro (à me) potius legeremus: qui modus dicendi apud Ciceronem frequens eſt: ut ſit ſenſus: Res meæ eodem ſtatu maneant: nondum enim perſpicere poſſum quid maximè opus ſit: ſciam autem, cum bellum tranſactum erit, ex cujus exitu quid mihi bonum ſit, rebusque meis utile judicare potero. & quod etiam magis mirum videatur, exponit ſe omnibus rebus egere: quare potius mutationem quàm ſtatum ſuis rebus optare debuerit. Cum tamen omnia incerta eſſent, citoque ſperaret poſſe elucere quid opus eſſet, in id tempus,

ergo, ut ſuſtentetur [q] per te. [18] de Fruſinati, ſi modò futuri ſumus, erit mihi res [r] opportuna. Meas litteras quòd requiris, impedior inopiâ rerum, quas nullas habeo litteris dignas; quippe cui nec, quæ accidunt; nec, quæ aguntur, ullo modo probentur. utinam coram tecum olim potiùs, quàm per [s] epiſtolas! [19] Hîc tua, ut poſſum,

q partim de Fr. *Vict.*
r optima *MS.*
s litteras *MS.* & *alii.*

pus vota ſua reſervat. Infrà autem, ubi *opinar*, antea legebatur, *opinantes* ſcripſimus, quod ex antiquiore noſtro accepimus. *Victor.* *Sit à me, ut eſt.*] Quamquam Attico & Terentiæ de divortio permittat, oſtendit tamen eam pecuniam ſe nolle ad Terentiam dotis nomine transferri, quam apud Egnatium trapezitam depoſuerat. & hoc dicit, veritus, ne Terentia, ſi ſtatuiſſet divortium eſſe faciendum, Attico concedente, eam pecuniam auferret: quâ privari tam duris temporibus Cicero nolebat. *P. Manut.*

18. *De Fruſinati.*] Fundum Fruſinatem Cicero vendiderat, hac lege, ut redimere poſſet. de ea redemptione quæſierat Atticus quid cogitaret, utrum eam aliquando fieri vellet, an prorſus abjeciſſet. reſpondet, redemptionem ſe probare, quoniam ille fundus ſibi futurus eſſet opportunus. redemptio tamen hoc tempore facta non eſt, ut patet ex ep. 14. *Idem.* *De Fruſinatis.*] Nimirum pecunia. Sic MSS. & eſt evidens ſententia. venditus enim fuerat Fruſinas, de quo redimendo laboratur poſtea ep. 13. *Junius* Hæc ſcriptura quoque eſt Ballioleuſis & Helmſtadienſ. codicis. *Partim* quoque præ ſe fert P. Vict. editio. Sed *Fruſinati* non eſt mutandum. Illud *s* ex vocula ſequente repetitum negligentiâ librariorum illi adhæſit. In Victorii editione ſic hic locus legitur & interpungitur: *Ut ſuſtentetur partim de Fruſinati: ſi modo fuerimus.* Sed a vulgatis non eſt recedendum, pro quibus ſtare videntur libri quos alii conſuluerunt, Manutius, Lambinus, Malaſpina. *Grævius.*

19. *Luctu ut poſſum.*] Ipſe ope antiquioris codicis, *hic tua* emendavi, in illo enim *luctua* legebatur. Quare facile fuit mendum in prima parte illius compactæ ex duabus dictionis animadvertere & tollere: ſententia autem nunc tam clara eſt & aperta, ut nulla egeat explicatione. *Victor.* *Hic tua, ut poſſum, tueor apud hos.*] *Tua*, quæ ad te pertinent. apud hos, inquit, te defendo. omnibus enim, qui Romæ remanſerant, infenſi erant Pompejani. itaque dicit epiſtola, quæ poſt ſequentem legitur: *Nunquam de te ipſo, niſi crudeliſſime, cogitatum eſt.* & infra eadem epiſtola: *De Fannio conſoler te? perniciosa loquebatur de manſione tua.* eodemque loco: *Omnes, qui in Italia remanſerant, hoſtium numero habebantur.* & ad Varronem, ep. 6. lib. IX. Fam. *Ego victoriam etiam illorum timebam, ad quos veneramus. crudeliter enim otioſis minabantur.* & Cæſar lib. I. de Bello Civ. *Pompejus diſcedens ab urbe in ſenatu dixerat, eodem ſe habiturum loco, qui Romæ remanſiſſent, & qui in caſtris Cæſaris fuiſſent* Dicit autem Cicero, *Ut poſſum:* ut oſtendat difficultatem defendendi. nam Atticum purgare, quod Romæ remanſiſſet, ægre apud iratos poterat. *P. Manut.* *Hic.*] In Epiro, ubi

ſum, tueor apud hos. [20] cetera Celer ipſe. fugi adhu[c] omne munus, eo magis, quòd ita nihil poterat agi, [ut] mihi & meis rebus aptum eſſet.. [21] Quid ſit geſtum no[-] vi quæris: ex Iſidoro ſcire poteris: reliqua non viden[-] tur eſſe difficiliora. Tu id velim, quod ſcis me maxi[-] mè velle, cures, ut ſcribis, ut facis. [22] Me conficit ſollicitudo, ex qua etiam ſumma infirmitas corporis: quâ levatâ, ero unà cum eo, qui negotium gerit, [t] eſt[-] que in ſpe magna. Brutus amicus in cauſa verſatur acri[-] ter. Hactenus fuit, quod cautè à me ſcribi [v] poſſet. Vale. [23] De penſione altera, oro te, omni cura con[-] ſidera

t eſt in *MS.*

v poteſt *MS.*

ubi tum erant caſtra Pompeji, laboro, ne qui militum aut ducum vexet aut diripiat res hominesque tuos. *J. F. Gronov.*

20. *Cetera Celer ipſe. fugi adhuc.*] Refert. *Celer* tuus ep. I. lib. x. & ep. 7. lib. XII. *Corrad.* Pantagathus ita hunc locum legebat, & multo quàm alii rectius: poſſet etiam ita corrigi, *hic tua ut poſſum tueor. apud hos, ceterum. ipſe fugi.* Urſinus. Hic Celer fortaſſis fuit libertus Attici, qui ipſius negotia in Græcia procurabat, nominatur ep. lib. x. & 8. lib. XII. *Popma.*

21. *Quid ſit geſtum.*] Videtur principium epiſtolæ, vel additio. *Corrad.* Factum eſſe prœlium ad Dyrrachium quo Pompejus ſuperior fuit. Unde tantum fiduciæ ac ſpiritus Pompejanis acceſſiſſe ſcribunt Cæſar & Appianus, ut non de ratione belli cogitarent, ſed viciſſe jam ſibi viderentur. immo Cicero quoque, qui in caſtris erat, ſe victoriam ſperaſſe oſtendit, cum inquit, *Reliqua non videntur eſſe difficiliora.* Popma.

22. *Me conficit ſolitudo.*] *Solicitudo* habent vetuſta exemplaria: quæ vera & ingenua eſt (ut opinor) lectio. Quod autem tradit ex mœrore ſe in morbum incidiſſe, ut in caſtris eſſe non potuerit, confirmatur id à Plutarcho, qui in ipſius vita docet illum in Pharſalica acie propter infirmitatem corporis non fuiſſe: ut exiſtimare poſſimus hanc epiſtolam non multo ante, quàm prælium factum ſit, ſcriptam. Quod autem Cn. Pompejum in magna ſpe fuiſſe dicit potiundæ victoriæ, traditum eſt eum ex felici illa pugna quam fecit, valde ſuis militibus confidere cœpiſſe, omnesque illarum partium duces rem prælio committere properaſſe, in tantam ſpem venerant: quod etiam paulo ſuprà hac in epiſtola Cicero quoque ſe ſperaſſe oſtendit, cum inquit, *Reliqua non videntur eſſe difficiliora.* Orationem autem aliter pupugimus. nam ante *Brutus amicus*, punctum conſtituendum cenſemus. intelligit autem M. Brutum, quem enixe Pompejanas partes foviſſe, in Pharſalicoque prælio contra Cæſarem pugnaſſe notiſſimum eſt. *Victor.*

23. *De penſione altera.*] Penſio dotis altera debebatur Dolabellæ Kal. Quintilib. quam ſolvi omnino volebat, ut indicat epiſt. 6. ad Terentiam: quæ ſcripta videtur non diu poſt hanc, cum ibi jubeat remitti Pollucem ſervum a pedibus, quem litteras tuliſſe hîc dicit. *Popma.*

24. *Iis*

ſidera quid faciendum ſit, ut ſcripſi [24] iis litteris, quas Pollex tulit.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S. P. D.

QUÆ me cauſæ moverint, quàm acerbæ, quàm graves, quàm novæ, coëgerintque impetu [x] magis quodam animi uti, quàm cogitatione, non poſſum ad te ſine maximo dolore ſcribere: fuerunt quidem tantæ, [25] ut id, quod vides, effecerint. itaque [y] nec quid ad te ſcribam de meis rebus, nec quid à te petam, reperio. rem & ſummam negotii vides. equidem ex tuis litteris intellexi, & iis, quas communiter cum aliis ſcripſiſti, & iis, quas tuo nomine, quod etiam meâ ſponte videbam, [26] te ſubdebilitatum novas rationes tuendi mei quærere. Quod ſcribis placere, ut propiùs accedam iterque per oppida noctu faciam; non ſanè video, quemadmodum id fieri poſſit. neque enim [27] ita apta habeo diverſoria, ut tota tempora diurna [z] in his

x coram magis animi *MSS.*

y ut quid *aut* ut aliquid *MSS.*

z in his *deeſt in MSS.*

24. *Iis litteris, quas Pollex tulit.*] Opinor, proximis ſuperioribus: in quibus de pecunia, quæ Terentiæ pro dote numeranda eſſet, mentio ſit. illud miror, quod in hoc divortio nullam unquam primæ penſionis mentionem inveniam: ut adducar, mundum & ornatum muliebrem pro penſione prima fuiſſe; unde Cicero, ſive Terentiam dimitteret, ſive retineret, neque damni quidquam, neque lucri poſſet accipere. itaque in epiſtola ultima hujus libri dicit ſe cæcum fuiſſe in penſione ſecunda, non in prima. ex quo apparet, in epiſtola antecedenti ſecundam penſionem ſignificari. *P. Manut.*

25. *Id quod vides.*] Me poſt Pompejum Pharſalicâ pugnâ fugatum in Italiam veniſſe, ſine permiſſu & venia Cæſaris, & Brundiſii apud Cæſarianos hærere: quod mihi neque tutum ſatis neque honorificum. ep. 6. & ad Terentiam. *Popma.*

26. *Te ſubdebilitatum novas.*] Vulg. *ſe ſubita re quaſi debilitatum novas &c.* Cleric.

27. *Ita apta habeo diverſoria.*] Dicit ſe non habere diverſoria propinqua & diſpoſita ſic, ut noctu iter faciens ſemper ante lucem poſſet intrare, & totum diem in iis conſumere, ne quis in via ipſum videret. Metuebat enim Cæſarianos, eo quòd poſt prælium Pharſalicum in Italiam venerat ſine permiſſu & venia Cæſaris victoris. Venit autem Brundiſium ante Nonas Novembris, ut colligitur ex epiſt. 12. ad uxorem. *Aptum* uſurpatur pro compoſito, juncto & connexo. De Finibus II. *Aptum ex tribus illis.*

his poſſim conſumere; neque ad id, quod quæris, multum intereſt, utrùm me homines in oppido videant, an in via. ſed tamen hoc ipſum, ſicut alia conſiderabo, quemadmodum commodiſſimè fieri poſſe videatur. ego propter incredibilem & animi & corporis moleſtiam conficere plures litteras non potui: iis [a] tantum reſcripſi, à quibus acceperam. tu velim & [b] Baſilo, & quibus præterea videbitur, etiam Servilio conſcribas; ut tibi videbitur, meo nomine. Quòd tanto intervallo 28 nihil omnino ad vos; profectò intelligis rem mihi deeſſe, de qua ſcribam, non voluntatem. Quod 29 de Vatinio quæris: neque illius, neque cujuſquam mihi præterea officium [c] deeſſet, ſi reperire poſſent, qua in re me juvarent. 30 Quintus averſiſſimo à me animo Patris fuit: eòdem [d] Corcyrâ filius venit. inde profectos eos unà cum ceteris arbitror.

a tamen *MS.*
b *alii* Baſilio.
c deeſt *alii.*
d Corcyram *MSS.*

EPISTOLA VI.

Pag. CLXXIII.

CICERO ATTICO S.

SOLLICITUM eſſe te cùm de tuis communibuſque fortunis, tum maximè 31 de me ac de dolore meo, ſen-

illis. De Natura Deorum III. *Omnia connexa & apta viderit.* Popma.

28. *Nihil omnino ad vos.*] Tornæſ. & Cruſellinus, *nihil omnino ad vos ſcriptis litteris.* ſed illud, *ſcriptis litteris* abeſt à Decurtato, & putat Boſius ex aliquo gloſſemate profectum eſſe. *Cleric.*

29. *De Vatinio.*] Scire vis, quo animo Vatinius in me ſit. hoc autem quæſierat Atticus, fortaſſe, quod vereretur, ne Vatinius, qui Ciceronem ante diligere viſus eſſet, Cæſare victore non eundem ſe præſtaret; ſed injuriæ potius, quàm beneficii a Cicerone accepti, memor eſſe vellet. nam primum eum Cicero oppugnarat, deinde defenderat. *P. Manut.*

30. *Qua averſiſſimo animo Patris fuit,*] Hic locus valde antea corrupte legebatur: omnis autem error ex eo ortus erat, quòd infinitis locis in antiquioribus etiam codicibus *qua* pro *Quintus* ſcriptum eſt: hoc autem alibi etiam teſtati ſumus. Patris autem ſecundum caſum non eſſe à recto *pater* quis non videat? ſed adverbialiter ſumptum locum ſignificare. Patræ enim urbs Achajæ, in qua Q. Cicero pater manſit, ut ex multis locis colligitur, eiſque maximè verbis quæ ex epiſtola cujuſdam ad ſe miſſa Cicero in epiſtola ſua includit, his inquam, Etſi ego (ut in malis) Patris ſum non invitus, eſſem libentius, ſi frater tuus ea de te loqueretur quæ ego audire vellem. Hoc autem cognito, & reſtitutis

ſentio: qui quidem dolor meus non modò non minuitur, cùm ſocium ſibi adjungit dolorem tuum, ſed etiam augetur. omnino pro tua prudentia ſentis, qua conſolatione levari maximè poſſim. probas enim meum conſilium, negasque mihi quidquam tali tempore potius [e] faciendum fuiſſe. addis etiam, (quod etſi mihi levius eſt quàm tuum judicium, tamen non eſt leve) ceteris quoque, id eſt, qui pondus habeant, factum noſtrum probari. id ſi ita putarem, leviùs dolerem. crede, inquis mihi. credo equidem: ſed ſcio, quàm cupias minui dolorem meum. Me diſceſſiſſe ab armis numquam pœnituit: tanta erat in illis crudelitas, [32] tanta cum barbaris gentibus conjunctio, ut non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata; ut jam omnium judicio conſtitutum eſſet, omnium [f] veſtrûm bona prædam eſſe illius victoriæ; veſtrûm planè dico: numquam enim de te ipſo, niſi crudeliſſimè, cogitatum [g] eſt. quare voluntatis [h] me meæ numquam pœnitebit: conſilii pœnitet. in oppido aliquo mallem reſediſſe, quoad arceſſerer. minus ſermonis ſubiiſſem: [33] minus accepiſſem doloris: ipſum hoc me non angeret. Brundiſii jacere in omnes partes eſt moleſtum. propiùs accedere, ut ſuades, quo modo ſine lictoribus, quos populus dedit, poſſum? qui mihi incolumi adimi non poſ-

e fugiendum MSS.

f noſtrûm MS.

g ſenſi MS.

h me deeſt in MS.

tutis ex manuſcriptis libris *a me*, quæ deſiderabantur, omnia perſpicua ſunt. *Victor.*

31. *De me ac de dolore meo.*] *De me*, propter periculum, in quo verſor, cum in eorum manu ſim, contra quos in bello fui: *de dolore meo*, quia vides me dolere, & angi, quod in Italiam venerim; cùm omnino aut in Africam ire cum ceteris Pompejanis, aut in opido aliquo a bellis vacuo reſidere melius eſſet. *P. Manut.*

32. *Tanta cum barbaris gentibus conjunctio.*] Proſcriptionis duas cauſſas ponit; unam, quòd Pompejani ſuâ ſponte crudeles erant; alteram, quòd barbaras gentes in exercitu habebant, quæ tantum de cæde & de præda cogitarent. barbaræ autem gentes in Pompeji caſtris erant, Cappadoces, Thraces, Dardani, Beſſi, & qui præterea initio lib. III. de Bello Civ. a Cæſare commemorantur, & ab Appiano lib. II. *Idem.*

33. *Minus accepiſſem doloris.*] Nam, ſi tuto in oppido reſediſſem, ut puta Rhodi, aut Mitylenis, dumtaxat reip. cauſſâ doluiſſem. nunc me præterea exiſtimationis & ſalutis meæ periculum ſollicitat: exiſtimationis, quòd reip. cauſſam prodidiſſe, aut certe neglexiſſe videri poſſum, qui unus omnium Pompejanorum huc me contulerim; ſalutis, quòd victoris in manu ſum. *Idem.*

34. Quos

poſſunt. 34 quos ego modo paulliſper 35 cum bacillis in turbam conjeci ad i oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret. 36 reliquo tempore me domo. Te nunc ad

i Oppium *Man.*

34. *Quos ego non pauliſper.*] Valde vereor ne locus hic corruptus ſit: cum tamen nihil certi occurreret, eandemque penitus in antiquioribus ſcripturam invenerim, nihil mutare auſus ſum: ſuſpicionem tantum meam notam facere volui. *Victor.* *Quos ego modo pauliſper.*] Victorii editio, *quos ego non pauliſper*, quem locum vitioſum eſſe exiſtimat. *Cleric.* Quum videam quemque in hoc loco ex lubitu verſatum, nequit mihi vitio verti, ſi in omnibus deſiderans attentionem lectionis antiquæ, meque ad eam firmiſſime alligans ediderim prout Ciceronem ſcripſiſſe credo. Nam quum omnes MSS. legant *non paull.* cur audent illi *modo* reponere? Optime autem ſequitur alia periodus, ſed, dum Tullius vult brevis eſſe, fit obſcurior: q. d. ſed toto deinde tempore illis me ſpoliavi, tenens me domo abditum. Vides ab MSS. me non nimis diſcedere. Pergit, *Te nunc ad Oppium & Antonium*, ſcil. delego, quod omnino poſtulant ſequentia, *explora cum iſtis.* Nec audax mutatio, ſi ex *quoniam* fiat *Antonium*, ſive notas conſideres, quæ in his vocibus poſſunt & ſolitæ fuerunt fieri, ſive explanatam ſcripturam: utique ſi conſideres ab aliis publicata ex MSS. ad verba x, 1. *M. Antonii.* Gronov.

34. *Cum bacillis.*] Cum faſcibus. nam ex bacillis & virgis conſtrictis faſces conſtabant, ſecuri inſerta, ut ejus acies extaret. *P. Manut.* *Cum bacillis.*] Id eſt, juſſi ſine ſecuribus (quas habebant magiſtratus extra urbem) tantum cum faſcibus, non ire ordine, ut lictores ſolent ante magiſtratus, ſed confuſe incedere, quaſi eſſent e turba occurrentium conſectantiumque, ne milites Cæſariani, qui in præſidio oppidi ſunt, in eos & me impetum facerent, utpote non agnoſcentes imperium cujusquam Pompejani. *J. F. Gronov.*

35. *Recipio tempore me domo, te nunc ad Oppium.*] Item Pantagathus ita corrigebat hunc locum: *Recepi (ô tempora!) me de Mario nunc ad Oppium.* Liber vetus, pro *domo*, habet *domum.* Urſinus. *Recipio tempore me δρομόθεν nunc ad Oppium Cornelium: iis &c.*] Hæc ferè ex conjectura Boſius: paululum tamen adjutus eſt corrupta hac Cruſellini ſcriptura, *dromo te:* Vulgò legitur, *me domo. te nunc ad Oppium, quoniam iis &c.* Pantagathus legebat, *recepi (ô tempora!) me de Mario nunc ad Oppium.* Liber vetus Urſini, pro *domo*, habet, *domum*, quod arripit Junius, & legit, *recipio tempori me domum. Te nunc ad Opp. &c.* Lambinus olim putabat ſic legi poſſe, *reſipio de domo. Te nunc ad Oppium.* ſed poſtquam vidit Joſephum Scaligerum totum hunc locum ſic ſcribere: *In turbam conjeci, ad oppidum accedens, ne quis impetus militum fieret: recipio tempore me. Tu nunc &c.* ſuſpicatus eſt hoc totum, *Recipio tempore me domum*, eſſe gloſſam, cetera autem ſic legenda, *Tu nunc ad Balbum & Oppium, quoniam iis placeret me propius accedere.* Manutius locum corruptum ex ingenio ſic reſtituere tentat: *Recipi, ô tempora! me domo & hunc? ad Oppium. quoniam iis placeret, modo ord-*

ad Oppium & Antonium: 37 iis placeret modò propiùs accedere, ut hac de re conſiderarent: credo fore auctores (ſic enim 38 recipiunt) Cæſari non modò de conſervanda, ſed etiam de augenda mea dignitate curæ fore: meque hortantur, ut magno animo ſim; ut omnia ſumma ſperem: ea ſpondent, confirmant, [k] quæ qui- P. B.

[k] quæ & quid MS.

propius accedere, ut hac de re conſiderarent. Cleric. *Te nunc ad Oppium.*] Et hanc lectionem retinendam cenſeo, ut dicat, Te nunc ad Oppium & Cornelium Balbum velim accedere & rogare, ut quando ipſis placeret me ſtatim propius ad urbem venire, conſiderarent expenderentque rationem acceſſus mei: an eosdem lictores retinere, vel dimittere, an Cæſaris juſſum exſpectare debeam. credo ſuaſuros ut accedam & dignitatem retineam. epiſt. 7. *Popma.* Nec hic probanda Boſii temeritas, qui conjecturam inculcavit ſatis inficetam & audacem. Nam ex *dromo te*, quod in unico libro legebatur, fecit δρομόθεν, ex *quoniam* ſine ullo codice *Cornelium.* Sic quodlibet ex quolibet poteſt fieri. M. Brutus recepit conjecturam Manutii, invito ſane Manutio, qui nolebat hanc ſuam conjecturam in Tulliano contextu legi, ſed in ſuis annotationibus. Præſtat retinere lectionem omnium antiquorum codicum & editionum quamvis corruptam, quàm ſomnia hominum quantumvis doctorum & ingenioſorum pro Ciceronianis verbis venditare. Ex veſtigiis tamen veterum librorum patet Ciceronem ſcripſiſſe: *Recipio tempore me domum. Te nunc ad Oppium; & cum his placeret me propius accedere, ut hac de re conſiderarem.* Non diu in publico verſor cum lictoribus, ſed quantum poſſum tempeſtive me domum recipio. Te nunc velim Oppium adire, & quidnam ſuaderet explorare, & cum ei aliisque Cæſaris amicis & ſatellitibus videretur e re mea eſſe ut propius accederem, ut hanc rem accuratius expenderem conſultum ne ſit, nec ne. Pervelim tamen Oppii ſententiam de iſto negotio cognoſcere. Sic hunc locum reſtitui ope MSS. *domum* recepi ex Fulviano libro. Reliqua ex veſtigiis Balliol. & Helmſtad. in quibus ſic ſcribitur: *Recipio tempore me domo te nunc ad oppidum & q̄m his placeret modo propius accedere, ut de hac re conſiderarem.* Horum lectionem repoſui, niſi quod ex q̄m reſcripſerim *cum*, & pro *Oppidum*, quod jam editiones omnes habent, *Oppium.* Mallem tamen pro *modo* ſcribi *me.* ſed non audeo ſine libris quicquam immutare. *Grævius.*

37. *Iis placeret.*] Subintelligendum *ſi.* Propert. *Illa velit, poterit &c.* id eſt ab his ſi poſſes impetrare, cuperem hinc movere & propius accedere, nosque duos alicubi congredi, ut deliberaremus unà, quid mihi faciendum ſit. *J. F. Gronov.*

38. *Recipiunt.*] Oppius & Balbus, ut Cæſaris amici ep. 8. l. IX. *Corrad.* Mox placet ſcriptura Helmſtadienſis codicis: *Ea ſpondent confirmantque. Et quidem mihi exploratiora eſſent, ſi remanſiſſem.* Hoc quoque voluit Balliolenſis, in quo ſic habetur: *ea ſpondent, confirmant. quæ & quidem mihi e. e. ſ. r.* Mallem tamen, *ea ſpondent confirmantque. Hac quidem mihi exploratiora eſſent.* Grævius.

quidem mihi exploratiora eſſent, ſi remanſiſſem. ſe ingero præterita. vide, quæſo, igitur ea, quæ r ſtant, & explora cum iſtis; & ſi putabis opus eſſe, ſi iſtis placebit, quo magis factum noſtrum Cæſar pr bet, quaſi de ſuorum ſententia factum, adhibeant Trebonius, Panſa, ſi qui alii; ſcribantque ad Cæſ rem, me, quidquid fecerim, de ſua ſententia feciſ Tulliæ meæ morbus & imbecillitas corporis me ex nimat: quam tibi intelligo magnæ curæ eſſe; quod mihi gratiſſimum. 39 De Pompeji exitu mihi dubiu numquam fuit. tanta enim deſperatio rerum e omnium regum & populorum animos occuparat, u quocumque veniſſet, hoc putarem futurum. non p ſum ejus caſum non dolere. hominem enim integru & caſtum, & gravem cognovi. De 40 Fannio conſ te? perniciosa loquebatur de manſione tua. 41 L. v Lentulus Hortenſii domum ſibi, & 42 Cæſaris hort & Bajas deſponderat. omnino hæc [1] eodem modo hac parte fiunt: 43 niſi quod illud erat infinitum. om e

[1] eadem *Malaſp.*

39. *De Pompeji.*] De Pompeji morte in Ægypto quod nun tum eſt ſtatim credidi. Adeo omnes & reges & populi fort ejus diffidere cœperant, ut quocumque ſe contuliſſet, credi foret, idem eventurum fuiſſe, nempe ut in gratiam Cæſaris vi ris occideretur. Exemplum etiam eſt in Rhodiis XII. Famil *J. F. Gronov.*

40. *Fannio.*] Hic eſt, quem initio belli civilis Pompejus in liam cum imperio præmiſit. ep. 15. lib. X. deinde apparet, mare tranſiſſe cum ipſo Pompejo: & numeratur inter eos, cum imperio erant, ep. 15. lib. VIII. *P. Manut.*

41. *L. vero Lentulus.*] Qui ſuperiore anno fuit Cos. ep. 13. VII. quique ſalva Rep. ſalvus eſſe non poterat ep. 9. lib. VI Patercul. is a Ptolemæo necatus eſt. Cæſ. lib. III. de Bello C *Corrad.* *L. vero Lentulus.*] Quem comprehenſum Ptolomæus R in cuſtodia necari juſſerat. Plutarchus. *Popma.*

42. *Cæſaris hortos.*] Cæſar hortos magnificentiſſimos habuit c Tiberim, quos teſtamento legavit populo in uſum publicum; S tonius Julio. Meminit eorum Horatius libro primo Satyr. *Idem.* *Cæſaris hortos.*] L. Julii Cæſaris, qui cum Cajo dicta communem proavum habuerat, avunculus autem erat M. Ant a quo tamen proſcriptus eſt, Flor. IV, 6. Pater autem ejus L. C ſaris, qui occiſus eſt poſt Africanam victoriam Suet. Jul. 75. Et Cæſar ei ignoviſſet. Auctor de B. Afric. 89. *J. F. Gronov.*

43. *Niſi quod illud.*] Quod Pompejani cogitabant. *Corrad.* *Ni illud.*] Noſtri omnes, *Niſi quod illud.* Nec lectionem illam repr hendo, quæ & elegans & uſitata eſt; ſed, quod noſtri eſt offici i

enim, qui in Italia [m] manſerant, hoſtium numero habebantur. ſed velim hæc aliquando ſolutiore animo. Quintum fratrem audio profectum in Aſiam ut deprecaretur. de filio nihil audivi. ſed quære ex Diochare, Cæſaris liberto, quem ego non vidi, qui iſtas [n] Alexandreas litteras attulit. is dicitur vidiſſe, 44 an euntem, an jam in Aſia? Tuas litteras, prout res poſtulat, exſpecto: quas velim cures quamprimùm ad me perferendas. [o] IIII. kal. Decemb.

m remanſ. *alii.*

n Alexandrinas *alii.*

o Vale IV. *alii.*

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

Pag. CLXXIV.

GRATÆ tuæ mihi litteræ ſunt, quibus accuratè perſcripſiſti omnia, quæ ad me pertinere 45 arbitratus

ita in manuſcriptis inveniri affirmo. Porro *Niſi* in vulgata, *Sed* valet, Græci πλὴν inſtar. Ariſtoph. εὖ τοι λέγειν ἔμοιγε φαίνεσθον πάνυ, πλὴν ἕν μόνον δέδοικα. Sic Terentius Eunucho. *Neſcio, niſi Deos fuiſſe iratos mihi ſatis ſcio, qui illum auſcultaverim.* Et Cicero Q. Philippo Proconſ. lib. Epiſtolarum ad Memmium: *De re nihil poſſum judicare: niſi illud mihi certe perſuadeo, te talem virum nihil temere feciſſe.* Quibus in locis, *Niſi*, *Sed*, volunt ſignificare: & πλὴν, ἀλλά. Et arridet expoſitio prima quidem facie: Matthæo Devario tamen, amiciſſimo meo, in eo libro quem ille de his particulis, quæ inter conjunctiones numerantur, aliiſque hujuſmodi, peritè copioſéque conſcripſit, non placet tanta licentia, ut vocem ſæpe unam faciamus non modo diſſimilia inter ſe, ſed etiam contraria ſignificare: cum via una ſit; ſi vel quod deſit ſuppleatur, ut in hoc loco: vel aliquid jam dictum repetatur: vel. Sed librum ipſum propediem magna cum utilitate utriuſque linguæ licebit videre: quem ille mihi, pro ea quæ inter nos eſt & animorum & ſtudiorum conjunctione, oſtendit; utque ex eo aliquid poſſem deguſtare effecit. Ipſe igitur, πλὴν, per ἔλλειψιν, τὸ ὅτι dictum affirmaret, ut ſit πλὴν, ὅτι ἓν μόνον δέδοικα. Quod etiam de noſtro *Niſi* licet dicere, *Quod* videlicet deeſſe. Atque in hunc modum ſua utriuſque vocis notio retinebitur. *Malaſpina.* *Niſi.*] Ponitur pro *Sed*, ut hic, & ep. 23. & ep. 1. & 73. Fam. Vidi Aldi filii Scholia in Salluſtium. *P. Manut.*

44. *An euntem, an jam in Aſia.*] Figura, qua utimur, cum, ex duabus rebus utra ſit, incerti ſumus. ut ep. 11. lib. 1. *Nos hic te ad menſem Januarium exſpectamus, ex quodam rumore, an ex litteris tuis ad alios miſſis?* & eodem libro infra: *Proximus Pompejo ſedebam: intellexi hominem moveri, utrum Craſſum inire eam gratiam, quam ipſe prætermiſiſſet; an eſſe tantas res noſtras, quæ tam* be-

tus es. Factum igitur, ut ſcribis, [p] iſtis placere, iiſdem iſtis lictoribus me uti; quod conceſſum [q] Seſtio ſit; cui non puto ſuos eſſe conceſſos, ſed ab ipſo datos. audio enim eum ea ſenatûs conſulta improbare, quæ poſt diſceſſum tribunorum facta ſunt. quare poterit, ſi volet ſibi conſtare, noſtros lictores comprobare. quamquam quid ego de lictoribus, qui pæne ex Italia decedere ſim juſſus? nam ad me miſit Antonius exemplum Cæſaris ad ſe litterarum, in quibus erat, ſe [r] audiviſſe, Catonem & L. Metellum in Italiam veniſſe, Romæ ut eſſent palàm: id ſibi non placere; ne qui motus ex eo fierent; prohiberique omnes Italiâ, niſi quorum ipſe cauſam cognoviſſet: deque eo vehementiùs erat ſcriptum. itaque Antonius petebat à me per litteras, ut ſibi ignoſcerem: facere ſe non poſſe, quin iis litteris [s] pareret. tum ad eum miſi L. Lamiam, qui demonſtraret, illum Dolabellæ dixiſſe, ut ad me ſcriberet, ut in Italiam quamprimùm venirem: ejus me litteris veniſſe. tum ille edixit ita, ut me exciperet [46] & Lælium nominatim. quod ſane nollem. poterat enim, ſine nomine, [t] re ipſa excipi. ô multas & graves offenſiones! quas quidem, tu das operam, ut lenias, nec tamen nihil proficis: quin hoc ipſo minuis dolorem meum, quòd, ut minuas, tam valde [v] laboras: idque velim ne gravere quàm ſæpiſſimè facere. maximè autem

p iſtis. deeſt in MS.
q Sextio MS.
r audiſſe MS.
s pareat MSS.
t res MS.
v labores alii.

libenti ſenatu audirentur? Hujus generis etiam illud eſt in epiſtola ad Trebatium: *Cn. Octavius, an, Cn. Cornelius quidem? is me crebro ad cœnam invitat.* & illud in Bruto, *Paucis ante, quàm mortuus eſt, an diebus, an menſibus?* P. Manut.

45. *Arbitratus es: Fac tu igitur.*] Ex codice Decurtato ſcripſi, *fac tu*, duabus vocibus. Tu, inquit, facito ut utar iiſdem iſtis lictoribus, quemadmodum ſcribis iſtis placere. *Boſius.* Sed hæc loquendi forma, *fac tu me uti*, pro facito ut utar Latinis non eſt uſitata. Quis enim ita loquentem ferret, *fac tu me numerare argentum*, pro facito ut numerem. Latinis hoc ſignificaret, pone me uti, numerare. In Balliol. ſcribitur: *Arbitratus es tea factum igitur.* Helmſt. *Arbitratus eſt ea facturum.* Veterum editionum lectio ſe bene habet, modo cum Victorio diſtinguas: *Factum igitur, ut ſcribis, iſtis placere, iiſdem iſtis lictoribus me uti.* Græv.

46. *Et Lelium nominatim.*] Ant. Auguſtinus *Lalium*, quod non ita placet; nam ſupra dixit, *miſi L. Lamiam:* cujus nomen tam paucis verbis non variaſſet, & vel *eum*, vel *eundem*, dixiſſet: præterea vix contuliſſet ſe cum equite. item cum Lamia eſſet conſanguineus Mamurræ, non fuiſſet hoſtis. *Urſin.*

47. Ut

tem aſſequere quod vis, ſi me adduxeris, ut exiſtimem, me bonorum judicium non funditus perdidiſſe. quamquam quid tu in eo potes? nihil ſcilicet. ſed, ſi quid res dabit tibi facultatis, id me maximè conſolari poterit, quod nunc quidem video non eſſe: ſed ſi quid, ex eventis; 47 ut hoc nunc accidit. dicebar debuiſſe cum Pompejo proficiſci. exitus illius 48 minuit ejus officii prætermiſſi reprehenſionem. ſed ex omnibus nihil x magis tamen deſideratur, y quàm quòd in Africam non ierim. judicio hoc ſum uſus, non eſſe barbaris auxiliis fallaciſſimæ gentis rempublicam defendendam, præſertim contra exercitum ſæpe victorem, non probant fortaſſe. multos enim viros bonos in Africam veniſſe audio & ſcio fuiſſe antea. 49 valde hoc loco urgeor. hic quoque opus eſt caſu, aliqui ſint ex eis, aut, ſi poteſt, omnes, qui ſalutem anteponant. nam ſi perſeverant & obtinent; quid nobis futurum ſit vides. dices, quid illis, ſi victi erunt? honeſtior eſt plaga. Hæc me excruciant. Sulpicii autem conſilium non ſcripſiſti cur z meo non anteponeres: quod etſi non tam glorioſum a eſt quàm Catonis, tamen & periculo vacuum eſt & dolore. 50 Extremum eſt eorum, qui in Achaja ſunt. ii

P. D.

x mali magis *MS.*

y quam *deeſt in aliis.*

z me *MSS.*

a ſi quam Catoni ii *MSS.*

47. *Ut hoc nunc accedit.*] Hoc ſcilicet, quod ſequitur: in quo ex eventis defendimur. nam, exitu Pompeji perſpecto, minus reprehendor, quod cum eo poſt Pharſalicam pugnam fugiente profectus non ſim. in quo ſapiens fuiſſe nunc videor; quaſi de illo, quocumque veniſſet, id, quod accidit, fore conjecerim. exitu vero nondum cognito, dicebar debuiſſe cum eo proficiſci. *P. Manut.*

48. *Minuit ejus officii prætermiſſi reprehenſionem.*] Quod ille & imprudenter ſe geſſit, & mortuus officium non requirit. *Corrad.* Balliol. & Helmſt. *officii prætermiſſi offenſionem.* non male. lib. II. de Nat. Deorum: *Epicurus, ne in offenſionem Athenienſium caderet, verbis reliquit Deos, re ſuſtulit.* Or. de Prov. *An reditus in patriam habet aliquam offenſionem.* & ſæpius alibi. Sed vulgata quoque non aliena eſt a Ciceronis ſcribendi ratione. *Grævius.*

49. *Valde.*] Id eſt, vix habeo, quod ad hoc reſpondeam: niſi ταὐτόματον vel fors Fortuna comparabit aliquos, qui malint ſalutem à Cæſare accipere, quàm bello cum eo periclitari: aut etiam omnium animos huc inclinabit. Hoc eſt, ſi facient & illi, ego videbor plus vidiſſe, qui citius feci. *J. F. Gronov.*

50. *Extremum eſt.*] Commemorat, quæ contra ſe faciunt, & quæ objici a bonis viris poſſent. primum, inquit, reprehendi poſſum, quod in Africam non ierim: deinde, non idem fecerim, quod Sulpicius, qui ſedem tutam & a bello vacuam elegit: poſtremo,

b in deeſt in MS.

P. CLXXV.

c alieno MS.

d ſuſtentet alii.

ii tamen ipſi ſe hoc meliùs habent quàm nos, quòd & multi ſunt in loco; & cùm [b] in Italiam venerint, domum ſtatim venerint. Hæc tu perge, ut facis, mitigare & probare quamplurimis. Quod te excuſas; ego vero & [51] tuas cauſas noſco; & mea intereſſe puto, te iſtic eſſe, [52] vel ut cum iis, quibus oportebit, agas, quæ erunt agenda de nobis, ut ea quæ egiſti; in primiſque hoc velim animadvertas. multos eſſe arbitror, qui ad Cæſarem detulerint delaturive ſint, me aut pœnitere conſilii mei, aut non probare, quæ fiant: quorum etſi utrumque verum eſt; tamen ab illis dicitur animo à me [c] alienato; non quò ita perſpexerint, ſed totum ut hoc Balbus [d] ſuſtineat & Oppius, & eorum crebris litteris illius voluntas erga me confirmetur, & hoc planè ut fiat diligentiam adhibebis. Alterum eſt, cur te nolim diſcedere; [53] quòd ſcribis te flagitari. ô rem miſeram! quid ſcribam? aut quid velim? breve faciam. lacrimæ enim ſe ſubito profuderunt: tibi permitto;

ſtremo, quod non in Achaja remanſerim. hoc extremum eſt: & hoc tamen facere melius fuit, quam in Italiam venire. *P. Manut.*

51. *Tuas cauſſas noſco.*] Hoc eſt, tuam excuſationem accipio. Cic. I. de Leg. *Ego vero ætatis potius vacationi confidebam, cum præſertim non recuſarem, quo minus more patrio ſedens in ſolio, conſulentibus reſponderem, ſenectutiſque non inertis grato atque honeſto fungerer munere, &c. Atqui vereor, ne iſtam cauſſam nemo noſcat, tibique ſemper dicendum ſit.* Sic & *cauſſam cognoſcere* ſæpe accipitur, ut ſuperius in hac eadem epiſtola. Gronov. IV. de Pec. Vet. 3. ubi plura vide, & rationem quoque hujus locutionis. *Grævius.*

52. *Vel ut cum iis.*] Hic particula, *Vel*, non iteratur, ſed refertur ad illud, quod infra dicet, *Alterum eſt, cur te nolim diſcedere.* nam duæ cauſſæ erant, cur Ciceronis intereſſet Atticum Romæ eſſe; vel ut cum Cæſarianis ageret, quæ agenda erant; vel, ipſo abſente, ne Terentia egeret; quam Atticus ſcripſerat in ſumptum flagitare. *P. Manut.*

53. *Quod ſcribis efflagitare.*] Meliores libri *te flagitare* habent. quare nos, *Terentiam flagitare* ſcripſimus. animadvertimus enim plurimis locis ejus nominis primam tantum ſyllabam totum nomen ſignificare: ſæpe autem de ea agit, verum ſemper obſcurè, quemadmodum ſolet domeſtica negotia tractare. *Victor. Te flagitari.*] Victorius repoſuit, libris antiquis repugnantibus, *Terentiam flagitari*, quod vulgò receptum eſt; antea legebatur, *quod ſcribis efflagitare.* Lambinus verò ſic edendum curavit ut édidit Boſius, auctoribus veteribus libris. *Cleric.*

54. Fur-

mitto: tu conſule. tantum vide, ne hoc [e] temporis tibi obeſſe aliquid poſſit. ignoſce, obſecro te, non poſſum præ fletu & dolore diutius in hoc loco commorari. tantum dicam, nihil mihi gratius eſſe quàm quòd eam diligis. Quòd litteras, quibus putas opus eſſe, [f] curas dandas, facis commodè. Quintum [g] filium vidi, qui Sami vidiſſet, patrem Sicyone: quorum deprecatio eſt facilis. utinam illi, qui priùs illum [h] viderunt, me apud eum velint adjutum tantum, quantum ego illos vellem, ſi quid poſſem! Quod rogas, ut in bonam partem accipiam, ſi qua ſint in tuis litteris, quæ me mordeant. ego vero in optimam; teque rogo, ut apertè, quemadmodum facis, ſcribas ad me omnia, idque facias quàm ſæpiſſimè. Vale. XIV. kalend. Januar.

e tempore Terentiæ obeſſe *Vict.* ubi obeſſe *MS.*

f cures *MS.*

g fratrem *MS.*

h viderint *Corrad.* videbunt *Grav.*

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

QUANTIS curis [i] afficiar, etſi profectò vides; tamen cognoſces ex Lepta & Trebatio. maximas pœnas pendo temeritatis meæ; quam tu prudentiam mihi videri vis: neque te deterreo, quo minus id diſputes ſcribasque ad mè quàm ſæpiſſimè. nonnihil enim me levant tuæ litteræ hoc tempore. Per eos, qui noſtrâ cauſâ volunt valentque apud illum, [k] diligentiſſimè contendas opus eſt, per Balbum & Oppium maximè, ut de me ſcribant quàm diligentiſſimè. oppugnamur enim, ut audio, [l] & præſentibus quibusdam, & per litteras. iis ita occurrendum, ut rei magnitudo poſtulat. 54 Furnius eſt illic, mihi inimiciſſimus. [m] Quintus miſit

i conficiar *alii.*

k quàm dilig. *alii.* P. B.

l & à præſ. *alii.*

m qui miſit ſit *alii* & *MSS.*

54. *Furnius eſt illic mihi inimiciſſimus, qui miſit filium.*] Veteres codices pro *qui* habent *qua*. Nos igitur Q. ſcripſimus, ut intelligatur Q. Cicero pater filium miſiſſe ad Cæſarem: nam de Furnio qui illic erat, loqui non poteſt: ſi enim cum Cæſare erat, quomodo ad eum filium mittere poterat? præterea qui diligenter conſiderabit, manifeſtò videbit ex inferioribus verbis de fratre ſermonem eſſe. *Victor.* *Furnius.*] Malim, *Fuſius*: ut de Caleno, Ciceronis jam inde a Clodianis temporibus inimico, intelligatur. ep. 15. & 16. nam Furnius non modo non inimiciſſimus, ſed etiam & ante civile bellum, & poſt amiciſſimus. ep. 18. lib. V. & 18. lib. IX. & Fam. lib. X. ep. 2. *P. Manut.* *Furnius eſt illic.*]

miſit filium non ſolùm ſui deprecatorem, ſed etiam accuſatorem mei. dictitat, ſe à me apud Cæſarem oppugnari: quod refellit Cæſar ipſe omneſque ejus amici: neque verò deſiſtit, ubicumque eſt, omnia in me maledicta conferre. nihil mihi umquam tam incredibile accidit, nihil in his malis tam acerbum. qui ex ipſo audiſſent, cùm Sicyone palàm multis audientibus loqueretur, nefaria quædam ad me pertulerunt. 55 noſti genus, etiam expertus es fortaſſe: in me id eſt omne converſum. ſed augeo commemorando dolorem, & facio etiam tibi. quare ad illud redeo; cura, ut hujus rei cauſâ, deditâ operâ, mittat aliquem Balbus. ad quos videbitur, velim cures litteras meo nomine. Vale. n vi. kal. Janu.

n *alii* xv. kal.

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

EGo verò & incautè, ut ſcribis, & celeriùs, quàm oportuit, feci, nec in ulla ſum ſpe, quippe qui exceptionibus edictorum retinear: quæ ſi non eſſent ſedulitate effectæ & benivolentiâ tuâ, liceret mihi abire in ſo-

Omnes libri veteres ita habent, ut aut alius fuerit Furnius præter C. Furnium ipſius amiciſſimum, ut potius legendum ſit, quod alii monuerunt: *Fuſius*, ut ſignificetur Fufius Calenus, acerrimus illius inimicus, de quo ep. 15. & 16. Dion, alii. *Popma.*

55. *Noſti genus hujuſmodi hominum.*] Poſtremæ duæ voces ideo deletæ à nobis, quia in nullis manuſcriptis inventæ ſunt; importunas igitur eſſe judicavimus. intelligi autem arbitramur, ſermonum & maledictorum. Quo crebro genere Q. ipſe utebatur etiam in conjunctiſſimas ſibi perſonas. id autem omne in ſe nunc converſum eſſe dicit M. Cicero: ita enim legimus ex veteribus codicibus: *In me id eſt omne converſum:* non ut antè in pervagatis libris ſcriptum erat, Id eſt omne illud virus ſuæ acerbitatis à Q. in me effuſum eſt, quod conſueverat in multos ſpargere. *Victor.* Totum hunc locum ex duobus MSS. optima fide ſic reſtitui: *Noſti genus hujuſmodi hominum, etiam expertus es: fortaſſe id mihi deeſt. Omne converſum eſt conſilium. ſed augeo commemorando dolorem, & facio etiam tibi. quare.* Litteratis confidimus probatum iri omnino. *Junius. Noſti genus.*] Interpolant Correctores, *Noſti genus hujuſmodi hominum.* inepte. Intelligit enim genus maledictorum & probrorum, quo Q. frater utebatur etiam in conjunctiſſimas ſibi perſonas. id autem omne in ſe jam effuſum eſſe queritur. ep. 9, 10, 11. *Popma.*

56. *Ante*

ſolitudines aliquas. nunc ne id quidem licet. quid autem me juvat, quòd [56] ante initum tribunatum veni, ſi ipſum, quòd veni, nihil juvat? jam, quid ſperem ab eo, qui mihi amicus numquam fuit; cùm jam lege etiam ſim confectus & oppreſſus? [o] quotidie jam Balbi ad me litteræ languidiores; multæque multorum ad illum, fortaſſe contra me. meo vitio pereo. [57] nihil mihi mali caſus attulit: omnia [p] culpâ contracta ſunt. ego enim, cùm [58] genus belli viderem, imparata & infirma omnia [59] contra paratiſſimos [q] ſciveram, (quid facerem?) ceperamque conſilium non tam forte, quàm mihi præter ceteros concedendum. [60] ceſſi meis, vel potiùs parui: ex quibus unus qua mente fuerit [61] is, quem

o cotidie Balbi *alii.*

Pag. CLXXVI.

p meâ culpâ *MS.*

q quieram *Grut. & alii.*

56. *Ante initum tribunatum.*] Non. Decemb. ep. 13. lib. XVI. a novis Tribunis pl. qui ſolent intercedere: quod ne fieret, properavi; ſperans fore, ut me juvaret Dolabella gener, qui nunc eſt Tribunus pl. Dion lib. XLII. *Corrad.*

57. *Nihil mihi mali cauſa attulit.*] Faërnus ex libro Ubaldini Bandinelli legebat *caſus*, pro *cauſa.* paullo poſt, *omnia meâ culpâ contracta ſunt*, ex libro Longolii legendum: in aliis deeſt *mea.* Urſin. Infra ep. 25. *Nihil eſt enim contractum caſu.* Gronov.

58. *Genus belli.*] Formidabile, &, quocumque victoria inclinaſſet, exitioſum. unde illud ad Marcellum: *Omnia ſunt miſera in bellis civilibus: ſed miſerius nihil quam ipſa victoria: quæ, etiamſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores impotentioresque reddit.* Plane enim viderat, quid Cæſar & Pompejus ſpectarent, quæ inter eos conflati belli cauſſa, cum videlicet utrique non libertas, ſed dominatio propoſita eſſet. ex quo illud ep. 11. lib. VIII. *Neutri σκοπὸς eſt ille, ut nos beati ſimus: uterque regnare vult.* P. Manut.

59. *Contra paratiſſimos ſciveram.*] Sic MSS. & recte. Eſt enim a ſciſcendo verbum; & exponunt ſequentia, *ceperamque conſilium, &c.* Sic ante *abſciram*, lib. II. ep. 7. *Junius.* Libri antiqui habent *ſciveram.* Ut fortaſſe legendum ſit *deſciveram*, ſcilicet ab illis, qui Pompejum in Græciam ſequebantur, ceperamque conſilium manendi in Italia, non tam forte quàm mihi qui paucis ſemper ſtudioſiſſimus fueram præter ceteros belli cupidos concedendum. *Popma.* Balliolenſis etiam & prima manus Helmſtad. *ſciveram* tuentur. *Sciveram* eſt a *Sciſco. ſciveram* autem eſt decreveram, conſtitueram a bello ſcilicet abſtinere. Nec in hoc loco diſcedendum putavi a veterum codicum ſcriptura, repudiatâ conjecturâ, quam intruſerant eruditi. *Græv.*

60. *Ceſſi meis.*] Ita emendavit prætor Lemovicenſis, cum ſcriptum reperiſſet in Scidis, *ceſſim iis*, in Tornæſiano, *ceſſim his.* vulg. *ceſſimus.* Cleric.

61. *Is, quem tu mihi commendas.*] Frater meus. commendaverat autem Atticus, ut eum Cicero apud Cæſarem deprecantem litteris ad-

quem tu mihi commendas, cognoſces ex ipſius litteris, quas ad te [r] & ad alios miſit: quas ego numquam aperuiſſem, niſi res acta ſic eſſet: delatus eſt ad me faſciculus: [s] ſolvi, ſi quid ad me eſſet litterarum: nihil erat: epiſtola Vatinio & Ligurio altera: juſſi ad eos deferri: illi ad me ſtatim ardentes dolore venerunt, ſcelus hominis clamantes: epiſtolas mihi legerunt plenas omnium in me probrorum. hic Ligurius furere. ſe enim ſcire, [62] ſummo illum in odio fuiſſe Cæſari: illum tamen [63] non modò foviſſe, ſed & tàntam illi pecuniam dediſſe honoris mei cauſâ. hoc ego dolore accepto, volui ſcire quid ſcripſiſſet ad ceteros. ipſi enim illi putavi pernicioſum fore, ſi ejus hoc tantum ſcelus [t] percrebruiſſet. cognovi ejuſdem generis: [v] ad te miſi: quas ſi putabis illi ipſi utile eſſe reddi, reddes, nil me lædet. nam quòd reſignatæ ſunt; habet, opinor, ejus ſignum Pomponia. Hac ille acerbitate initio navigationis cùm uſus eſſet, tanto me dolore affecit, ut poſtea jacuerim; neque nunc tam pro ſe, quàm contra me, laborare dicitur. ita omnibus rebus urgeor; quas ſuſtinere vix poſſum, vel planè nullo modo poſſum: quibus in miſeriis una eſt pro omnibus, quòd [64] iſtam miſeram patrimonio,

r ut ad *MS.*

s ſolus ſolvi *alii.*

t percrebuiſſet *alii.*

v litteras ad *alii.*

adjuvaret. unde illud ep. 22. *Scribis illum per me Quincto fore placatiorem.* Quo modo autem Cicero, qui & ipſe fortunâ minus proſperâ utebatur, adjuvare eum apud Cæſarem poſſet, & quo modo etiam adjuverit, apparet ex epiſtola, quæ poſt duas ſequentes legitur, in qua commendaticiæ ſunt pro Quincto fratre Ciceronis ad Cæſarem litteræ. *P. Manut.*

62. *Summo illum.*] Id eſt, Cæſari in Quinto, cum hic illius in Gallia legatus eſſet, plurima diſplicuiſſe: tamen Cæſarem non tantum indulſiſſe illi in omnibus in meam gratiam, ut me devinciret ac promereret. Plaut. Amph. I. II, 24. Aulul. III, IV, 4. Liv. XXXII, 24. *J. F. Gronov.*

63. *Non modo foviſſe.*] Balliol. & Helmſt. *non modo faviſſe.* Sic & tollitur ἀνακόλουθον. *Faviſſe* hic eſt ejus deſiderio & votis in omnibus ſatisfeciſſe & obſecutum eſſe. *Grav.*

64. *Iſtam miſeram patrimonio.*] Balliol. *Iſtam miſeram per te patrimonio.* Helmſt. *Iſtam miſeram partu patrimonio.* Latet aliquid. Ciceronem ſcripſiſſe cenſeo: *Quod iſtam miſeram patre, patrimonio, fortuna omni ſpoliatam relinquam.* Primo raro duo ſola verba ſine copula a Cicerone junguntur, ut hic in vulgatis *patrimonio, fortuna omnis*, ſed ad minimum tria. Dein ex *per te* levi transpoſitione litterarum & unius litterulæ mutatione fit *patre.* Ciceronem tunc propter accuſationem & calumnias quas frater & ejus filius in ſuum caput apud Cæſarem effundebant, metuebat bonorum

rum

monio, fortuna omni ſpoliatam relinquam. quare te, ut polliceris, videre planè velim. alium enim, cui illam commendem, habeo neminem; quoniam matri quoque eadem intellexi eſſe parata, quæ mihi. ſed, ſi me non offendes, ſatis tamen habeto commendatam, patruumque in ea, quantum poteris, mitigato. Hæc ad te die natali meo ſcripſi: quo utinam ſuſceptus non eſſem, aut [65] ne quid ex eadem matre poſtea natum eſſet! plura ſcribere fletu prohibeor. P. R.

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

AD meas incredibiles ægritudines aliquid novi accedit [66] ex iis, quæ de Q. Q. ad me afferuntur. P. Terentius, [67] meus neceſſarius, [68] operas in portu & [69] ſcri-

rum proſcriptionem & ſuorum, & uxoris. Hinc triſtiora cogitavit de morte ſibi conſciſcenda. Ideoque Tulliam tanquam moriturus commendat Pompejo, etſi, moriatur; hoc enim eſt, *ſi me non offendes*, paullo poſt, antequam Atticus ſe convenerit, rogat ut eam commendatam habeat, & ei patruum reconciliet. Itaque hic dolet, quod illam moriens relinquat non ſolum patre, ſed & omnibus bonis privatam, quia æque ſua ac uxoris Terentiæ bona proſcripturum Cæſarem eſſe credebat. Puto me veſtigia veterum codicum ſecutum rectè hunc locum reſtituiſſe. *Græv.*

65. *Ne quid ex eadem matre poſtea natum eſſet.*] Ne Quintus frater, qui erat minor natu, ex Olbia noſtra matre poſt me natus eſſet. Ep. 4. lib. I. *Corrad.*

66. *Ex his quæ de Q. Fratre ad me adferuntur.*] De Q. Q. habent veteres libri, id eſt de Quintis: ut intelligat Cicerones patrem & filium. ſic etiam ſcripſimus in titulo quodam epiſtolæ ad Tironem, quod ex Mediceo libro accepimus: *Tullius & Cicero & QQ. Tironi Sal. plur. dicunt.* Victor.

67. *Meus neceſſarius operas in portu.*] Codices Memmiani habent, *meus neceſſarius magnas operas in portu*; Lambinus nihil mutat a ſcriptura recepta. *Cleric.*

68. *Operas in portu & ſcriptura.*] Codices Memmiani habent, *magnas operas in portu, &c.* ego nihil muto a ſcriptura recepta. *Lambin.* Adſtipulantur Memmianis Balliol. & Helmſt. Nec temere. Nam magnas operas dat, qui magnam partem conduxit vectigalium, qui maximis ſocietatis negotiis præeſt, ut loquitur epiſt. 6. lib. XIII. ad Fam. Operas dare in portu & ſcriptura eſt publicanum eſſe Aſiæ, in ea ſocietate, quæ conduxerat portorium & vectigal agri paſcui illius provinciæ. Cic. XIII. ad Fam. ep. 65. *Cum P. Terentio Hiſpone, qui operas in ſcriptura pro magiſtro*

x Magno *alii. malè.*
y fratrem *MSS.*
z percontaretur *Lamb.*
a ejus ſimili ſc. *MSS.*
b certò *alii.*

69 ſcriptura Aſiæ 70 pro x magiſtro dedit. is Quintum y filium Epheſi vidit VI. id. Decemb. eumque ſtudioſè propter amicitiam noſtram invitavit; cúmque ex eo de me z cunctaretur, eum ſibi ita dixiſſe narrabat, ſe mihi eſſe inimiciſſimum; volumenque ſibi oſtendiſſe orationis, quam apud Cæſarem contra me eſſet habiturus: multa à ſe dicta contra ejus amentiam: multa poſtea Patris a conſimili ſcelere ſecum Quintum patrem locutum: cujus furorem, ex iis epiſtolis, quas ad te miſi, perſpicere potuiſti. hæc tibi dolori eſſe b certè ſcio: me quidem excruciant, & eò magis, quòd mihi cum illis ne querendi quidem locum futurum puto. De Africanis rebus longè alia nobis, ac tu ſcripſeras, nuntiantur. nihil enim firmius eſſe dicunt, nihil paratius. accedit 71 Hiſpania 72 & alienata Italia; legionum nec vis

ſtro dat, mihi ſumma familiaritas conſuetudoque eſt. operas dat ſocietati, ſive *in operis eſt ſocietatis*, ut loquitur ep. 9. ejusdem libri, qui vectigalis partem conduxit. *magnas operas dat pro magiſtro.* Qui magnam partem vectigalium conductam tenet, ut proximus ſit magiſtro ſocietatis. Quid igitur cauſſæ eſt, cur veterum librorum ſcripturam reſpuamus? Vide ſup. ad lib. v. ep. 15. *Græv.*

69. *Scriptura Aſiæ.*] Aſiam Romani vocabant per excellentiam provinciam Conſularem in Aſia minore, quæ complectebatur Myſiam, Phrygiam utramque, Joniam, Æoliam, Doridem, Cariam, Lydiam, Lycaoniam & Piſidiam. Vide C. Sigon. de Antiquo Jure Provinc. lib. I. cap. 10. Hæc poſtea ſub Auguſto fuit Proconſularis provincia. de ejus conſtitutione & ſub primis, & ſub poſterioribus Imperatoribus vide Salmaſ. Exerc. Plin. pag. DCCCIII. *Idem.*

70. *Pro magiſtro.*] Pro magiſtris erant quaſi vicarii quidam magiſtrorum. Multi conducebant vectigal alicujus provinciæ, qui maximam partem conduxerat, toti præficiebatur ſocietati, & dicebatur magiſter. vid. lib. v. ep. 15. qui vicem ejus gerebat pro magiſtro. Cic. II. in Verr. *In ſcriptura Siciliæ pro magiſtro eſt quidam Lucius Carpinarius.* Idem.

71. *Hiſpania.*] A Q. Caſſio Longino vexata. Hirt. de Bel. Alexand. non a Cn. Pompejo Magni F. qui finito bello Africano, quod tunc vix erat cœptum, in Hiſpaniam profugit, & bellum excitavit: lib. XII. & Hirc. de Bel. Hiſpanien. Hac de re ep. 16. h. l. *Corrad. Hiſpania.*] In qua Cn. Pompejus Magni filius bellum adverſus Cæſarem inſtaurabat. Appianus lib. II. Dio lib. XLII. & XLIII. *P. Manut.*

72. *Et alienata alia.*] Nos *Italia* ſcripſimus: id etiam antea Germani animadverterant. Quòd autem non multò infrà. *Ne intermittas* legebatur, nos *ut intermittas* ſcripſimus cum antiquis libris: nihil tamen mutata ſententia, nam *ut* ſæpe pro *ne* po-

tis eadem, nec voluntas; urbanæ res perditæ. quid eſt, ubi acquieſcam, niſi quàm diu tuas litteras lego? quæ eſſent profectò crebriores, ſi quid haberes, quo putares meam moleſtiam minui poſſe. ſed tamen te Pag. CLXXVIII.
73 rogo, ne intermittas ſcribere ad me, quidquid erit; eosque, qui mihi tam crudeliter inimici ſunt, ſi odiſſe non potes, accuſes tamen; non ut aliquid proficias, ſed ut me tibi carum eſſe ſentiant. Plura ad te ſcribam, ſi mihi ad eas litteras, quas proximè ad te dedi, reſcripſeris. Vale. [c] XII. kal. Febr.

c *alii* VIII. kal.

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

CONFECTUS jam cruciatu maximorum dolorum; ne, ſi ſit quidem, quod ad te debeam ſcribere, facilè id exequi poſſim; hoc minus, quòd res nulla eſt, quæ ſcribenda ſit; cùm præſertim ne ſpes quidem ulla oſtendatur, fore melius. ita jam ne tuas quidem litteras exſpecto: quamquam ſemper aliquid afferunt, quod ve-

ponitur: quemadmodum in epiſtola ad Caſſium, *In mea poteſtate ut ſit ſpectrum tuum.* Item ad Cornificium: *Non enim dubitabam quin eas libenter lecturus eſſes: verebar ut redderentur.* ſic enim habet optimus ille codex Mediceæ familiæ. Et hoc ipſo in libro, *Accepi enim à te litteras, quibus videris vereri, ut epiſtolas illas acceperim, quas quidem vellem nunquam mihi redditas.* Sed hujus locutionis tam multa exempla paſſim obvia ſunt, ut hæc non neceſſaria fuerint. *Victor.* *Alienata Gallia.*] Noſtri, *Alienata Italia.* ut in re ambigua, & utraque lectione non improbabili, Malim *Italia* quàm *Gallia*: præſertim quod ea propter Antonii crudelitatem ac direptiones alienior eſſet effecta: de qua re idem Cicero II. Philippica. Infra etiam, epiſtola quæ incipit: *Non meo vitio*, enumerans, quibus in locis parum ſecunda Cæſaris fortuna fuiſſet, Italiæ meminit, de Gallia, ne verbum quidem. Ita enim ſcribit: *Nunc præſertim, cum ea plaga in Aſia ſit accepta; in Illyrico; in Caſſiano negotio: in ipſa Alexandria: in urbe: in Italia.* Malaſp. *Et alienata Italia.*] Sic habet planiſſime ſcriptum codex Turnæſianus. *Lambin.*

73. *Rogo ne intermittas.*] Ita vulgo legitur. in nonnullis libris antiquis eſt, *Ut intermittas*, ex qua varietate conjicio legendum *ut ne intermittas.* *Ut ne* ſæpe uſurpatur pro *Ne.* Pro Cæcinna, *Ut ne longius abeam.* Pro Milone; *Ut ne ſit impune.* Ad Curionem: *Ut ne quid novi decernatur.* Terent. Hecyra: *Ut ne id fiat palam.* Popma.

74. *Illa*

velim. quare tu quidem ſcribito, cùm erit, cui des: ego tuis proximis, quas tamen jam pridem accepi, nihil habeo quod [d] reſcribam. longo enim intervallo video immutata eſſe omnia: 74 illa eſſe firma; quæ debeant, nos ſtultitiæ noſtræ graviſſimas pœnas pendere. [e] P. Salluſtio curanda ſunt H-S. XXX. quæ accepi à Cn. Salluſtio. velim videas, 75 ut ſine mora curentur. de ea re ſcripſi ad Terentiam: atque hoc ipſum jam prope conſumptum eſt: quare id quoque velim cum illa videas, 76 ut ſit, qui utamur. hic fortaſſe potero ſumere, ſi ſciam iſtic paratum fore. ſed priùs, quàm id ſcirem, nihil ſum auſus ſumere. Qui ſit omnium rerum ſtatus noſter vides. nihil eſt mali, quod non & ſuſtineam & exſpectem. quarum rerum eo gravior eſt dolor, quo culpa major. Ille in Achaja non ceſſat de nobis detrahere. nihil videlicet tuæ litteræ profecerunt. Vale. VIII. id. Mart.

d ſcribam MS.

e R. P. Sall. MSS.

P. B.

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

CEPHALIO mihi à te litteras reddidit a. d. IIX. id. Mart. veſpere. 77 eo autem die manè tabellarios mi-

74. *Illa eſſe firma quæ debeant.*] Sic editiones meliores Victorii, Manutii, Lambini, Bruti omneſque ante Boſianam. In ea enim *debeant* mutatum in *jubeant*. In notis tamen nulla fit mentio hujus loci, ut num codicibus vetuſtis, an ingenio Boſii hæc correctio debeatur incertum ſit. Ex ingenio viri acuti profectam eſſe valde eſt veriſimile. Nam in Palatinis quoque codicibus & Helmſt. *debeant* invenitur. Sed optime Balliolenſis: *illa eſſe firma quæ debent*, ſcilicet firma eſſe: partes ſcilicet Pompejanas in Africa ſe recollegiſſe & convaluiſſe, ideo ſubnectit, *nos ſtultitia noſtrâ graviſſimas pœnas pendere.* quod ſcilicet illis tam validis relictis, me in Italiam receperim. Sic hic locus ſcribendus & interpungendus eſt: *Illa eſſe firma quæ debent, nos ſtultitia noſtra graves pœnas pendere.* Grævius.

75. *Ut ſine mora curentur.*] Junius ex Palat. duobus legere non dubitaverit, *ut quæ ad me pertinent, ſine mora &c.* Cleric.

76. *Ut ſit qui utamur.*] Hoc eſt, id quoque cum illa provideas & cures, ut habeamus argentum ad ferendos ſumptus quotidianos. Plautus Trinum. II, 2. *Deûm virtute habemus, & qui noſmet utamur, pater, & qui comitati ſimus benevolentibus.* hoc eſt, unde ipſi vivamus victum & cultum habeamus. Terentius Adelphis V, 9. *Siquidem*

miſeram, quibus ad te dederam litteras. tuis tamen lectis litteris putavi aliquid reſcribendum eſſe, [f] maximè, quòd oſtendis te pendere animi, quamnam rationem ſim Cæſari allaturus profectionis meæ tum, cùm ex Italia diſceſſerim. nihil opus eſt mihi nova ratione. ſæpe enim ad eum ſcripſi, multiſque mandavi, non potuiſſe, [g] cùm cupiiſſem, ſermones hominum ſuſtinere; multaque in eam ſententiam. nihil enim erat, quod minùs eum vellem exiſtimare, quàm me tanta de re non meo conſilio uſum eſſe. 78 poſtea, cùm mihi litteræ à Balbo Cornelio minore miſſæ eſſent, illum exiſtimare, 79 Quintum fratrem lituum meæ profectionis fuiſſe, (ita enim ſcripſit) 80 qui nondum cognoſſem quæ de me Quintus ſcripſiſſet ad multos: etſi multa præſens in præſentem acerbè dixerat [h] & fecerat; 81 tamen Nilo meo his verbis ad Cæſarem ſcripſi.

[f] eo maximè MS.

[g] quòmodo MS.

[h] effecerat alii.

De

quidem porro Micio, tu tuum officium facies atque huic aliquid paululum præ manu dederis, unde utatur, reddet tibi cito. Donatus rectè: *utatur, vivat.* Cic. inferius XIII. ep. 23. *Omni tibi adſeveratione confirmo, mihi majori eſſe offenſioni quam delectationi poſſeſſiunculas meas. Magis enim doleo me non habere cui tradam, quam habere qui utar.* Gronov. de Pec. Veter. II, 7. ubi plura vide. *Græv.*

77. *Eo autem die mane.*] Balliol. *Eo autem mane.* Inferius V. *Calendarum mane accepi a Demea litteras pridie datas.* Et ſuperius in lib. II. *Quarum alteras multo mane mihi dedit.* Perſius: *Cum clarum mane feneſtras intrat.* Idem.

78. *Poſtea, cum.*] Antea, *Poſtea quàm*: emendavi locum ex conjectura, & hic, & epiſtolâ ultimâ lib. II. Fam. & alibi. Mendi origo fuit, quòd ſcribebant veteres *quom* pro *cum*. P. Manut.

79. *Quintum fratrem lituum meæ profectionis fuiſſe.*] Legitur *illicium* in veteribus libris, pro *lituum*. Urſin.

80. *Qui nondum cognoſceret.*] Legimus cum antiquis codicibus, *cognoſſem*. Qui nondum planè, inquit Cicero, percepiſſem quæ de me Q. ſcripſiſſet ad multos: quamvis multa præſens in præſentem acerbe dixerat & fecerat, tamen litteras his verbis ad Cæſarem ſcripſi. Quæ infrà poſuit: per *l.* enim (litteras) intelligimus: poſt quam litteram titubant antiqui codices, ut mendum omnino in primis verbis poſt eam eſſe putem. eſt autem adeo perverſa antiqua lectio, ut nihil ex ea boni elicere potuerim: locumque, ut in vulgatis omnibus eſt, relinquere ſatius eſſe putaverim, quàm inquinatam ſcripturam magis contaminare. *Victor.*

81. *Tamen L. in eo his verbis.*]. *Tamen de eo his verbis*: ita primus Pantagathus correxit, a quo alii acceperunt, rejecta priore emendatione *tamen levibus verbis.* Ant. Auguſtinus minus feliciter, *tamen litteras ego his verbis.* Urſin. *Tamen Nilo meo his verbis*] Eſt

hoc

De Quinto fratre meo non minus laboro, quàm de me ipſo: ſed eum tibi commendare hoc meo tempore non audeo. illud duntaxat tamen audebo petere abs te, quod te oro, ne quid exiſtimes ab illo factum eſſe, quo minus mea in te offitia conſtarent, minusve te diligerem, potiusque ſemper [i] *illum auctorem noſtræ conjunctionis fuiſſe, meique itineris comitem, non ducem. quare ceteris in rebus tantum ei tribues, quantum humanitas tua amicitiaque* [k] *veſtra poſtulat. ego ei ne quid apud te obſim, id te vehementer etiam atque etiam rogo.*

i *illum* deeſt in MSS.

Pag. CLXXVIII.

k *noſtra* MSS. & alii.

l ingreſſus *MSS.*

Quare, ſi quis [l] congreſſus fuerit mihi cum Cæſare, (etſi non dubito, quin is lenis in illum futurus ſit, idque jam declaraverit) ego tamen is ero, qui ſemper fui. ſed, ut video, multo magis eſt nobis laborandum de Africa; quam pridem tu ſcribis confirmari quotidie magis ad conditionis ſpem quàm victoriæ. quod utinam ita eſſet! ſed longe aliter eſſe intelligo; teque ipſum ita exiſtimare arbitror; aliter autem ſcribere, non fallendi, ſed confirmandi mei cauſâ, præſertim cùm adjungatur ad Africam etiam Hiſpania. Quod me admones, ut ſcribam ad Antonium & ad ceteros: ſi quid videbitur tibi opus eſſe, velim facias id, quod ſæpe feciſti. nihil enim mihi venit in mentem, [m] quod ſcribendum putem.

m quid *alii.*

hoc à Decurtato: vulg. *tamen L. in eo his.* mſs. alii habent; *tamen L. Lomeo his: alii L. Limeo*, alii, *L. Comeo his ipſis.* unde dubitanter & timidè faciebat Lambinus Λακωνίζων, vel Λακωνικῶς *his ipſis &c.* Pantagathus reponebat, *tamen de eo his verbis*; quod placet Urſino & Manutio. Ant. Auguſtinus legebat, *tamen litteras ego his verbis*: alii emendaverant, *tamen levibus verbis.* quæ omnia improbat Junius & reponit, *tamen ſtilo meo his verbis ad C.* Cleric. Legendum ſuſpicor *filo*, cùm ſit in libris veteribus: *L. in eo, limeo, nilo meo.* Qui nondum plene cognoviſſem, inquit, quæ de me Q. frater ſcripſiſſet ad multos, quamvis multa præſens in præſentem acerbè dixerat & fecerat, tamen in deprecatione mea pro illo ad Cæſarem ſcripſi eodem orationis filo quo pro me ipſo. Nec vero eſt inuſitatum ad ſcriptionem vel orationem Filum transferre. in Lælio: *Aliud quoddam expetimus filum orationis tuæ.* Gellius: *Amavi in utriusque epiſtola brevitatis elegantiſſimæ filum tenuiſſimum.* Popma. Balliol. & Helmſt. *Tamen L. meo iis verbis.* Secutus ſum Boſium, quoniam viri docti *Nilo meo* in nonnullis repererant codicibus. quamvis nondum hunc locum perpurgatum eſſe credam, Ciceronem puto ſcripſiſſe: *Tamen nihilo minus his verbis ad Cæſarem ſcripſi*, ſententia eſt tum optimâ & clariſſima. *Gravius.*

12. *Quod*

tem. [82] Quod me audis fractiorem eſſe animo: quid putas, cùm videas acceſſiſſe ad ſuperiores ægritudines [83] præclaras generi actiones? Tu tamen velim ne intermittas, quoad ejus facere poteris, ſcribere ad me, etiam ſi rem, de qua ſcribas, non habebis. ſemper enim afferunt aliquid mihi tuæ litteræ. Galeonis hereditatem crevi. [84] puto enim cretionem ſimplicem fuiſſe, quoniam ad me nulla miſſa eſt. IIX. id. Mart.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

A [a] MURENÆ liberto nihil adhuc acceperam litterarum. [85] P. Siſer reddiderat eas, quibus reſcribo. De Servii patris litteris quod ſcribis, item, Quintum in Syriam veniſſe quod ais eſſe qui nuntient; ne id quidem verum eſt. Quod certiorem te vis fieri, quo quiſque in me animo ſit, aut fuerit eorum, qui huc venerunt; neminem alieno intellexi. ſed, quantum id mea interſit, exiſtimare te poſſe certè ſcio. mihi cùm omnia ſunt intolerabilia ad dolorem, tum maximè, quòd in eam cauſam veniſſe me video, ut ea ſola utilia mihi eſſe videantur, quæ ſemper nolui. [86] P. Lentulum patrem Rhodi

a Murenâ *alii.* P, B.

82. *Quod me audis erectiorem eſſe animo.*] Nos, *fractiorem eſſe animo*, caſtigavimus. contrario enim penitus ſenſu antè legebatur, putamus autem anſam huic errori dediſſe, quòd ſæpe *e* pro *f* poſita eſt, & contrà: ſed de hoc aliàs locuti ſumus. Præclaras autem generi actiones credimus eum ironicè dixiſſe. *Victor.*

83. *Præclaras generi actiones.*] Εἰρωνικῶς. nam actiones Dolabellæ, qui hoc tempore tribunatum pl. gerebat, turpiſſimæ erant. auctor Dio lib. XLI. & Plutarchus in Cæſare. ipſe autem ep. 14. *Omnium*, inquit, *conſpectum horreo, præſertim hoc genero.* & ep. 16. *Ad ea, quæ me conficiunt, gener accedit.* & ep. 23. *ô dii, generumne noſtrum potiſſimum, ut hoc vel tabulas novas?* P. Manut.

84. *Duco enim Curionem fuiſſe ſimplicem.*] Veterum codicum autoritatem ſecuti, *puto enim Cretionem ſimplicem fuiſſe*, ſcripſimus. Quid autem ſit Cretio, & quid Cernere hæreditatem ſatis jam notum eſt. Cicero his vocibus ſæpe uſus eſt. *Victor.*

85. *P. Siſer.*] Forte: *P. Servilius.* Lamb. al. *P. libertus.* al. ſed *P. Ser. P. Siſer.*] Forte legendum *Phyſer*, ut Celer. Videtur enim eſſe nomen ſervi aut liberti, a forma corporis ſimilis ampullæ, aut a miniſterio quaſi ampullarius. Φύσα, ampulla, follis, veſica. *Popma.*

86. *P. Lentulum.*] P. Cornelium Lentulum Spintherem, cui

 Cæ-

Rhodi eſſe ajunt, [87] Alexandreæ filium; Rhodoque Alexandream C. Caſſium profectum eſſe conſtat. Quintus mihi per litteras ſatisfacit, multo aſperioribus verbis, quàm cùm graviſſimè accuſabat. ait enim ſe ex litteris tuis intelligere, tibi non placere, quòd ad multos de me aſperiùs ſcripſerit: itaque ſe pœnitere, quòd animum tuum offenderit: ſed ſe jure feciſſe. deinde perſcribit ſpurciſſimè, quas ob cauſas fecerit. ſed neque hoc tempore, nec antea patefeciſſet odium ſuum in me, niſi omnibus rebus me eſſe oppreſſum videret. atque utinam vel nocturnis, quemadmodum tu ſcripſeras, itineribus propiùs te acceſſiſſem! nunc nec ubi, nec quando te ſim viſurus poſſum ſuſpicari. De coheredibus Fufidianis nihil fuit, quod ad me ſcriberes. nam & æquum poſtulant; &, quidquid egiſſes, rectè eſſe actum ° putarem. De fundo Fruſinati redimendo jam pridem intellexiſti voluntatem meam; etſi tum meliore loco res erant noſtræ, [88] neque tam mihi deſperatum iri videbantur; tamen in eadem ſum voluntate. [89] id quemad-

° putaret *MSS.*

Cæſar ignoverat Corfinii. itaque tenuit ſe aliquamdiu in Italia Puteolis, Sup. 91, XI. & 13. poſtea tamen ad Pompejum profectus eſt. Cæſ. III. de Bell. Civ. 83. & e pugna Pharſalica effugit Rhodum: non tamen ibi receptus eſt. Cæſ. III. de Bell. Civ. 102. Cic. XII. Fam. 14. *J. F. Gronov.*

87. *Alexandrea.*] Primus Faërnus ubique in his epiſtolis, *Alexandream* per *e*, ſcripſit ex mſſ. libri collatione, cui quidem emendationi ſuffragatur veteris denarii auctoritas, qui ab Æmilia Lepidorum familia cuſus eſt, cum inſcriptione: *Alexandrea*, ſive ut eſt in aliis, *Alexſandrea*: vulg. *Alexandria.* Cleric.

88. *Neque tam mihi deſperatum iri videbantur.*] Hæc eſt ſcriptura Decurtati, Tornæſ. & Cruſellini. Cavalcantis liber ſcriptus habet, *neque tamen deſperaturi ita videbantur.* Ubaldini; *Neque tamen deſperaturi mihi videbantur.* Ferri; *Neque deſperare mihi videbantur.* Ex quibus omnibus legendum putat Manutius, *neque tamen deſperatum iri mihi videbamur.* vulgò: *neque tam mihi deſperaturi videbamur.* Cleric. Balliol. *neque tum nihil deſperaturi ita videbamur.* Helmſt. *neque tum mihi deſperaturi ita videbamur.* Lego: *neque tum mihi deſperatum ita videbatur.* hoc eſt, tam valde deſperatum. Sic in 1. Verr. *ſimulacra præclara, ſed non ita antiqua.* & ſæpe alibi. *Gravius.*

89. *Iis quemadmodum flatu videbis.*] Nos pro, *flatu*, *fiat*, legendum eſſe ſuſpicamur: ut ſive ultima vocali abundante *fiat*, *videbis* legatur: ſive antecedente conſonante conduplicata *fiat*, *tu videbis:* videndum tamen adhuc eſt accuratius an in ſuperioribus illis verbis mendum ſit. Neque tamen mihi deſperaturi ita videbamur: nam

quemadmodum fiat tu videbis. & velim, quoad poteris, conſideres, ut ſit, unde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarii. ſi quas habuimus facultates, eas Pompejo tum, cùm id videbamur ſapienter facere, detulimus. itaque tum & à tuo villico ſumpſimus, & [p] aliunde mutuati ſumus, cùm Quintus quereretur per litteras, ſibi nos nihil dediſſe; qui neque ab illo rogati ſumus, neque ipſi eam pecuniam aſpeximus. ſed velim videas, quid ſit, quod confici poſſit, quidque mihi de omnibus des conſilii: & cauſam 90 noſti. Plura ne ſcribam dolore impedior. 91 ſi quid erit, quod ad quos ſcribendum meo nomine putes, velim, ut ſoles, facias: [q] quotieſque habebis, cui des ad me litteras, [r] nolim prætermittas. Vale.

[p] abunde *MSS.*

Pag. CLXXIX.

[q] quotiescunque *MSS.*

[r] velim non *id. MSS.* velim neminem *alius MS.*

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

NON me offendit veritas litterarum tuarum, quòd me [s] cùm communibus, tum præcipuis malis oppreſſum, ne incipis quidem, ut ſolebas, conſolari, faterisque id fieri jam non poſſe. nec enim ea ſunt, quæ erant antea, [t] cùm, ut nihil aliud, comites me & ſocios habere putabam. omnes enim Achaici deprecatores, 92 item qui in Aſia, quibus non erat 93 ignotum, etiam quibus erat, in Africam dicuntur navigaturi. ita præ-

[s] tum *alii.*

[t] cùm *deeſt in MSS.*

nam & per ſe mihi ſuſpectus locus eſt, & in antiquioribus *videbantur*, non *videbamur*, legitur: ipſi tamen vulgatam lectionem conſervavimus. *Victor.*

90. *Noſti.*] *Cauſſam noſti* eſt, tu noſti quomodo ſe res habeat mea familiaris, emendus ne ſit fundus Fruſinas, nec ne: Noſti quibus ſumptibus opus habeam ad me meosque tuendos; quos fructus nunc ceperim ex meis prædiis, qui ſint exſpectandi. Proprie cauſſarum patroni dicuntur cauſſam noſſe, qui illius, quem defenſuri ſunt, rem perſpectam habent. Aſcon. Pedianus: *Qui defendit alterum in jure cognitor dicitur, ſi præſentis cauſſam novit, ac ſic tuetur ut ſuam.* Cic. x. ad Fam. 24. *O mi Furni, quam tu cauſſam tuam non noſti, qui alienas tam facile diſcas.* Vide quæ Gronovius notavit de Pecunia vetere lib. IV. cap. 3. *Grævius.*

91. *Si quid erit, quod ad quos ſcribendum meo nomine putes.*] *Ad quenquam* vetus liber, pro *ad quos*? Urſin.

92. *Item qui in Aſia.*] Vetus liber, *item Aſiani.* Idem.

93. *Ignotum.*] Participium ab *ignoſco.* ita alicubi apud Cæſarem. id

præter Lælium neminem habeo culpæ ſocium: qui tamen hoc meliore [v] in cauſa eſt, quòd jam eſt receptus. de me autem, non dubito, quin ad Balbum & ad Oppium ſcripſerit: à quibus, ſi quid eſſet lætius, certior factus eſſem; tecum etiam eſſent locuti: quibuscum tu de hoc ipſo colloquare velim, & ad me, quid tibi reſponderint, ſcribas: non quòd ab iſto ſalus data [x] quidquam habitura ſit firmitudinis; ſed tamen aliquid conſuli & [y] proſpici poterit. etſi omnium conſpectum horreo, præſertim 94 hoc genero; tamen, in tantis malis quid aliud velim non reperio. Quintus pergit, ut ad me & Panſa ſcripſit & Hirtius: isque item Africam petere cum ceteris dicitur. 95 Ad Minucium Tarentum ſcribam, tuas litteras mittam. ad te ſcribam, numquid [z] egerit. H-S. xxx. potuiſſe mirarer, 96 niſi multa de [a] Fuſidianis prædiis. Te adhuc ideo tamen

[v] caſu *aut* in caſu *MSS.*

[x] quidquid *MS.*

[y] perſpici *MS.*

[z] egerim *alii.*

P. B.

[a] Fuſidianis *alii.*

men

id eſt partim quibus dedit nondum veniam Cæſar, partim quibus jam dedit. *J. F. Gronov.*

94. *Hoc genero.*] P. Cornelio Dolabella, qui cum Cæſare erat. Hoc genero, tam turpi, tam perdito, tam flagitioſo. Et bene, quemadmodum ego opinor, ideo dicit, quod Dolabella Cæſarem inſtigabat, ut aut Pompejanorum bona proſcriberet, aut tabulas novas poneret. unde illud ep. 24. *O dii, generum ne noſtrum potiſſimum, ut hoc, vel tabulas novas?* Atque etiam huc pertinet id, quod dixit ep. 12. *Vides acceſſiſſe ad ſuperiores ægritudines, præclaras generi actiones.* Item ep. 16. *Ad ea, quæ me conficiunt, gener accedit.* & ibidem; *Suſpicor coheredes dubiam noſtram cauſſam putare.* id eſt, proſcriptionem meorum bonorum fore putant. *P. Manut.*

95. *Ad Minutium parentem.*] Ita MSS. & nihil muto, ut habent vulgati libri. *Parentem* enim Tullius appellat avum, cujus nepos menſarius erat Brundiſii. Nam *pariantem*, quod legit Boſius, a Cicerone eſſe non putem, ſed ætatis recentioris partum. *Junius.* *Ad Minutium parentem.*] Scribam ut mihi curet ſeſtertium triginta, aut tuas litteras mittam, quibus ſignificas ut ab illo accipiam, te illi tantundem numeraturum ex eâ pecunia, quæ ex rerum mearum venditione conficietur. Ego vero mirarer H-S. xxx. cogi & confici poſſe, niſi multa ex Fuſidianis prædiis redigerentur, & id video te putare. *Popma.* Hic quoque ſuam conjecturam intruſit Boſius. Balliol. & Helmſt. *ad Minucium parentum ſcribam.* Præclare locum hunc reſtituit ille noſter & communis omnium doctor, qui litterarum ſtudiis ſunt dediti, Gronovius ut olim, cùm in vivis eſſet, mihi coram oſtendit: *ad Minutium Tarentum ſcripſi.* Non enim fruſtra *parentum* eſt in veteribus membranis; quod poſtea mutarunt in *parentem.* Cicero petebat ſibi pecuniam curari, quâ uteretur Brundiſii. Illam Atticus curavit per Minutium argentarium Tarentinum qui in vicinia erat. *Grævius.*

96. *Niſi multa de Fuſidianis prædiis.*] Hic quoque ſubintelligitur,

HS.

men exſpecto; 97 quem videre, ſi ullus modus (poſcit enim res) pervellem. 98 jam extremum concluditur. ibi facile eſt quid quale ſit, gravius exiſtimare. Vale.

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

QUONIAM juſtas cauſas affers, 99 quòd te hoc tempore videre non poſſim: quæſo, quid ſit mihi facien-

HS. cogi & confici potuiſſe putarem. quod tamen non ita erat. nam Fuſidiana prædia, quæ ad Ciceronem hereditate pervenerant, nondum Atticus vendiderat; ut patet ex epiſtola ſequenti. *P. Manut.* *Fuſidianis.*] Semper in vulg. *Fuſidianis* ut & *Fuſius*, pro, *Fufius.* Cleric. Quæ proxime ſequuntur omnino mendoſa ſunt. Grævius edidit: *Fuſidianis prædiis. & id video tamen. Te exſpecto*, verum teſtatur ſe magis probare diſtinctionem ante *tamen*, ut ſit *id video. Tamen &c.*

97. *Quam videre, ſi ullo modò poteſt, res enim, pervellem.*] Locus adeo corruptus & lacer, ut ſine meliorum librorum ope nullo pacto corrigi queat, unum non ſignavimus, quod in veteribus quos habuimus exemplaribus eſt: *poſt* enim, non *poteſt* in illis legitur. reliqua concordant cum noſtra hac ſcriptura: ſunt tamen adeò perturbata, ut nihil perverſius inquinatiusque eſſe poſſit. *Victor.* *Si ullo modo pote (eſt enim res) pervellem.*] Ita Boſius ex Fornæſ. Decurt. & Cruſell. habentibus, *ſi ullo modo poteſt enim res pervellem:* quem locum corruptum quidem eſſe vidit Victorius, ſed mederi non potuit. vulg. *Si ullo modo potes venire pervellem.* Junius ex mſſ. Palat. totum hunc locum ſic ſe legere & diſtinguere ait: *Et id video. Tamen te exſp. q. ſ. u. m. (pot' eſt enim res) pervellem.* niſi quod in uno mſ. *poſt*, legitur pro, *poteſt*; quod & notavit in ſuis Victorius. *Cleric.* Balliolenſis fere ut Mediceus: *quam videre, ſi ullo modo poſt enim reſp. vellem.* nec longe abit Helmſt. *quam videre, ſi ullo modo pot N. R. P. vellem.* Hæc ad veram lectionem mihi viam ſtraverunt. Sic enim emendandum: *quem videre, ſi ullo modo poteſt, poſcit enim res, pervellem.* ex *poſt* & *pot* quod in libris exſtat reſinxi *poſcit*, quod abſorptum eſt a voce vicina *poteſt* earundem fere litterarum, quod ſæpe factum eſſe in vocibus tam affinibus nemo paullo humanior ignorat. Aſperum illum concurſum *pote, eſt res*, quis in Cicerone ferat, ne dicam de loquendi genere *eſt res*, plane alieno a priſci Latii genio? *Grævius.* Miror præcedentia ab priorum nullo attingi, quum nullus duorum codicum ita habeat, ſed Helmæſtad. *& adhuc video*, Balliol. *& ad video.* Opinor, quum τὸ *te* ante *exſpecto* vix ſit in MSS. omnem locum ita reſtituendum. *Te adhuc ideo tamen exſpecto: quem videre, ſi ullus modus, (poſcit enim res) pervellem.* Videtur enim fuiſſe ſcriptum *ullus modus*, unde ablativus perverſe exſtitit. Τὸ *poſcit* accipio ab Cl. Grævio, qui ſagaciter id verbum excitavit. *Gronov.*

98. *Jam extremum concluditur. ibi facile eſt, quod quale ſit gravius*

exi-

ciendum. ille enim [b] ita videtur Alexandream tenere, ut eum ſcribere etiam pudeat de illis rebus. ii autem ex Africa jam affuturi videntur; Achaii, [1] item ex Aſia redituri ad eos, aut libero aliquo loco commoraturi. quid mihi igitur putas agendum? video difficile eſſe conſilium. ſum enim ſolus, aut cum altero, cui neque ad illos reditus ſit, neque ab his ipſis quidquam ad ſpem oſtendatur. ſed tamen ſcire velim quid cenſeas: idque erat cum aliis, cur te, ſi fieri poſſet, cuperem videre. Minucium XII. ſola curaſſe, ſcripſi ad te antea: quod ſupereſt, velim videas, ut curetur. [c] Quintus non modo non cum magna prece ad me, ſed acerbiſſimè ſcripſit: filius vero mirifico odio. nihil fingi poteſt mali, quo non urgear. omnia tamen ſunt faciliora, quàm peccati dolor, qui & maximus eſt & æternus: cujus peccati [d] ſi ſocios eſſem habiturus [e] ego, quos putavi, tamen eſſet conſolatio tenuis. ſed habet aliorum omnium ratio exitum, mea nullum. alii capti, alii intercluſi non veniunt in dubium de voluntate, eò minus ſcilicet, cùm ſe expedierint & unà eſſe cœperint. ii autem ipſi, qui ſua voluntate [2] ad Fuſium venerunt, [f] nihil poſſunt niſi timidi exiſtimari. multi autem ſunt, qui, [g] quicumque ſunt, modò ad illos ſe recipere volent, recipientur. quo minùs debes mirari, non

b ita *d. eſt in MS.*

c Quæ non modo *MS.*

d ſi *deeſt in MS.*

e *Malaſp.* eos.

f *Alii* nil.

P. CLXXX.

g quocunque, *aut* quandocunque, *aut* ubicunque *alii.*

exiſtimare.] Pantagathus locum ſine dubio corruptum ita reſtituebat, *Jam extremum concluditur ibi. facile eſt quod, quare ſit gravius, exiſtimare.* Urſin. Helmſt. *gravis exiſtimare.* Sed hæc quoque corrupta ſunt & medicinam deſiderant. Lege: *Tibi facile eſt quid quale ſit gravius exiſtimare.* hoc eſt, tu facile potes judicare, quid ſit gravius futurum & majus nobis allaturum incommodum. *Gravius.*

99. *Quod te hoc tempore videre non poſſim.*] Melius in vetere libro *cur te videre.* Urſin.

1. *Ii item ex Aſia.*] Tò *ii* delendum, id eſt, Pompejani cum magno exercitu impetum facturi ſunt abſente Cæſare in Italiam ex Africa: tum qui poſt Pharſalicam pugnam in Achaja ſubſederunt, tanquam deprecaturi Cæſarem: tum qui in Aſiam erant profecti eodem conſilio, nunc aut applicabunt ſe Pompejanis, aut in loco immuni a bello ſe continebunt. *J. F. Gronov.*

2. *Ad Fuſium venerant.*] Antonianus, hic & ſequenti epiſtola, *Eufium*, de quo ſupra, lib. II. & alibi. *Malaſp.* Qui ad Q. Fuſium Calenum, Achaiæ præfectum a Cæſare poſt pugnam Pharſalicam venerunt, timidi videri poſſunt, quòd de rebus ſuis deſperantes victori ſe tradiderunt. Cæſar lib. III. Dion. *Pepma.*

3. Cor-

non poſſe me tanto dolori reſiſtere. ſolius enim meum peccatum 3 corrigi non poteſt, & fortaſſe Lælii. ſed quid me id levat? 4 C. quidem Caſſium ajunt conſilium [h] Alexandream eundi mutaviſſe. Hæc ad te ſcribo, non ut [i] queas tu demere ſollicitudinem; ſed ut cognoſcam, [k] ecquid tu ad ea afferas quæ me conficiunt: ad quæ gener accedit, & cetera, quæ fletu reprimor ne ſcribam. quin etiam 5 Æſopi filius me excruciat. prorſus nihil abeſt, quin ſim miſerrimus. ſed ad primum revertor: quid putes faciendum; occulténe aliquo propiùs veniendum, an mare transeundum. nam hîc maneri diutius non poteſt. [l] De Fufidianis quare nihil potuit confici? genus enim conditionis ejusmodi fuit, in quo non ſolet eſſe controverſia; cùm ea pars, quæ videtur eſſe minor, licitatione 6 expleri [m] poſſet. hæc ego non ſine cauſa quæro. ſuſpicor enim, coheredes dubiam noſtram cauſam putare, & eo rem in integro [n] eſſe. Vale. Pridie idus Maj.

h *alii* Alexandriam.
i queam tuam *MS.*
k & quid *MSS.*
l De *deeſt in MSS.*
m poſſit *Corrad.*
n *alii* eſſe malle Pridie.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

NON meo vitio [o] fit, hoc quidem tempore, (antè enim eſt peccatum) ut me 7 iſta epiſtola nihil conſo-

o fuit *alii.*

3. *Corrigi non poteſt.*] Neque enim efficere ego quidquam poſſum, ut peccaſſe non videar. alii autem, ſi qui peccaſſe putabantur, cum ſe ad Africanum exercitum contulerint, recepti non jam amplius reprehendentur: cum mea ratio non eadem ſit. nam, quoniam ego multo gravius quàm ceteri Pompejanos offendi, non recipiar ab illis: itaque fiet, ut ſolius meum peccatum non corrigatur. *P. Manut.*

4. *C. quidem Caſſium aut conſilium Alexandriam eundi mutaviſſe.*] Faërnus ex manuſcripti libri collatione ubique *Alexandream* ſcribebat per *e*. cui quidem emendationi ſuffragatur veteris denarii auctoritas, qui ab Æmilia Lepidorum familia cuſus eſt, cum inſcriptione ALEXANDREA, ſive, ut eſt in aliis, ALEXSANDREA. *Urſini.*

5. *Æſopi filius.*] Æſopus hiſtrio familiaris Ciceronis fuit II. ad Q. Fr. I. VII. Fam. I. filio ducenties reliquit, quinquies centena millia Phil. Macrob. II. Satur. 10. ſed luxuria perdito. Horat. lib. II. Sat. 3. Plin. lib. IX, 35. Sed quid hæc ad hunc locum? puto Ciceronem ſcripſiſſe: *Quin etiam tua ſororis filius.* J. F. Gronov.

6. *Expleri.*] Cum hereditas dividi commode non poteſt, prop-

ptea

ſoletur. nam & exiguè ſcripta eſt, & ſuſpiciones [p] magnas habet non eſſe [8] ab illo; quas animadvertiſſe te exiſtimo. De obviam itione ita faciam, ut ſuades. [9] neque enim valde de adventu ejus opinio eſt; neque; ſi qui ex Aſia veniunt, quidquam auditum eſſe dicunt de pace: cujus ego ſpe in hanc fraudem incidi. nihil video, quod ſperandum putem, nunc præſertim, cùm ea plaga in Aſia ſit accepta, [10] in Illyrico, in Caſſiano negotio, in ipſa Alexandrea, in urbe, [q] in Italia. ego verò, etiam ſi rediturus ille eſt, qui adhuc bellum ge-

p magn. *deeſt in MSS.*

P. 8.

q in *deeſt in MS.*

piter coheredum non æquas partes; ad licitationem confugitur; quæ certior eſt quàm æſtimatio. ita, omnium bonorum reperto pretio, expletur ea, quæ minor eſſe videtur pars hæreditatis. *P. Manut.*

7. *Iſta epiſtola.*] Quæ ad me miſſa eſt quaſi ſcripta a Cæſare mihi veniam concedente. Nam data eſt VI. Id. Febr. at Cæſar poſt Id. Decembr. nullas litteras miſit. ep. 17. Eſt ergo veriſimile Oppium aut Balbum ſcripſiſſe, quo illum veniam deſperantem confirmarent, & in Italia retinerent. *Popma.*

8. *Ab illo.*] A Cæſare. a quo epiſtolam illam ſcriptam non fuiſſe oſtendit ep. 17. *Intelligis*, inquit, *illud de litteris ad* V. *Idus Februar. datis non verum eſſe.* At ſane fieri poteſt, ut Oppius eam, aut aliquis alius ſcripſerit; ne Cicero, deſperatione adductus, rurſus ex Italia diſcederet. *P. Manut.*

9. *Neque enim valde adventus ejus opinio eſt.*] Antonianus cum Manutiana editione convenit. Faerni liber Victorianam probat; quæ eſt *De adventu.* Tres alii mei, *Valde adventu*, ſine præpoſitione: ut in hac varietate non ſine cauſſa de mendo ſuſpicari poſſimus; & tamen neutra lectio, ſive *Adventûs*, ſive *de adventu* legas, non proba atque uſitata eſt. Me magis illud movet, Valde adverbium intendendi appellativo jungi. Solet enim fere vel adjectivis nominibus, ut Valde conſtans, doctus: vel verbis, ut acute diſputat: vel etiam adverbiis jungi, ut bene mane, eſtque veluti quoddam eorum adjectivum. Itaque adverbium Varro de Lingua Latina, lib. VII. partem adminiculandi vocat. *Malaſp.* Balliol. & Helmſt. *neque enim valde adventu ejus opinio eſt.* In libris priſcis quoniam *de*, uti vides, deſideratur, valde laudo Lambini emendationem, quam & recepit M. Brutus. Nam dicimus quidem recte, valde cupio, valde laudo, ſed valde eſt opinio nemini, qui tritas habeat aures in lectione Latinorum ſcriptorum, poterit probari. Paullo ante in utroque MS. *Suſpiciones habet* legitur omiſſo *magnas*, quod in omnibus exſtat editionibus. *Gravius.* Quum noſtri codices etiam habeant *neque enim valde adventu*, conjicio manum Tullii fuiſſe corruptam per compendium *va* pro *vera*, ut ſcripſerit *neque enim vera de adventu ejus.* Gronov.

10. *In Illyrico.*] Ubi A. Gabinus, a M. Octavio victus, paulo poſt Salone mortuus. Hirt. de Bel. Alex. *Corrad.*

11. Ne-

gerere dicitur, tamen ante reditum ejus [11] negotium confectum iri puto. Quod autem ſcribis, quandam lætitiam bonorum eſſe commotam, ut ſit auditum de litteris: tu quidem nihil prætermittis, in quo putes aliquid ſolatii eſſe: ſed ego non adducor, quemquam bonum ullam ſalutem putare [r] mihi tanti fuiſſe, ut eam peterem ab [s] illo, & eò minus, quòd hujus conſilii jam ne ſocium quidem habeo quemquam. Qui in Aſia ſunt rerum exitum exſpectant. Achaici etiam Fuſio ſpem deprecationis [t] afferunt; horum & timor idem fuit primò, qui meus, [12] & conſtitutum. mora Alexandrina cauſam illorum correxit, meam evertit. quamobrem idem à te nunc peto, quod [v] ſuperioribus litteris; ut, ſi quid in perditis rebus diſpiceres, quod mihi putares faciendum, me moneres. ſi recipior ab his, quod vides non fieri; tamen, quoad bellum erit, quid agam, aut ubi ſim, non reperio: ſin [x] jactor, eo minus. itaque tuas litteras exſpecto: easque, ut ad me ſine dubitatione ſcribas; rogo. Quod ſuades, ut ad Quintum ſcribam de his litteris: facerem, ſi me quidquam iſtæ litteræ delectarent. etſi quidam ſcripſit ad me his verbis: *Ego, ut in his malis, Patris ſum non invitus: eſſem libentius, ſi frater tuus ea de te loqueretur, quæ ego audire vellem.* Quod ais illum ad te ſcribere, me ſibi nullas litteras remittere; ſemel ab ipſo accepi: ad eas Cephalioni dedi, qui multos menſes tempeſtatibus retentus eſt. Quintum filium ad me acerbiſſimè ſcripſiſſe jam antè ad te ſcripſi.

r nihil *MS.* *in alio MS. deeſt.*
s ullo *alii.*
t auferunt *Man. conj.*
v tuis prioribus *MS.*
x jactor aut rejicior eo *Lamb.*

11. *Negotium.*] Illos, qui in Africa reſuſcitarunt partes, Italiam & urbem occupaturos. Quod magnopere auctor erat M. Cato, & ſe ducem ejus expeditionis offerebat. Idque, quod optimum erat, Cicero futurum putabat. Sed deriſit Catonis conſilium Scipio, atque ex eo bonam ſpem de toto negotio habere Cato deſiit. Plut. in Caton. p. 787. *J. F. Gronov.*

12. *Et conſtitutum.*] Vide num melius *inſtitutum.* Urſin. *Conſtitutum.*] Deliberatio. nam conſtituerunt Cæſari ſe committere: ſed, interpoſito Alexandrino bello & Cæſaris rebus in diſcrimen adductis, integrum ſibi reſervarunt, belli exitum exſpectantes. itaque morâ Alexandrinâ effectum eſt, ut eorum cauſſa quaſi corrigeretur, ut eorum culpa minueretur: ſi quidem nihil fecerunt, quod Pompejanos, qui in Africa bellum renovant, gravius offenderet. & ut Alexandrinum bellum illorum cauſſam juvit, ita meam perdidit. nam, quo minus ſecunda Cæſaris fortuna eſt, eo magis reprehendor, qui in Italiam venire properarim, cauſſâ reip. deſperatâ. *P. Manut.*

Pag. CLXXXI. ſcripſi. Extremum eſt, quod te orem, [13] ſi putas rectum eſſe & à te ſuſcipi poſſe, cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis de teſtamento. tempora monent; ut videat, ut ſatisfaciat, quibus y debeat. auditum ex Philotimo eſt, eam [14] ſceleratè quædam facere. credibile vix eſt. ſed certè, ſi quid eſt, quod fieri poſſit, providendum eſt. de omnibus rebus velim ad me ſcribas; [15] & maximè quid ſcribas de ea: in quo tuo conſilio egeo, etiam ſi nihil excogitas: [16] id enim mihi erit pro explorato. III. nonas Jun.

y debet. *Lamb.*

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

PROPERANTIBUS tabellariis alienis hanc epiſtolam dedi; [17] eo brevior eſt; &, quòd eram miſſurus meos.

13. *Si putat rectum eſſe & à te ſuſcipi poſſe.*] Duplex conſideratio; num rectum ſit, ut omnino de teſtamento Terentia moveatur; & num moveri ab Attico debeat. illud enim; *Si putas à te ſuſcipi poſſe*, ut opinor, hoc valet: ſi tibi ita familiaris Terentiæ videris eſſe, ut agere cum ea de teſtamento poſſis. *P. Manut.*

14. *Scelerate quædam facere.*] Nefarie rem perdere: unde illud ep. 24. *Cum hoc tam parvum de parvo detraxerit: perſpicis quid in maxima re fecerit?* In epiſtola etiam ad Plancium Terentiæ ſcelus appellat, eoque ſe dicit eſſe adductum, ut divortium faceret; *Quibus enim*, inquit, *pro meis immortalibus beneficiis cariſſima mea ſalus & mea fortuna eſſe debebant; cum propter eorum ſcelus nihil intra meos parietes tutum, nihil inſidiis vacuum viderem; novarum me neceſſitudinum fidelitate contra veterum perfidiam muniendum putavi.* Idem.

15. *Et maxime quid ſcribas de ea.*] Faërnus pro *ſcribas* legebat *ſcias*; Pantagathus autem *ſentiebas*: & in fine epiſtolæ, *id enim mihi erat pro deſperato*, pro *erit*. Urſin. Faërni exemplar mihi recte videtur omittere, quod ab imperito poſtea eſt adjectum, ſenſûs, quem ille fingebat, ſupplendi cauſſâ. Dicit Cicero, ſcribe ad me de omnibus, maxime quid de ea Terentia ſcilicet ſcribendum eſt; five ſcribere potes, verane ſint quæ rumor de illa perfert ad nos; nec ne, & num teſtamento providere velit ut debitoribus ſatisfiat, an ab hac cura ſit aliena. In ſingulis fere horum librorum epiſtolis conciſæ hæ locutiones reperiuntur. *Gravius.*

16. *Id enim mihi erit pro deſperato.*] Memmiani codices & duo Palatini habent, *explorato*; & hoc magis probat Junius, niſi forte ut in uno mſ. eſt, & Pantagathus volebat, mutatione unius litteræ legatur in hunc modum, *id enim mihi erat &c.* Lambinus etiam cum Corrado non improbat illud, *explorato*, aut certe legendum exiſtimat;

meos. Tullia mea venit ad me pridie idus Jun. deque tua erga ſe obſervantia benivolentiaque mihi plurima expoſuit, litterasque reddidit trinas. ego autem ex ipſius virtute, humanitate, pietate non modò eam voluptatem non cepi, quam capere ex ſingulari filia debui; ſed etiam incredibili ſum dolore affectus; tale ingenium in tam miſera fortuna verſari, idque accidere nullo ipſius delicto, [z] ſummâ culpâ meâ. itaque à te neque conſolationem jam, [a] quâ cupere te uti video, nec conſilium, quod capi nullum poteſt, exſpecto: teque omnia cùm ſuperioribus ſæpe litteris, tum proximis tentaſſe intelligo. Ego [18] cum Salluſtio Ciceronem ad Cæſarem mittere cogitabam. Tulliam autem, non videbam eſſe cauſam, cur diutius mecum tanto in communi mærore retinerem. [19] itaque matri eam, cùm pri-

z ſed ſumma *alii.*

a quam *MS.*

mat, *pro deplorato*; ſed nihil mutat, quia vulgatis aſſentitur Tornæſ. *Cleric.* Secutus ſum Cl. Grævium, qui è MSS. edidit, ut hic excuſum vides.

17. *Eo brevior eſt; & quòd eram miſſurus meos.*] *Eo brevior eſt*; Faërnus ex libro Ubaldini: *Et quòd transmiſſuri eramus*, Vetus liber; & *quòd cras miſſuri noſtros eramus.* unde conjicio legendum; *& quòd cras miſſuri noſtros eramus.* Urſinus. Balliolenſis firmat codicem Ubaldini, unde hæc lectio hauſta eſt, copulâ insertâ, teſte Manutio. Helmſtad. vero præ ſe fert lectionem quam Victorius & M. Brutus ſecuti ſunt: *eo brevior eſt, quod eram miſſurus meos.* Victorius tamen *noſtros.* Vulgati libri: *eo breviorem, quod eram miſſurus meos.* Grævius.

18. *Cum Salluſtio.*] Idem in epiſtola ad Terentiam. *Nobis erat in animo, Ciceronem ad Cæſarem mittere, & cum eo Cn. Salluſtium.* Deinde conſilium mutavit, cum de Cæſaris adventu nihil audiretur; ut in proxima ſequenti, & in alia ad Terentiam epiſtola declarat. *P. Manut.*

19. *Itaque Æmathiam cum primum &c.*] Locus hic totus ita depravatus eſt & mancus, ut nullus ſenſus inde elici queat. in tantis igitur tenebris lucem videre non potuimus, ideoque locum, ut in manuſcriptis libris invenimus, conſervavimus, qui eandem ferè lectionem habebant quam excuſi & vulgares. notam quam ſolemus, hic adpoſuimus, quæ locum mendoſum indicet. Antiquior noſter codex *Ematiam* habet: in quo uno à noſtro impreſſo diverſus eſt, in reliquis conſentiunt. *Victor.* *Itaque matri eam.*] Sic Boſius ex hac corrupta Decurtati ſcriptura, *itaque Ematriam*, reſtituit. Antiquior Victorii codex, *Ematiam.* ille in tantis tenebris lucem ſe videre non poſſe fatetur. Vulgati antea habebant *Æmathiam*, nunc verò habent; *itaque eram tibi eam &c.* Junius ait hanc conjecturam eſſe proximè mſſ. fidem, *Itaque eam tibi etiam &c.* Cleric.

20. *Pro*

b *alii non habent* eram. P. B.

c *ita Boſ. alii* poſſe.

primùm per ipſam liceret, [b] eram remiſſurus. 20 Pro ea, quam ad modum conſolantis ſcripſiſti, ὦ τᾶν, ea 21 putato me ſcripſiſſe, quæ tu ipſe intelligis reſponderi [c] potuiſſe. Quod Oppium tecum ſcribis locutum; 22 non abhorret à mea ſuſpicione ejus oratio. ſed non dubito, quin iſtis perſuaderi nullo modo poſſit ea, quæ faciant, mihi probari poſſe; quoquo modo loquar. ego tamen utar moderatione; quâ potero. quamquam, quid

20. *Pro ea; quemadmodum conſolandis ſcripſiſti, P. tanto ea me ſcripſiſſe.*] Pantagathus ita emendabat, *Pro ea, quemadmodum conſolando ſcripſiſti, putato ea me ſcripſiſſe.* Urſin. *Quam ad modum conſolantis ſcripſiſti, πραότατα, putato me ſcripſiſſe.*] Conjectura Boſii, ex obſcuris his veſtigiis quæ in Decurtato exſtant, *quam ad modum conſolantis ſcripſiſti pro tanta tato me ſcripſiſſe &c.* Pantagathus verò ita emendabat, *pro ea quemadmodum conſolando ſcripſiſti, putato ea me ſcripſiſſe.* In vulgatis eſt; *quemadmodum conſolandis ſcripſiſti. P. tanta eo me ſcripſiſſe.* Cleric. Tres epiſtolas Atticus miſerat, quarum una erat conſolatoria, ad quam non reſpondet, ſed vult Atticum putare ſe pro ea epiſtola ſcripſiſſe, quæ ipſe intelligat reſponderi potuiſſe, ſcilicet nullam eſſe conſolationem, nullum conſilium. *Popma.* In ultimis reſtituendis Boſius nimis indulſit ingenio. Nam a veterum membranarum veſtigiis longe recedunt, quamvis acute ſint excogitata. Sed Ciceronem ſic ſcripſiſſe quis præſtabit? Modeſtia Malaſpinæ potius laudanda, qui ſuam conjecturam proponit, ſed nihil movet in vulgata lectione. Balliol. & Helmſt. *Pro eaque admodum conſolandis ſcripſiſti, P. tanta eo me ſcripſiſſe.* Ex Decurtato igitur & aliis libris præſtat legere, pauciſſimis immutatis: *pro ea, quam ad modum conſolantis ſcripſiſti, putato ea me ſcripſiſſe.* Sed ne ſic auſim affirmare locum eſſe ſanum præcipue ultima, non longe tamen abeunt a ſcriptura veterum librorum. *Gravius.* Reliquiſſem & ipſe lectionem ab Boſio conſtitutam, non quod eam præferrem, ſed quod vulgata nequaquam eſſet melior, niſi aliud vidiſſem. Nam ex hæſitatione aliorum codicum MSS. ſatis colligi poteſt aliquid Græci in hoc loco fuiſſe; quem ſolus Decurtatus videtur integrum & totum reſervaſſe quocunque fato, ſed ut mihi videtur, ordine litterarum unde unde confuſo. Lego enim, *pro ea, quam ad modum conſolantis ſcripſiſti, ὦ τᾶν, ea putato me ſcripſiſſe.* Hoc modo, quum nihil addam, nihil demam, & formula ipſa fuerit vulgariſſima, ſic edere non dubitavi. *Gronov.*

21. *Putato.*] Id eſt debebam tibi quidem multo cum honore verborum reſcribere: ſed in rebus tam triſtibus me deficit ingenium; tu ſilentium meum tam benigne interpretare, ac ſi verboſas tibi gratias egiſſem. *J. F. Gronov.*

22. *Non abhorret.*] Id eſt, tale eſt, quale ego facile ſuſpicatus eram. Videtur Oppius monuiſſe Atticum, juberet Ciceronem temperare ſibi, & paulo cautiorem eſſe in ſermonibus, nec tam libere judicare de illis, quæ fierent. *Idem.*

23. Ne

quid mea intereſit, ut eorum odium ſubeam, non intelligo. Te juſtâ cauſâ impediri, quo minus ad nos venias, video; idque mihi valde [d] moleſtum eſt. Illum ab Alexandrea diſceſſiſſe nemo nuntiat; conſtatque, [23] ne profectum quidem illim quemquam poſt idus Mart. nec poſt idus Decemb. ab illo datas ullas litteras. ex quo illud intelligis, illud de litteris a. d. v. id. Febr. datis (quod inane eſſet, etiam ſi verum eſſet) non verum eſſe. L. Terentium diſceſſiſſe ex Africa ſcimus [24] Pæſtumque veniſſe. quid is afferat, aut quo modo exierit, aut quid in Africa fiat, ſcire velim. dicitur enim [25] per Naſidium emiſſus eſſe. id quale ſit, velim, ſi inveneris, ad me ſcribas. [26] De H-S. x. ut ſcribis faciam. Vale XIIX. kalend. Quint.

d ſi moleſtum MSS.

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

De illius [e] Alexandreâ diſceſſu nihil adhuc rumoris, contraque opinio, valde eſſe impeditum. itaque nec mitto, ut conſtitueram, Ciceronem, & te rogo, ut me hinc expedias. quodvis enim ſupplicium levius eſt hac permanſione. hac de re & ad Antonium ſcripſi, &

e ab Alex. alii.

23. *Ne profectum quidem illò quenquam poſt id. Mart.*] Antiquior codex *illi* habet, ut *illim* legendum putem pro illinc: quo adverbio ſæpe uſum eſſe Ciceronem ex antiquis libris cognoſcimus; quemadmodum obſervavimus etiam *iſtim* pro iſtinc multis locis eundem protuliſſe. nam illi, pro illic & Terentius & Virgilius uſurparunt, quemadmodum alibi adnotavimus, & ſanè veriſimilius eſt *illim*, id eſt ex Alexandria, legi debere: quàm illò, id eſt in ea loca ad Cæſarem: ex multis enim regionibus ſingulis diebus complures ad Cæſarem proficiſcebantur: nec tantopere adfirmare poterat nullos ad eum profectos, quàm neminem ab eo in Italiam veniſſe. *Victor.*

24. *Pæſtumque veniſſe.*] De hoc Plinius lib. III. cap. 5. *A Silaro, ager Lucanus incipit: Oppida Pæſtum, Græce Poſſidonia: ſinus Pæſtanus. Pæſtanos colonos*, lib. XXVII. appellat Livius, Epitoma, Paterculus. *Malaſp.*

25. *Per Naſidium.*] L. Naſidium, quem a Pompejo Magno cum claſſe navium ſedecim L. Domitio Maſſilienſibusque ſubſidio miſſum refert Cæſar lib. II. eundem poſtea in Africa apud Pompejanos oræ maritimæ præfuiſſe ex hoc loco colligitur. *Popma.*

26. *De H-S. x. ut ſcribis, faciam.*] Aliter mſſ. duo Palat. *De his rebus quas mihi notas eſſe voluiſti, ut ſcribis, faciam.* Cleric.

27. Quæ

& ad Balbum, & ad Oppium. ſive enim bellum in Italia futurum eſt, ſive claſſibus utetur, hîc eſſe me minimè convenit: quorum fortaſſe utrumque erit: alterum certè. intellexi omnino ex Oppii ſermone, quem tu mihi ſcripſiſti, [27] quæ iſtorum via eſſet: ſed, ut eam flectas, te rogo. nihil omnino jam exſpecto niſi miſerum. ſed hoc perditius, in quo nunc ſum, fieri nihil poteſt. [f] quare, & cum Antonio loquare, velim, & cum iſtis; [g] & rem, ut poteris, expedias; & mihi quamprimùm de omnibus rebus reſcribas. Vale. XII. kal. Quint.

Pag. CLXXXII.

f quare, cum *alii.*
g ut rem poteris *MS.*

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

[28] CUM tuis dare poſſem litteras, non prætermiſi; etſi, [h] quid ſcriberem, non habebam. tu ad nos & rariùs ſcribis, quàm ſolebas, & breviùs; credo, quia nihil habes, quod me putes libenter legere aut audire poſſe. verumtamen velim, [29] ſi quid erit, qualecumque erit, ſcribas. eſt autem unum, quod mihi ſit optandum, ſi quid agi de pace poſſit: quod nulla equidem habeo in ſpe. ſed, quia tu leviter interdum ſignificas, cogis me [i] ſperare, quod optandum vix eſt. Philotimus [30] dicitur [k] idib. Sext. nihil habeo de illo amplius. tu, velim, ad ea mihi reſcribas, quæ ad te antea ſcripſi. [31] mihi tantum temporis ſatis eſt, dum, [l] ut in

h quod *alii.*
i aſperare *MS. fortè pro* adſpirare.
k ſecedere idib. *alii.*
l ut in *aliis deeſt.*

27. *Quæ iſtorum via eſſet.*] De me. nam ſi ad copias referatur, videatur petere Cicero ab Attico, ut flectat viam, ne copiæ Brunduſium veniant: quod nec Cicero petiiſſet, nec Atticus facere potuiſſet. *Corrad.*

28. *Cum tuis.*] Epiſtola hæc eſt 21. in vulgatis editionibus. *Cleric.* Ordo temporis in epiſtolis ſequentibus hic eſt, 25, 23, 19, 24, 20, 21, 22. vigeſ. quinta eſt data III. Nonas Quintiles. 23, paulo poſt VIII. Idus Quintiles. 19. undecimo Cal. Sextiles. 24, octavo idus Sextiles. 20. Sexto decimo Kal. Septemb. 21. poſt ſextum Kal. ſeptem. *J. F. Gronov.*

29. *Quid erit qualecumque erit.*] *Si quid erit* vetus liber. *Urſin.*

30. *Dicitur idibus Sext.*] Affuturus cum Cæſaris ad me litteris affuit autem pridie idus, ut ex duabus epiſtolis ad Terentium. quæ Fam. lib. XIV. poſtremæ leguntur, manifeſtum eſt. *P. Manut.*

31. *Mihi tantum.*] Id eſt, Brundiſio mihi certum eſt excedere una-

in peſſimis rebus aliquid caveam, qui [32] nihil umquam cavi. Vale. XI. kal. Sext.

EPISTOLA XX.

CICERO ATTICO S.

SEptimo decimo kal. Sept. venerat die XXIIX. [33] Seleuceâ Pieriâ C. Trebonius, [m] qui ſe [n] Antiocheæ diceret apud Cæſarem vidiſſe Quintum filium cum Hirtio. eos de Quinto, quæ voluiſſent, impetraſſe nullo quidem negotio. quod ego magis gauderem, ſi iſta nobis impetrata quidquam ad ſpem explorati haberent. ſed & alia timenda ſunt ab aliisque; & ab hoc ipſo, quæ dantur, ut à domino, rurſus in ejusdem ſunt poteſtate. etiam Salluſtio ignovit. omnino dicitur nemini negare. quod ipſum eſt ſuſpectum, [34] notionem ejus differri. M. Gallius Q. F. mancipia [35] Salluſtio reddidit.

[m] is qui *MS. P. B.*

[n] *alii* Antiochiæ.

una res memoratur, ut aliquid in futurum conſulam & provideam, prout poteſt in rebus ita perturbatis, ut vix conſilium aut cautionem admittam. Quamvis ego is ſim, qui plerumque parum cavendo peccem, ut & in Clodiano negotio, & in hoc civili bello apparuit. *J. F. Gronov.*

32. *Nihil umquam cavi.*] Non enim cavi, cum initio belli ad Pompejum in Græciam navigavi: itaque dicit in epiſtola ad Cæcinam: *Ut Amphiaraus in fabulis, ſic ego prudens & ſciens ad peſtem ante oculos poſitam ſum profectus.* Multo etiam minus cavi, cum in Italiam reverti: ſiquidem conſilium cepi nec tutum, nec honorificum. *P. Manut.*

33. *Seleucea Pieria C. Trebonii, is.*] Vel antiquis libris repugnantibus emendo, *Seleucia Pieria C. Trebonius.* fuit autem Pieria Seleuciæ cognomen quod apud Plinium legimus lib. V. cap. 9. & eodem lib. cap. 21. nam quod *Trebonius*, lego, non, *Trebonii, is*; in eo mutatio nulla eſt: ſiquidem ex duarum, I, coitione efficitur V. *Idem.* *Seleucia Pieria.*] Non potui non probare hanc lectionem Decurtati, *Seleucea Pieria C. Trebonius*, ut jamdudum emendavit Manutius. *Boſius.* In Balliol. eſt. *C. Trebonius, is.* quam lectionem non rejicio. Fuit enim præter celebrem illum C. Trebonium, qui Cæſaris legatus fuit in Galliis, alius C. Trebonius, eques, cujus Cæſar meminit VI. Comment. belli Gallici. *Grævius.*

34. *Notionem ejus differri.*] *Cognitionem* ſcriptum eſt in antiquo codice, & rectius. *Urſin.*

35. *Salluſtio.*] Salluſtius idem, opinor, eſt cum quo ad Cæſarem proficiſcente, ut veniam deprecaretur, Ciceronem filium mittere cogitabat ep. 25. Is a Cæſare in gratiam receptus mancipia ſua

didit. is venit ut legiones in Siciliam traduceret: & protinus iturum Cæſarem Patris. quod ſi faciet: ego, quod antè mallem, aliquò [36] propius accedam. tuas litteras ad eas, quibus à te proximè conſilium petivi, vehementer exſpecto. Vale. XVI. kalend. Septemb.

EPISTOLA XXI.

CICERO ATTICO S.

ACcepi VI. kal. Sept. litteras a te, datas XII. kal. doloremque, quem ex Quinti ſcelere jampridem acceptum [o] jam abjeceram, lectâ ejus epiſtolâ graviſſimum cepi. tu etſi non potuiſti ullo modo facere, ut mihi illam epiſtolam non mitteres: tamen mallem non eſſe miſſam. Ad ea autem, quæ ſcribis de teſtamento, videbis, quid & quo modo. De nummis & illa ſic [p] ſcripſit, ut ego ad te antea; & nos, ſi quid opus erit, utemur ex eo, [q] de quo ſcribis. Ille ad kal. Sept. Athenis non videtur fore. multa [r] eum in Aſia dicuntur morari, maximè Pharnaces. legio XII. ad quam primùm Sulla venit, lapidibus egiſſe hominem dicitur. [37] nullam putant ſe commoturam. illum arbitrantur protinus Patris in Siciliam. ſed, ſi hoc ita eſt, huc veniat neceſſe eſt. ac mallem illum. aliquo enim modo [38] hinc evaſiſſem. nunc metuo, ne ſit exſpectandum; &

[o] jam *deeſt in aliis.*
[p] ſcripſi tum, ego *MS.*
[q] de *deeſt in MS.*
[r] enim *alii.*

ſua, quæ M. Gallius abduxerat, repetiit: ille reddidit, ex quo patebat reſtitutionem bonorum impetratam, non modo veniam delicti. *Popma.*

36. *Propius accedebam.*] Propius urbem. quod non feciſſet, ſi Cæſar, qui ex Aſia veniebat, omiſſâ Siciliâ ex Græcia in Italiam rectà navigaſſet. nam eum Brundiſii, ubi erat, exſpectaſſet, ut advenienti occurreret & deprecaretur. itaque dicit, *Quod ſi faciet*, id eſt, ſi in Siciliam ibit, ego propius accedam. *P. Manut.*

37. *Nullam putant ſe commoraturam.*] In omnibus ferè manuſcriptis & impreſſis codicibus *commoturam* le[illegible]s: itaque prorſus legendum eſſe judicamus. Opinio (inquit) [illegible] omnium nullam legionem ſe commoturam eſſe, nec uſquam iter facturam. quod etiam in ſequenti epiſtola confirmat his verbis: *Currunt ad illum pulſi à militibus, qui ſe negant uſquam, niſi acceperint.* uſquam, ſcilicet ſe commoturos. Exercitum autem in Africam trajicere parabat, ut magnum illi impedimentum adferret conſenſos militum, qui, niſi ſtipendium ſibi perſolutum eſſet, loco, in quo erant, ſe movere nolebant. *Victor.*

38. *Hinc*

& cum reliquis etiam loci gravitas hîc [s] miſerrimè perferenda. Quod me mones ut ea [t] videam, quæ ad tempus accommodem: facerem, ſi res pateretur, & ſi ullo modo fieri poſſet. ſed in tantis noſtris peccatis tantiſque noſtrorum injuriis, nihil eſt, quod aut facere dignum nobis, aut ſimulare poſſim. 39 Sullana confers: in quibus omnia genere ipſo præclariſſima fuerunt, moderatione paullo minus temperata. hæc autem ejusmodi ſunt, 40 ut obliviſcar, multoque malim quod omnibus ſit melius, quorum [v] utilitati meam junxi. Tu ad me tamen [x] velim quàm ſæpiſſimè ſcribas, eoque magis, quòd præterea nemo ſcribit: ac ſi omnes, tuas tamen maximè exſpectarem. Quod ſcribis illum per me Quinto fore placatiorem: ſcripſi ad te [y] antea, eum ſtatim Quinto filio omnia tribuiſſe; noſtri nullam mentionem. Vale.

Pag. CLXXXIII

s miſerrimæ prof. *MS.*

t videam *deeſt in MS.*

v utilitatem meam duxi. *Græv. conj.*

x vellem *MS.*

y ea enim ſtatim *MSS.*

EPI-

38. *Hinc evaſiſſem.*] Helmſt. *aliquò enim hinc evaſiſſem*, quam lectionem unice probo. Stioli, qui neſcierunt *aliquò* eſſe aliquem in locum, ut *quo* eſt quem in locum, inculcarunt *modo*. Nec abeunt longe libri, quibus Fr. Junius eſt uſus qui ſic edidit: *ac mallem illum aliquò: nam hinc evaſiſſem.* Sed hæc abſurda ſunt. Nam cur Cicero evàſiſſet Brundiſio ſi Cæſar *veniſſet aliquò?* Imo Cicero credebat ſe facile hinc diſcedendi facultatem, ſi non Romam, ſaltem in locum commodiorem & ſalubriorem conſecutum a Cæſare, ſi ante quam contenderet in Siciliam & Africam, veniret Brunduſium. Terent. *aliquo profugiet militatum.* Græv.

39. *Sullana confers.*] Credibile eſt, Atticum in hanc ſententiam ſcripſiſſe: Feramus quæ ſub Sulla tulimus: hæc enim ejusmodi fere ſunt. Hic Cicero reſpondens, Sullana, inquit, genere ipſo præclariſſima fuerunt; nam Sulla ſenatus dignitatem contra perditam & ſeditioſam plebem defendebat; moderatione non admodum temperata; ſiquidem eos, quos ſibi minus amicos fuiſſe intelligebat, occidit. *P. Manut.*

40. *Ut obliviſcar, multoque malim.*] Manutio videtur dictio deeſſe, itaque legere mallet, *obliviſcar mei, idque malim*; ſi quidem in antiquis Beſſarionis, Ferri, Ubaldini & Maffei libris pro, *multoque malim*, legitur, *mittoque malim.* Cleric. *Ut obliviſcar.*] Helmſt. *ut obliviſcar mittoque malum.* Balliol. etiam: *ut obliviſcar mittoque malim.* Sic & libri quatuor, quos Manutius conſuluit. unde is conjicit: *ut obliviſcar mei, idque malim*, quod recepit in ſuam editionem Brutus. Minus longe recedemus a veſtigiis librorum & editionum ſi ſcribamus: *ut obliviſcar mei, multoque malim.* Grævius. Quum iſtud *mittoque* inter *obliviſcar* & *malim* vel *malum* exſtet in omnibus omnino MSStis libris, non poſſum dubitare, quin Tullius dederit, *ut obliviſcar mei, eoque malim.* Gronov.

 41. *Ne-*

EPISTOLA XXII.

CICERO ATTICO S.

DILIGENTER mihi faſciculum reddidit Balbi tabellarius. accepi enim à te litteras, quibus videris vereri, ut epiſtolas illas acceperim: quas quidem vellem mihi nunquam redditas. auxerunt enim mihi dolorem: nec ſi [z] in aliquem incidiſſent, quidquam novi attuliſſent. quid enim tam pervulgatum, quàm illius in me [a] odium & genus hoc [b] litterarum? quod ne Cæſar quidem ad iſtos videtur miſiſſe, [c] quaſi quò illius improbitate offenderetur, ſed, credo, uti notiora noſtra mala eſſent. Nam quod [d] te vereri ſcribis, ne illi obſint, eique rei mederi: [41] ne rogare quidem ſe paſſus eſt de illo: quod quidem mihi moleſtum non eſt: illud moleſtius, iſtas impetrationes noſtras nihil valere. Sulla, ut opinor, cras hìc erit cum Meſſala. currunt ad illum pulſi à militibus; qui ſe negant uſquam, niſi acceperint. ergo ille huc veniet: quod non putabant: tardè quidem. itinera enim ita facit, [42] ut multos dies in oppidum [43] ponat. Pharnaces autem, [44] [e] quoquo modo aget, afferet moram. quid mihi igitur

z mali quid accid. *alii multi.*
a *alii* odium? b *alii* litterarum, quod.
c quo illius improbitatem *MSS. Jun.* F. B.
d tu *MS.*
e quomodo agit *Man.*

41. *Negari quidem ſe paſſus eſt.*] Nos *ne rogari quidem* conjecturâ emendavimus. Statim (inquit) quæcunque poſtulavit Q. filius de patre impetravit, ita facilè ut ne rogari quidem ſe paſſus ſit. Eadem ferè ſententia eſt in fine antecedentis epiſtolæ. ſic enim inquit: *Quod ſcribis illum per me Q. fore placatiorem, ſcripſi ad te antea eum ſtatim Q. F. omnia tribuiſſe, noſtri nullam mentionem.* Victor.

42. *Ut multos dies in opidum ponat.*] Non explano, Ut in unoquoque opido multos dies Cæſar conſumat, ſed, Ut ab opido ad opidum multorum dierum itinere perveniat. quale illud eſt ep. 35. lib. XII. *Ne totum diem in villam.* ubi ſubaudio, *Ponam*; dum in villam eo. *P. Manut.*

43. *Ponat.*] Sup. lib. VI. ep. 2. Si de Auguſto ſene loqueretur, de quo Sueton. cap. 82. crederem, ſed Julii naturæ & moribus id contrarium videtur, idem Suet. Jul. 57. neque illud alterum accipio præciſe de itu in villam, ſed & de itu & de negotiolo ibi agendo & de reditu. Cæſarem autem in oppidis moratum eſſe credibile eſt agendis conventibus & audiendis legationibus. *J. F. Gronov.*

44. *Quo modo agit.*] Frequens locutio apud Ciceronem: *Quo modo nunc eſt, conſules tranſierunt: Quo modo nunc eſt, pedem ubi ponat*

tur cenſes? jam enim corpore vix ſuſtineo gravitatem hujus cæli, 45 qui mihi laborem affert in dolore. An his illuc euntibus mandem, ut me excuſent, ipſe accedam propius? quæſo, attende; & me, quod adhuc ſæpe rogatus non feciſti, conſilio juva: 46 ſcio rem difficilem eſſe: 47 ſed, 48 ut in malis. etiam illud mea magni intereſt, te ut videam. profectò aliquid profecero, ſi id acciderit. De teſtamento, ut ſcribis, animadvertes.

ponat in ſuo non habet: Quo modo res ſe habet, non eſt facillima ep. 15. lib. VIII. & 49. lib. XII. & ad Q. Fr. 3. lib. I. Quem ego ſenſum & loquendi modum ſecutus legere malui, *Quo modo agit*, quam, ut antea, *Quoquo modo agit*, ut ep. 22. lib. XIV. Dicit autem, *Quo modo agit*, propterea quod Pharnaces Ponto, quem occupaverat, non decedebat: ut ea res Cæſari in Italiam proficiſcenti moram allatura videretur. *P. Manut.*

45. *Qui mihi laborem affert in dolore.*] Vetus liber, *quod mihi languorem affert in dolore.* Urſin.

46. *Sic rem difficilem eſſe, ſed ut malis.*] Sic omnes manuſcripti habent: quam etiam lectionem retinebant cuncti excuſi codices. Sed ajunt poſtea Beroaldum *ut in malis*, emendaſſe dixerim, an corrupiſſe? ego ſanè vix poſſum tot librorum conſenſum non probare: ſinceriorem autem ſenſum elici puto, ſi receptam ſcripturam non permutes. nec enim *malis* nomen eſſe puto, ſed verbum: ut hæc ſit ſententia horum verborum, Scio rem difficilem eſſe: ſed dummodo velis mihi obſequi, vinces omnes difficultates. *Victor.*

47. *Sed ut malis.*] Ita Victorius, Boſius & Junius ex ſuis mſſ. Beroaldus verò, Manutius & Lambinus legunt, *ſed ut in malis*, & ita exaratum eſt in Ferri mſſ. *Cleric.* Quum hi apices tantum comprobentur ab antiquis omnibus, & ne unus quidem vel minuat vel augeat, cenſeo fuiſſe, *ſed tu malis*, ſcilicet nunc me conſilio juvare, quam difficultate rei abſterreri. *Gronov.*

48. *Ut in malis.*] Juva, inquit, me conſilio. plane hoc non facile fieri poteſt: ſed juva, ſi non quantum opus eſt, at quantum licet in malis. ep. 3. lib. XII. eodem ſenſu dixit: *Pro malis. Multo plus*, inquit, *proficeret ſolitudo, ſi tu intereſſes. qua mihi una cauſſa eſt hinc diſcedendi. nam pro malis, recte habebat.* & ad Torquatum ep. 2. lib. VI. Fam. *Quòd*, inquit, *majore in varietate verſata eſt adhuc tua cauſſa, quam homines aut volebant, aut opinabantur: mihi crede, non eſt pro malis temporum quod moleſte feras.* Dixit etiam in Bruto non diſſimili ſententia: *L. Cælius, ut temporibus illis, valde doctus.* & de Senectute: *Multa, ut in homine Romano, littera.* Et in epiſtola ad Marcellum: *Ut in tali re, fortuna laudatur. Ut in malis*, autem, *ut in peſſimis, ut in perditis rebus*, nota locutio eſt: itaque non afferam exempla: tantum dicam, in Ubaldini libro ſcripto legi, *Scio rem difficilem eſſe: ſed in malis*; in libro Cavalcantis, *Sic rem difficilem eſſe, ſed ut malis:* in tertio Tertii, *Scio rem difficilem eſſe, ſed, ut in malis.* ut ex

EPISTOLA XXIII.

CICERO ATTICO S.

QUod ad te ſcripſeram, 49 ut cum Camillo communicares, de eo Camillus mihi 50 ſcripſit, ſe tecum locutum. tuas litteras exſpectabam. 51 ni ſic illud quidem mutari, ſi aliter eſt, f & oportet, non video poſſe, 52 *ſed cum à nullo accepiſſem litteras, deſideravi tuas:*

f atque op. *Manut.*

trium exemplarium varietate non temere locus emendari videatur. *P. Manut.*

49. *Ut cum Camillo communicares.*] Hoc quid eſſet, de quo Atticum communicare cum Camillo volebat, oſtendit ep. 7. *Extremum*, inquit, eſt, *quod te orem, cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis de teſtamento.* Easque litteras hic ſignificat, cum dicit, *Quod ad te ſcripſeram.* Idem.

50. *Scripſit te cum eo locutum.*] *Secum* dixiſſet Laurentius Vallenſis, niſi cum eo Philotimo exponas: ego tamen, cum ea legerem, ut Terentiam ſignificet, quam ab Attico & Camillo moneri volebat ep. 16. h. l. ut hinc dixerit, in ſermonem veniſti, ep. ſeq. quid ſi legas ita? *ſcripſit; ſecum collocutum.* Corrad. Antonianus, Faërni atque alii, *Scripſiſſe locutum.* Et conveniunt cum Manutianis, ut ad veriorem loquendi formam, *ſcripſit ſecum locutum*, reduci poſſit: quo modo emendatur a Paullo. *Malaſp.* Cruſellinus codex, *te ſecum loquutum.* Decurtatus, *ſe tecum loquutum*, ut edidi. *Boſius.*

51. *Ne ſic illud quidem mutari.*] Puta quod cum Terentia geſtum mutari interventu Camilli & tuo. *Ni* pro *ne* olim ſcriptum fuiſſe conſtat: ex *non* fieri *nunc* uſus docet, ratio poſtulat. *Junius.* Loquitur de teſtamento Terentiæ, de quo ſcripſerat ep. 16. ut Atticus cum Camillo communicaret, Tuas litteras exſpectavi, inquit, ut quid actum eſſet intelligerem. Verumtamen teſtamentum ſi aliter factum eſt atque oportebat, mutari jam non poſſe video. *Niſi* pro *ſed* uſurpatur apud Catonem, Terentium, Plautum & alios, ut notavi ad Catonem de Re Ruſtica. *Popma.* Balliol. & Helmſt. *niſi*, quod recte exponit Manutius & eum ſecutus Popma. *Niſi illud.*] Hic dictio *Niſi* idem fere ſignificat, quod *ſed*; ut in epiſt. ad Memmium. lib. XIII. ep. 1. *Nec, cur ille tantopere contendat video, nec, cur tu repugnes: niſi tamen multo minus tibi concedi poteſt quàm illi laborare ſine cauſa.* Et ad Philippum, eodem libro ep. 13. *De te nihil poſſum judicare; niſi illud mihi certe perſuadeo, te talem virum nihil temere feciſſe.* P. Manut.

52. *Sed cum à nullo accepiſſem litteras, deſideravi tuas.*] Accidit hoc in omnibus rebus, ut arbitror, ut cum aliquem ſinceræ & ſpectatæ fidei ſæpe expertus fueris, non facilè poſſis eum mendacem exiſtimare: hoc quoque mihi fortaſſe evenit in hoc meo antiquo

tuas: & ſic putabam, te [g] certiorem factum non eſſe, modo valeres. ſcripſeras enim te quodam valitudinis genere tentari. [h] Acuſius quidam Rhodo venerat IIX. id. Quint. is nuntiabat, Quintum filium ad Cæſarem profectum IV. kal. Jun. Philotimum Rhodum pridie [i] eum diem veniſſe, habere ad me litteras. ipſum Acuſium audies, ſed tardiùs iter faciebat. 53 eo feci, ut [k] ego celeriter eunti darem. quid ſit in iis litteris neſcio: ſed mihi valde Quintus frater gratulatur. equidem

g fortiorem *Manut.* erectiorem *Boſ.*
h *alii* Aguſius, *aut* Auguſius.
i *alii* ejus diei.
k ego *deeſt in aliis.*

tiquo libro. Nam cum eum multis locis fidelem animadverterim, vix poſſe puto illum fidem fallere: & ob hanc cauſam ea etiam, quæ non ſatis probo, haud facilè mihi perſuadere poſſum falſa eſſe, quemadmodum hoc: ſic enim ille ſcriptum habet, *ſed cum a nillo &c.* Quamvis enim receptam lectionem conſervarim: non tamen adeo hanc pravam & ineptam judico, ut eam notam facere noluerim: poſſet enim fortaſſe *a nilo* legi, ubi *Nillo* legitur. nam alibi in vetuſtis exemplaribus hoc nomen ſic ſcriptum inveni, corruptè ut arbitror: ſed nihil hoc refert. ſatis enim eſt oſtendiſſe antiquos librarios ſic quandoque ſcribere conſueſſe: rectè an perperam nihil ad me qui eos in hoc non imitor. Quod ſi ita legeretur, poſſet intelligi de litteris illis, quas Cicero à Cæſare, dum adhuc Alexandriæ eſſet, accepit: ut ipſe tradit in oratione pro Ligario his verbis: *Apud quem igitur hoc dico? nempè apud eum, qui cum hoc ſciret, tamen me antequam vidit, reip. reddidit: qui ad me ex Ægypto litteras miſit, ut eſſem idem qui fuiſſem.* Ut dicat ſe magnopere deſideraſſe illis temporibus litteras Attici, & vehementer admiratum eſſe eum ad ſe non ſcripſiſſe, cum propinquis in locis eſſet, & commodè hoc facere poſſet: Cæſar autem ad ſe à Nilo uſque, & è remotiſſimis regionibus litteras miſiſſet. Nam facile poteſt certum aliquid de hac re ſtatui: nam tota epiſtola mendorum plena eſt: & vitium etiam eſſe in ſuperioribus verbis puto. *Victor.* *Sed quum a Nilo accepiſſem l.*] Litteras, nempe Camilli, quarum principio meminit. Quod autem ſequitur, *etſi putabam te certiorem factum non eſſe*, intelligendum eſt de profectione Nili, quum iſthinc ad me venturus eſſet. Sic luculenta omnia, nec alia reſtitutione ulla videtur fuiſſe opus. *Junius.* Mallem cum Corrado & Manutio: *ſed cum ab illo.* Grævius. Quod in quibuſdam eſt *Nillo*, magis accedit ad *nullo*, ob lenitatem pronuntiationis ſæpe u & i mixto, quam *Nilo.* Hinc quum alii plane exhibeant *nullo*, id repetendum judicavi, quam ingenioſis indulgendum, quum utique perſpicue Cicero iſta referat ad poſtrema hæc epiſt. 21. *Tu ad me tamen velim quàm ſæpiſſime ſcribas, eoque magis, quòd præterea nemo ſcribit: ac ſi omnes, tuas tamen maxime, exſpectarem.* Gronov.

53. *Eo feci.*] Tornæſianus, *eo feci ut eo:* Decurtatus, *eo feci ut ego*, plane recte. *Boſius.* Sed *ego* hic abundat. *eo* bis repetitum fuit, unde alii *ego*, quod delevi ſecutus auctoritatem Balliolenſis & Helmſt. codd. (quamvis in hoc pro *ego* ſcribatur *ei*) nec non edi-

l negotiatione *MS.* dem in meo tanto peccato nihil 54 [l] ne cogitatione quidem aſſequi poſſum, quod mihi tolerabile poſſit eſſe.
Pag. CLXXXIV. Te oro, ut de hac [m] miſera cogites: & illud, de quo
m miſeria *MS.* & *alii.* ad te proximè ſcripſi, ut aliquid conficiatur ad inopiam propulſandam, & etiam de ipſo teſtamento. illud quoque vellem antea: ſed omnia timuimus. 55 melius quidem in peſſimis nihil fuit [n] diſcidio. 56 aliquid feciſſemus,
n diſſidio *alii.*

editionem Manutii & aliorum. Victorius ediderat: *eo feci ut eo celeriter eunti darem:* Sed nec ſenſus nec Latina lingua fert hanc locutionem. *Gravius.*

54. *Ne cogitatione quidem.*] Senſus eſt, Quintus frater mihi gratulatur, quod Cæſar ad me ſcribat. ego autem, tantum abeſt, ut propter has litteras gaudeam, ut nihil ne cogitatione quidem reperire queam, quod mihi tolerabile poſſit eſſe. Dicit autem, *In meo tamen peccato*, propterea quòd graviter ſibi peccaſſe videbatur, qui ſtatim poſt pugnam Pharſalicam, Pompejanorum viribus nondum plane exſtinctis, in Italiam veniſſet. idque diverſis nominibus appellat, temeritatem ep. 8. ſtultitiam ep. 11. peccatum ep. 11. *P. Manut.*

55. *Melius quidem in peſſimis, nihil fuit diſſidio.*] Terentianum illud exemplar Petri Bembi, & item alterum e Bibliotheca Vaticana, non ſane tam vetuſtum illud quidem, ſed tamen & ipſum perantiquum, in illo Andriæ comœdiæ, *Valeant, qui inter nos diſſidium volunt: Diſcidium* habent: ad quam ſcripturam Gabriel Faërnus vulgatam lectionem, ut ipſe mihi narrabat, revocavit: ut quemadmodum in ſenſu, ita etiam in verbis ſcripturæ differentia ſit, variaque amborum poſitio & origo. Diſcidium enim, a Diſcindo dictum cum ſit, divortio & ſeparationi convenire videtur, ut Diſſidium a Diſſido, diſcordiæ ac diſſenſioni. Quæ ſi vera ratio eſt, hic quoque cum divortium ſignificetur, *Diſcidio* videatur eſſe legendum, quemadmodum & in Antoniano, & Faërnino, & pæne omnibus ſcriptis reperitur Hercule teſtari poſſum; quod eſt in III. de Orat. *Hinc diſſidium illud exſtitit, quaſi linguæ & cordis, abſurdum ſane & inutile & reprehendendum; ut alii nos ſapere, alii dicere docerent;* In manuſcriptis fere omnibus, & in uno qui eſt apud me, *Diſcidium* legi. Sane, Diſſidium eſſe ſine divortio poteſt: Diſcidium, voluntatum quidem diſſimilitudinem arguit plerumque, ſed non ſemper. Poteſt enim ſciſſio hæc non ſolum, communi voluntate, ſed etiam contra voluntatem fieri. Nam ſupra M. Tullius lib. IV. ep. I. *Cognoram enim te* (inquit) *acerbiſſime diſcidium noſtrum tuliſſe:* de ſuo diſceſſu loquens. Quo in loco *Diſcidium* item eſt ſcriptum in vetuſtis libris, Antoniano, reliquis. *Malaſp. Diſcidium* etiam Balliol. confirmat.

56. *Aliquid feciſſemus, ut vivi.*] Hic plures locos ſtellulis ut depravatos mancoſque ſignavimus, & ſane extrema pars hujus libri valde deminuta & mendoſa eſt: nec codices, quos habuimus manuſcriptos, ipſi etiam integri incorruptique manent, etſi minus quàm excuſi inquinati ſunt: quæ igitur potuimus tutò caſtigare li-

mus, ut vini, vel tabularum novarum nomine, vel 57 nocturnarum expugnationum, 58 vel 59 Metellæ, vel omnium o malorum: nec res periiſſet: & videremur aliquid doloris virilis habuiſſe. memini omnino tuas litteras; ſed & tempus illud: etſi quidvis præſtitit. nunc quidem p ipſe videtur denuntiare. 60 audimus enim de ſtatu

o majorum *MSS.* & *edd.*

p *ita Boſ.* *alii* ipſa.

libenter fecimus: reliqua ad fidem antiquorum meliorumque codicum revocavimus. aut enim ex illis vera lectio quandoque excudetur, aut in perpetuum hæc loca jacebunt: multis enim partibus ita contaminata ſunt hæc volumina epiſtolarum, ut vix humano ingenio reſtitui poſſe videantur, niſi aliqua adhuc ſinceriora exemplaria in lucem prodierint. *Victor.* *Aliquid feciſſemus, ut vivi.*] *Viri* Pantagathus pro *vivi*, & paullo poſt, *va victoria vel omnium malorum*, pro, *vel Metella vel omnium majorum.* infra pro, *Conſidera igitur ne vim abuſo naſcatur*, legebat, *Conſidera igitur tum ne viri abitio naſcatur.* Urſin. *Aliquid feciſſemus, ut vivi vel tabularum, &c.*] Vel aliquid deſideratur, vel in his ipſis verbis mendum latet. ſenſus eſſet non abſurdus, ſi ita legeretur: *Aliquid feciſſemus, ut viri, vel tabularum, & quæ ſequuntur.* nam infert paullo poſt, *Et videremur aliquid doloris virilis habuiſſe.* P. Manut. *Ut vini vel.*] Correctio hæc eſt ex Decurtato. in vulgatis eſt, *ut vivi*; quod Manutius non percipiens legebat cum Pantagatho, *ut viri.* Cleric. Balliol. & Helmſt. cum omnibus editis antiquioribus: *ut vivi.* quod non auſim mutare. Eſt enim feciſſem aliquid quo oſtenderem me dolorem & contumeliam ſentire. Mortui enim carent ſenſu. *Gravius.*

57. *Nocturnarum expugnationum.*] Quibus Dolabella inimicorum, ut L. Trebellii, vel potius mulierum ædes expugnabat. *Corradus.* Dolabella multa Romæ ſcelerate fecerat, adeo ut aliquando deſperarit de venia a Cæſare impetranda, quemadmodum ſcribit Dio lib. XLII. atque eò referendum puto quod hic Cicero tradit de nocturnis expugnationibus. *Boſius.*

58. *Vel Metella vel omnium malorum.*] Corradus, Victorius, Manutius, Lambinus & alii repoſuerunt, *malorum*, pro eo quod erat in vulgatis, *majorum.* Pro, *vel Metella*, Tornæſianus habet, *velim Metella*, ut ait Boſius; vel ut Lambinus, *vel in Metella:* unde Monſtrolienſis noſter, locum corruptum ſuſpicatus, conjicit eſſe legendum, *vel tabularum novarum, vel nocturnarum expugnationum metu, vel omnium malorum.* Pantagathus legebat, *vel victoria, vel omnium malorum.* Cleric.

59. *Metella.*] Hæc videtur pellex Tulliæ, & meminit ejus Horat. II. Sat. 3. *J. F. Gronov.*

60. *Audimus enim de ſtatu reip.*] Reddit rationem, cur Terentia videretur divortium denunciare. Statu reip. miſero videlicet & perdito, maxime propter Dolabellæ tribuni pl. ambitionem & licentiam: unde Cicero conjecturam faciebat. Terentiam divortium eſſe facturam, utpote quæ dubitaret, ne, ſi Dolabella tabulas novas poſuiſſet, quod velle videbatur tam perturbato ſtatu ei-

ſtatu reipublicæ. [61] ô dii! generumne noſtrum potiſſimum, [62] ut hoc, vel tabulas novas? placet mihi igitur &c

civitatis, de dote veniret in dubium. itaque velle eam, dum liceret, ſibi cavere divortio facto, ante difficultatem illam temporum à Cicerone dotem recipere, veriſimile erat. propterea non dixit, denunciat, ſed videtur denunciare, quod ipſe, denuntiaturam, conjecturâ perſpiciat. Quod autem in noſtro libro, contra quam in aliis omnibus, legitur, De ſtatu reip. odii, &c. ſic emendavimus, adducti veterum exemplarium varietate. nam liber Cavalcantis habet, De ſtatu riei odii: Ubaldini, Deteſtati Clodi: Maffei, De ſtatuti Clodii. *P. Manut.* *Audimus enim*] Scribendum, *Audimus enim de ſtatu urbis. o Dii! Generumne noſtrum potiſſ.* (ſcilicet comparaſſe & cauſam fuiſſe) *ut hoc*, (ſcilicet fieret vel ageretur, nam ut excitati ab eo tribuno pl. tumultus comprimendi ergo, introduceret in urbem Antonius milites, qui octingentos ex iſtius factione occiderunt) *vel* (omnino) *tabulas novas* (ferre?) Hæccine generum Ciceronis, qui ſemper tribunitiis furoribus reſtitit, & fœneratores obſidione exemit, v. Famil. epiſt. 6. *J. F. Gronov.*

61. *O dii! generumne noſtrum.*] Exclamatio indignationis plena. nam Cicero iniquiſſimo animo ferebat generum ſuum, hoc eſt, ejus qui optime de Republica meritus eſſet, eo impudentiæ erupiſſe, ut cogitaret de lege novarum Tabularum ferenda. qua lege, præterquam quod ingens clades, atque adeo interitus præſtantiſſimæ parti civitatis adferebatur, ipſa etiam Tullia ſolutam illi ipſi Dolabellæ, ejus legis auctori, dotem erat amiſſura. itaque Cicero putabat Dolabellam ea de cauſſa velle Tulliæ nuntium remittere, ut eam dotis repetitione fraudaret. O dii, inquit, idne ferendum eſt, generum noſtrum potiſſimum, qualecumque hoc ſit, vel novas tabulas inducere? *Boſius.*

62. *Ut hoc, vel tabulas novas?*] Subaudi, cogitet, in animo habeat; vel aliquod hujusmodi. *Hoc:* quidpiam iniquius, de quo generum ſuum Dolabellam audiverat legem eſſe laturum. ſed mihi magis placet totum illud: *Hoc, vel tabulas novas*, non duas res ſed unam ſignificare. nam, ſi duas ſignificat, cur ſecundam nominat, primam non item? qui enim poterat Atticus intelligere, quid ſibi vellet verbum, *Hoc*, niſi a Cicerone apertius exponeretur? placet igitur, ut dixi, unam rem ſignificari, & illud, *Vel tabulas novas*, interpretationem eſſe dictionis, *Hoc:* ut particula, *Vel*, ſententiam non mutet, ſicuti cum ponitur pro aut, ſed augeat, quo modo poſita eſt in quadam epiſtola ad Quinctum fratrem: *Tu nobis amiciſſimum Sextium cognoſces, credo, tua cauſſa vel Lentulum.* & in libris Academicis: *Per me vel ſtertas licet, non modo quieſcas.* Legem autem de tabulis novis Dolabellam pertuliſſe non conſtat, ſed, laturum eſſe, rumor fuit, atque etiam tentaſſe apparet. cujus rei argumentum eſt, quod in Philippica VI. Trebellium tabulis novis adverſatum fuiſſe, legitur: & ex Dionis Hiſtoria lib. XLII. inter P. Dolabellam, qui debitorum cauſſæ favebat, è quibus ipſe unus erat, & L. Trebellium, tribu-

& idem tibi, nuntium remitti. petet fortaſſe tertiam penſionem. conſidera igitur 63 tumne cùm ab ipſo naſcetur, an priùs. ego, ſi ullo modo potuero, vel nocturnis itineribus experiar, ut te videam. tu & hæc, & ſi quid erit, quod interſit me ſcire, ſcribas velim. Vale.

EPISTOLA XXIV.

CICERO ATTICO S.

64 QUÆ dudum ad me, &, quæ etiam q antè bis ad Tulliam de me ſcripſiſti, ea ſentio eſſe vera. eo ſum

q ad me, bis MSS.

bunos pl. graves & perpetuas fuiſſe contentiones, intelligitur. Trebellii autem tribunatus omnino in ea Philippica ſignificatur. ſed argumentari non oportet: aperte L. Florus, Dolabella, inquit, de tabulis novis legem ferente, ſeditiones excitatæ. aperte etiam Plutarchus in Antonio. *P. Manut.*

63. *Tumne cum ab ipſo.*] Sic legendum puto, hoc ſenſu: Dolabella occaſionem juſtam dabit nuntii remittendi. petet enim tertiam penſionem dotis ſibi dari. Conſiderandum igitur an cum illud ab ipſo naſcetur præbebiturque occaſio ex petitione dotis; an vero prius nos oportebit nuntium remittere. *Popma.* Hanc Popmæ lectionem ſtabilit Balliol. *Tum ne cum ab abuſo.* pro *ipſo* ſcripſerunt *uſo.* quod tamen in Antoniano & Faërni emendate exaratum fuit. *Gravius. Tum, ne vim abuſo naſcetur.*] Sic Maffei liber: ſic & Cavalcantis & Beſſarionis. forte, *Tum ne, cum ab ipſa naſcetur, an prius ego.* id eſt, tum ne cogitandum de dote, cum ipſa diſcidium denunciabit; an prius ego denunciem. *P. Manut. Tumne viri abuſio naſcetur, an prius. ego.*] Vulg. *tum, ne vim abuſo naſcetur &c.*] Pantagathus legebat, *tum ne viri abitio naſcetur.* Manutius verò, *tumne, cum ab ipſa naſcetur, an prius ego.* Junius etiam conjicit, *tune, quum ab ipſo naſcetur, an prius ego*; & id ait ſe feciſſe ex mſſ. collatione. *Cleric.* Hic locus laborat prava interpunctione, quæ ſic eſt conſtituenda: *Tum ne cum ab ipſo naſcetur, an prius ego,* ei renuntiem ſcilicet, hoc eſt, an Tullia meo ſuaſu ei prius nuntium mittere debeat, an exſpectare ut a Dolabella repudietur. Pendet in vulgatis ſententia, & plane abrupta eſt, ſi prius finit periodum. nec abhorret P. Victor. editio in qua ſcribitur: *Tum ne vim abuſo naſcetur, an prius ego, ſi ullo modo potuero,* & quæ ſequuntur. *Gravius.* In MSS. eſt *abuſo.* Id patet compoſitum ex *ab iſto.* Gronov.

64. *Quæ dudum ad me, &, quæ etiam ad me, bis ad Tulliam.*] Alii: *Quæ dudum ad me, & quæ etiam ante bis ad Tulliam.* recte. *Corrad.* Lego ex Decurtato, Tornæſiano & Cruſellino, *&, quæ etiam ad me, bis ad Tulliam de me ſcripſiſti:* hoc ſenſu; & quæ bis ad Tulliam de me ſcripſiſti, quæ etiam ad me ſcripſiſti. nam quæ ad

ſum miſerior, (etſi nihil videbatur addi poſſe) quod mihi non modo iraſci graviſſimâ injuriâ acceptâ, ſed ne dolere quidem impunè liceat. quare iſtuc feramus. quod cùm tulerimus, tamen eadem erunt perpetienda, quæ tu, ne accidant, ut caveamus, mones. ea enim eſt à nobis contracta culpa, [65] ut omni ſtatu omnique populo eundem exitum habitura videatur. [66] ſed ad meam manum rediero: dehinc enim hæc occultiùs agenda. vide quæſo etiam nunc de teſtamento, quod tum factum, cùm illa [r] quærere cœperat. [67] non credo te commôrit; neque [s] enim rogarit, ne me quidem. ſed

P. B. r hærere *MS.* s eum rogari *MS.*

ad Tulliam Atticus ſcripſerat, ea Cicero ad ſe ſcripta exiſtimabat. *Boſius.* Nihil hac lectione abſurdius, *qua dudum ad me, quæ etiam ad me.* Omnino probanda eſt, quam Victorius in ſua ſequitur editione, probatque Corradus: *qua dudum ad me, & quæ etiam ante bis ad Tulliam.* In Balliol. tamen eſt: *quadam ad me, & quæ etiam ad me vis at Tulliam.* Sic & Helmſt. niſi quod pro *vis at* ſcribat, *vis ut* Nec longe abit ab hac membranarum ſcriptura vetus editio Bononienſis cum commentariis Joan. Baptiſtæ Pii; *Quadam ad me: & qua etiam de me vis: ad Tulliam de me ſcripſiſti.* Forte Cicero ſcripſit: *Qua dudum ad me, & qua etiam ad me viſa Tullia de me ſcripſiſti.* ut *dudum* & *viſa Tullia* opponantur. Quæ ſcripſiſti ad me dudum ante, illa etiam repetiiſti poſtquam Tulliam vidiſti. Manutius ex Speciani libro ſic hunc locum in editione ſua conſtituit: *Qua dudum ad me, & qua etiam ad meam Tulliam de me ſcripſiſti.* non invenuſte, ſi non nimis longe ab aliis recederet codicibus. Sed ſequor ego Victorium, qui leviſſima mutatione *ad me* refinxit in *ante*, veteres, ut credere fas eſt, libros ſecutus: ingenio enim parum tribuit. *Grævius.*

65. *Omni ſtatu omnique populo.*] Video enim mihi iratum fore Cæſarem, quod contra eum pugnaverim; infeſtos Pompejanos, quod ab iis diſceſſerim. *P. Manut.*

66. *Sed ad meam manum redi: dehinc enim hæc occultiùs.*] Ex Decurtato hoc eſt: vulgò, *ad meam manum redierint. etenim hæc &c.* quod Manutius improbans, emendabat ex Speciani libro, *ad meam manum redierò.* Junius legit, *ad meam manum redi. erunt etenim hæc &c.* Cleric.

67. *Non credo, & commoti neque eum rogari.*] Pantagathus, *non credo Camillo: neque eum rogari.* paullo poſt vetus liber habet *hærere*, pro *quærere.* Urſin. *Non credo te commoveri.*] Sic conjicio legendum: Non commoveri autem dicit à Terentia ipſorum alterum, adverſandi illius teſtamenti cauſâ. *Junius.* Locus eſt comploratus. Noſtri libri Ballioleنſ. & Helmſtad. non aliter ut Victor. & Manut. edd. *non credo & commoti, neque eum rogari, ne me quidem.* Toleravimus tamen emendationem Boſii, quia ex ſcidis eſt hauſta, quamvis ne ſic quidem ſanata hæc eſſe verba putem. *Grævius.*

68. *In-*

ſed quaſi ita ſit: quoniam [68] in ſermonem jam veniſti, poteris eam monere, ut alicui committat, cujus extra periculum hujus belli fortuna ſit. equidem tibi potiſſimùm velim, ſi idem illa vellet: [69] quam quidem [t] celo miſeram, [v] me in hoc timere de illo altero. Scio equidem venire nunc nil poſſe: ſed ſeponi & occultari poſſunt, ut extra ruinam ſint eam, [70] quæ impendet. Nam quod ſcribis, nobis [x] noſtra & tua [y] Terentiæ fore parata: tua credo: noſtra quæ poterunt eſſe? [z] de Terentia autem (mitto cetera, quæ ſunt innumerabilia) quid ad hoc addi poteſt? ſcripſeras, ut H-S. XII. [71] permu-

t cœlo *alii.* male.
v unc hoc *MS.*
x noſtræ & tuæ *MSS.*
y Tulliæ *Lamb.*
z Si de *MS.*

68. *In ſermonem jam veniſti.*] Cum ea locutus es ep. ſup. *in ſermonem veniſti*, fortaſſe ſcripſit Cicer. *Corrad.* Sic hunc locum emendavit P. Manutius ex Ubaldini libro. Sed Balliol. & Helmſt. P. Victor. editio. nec non ceteræ omnes; *in ſermone jam veniſti.* Quod loquendi genus quamvis alienum ſit a conſuetudine hujus temporis, & præceptis Grammaticorum, veteribus tamen inſolens non fuit, ut pridem docti & nos ipſi quoque alibi oſtendimus. Plaut. Aulul. lib. II, 20. *In meis adibus me abſente neminem volo intromitti.* Sic omnes vetuſtiores editiones. Primus immutavit. J. Camerarius reponens: *in meas ades.* quod ſi fecit auctoritate veteris libri non repugno. Sed in nullius notis ulla cauſa hujus correctionis affertur, quæ, niſi membranæ ſuaſerint aliud, non eſt admittenda. Nec veroſimile eſt in utroque loco tam Plautino quam Ciceronis librarios nobis inuſitatius loquendi genus obtruſiſſe pro quotidiano uſu tritiſſimo, quod in omnium erat ore. *Grævius.*

69. *Quam quidem celo miſeram.*] Hæc verba ita leguntur & interpunguntur in Decurtato, *quam quidem celo miſeram me in hoc timere de illo altero.* quid autem ſit illud alterum, declarat epiſtola ſequenti: *Te oro, ut in perditis rebus, ſi quid cogi, confici poteſt, quod ſit in tuto, ex argento, neque ſatis multa ſupellectile, des operam.* Dum ergo timebat in hoc, id eſt, in teſtamento Terentiæ eo loco ubi tunc erat, relinquendo, ne forte ibi interciperetur a Dolabella, ſimul etiam timebat ne argentum & ſupellex inde ab eodem, aut alio quodam Cæſarianarum partium ſurriperetur: quod Tulliam celabat. Itaque tam teſtamentum, quam argentum & ſupellectilem tuto aliquo loco deponi volebat, niſi forte argentum cum pecunia mutari, & ſupellex vænire poſſet. *Boſius.*

70. *Quæ impendet.*] Timebat urbis direptionem, cum audiret quotidie cædes & incendia fieri, omnia miſceri atque turbari, tribunos pl. Dolabellam & Trebellium, alterum alteri infeſtum, opportuna urbis loca hominibus armatis occupaſſe. Dio lib. XLII. *P. Manut.*

71. *Permutaret.*] Si & nobis mutare licet, hic libenter legamus: *permutarem*, hoc eſt, Brunduſii ſumerem ep. II. h. l. *Corrad.* Imo ut permutaret Terentia Romæ, hoc eſt, alicui numeraret hos num-

mutaret; tantum eſſe reliquum de argento. miſit illa ccIↃↃ, mihi, & adſcripſit, tantum eſſe reliquum. cùm hoc tam parvum de parvo detraxerit, perſpicis quid in maxima re fecerit? Philotimus non modò 72 nullus venit, ſed [a] ne per litteras quidem, [b] aut per nuntium certiorem facit me, quid egerit. Epheſo qui veniunt, ibi ſe eum de ſuis controverſiis in jus adeuntem vidiſſe [c] nuntiant: quæ quidem (ita enim veriſimile eſt) in adventum Cæſaris fortaſſe rejiciuntur. ita [d] aut nihil puto eum habere, quod putet ad me celeriùs perferendum, 73 & eo me magis eſſe deſpectum: aut etiam ſi quid habet, id, niſi omnibus ſuis negotiis confectis, ad me referre non [e] curat. ex quo magnum equidem capio dolorem, ſed non tantum, quantum videor debere. nihil enim mea minùs intereſſe puto, quàm quid illinc afferatur. id quamobrem te intelligere [f] certè ſcio. Quod me mones de vultu & oratione ad [g] tempus accommodanda; etſi difficile eſt, tamen imperarem mihi, ſi mea quidquam intereſſe putarem. Quod ſcribis, litteris putare [h] Africanum negotium confici poſſe: velim ſcriberes, cur ita putares: mihi quidem nihil in mentem venit, quare id putem fieri poſſe: tu tamen, velim, ſi quid erit, quod conſolationis aliquid habeat, ſcribas ad me. ſin, ut perſpicio, nihil erit, ſcribas idipſum. ego ad te, ſi quid audiero, citiùs ſcribam. Vale IIX. id. Sext.

a ✠ *MSS.*
b ut per *id. MSS.*
c nuntiarique quid. *MS.*
d ut *MS.*
e *alii* curet.
f certo *alii.*
g rem *MS.*
Pag. CLXXXV.
h te Afr. *Grav. conj.*

EPISTOLA XXV.

CICERO ATTICO S.

FACILE aſſentior tuis litteris; quibus exponis pluribus verbis nullum [i] te habere conſilium, quo à te poſ-

i te hab. *deeſt in MSS.*

nummos, qui per ſuos actores hic Brunduſii mihi renumeraret. lib. XII. ep. 26. *Nummorum quantum opus erit, ut permutetur, tu vide. Permutatio* eſt, quod nunc barbare *cambium* dicitur. *Grav.*

72. *Nullus venit.*] Sic Plautus in Aſinaria: *Quem in tonſtrinam juſſeram venire, is nullus venit.* In Bacch. *Nullus affueris.* In Trin. *Nullus credas.* Et Terentius in Eun. *Nullus mones.* In Hecy. *Nullus dixeris.* Ipſe Cicero infra, *Sextus ab armis nullus diſcedit.* P. Manut.

73. *Et eo me magis eſſe deſpectum, aut etiam ſi quid habet.*] Vetus liber, *aut eo me magis eſſe deſpectum, ut etiam ſi quid habet.* Urſin.

74. *Proxi-*

poſſim juvari. conſolatio certè nulla eſt, quæ levare poſſit dolorem meum. nihil eſt enim contractum caſu. nam id eſſet ferendum. ſed omnia fecimus iis erroribus & miſeriis & animi & corporis, quibus 74 proximi utinam mederi maluiſſent, quàm [k] obeſſe! quoniam neque conſilii tui, neque conſolationis cujusquam ſpes ulla mihi oſtenditur; non quæram hæc à te poſthac. 75 tantum velim, ne intermittas: ſcribas ad me, quidquid veniet tibi in mentem, cùm habebis, cui des, & dum erit, ad quem des: quod longum non erit. Illum [l] diſceſſiſſe Alexandreâ rumor eſt non firmus, ortus ex Sulpicii litteris: 76 quas [m] cuncti poſtea nuntii confirmarunt: quod verum an falſum ſit, quoniam mea nihil intereſt, utrum malim [n] neſcio. Quod ad te jampridem de teſtamento 77 ſcripſi; apud εὔπιςον illas velim;

k ob rem; quon. *MSS.*

l exceſſ. *alii.*

m eunt*es* *ed. Lamb.*

n ſcio *MSS.*

ut

74. *Proximi.*] Frater Quinctus, uxor Terentia, gener Dolabella. Quinctus filium miſerat, qui eum apud Cæſarem accuſaret; odiumque acerbiſſimum & nocendi voluntatem oſtenderat. Terentia facultates conſumpſerat. Dolabella tribunatum improbe gerebat. de Quincto epiſt. 8, 10, 15, 16, 21, 22. de Terent. epiſt. 17. & 24. & Famil. epiſt. 14. lib. IV. de Dolabella epiſt. 12, 14, 15. & 24. & Dio libro XLII. Plutarchus etiam in Cæſare. Recte igitur dicit, proximos novum ſibi dolorem attuliſſe, cum curare potius, quantum in ipſis eſſet, veterem animi ægritudinem deberent. *P. Manut.* *Proximi*] In Ball. & Helm. hic locus ſic ſcribitur: *Quibus proximi utinam mederi maluiſſent, quam ob rem. Quoniam neque conſilii tui.* Diſtingue: *Quibus proximi utinam mederi maluiſſent. Quam ob rem quoniam neque conſilii tui.* Ex *quamobrem* refinxerunt, *quam obeſſe*, quod tamen hic vix locum habet. perſuaſerunt autem correctores ſibi *malo* non ita abſolute poni quod tamen ſæpe fit. *Gravius.*

75. *Tantum velim, ne intermittas.*] Vulgò, *tantum velim, ne priſtinum hoc officium intermittas.* Cleric.

76. *Quas cuncti poſtea nuncii.*] MSS. *quas euntes poſtea nuncii*: Quamobrem hanc codicum veterum ſcripturam reſpuerem cauſa nulla viſa eſt, præſertim cum vulgata, *cuncti nuntii*, ſit inepta. *Lambin.* Balliol. ſane firmat lectionem vulgatam & editio Victoriana. Nec illa abſurda eſt. Quæ enim abſurditas cunctos nuncios, qui poſt allatas Sulpitii litteras venerunt, illum rumorem confirmaſſe? Abſurda potius eſt ſcriptura illorum codicum in quibus *euntes nuncii* legitur. Quis enim ſic loquitur? In aliis, ut & Helmſtad. eſt *eunti*, quod propius abeſt a vero. Inde vero nata iſta abſurda lectio, *euntes nuncii*, quam merito docti rejecerunt. *Gravius.*

77. *Scripſit apud epiſtolas.*] Locum miſere depravatum ita commode reſtitui poſſe exiſtimabat Pantagathus, ſi legeretur, *Scripſi, ubi ad epiſtolas, velim ut poſſim, adverſus ego hujus miſeriam ea facul-*

o poſſim *alii.* p fatuitate *Grav. conj.* q ita levatam *MS.* r audio *MS.* P. B. s dando *Grav.* t conficique *alii.* v teque *MS.* tibique *alius MS.* x & ſupellex *MS.* y loquere *alii.* z oportuna *MS.*

ut o poſſint advertas. ego hujus miſerrima p facultat[e] confectus conflictor. nihil umquam q ſimile natum pu[]to: cui ſi qua re conſulere aliquid poſſum, cupio à t[e] admoneri. r video eandem eſſe difficultatem quam i[n] conſilio s dato antè: tamen hoc me magis ſollicita[t] quàm omnia. In penſione ſecunda 78 cæci fuimu[s] alium mallem. ſed præteriit. te oro, ut in perdi[tis] rebus, ſi quid cogi, t confici poteſt, quod ſit in tut[o] ex argento, v neque ſatis multa x ex ſupellectile, d[es] operam. jam enim mihi videtur adeſſe extremum, ne[c] ulla fore conditio pacis, eaque, quæ ſunt, etiam ſin[e] adverſario peritura. hæc etiam, ſi videbitur, cum Te[]rentia y loquare z oportunè. non queo omnia ſcribere. Vale. III. non. Quint.

cultate confectus conflictari. Urſin. *Apud σύνιστον illas velim;* [...] *poſſint advectas. ego hujus miſerrima facultate confectus conflictor.*] Tornæſ. hæc ita referebat, *Apud epiſtolas velim, ut poſſim adverſa*[...] Decurtatus ſic, *Apud epiſtonilas velim, ut poſſim advertas &c.* und[e] ita emendavit Boſius ut hic editum eſt; quem Junius ſequitur; quia illum mſſ. Palat. utcunque juvant. Pantagathus totum lo[]cum ſic commodè reſtitui poſſe exiſtimabat, ſi legeretur, *Scrip[ſi] adi ad epiſtolas, velim ut poſſim, adverſus ego hujus miſeriam ea f[a]cultate confectus conflictari.* Corradus, Lambinus & duo ejus am[i]ci operis junctis ita emendabant; *Scripſi: apud te, quod poſtul*[...] *velim, ut poſſim &c.* vulgò legitur *apud epiſtolas, velim, ut poſ*[...] *ego adverſus hujus miſeriam ea facultate confectus, conflictari.* Cle[...] Boſii conjectura ingenioſa eſt & elegans, certa tamen non e[ſt.] Malui itaque & hoc loco cum Victorio & Manutio corrupta[m] potius librorum veterum ſcripturam ſequi, quàm conjecturas [...] Ciceronis verbis obtrudere, præſertim cum eandem lectionem [...]tineat Balliol. & Helmſt. niſi quod pro *ſcripſi* illi *ſcripſit*, & p[ro] *epiſtolas*, *epiſtolam*, & pro *miſerrima facultate*, *miſerum ea facult*[ate.] Quæ non potui invidere ſollertioribus, ſi quid forte veriſimili[us] poſſint ex illis exſculpere. *Gravius.*

78. *Cæci fuimus.*] Cum eam Terentiæ dedimus. Cicero div[or]tium cum Terentia facere noluerat, ne ſecundam penſionem d[a]ret: quamquam Atticus auctor eſſet, ut omnino divortium fa[ce]ret. deinde, ne Terentia egeret, ſecundam penſionem ded[it,] neque tamen divortium fecit. quod ita eſſe conſtat ex epi[ſto]la, quæ ante ſuperiorem proximam legitur; in qua hæc verb[a:] *Placet mihi & idem tibi, nuncium remitti. petet fortaſſe terti*[am] *penſionem.* P. Manut.

M. TUL[...]

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM AD ATTICUM, LIBER DUODECIMUS.

ARGUMENTUM.

OMittuntur ſine litteris menſes non pauciores ſex: nempe ex Kal. Sept. in quibus deſinit liber proximus ſuperior, ad uſque tempus illud cum jam bellum in Africa contra Scipionem & Jubam Cæſar gereret. Nam à bello Alexandrino & Ponti reverſus, Conſulque III. *cum M. Æmilio Lepido creatus, ſumma hieme, hoc eſt* II. *Kal. Jan. conſcendit, exercitumque in Africam trajecit: quo tempore quatuor prima epiſtola ſcripta ſunt. Quinta & ſexta data videntur, cum jam Cæſar vel appropinquaret, vel rediiſſet. Rediit autem, a. d.* VII. *Kal. Sext. auctore Hirtio. Reliqua cum in Hiſpania contra Pompeji liberos pugnaretur, eodem C. Cæſare Dictatore* III. *deſignato* IIII. *collega & Magiſtro Eq. M. Æmilio Lepido. quo tempore Tullia ex partu, ut Padianus & Plutarchus ajunt, apud Lentulum deceſſit. Itaque cum ſe Cicero Aſtura abdidiſſet, quotidianas pene litteras mittebat, gemitus luctusque continentes: item preces contentionemque, ut horti ſibi ab Attico curarentur, in quibus Filiæ fanum condere poſſet. Fluxere, dum hæ ſcribuntur, menſes plus minus duodeviginti. Nam ex Kal. Jan. ejus anni, quo Cæſar in Africam tranſmiſit, ad æſtatis initium anni illius, quæ quartam Dictaturam in Hiſpania geſſit, tot fere numerantur. Æſtatem porro reliquam fuiſſe, ſcriptis libri hujus epiſtolis, ex prima tertiidecimi cognoſci licet.* **Malaſpina.**

EPI-

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.

UNDECIMO die poſtquam à te diſceſſeram hoc litterularum exaravi, egrediens è villa ante lucem: atque eo die cogitabam in Anagnino, poſtero autem in Tuſculano; [a] ibi unum diem. v. kalend. igitur [1] ad conſtitutum: atque utinam continuo ad complexum meæ Tulliæ, ad oſculum Atticæ poſſim currere! [2] quod quidem ipſum ſcribe quæſo ad me; ut, dum conſiſto in Tuſculano, ſciam, [3] quid garriat: ſin ruſticatur, quid ſcribat ad te: eique interea [b] aut ſcribes ſalutem, aut nuntiabis, itemque Piliæ: & tamen, etſi continuò [c] congreſſuri ſumus, ſcribes ad me, ſi quid habebis. Cùm complicarem hanc epiſtolam, noctuabundus ad me venit cum epiſtola tua tabellarius: quâ lectâ, de Atticæ febricula

a ubi *MSS.*

b ut ſcribis, ſalutem annuntiabis *MSS.*

c ingreſſ. *MS.*

1. *Ad conſtitutum.*] Ut convenit inter nos, ut conſtituimus. Non præmittit loci nomen, ubi v. Kal. eſſe conſtituerat; quod hac de re cum Attico ante diſceſſum locutus erat, ut nominare neceſſe non eſſet. nam, cum dicit, v. *Kal. igitur*; adverbium, *Igitur*, hoc deſiderat, ut unà locuti ſumus, ut tu ſcis me conſtituiſſe. & obſervandum eſt, *Conſtitutum*, eſſe verbum juris, ut in oratione pro Cæcina, *Qui ad conſtitutum experiundi juris gratiâ veniſſent.* & pro Cœlio, *Cum ſit iis confitendum, nunquam ſe ne congreſſu quidem & conſtituto cœpiſſe de tantis injuriis experiri.* nam in judicium alter alterum vocabat die conſtituta. &, quoniam ſæpe accidit, ut ii, qui litigant, non eo die, quem ſibi ad agendam cauſſam conſtituerunt, judicio diſceptent, ſed in alium diem differant: ideo in epiſtola ad Marium, translatione a litigantibus ſumpta, dixit, *Si quod conſtitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas*; hoc eſt: Si tu fortaſſe his diebus, quibus nos unà futuros eſſe vides, podagræ medicinam facere conſtitueras, differ in alium diem, ne te ex curatione infirmum & languentem offendamus: ſed bene valentes hilarius & liberalius vivere poſſimus. *P. Manut.*

2. *Quod quidem ipſum.*] Oſculum. & videtur hoc in loco *Oſculum* non baſium ſignificare, ſed parvum os, cum ſequatur, *garriat*. Idem.

3. *Quid garriat in ruſticatu.*] Nos meliorem ſincerioremque judicavimus Germanorum lectionem: quæ poſt *garriat* puncta oratione, *ſin ruſticatur*, infert. ſcribere autem debuit Atticus ad Ciceronem quid garriat filia, ſi eam ſecum habuiſſet: quod ſi in aliqua villa & ruri eſſet, quid ad ſe ſcriberet? delectabatur enim

cula [d] ſcilicet valde dolui. reliqua, quæ exſpectabam, ex tuis litteris cognovi omnia. ſed quod ſcribis [4] *igniculum matutinum*; [5] γεροντικώτερον eſt memoriolâ vacillare. ego enim IV. kal. Axio dederam, tibi III. Quinto [e] quo die veniſſem, id eſt II. kal. hoc igitur habebis, novi nihil. quid ergo opus erat epiſtolâ? quid, cùm coram ſumus & garrimus [f] quidquid in buccam? [6] eſt profectò quiddam λέσχη, quæ habet etiam ſi nihil ſubeſt, collocutione ipſa ſuavitatem.

[d] *alii* videlicet.

Pag. CLXXXVI.

[e] quo ei die *MS.*

[f] quod *alii.*

EPI-

Cicero garritu puellarique ſermone Atticæ & ejus ſuavi ingenio; quod in litteris apparebat. *Victor.*

4. *Igniculum matutinum.*] Subintellige γεροντικῶς, aut ſeniliter mihi adamari, & ad eum ceſſare me ab officio ſcribendi. Quod ſcribis me γεροντικὸν aliquid paſſum, dum ad igniculum matutinum me fovens ſcribere ſuperſedeo, & ob id pigrior ſum, quodque ſic mihi ætatem objicis; ego tibi aliquid oſtendam, quod magis etiam te admoneat ætatis non inferioris: male enim meminiſti, quæ recordari debebas: & in primam memoriam incurrit ſenectus, ut dicit Marcus Seneca præfat. I. Controverſ. Dicebant autem *igniculum matutinum* γεροντικὸν, quod juvenes facile prodeundo, movendo ſeſe & exercendo vitarent injuriam frigoris, ad quod minus apti ſenes. Sic γεροντικῶς *ludere* dicit Auguſtus apud Suet.. cap. 71. Sedendo nim. ad tabulam, non pilo aut aliquo ſenſu motòrio, quod juvenes decet. *J. F. Gronov.*

5. Γεροντικώτερον *eſt.*] Magis ſenile, magis quaſi proprium ſenum. *Corrad.* Γεροντικὸν, Γεροντικώτερον] Vocem γεροντικὸν, quæ deerat, reſtituimus. *Lambin.* Sed hæc commode ex epiſtola Attici poterant intelligi. Atticum enim objeciſſe Ciceroni γεροντικὸν eſſe igne matutino uti hoc tempore, apparet ex verbis paulo poſt ſubjectis. *hoc igitur habebis.* quo ſignificat ſe, ut illum repungat, γεροντικώτερον aliquid ei exprobraſſe, memoriæ ſcilicet vacillationem. Nam *hoc igitur habebis* eſt, hoc tibi repoſitum ſit, qui mihi vitio vertiſti γεροντικὸν illud, quod ignem matutinum me deſiderare ſcripſerim ad litteras exarandas. non cepit ſenſum hujus dicti Manutius. Anſonii Popmæ ſententia ferri non poteſt. *Græv.*

6. *Eſt profecto quadam* λέσχη] Communicatio, colloquium, πολλὴ Ὁμιλία, inquit Suidas ep. 5. lib. VI. *Corrad.* *Eſt profecto quadam* λέσχη.] Noſtri, *Quiddam.* omnino ſignificantius, & Victorianæ editioni conſentaneè. Reſpondet autem ei objectioni, quam ipſe ſibi ex Attici perſona fingit huſuſmodi. Si nihil erat quod ſcriberes, quid oportuit mittere inanes litteras? Cui ſic Cicero. Eſt profecto aliquod operæ pretium, vel confabulatio ipſa, quæ habet, etiam ſi nihil ſubeſt, collocutione ipſa ſuavitatem. ſic lib. XIII. *De Attica probo. Eſt quiddam etiam animum levari; tum ſpectatione, tum etiam religionis opinione & fama.* Et ſupra. lib. VI. *Eſt enim quiddam, advenientem non eſſe peregrinum atque hoſpitem.* Sed quid ego in re perſpicua multus ſum? *Malaſp.*

7. His

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

7 HIc rumores tamen Murcum periiſſe naufragio; Aſinium delatum vivum in manus militum, L. 8 naves delatas in Uticam reflatu hoc, Pompejum non comparere, nec in Balearibus omnino fuiſſe, ut g Patietus affirmat. ſed auctor h nullius rei quiſquam. Habes, quæ, dum tu i abes, locuti k ſunt. Ludi interea Præneſte. ibi Hirtius & iſti omnes. & quidem ludi dies octo. quæ cœnæ? quæ deliciæ? res interea fortaſſe tranſacta eſt. ô miros homines! at Balbus ædificat: 9 τί γὰρ αὐτῷ μέλει; 10 verum, ſi quæris, l homini non recta

g Patiæcus *alii.*
h nullus *alii.*
i habes *Brut.*
k ſumus *MS.*
l hominem homini *alii.*

7. *Hic rumor eſt T. Murcum periiſſe naufragio.*] Faërnus ex antiquo libro reſtituebat, *hic rumor eſt tamen Murcum periiſſe naufragio*, recte, nam Statii hujus Murci prænomen fuit Lucius, ut in ejus denario notavi in libro de familiis Romanis. *Urſin.* *Hic rumores tamen.*] Epiſtolæ initium fecit Manutius, eique fide Decurtati aſſenſus Boſius, cùm antea, quaſi pars eſſet antecedentis epiſtolæ, continuata oratione legeretur. Ceterùm Faërnus pro vulgata lectione, *Hic rumor eſt T. Murcum periiſſe naufragio*, legebat, *Hic rumor eſt tamen Murcum periiſſe naufragio*; quod Urſino rectum videtur; hujus enim Statii Murci prænomen, non, *Titus* ſed, *Lucius*, fuit; qui videatur in familia *Statia*. Cleric. *T. Murcum.*] Fortaſſe rectius leges L. Murcum, hoc eſt, L. Statium Murcum ep. II. lib. XII. Fam. Periiſſe, dum in Syriam navigat. ibid. *Corrad.* Prænomen omittitur in melioribus libris ut apud Paterculum. *Grav.*

8. *Naves delatas in Uticam reflatu.*] Ex antiquis codicibus, *L. navis delata in Uticam, &c.* legimus. putamus autem intelligere navem L. Scipionis illius Cn. Pompeji ſoceri, quæ adverſo vento in Africam relata eſt, in hoſtiumque manus devenit. *Victor.*

9. Τὶ γὰρ αὐτῶν μέλει;] Dandi omnino caſu poni debet perſona illius, cui μέλει, id eſt qui rem aliquam curat, & cui negotium illud cordi eſt: quare αὐτῷ legi debet: ut Balbum nihil curare, tanquam ſua nihil interſit quid in Hiſpania geratur, dicat. Sic in Epigrammate Anacreontis: Οὔμοι μέλει Γύγεω, τὸ Σαρδίων ἄνακτος. cum res de qua nihil ſolliciti ſumus, ſive quam ad nos valde pertinere arbitramur, & recto, & patrio caſu frequenter ponatur. Nam in verſiculo illo Rhinthonis comici, quem Cicero II. lib. ad Atticum adducit, recto ponitur, οἷς δ' οὐδὲν μέλει. necnon cum præpoſitione περὶ τούτου dicitur: exempla adeò obvia, ut ea adjungere non neceſſarium putem: in noſtro autem libro vitio librariorum τῷ pro αὐτῷ factum eſt. *Idem.*

10. *Verum, ſi.*] Lege, *verum ſi quæris.* Et ſane, ſi verum pati po-

cta ſed voluptaria quærenti [11] nonne βεβίωται; Tu interea dormis. jam explicandum eſt πρόβλημα, ſi quid acturus es. [12] ſi quæris quid putem, [13] ego fructum puto. ſed quid multa? jam te videbo; & quidem, ut ſpero, de via rectà ad me. [14] ſimul enim & diem Tyrannioni conſtituemus, & ſi quid aliud.

Epistola III.

Cicero Attico S.

[15] Unum te puto minùs blandum eſſe quàm me: [m] &, ſi uterque noſtrûm eſt aliquando adverſus ali-

m *alii* aut ſi.

poteſt (loquor jam ex iſtorum ſenſu) is, qui omiſſa dura & moleſta virtutis via totum ſe dedidit voluptati, an non is vere vixit? an non jucunde mimum vitæ tranſegit? Sen. ep. 12. *J. F. Gronov.*

11. *Non nè βεβίωται.*] Balbus, quo modo ipſe ſentit, qui non tecta, ſed voluptaria quærat, præclare vixit, tu autem nondum deliberaſti, quo modo ſit vivendum. βεβίωται· præclare acta vita eſt. nam *Vivere* quandoque valet jucunde vivere. unde illud, *Cum Panſa vixi*; & illud, *Quando vivemus?* Non ne vides, inquit, Balbo, cum voluptate vitam eſſe traductam? at tu interea dormis: non explicas quo modo vivendum tibi ſit: cum Balbus jam vixerit. *P. Manut.*

12. *Si quaris quid putem, ego fructum puto.*] *Futurum* amicus meus legit pro *fructum*. Urſin.

13. *Ego fructum puto.*] Obſcuriſſimus locus eſt & verbis & ſententia. Sitne autem mendum in dictione *fructum*, aliis judicandum relinquo: nobis certè non parum ea vox ſuſpecta eſt, nec tamen depravatam eſſe aſſerimus, ne omnia in dubium vocare videamur: manu ſanè ſcripti codices nihil à vulgata lectione diſcrepant. *Victor. Fructum.*] Vetus liber Magnuli, *Futurum.* mihi, ut eſt in Beſſarionis libro, *Fructum* placet, hoc eſt voluptatem & uſuram commodorum. Frui enim abſolute poſitum, eſt præſentibus commodis & voluptatibus uti. patet ex epiſtola ad Pætum lib. IX. ep. 17. *Nihil, inquit, timeo: fruor, dum licet: opto, ut ſemper liceat.* P. Manut.

14. *Simul enim & diem Tyrannioni conſtituemus.*] Tyrannio Grammaticus fuit eruditus, qui librum ſcripſit, de quo ep. 5. is docuit Quinctum Ciceronem filium, ut legitur in epiſtola ad Quinctum Fratrem, lib. II. ep. 1. de eodem etiam ep. 4. & 8. lib. IV. Simul diem conſtituemus, quo die ſuum librum legendum nobis det. ep. 5. *Idem.*

15. *Unum te puto minus blandum eſſe quàm me.*] Hæc epiſtola valde lacera & contaminata eſt: invenimus autem antiquiores codices non multo integriores: quæ igitur illorum auxilio corrigere potuimus reſtituimus, reliqua ad meliorum codicum fidem de-

aliquem, inter nos certe numquam ſumus. audi igitur me hoc ἀγοητεύτως dicentem. ne vivam, mi Attice, ſi mihi non modò Tuſculanum, ubi [n] ceteroqui ſum libenter, ſed μακάρων νῆσοι tanti ſunt, [16] ut ſine te ſim totos dies. quare obduretur hoc triduum; ut te quoque ponam in eodem πάθει· quod ita eſt profectò. ſed velim ſcire, hodiene ſtatim [17] de auctione, [o] aut quo die venias. ego me interea cum libellis. [p] ac moleſtè fero Vennonii me hiſtoriam non habere. ſed tamen, ne nihil de re, [18] nomen illud, quod à Cæſare, tres ha-

n certè *aut* certè alioqui *alii.* P. B.

o *ita Græv.* ecquo die-ve *Grut. malè.*

p at *alii.*

deſcripta aliis emendanda relinquimus: nec enim ulla ratione, quomodo tam perverſa ſcriptura melior reddi poſſet, vidimus: erat autem eadem hæc epiſtola in XVI. librum iterum inculcata, ſed ibi quoque non minus male habita. *Victor.*

16. *Ut ſine te ſim totos dies.*] Magis placeret *tot*, pro *totos*, ſi antiqui libri non repugnarent. *Urſin.*

17. *De auctione.*] Poſt auctionem refertur ad verbum *Venias.* auctioni autem, quam Meto facturus erat, Atticum adeſſe Ciceronis intererat. nam Meto illa auctione proſcripti bona, ſibi a Cæſare dono data, venditurus erat, ut Ciceroni ſolveret quod debebat. de hoc latius paullo poſt. *P. Manut.*

18. *Nomen illud quod a Cæſare.*] Quod eſt a Cæſare, fortaſſe propter monimentum, ep. 16. lib. IV. & a Faberio ſolvendum, ep. 24. hujus lib. & nomen a Cæſare, quod Cæſar debet, qui vim locutionis Latine intelliget, interpretabitur, *Corrad.* Ciceroni pecuniam debebat proſcriptus civis Pompejanus, cujus bona Cæſar ei cum vellet publicare, permiſit ut Cicero debitum ſuum exigeret. ideo dicit Nomen illud, quod a Cæſare mihi conceſſum ut exigam, tribus modis conſequi potero, emptione ab haſta, delegatione a mancipe & ſemiſſe. Ut ſcilicet emam in auctione ex proſcripti bonis quantum ſatis eſt pro debito meo, vel ſolutionem ad annum accipiam a mancipe, qui illa bona in auctione emit; vel denique in præſenti pecunia accipiam dimidiam partem debiti. Sed priores duo modi minime mihi probantur. Nam perdere malo quam emere proſcripti civis bona ſubjecta haſtæ, quod ipſum non modo eſt turpe, ſed etiam eſt perdere; quoniam male quæſitum cito diſperit. Et quàm mancipem credam mihi ſoluturum? cum id genus hominum ſit Cæſarianarum partium; aut quando veniet annus ſolutioni præfinitus? Annua enim dies mancipis erit ipſe Metonis annus. ita tarde ſolvunt mancipes, & parum curant præſtare fidem, nunc præſertim in tanta rerum omnium perturbatione. Metonis annus proverbialiter hic dicitur longiſſima dilatio, ab eo quod Metonis Aſtronomi annus conſtabat octodecim annis ſolaribus. Auſonius:

—— Non annus longior ille eſt,
Attica quem docti collegit cura Metonis:

de quo meminerunt Vitruvius, Diodorus Siculus, alii. *Popma.*

Mox

habet conditiones, aut [19] q emptionem ab haſta: (perdere malo: etſi, præter r ipſam turpitudinem, hoc ipſum puto eſſe perdere) aut [20] delegationem à mancipe, [21] annua die; (quis erit, cui credam? [22] aut quando s ipſe Metonis annus veniet?) aut, Vecteni [23] conditionem ſemiſſe. [24] σκέψαι igitur. ac vereor, ne [25] iſte jam auctionem nullam faciat, t ſed, ludis factis, [26] κτύπῳ ſubſidio currat, ne talis vir ἀλογηθῇ. ſed μελήσει.

q emptione *alii.*
r ipſam *deeſt in MSS.*
s iſte *alii.*
t & ſedulo factis *alii.*

EPI-

Mox Balliol. *etſi præter turpitudinem* amiſſo τοῦ *ipſam*, quod jure delendum. *Gravius.*

19. *Emptionem ab haſta.*] Cæſar proſcripti bona dono dederat Metoni, quorum auctionem Meto cum facturus eſſet, Poſſum, inquit Cicero, emere ab haſta, id eſt emere in auctione, (nam haſta ponebatur, ubi auctio fiebat) & accipere ex iis bonis quantum ſatis ſit pro ea ſumma, quæ mihi a Metone debetur. *P. Manut.*

20. *Delegatione.*] Aut ut debitor mihi fiat ſector, qui ab haſta emerit, atque is intra annuam diem mihi ſolvat. Vid. Obſerv. 1, 16. *J. F. Gronov.*

21. *Annua die.*] Ad annum. hoc propterea ſcribit Attico, qui auctioni affuturus erat; quo facilius inveniatur qui emat, cum ſciat ſe pecuniam non præſentem, ſed annua die ſoluturum. *P. Manut.*

22. *Aut quando iſte Metonis annus veniet.*] *Iſte*, cum indignatione dixit; quia cum Meto, cum ſe antea ſoluturum eſſe ad annum promiſiſſet, nunquam tamen ſolverat. quaſi dicat: annus iſte mancipi ad ſolvendum conceſſus, vereor ne Metonis annus futurus ſit, cujus quidem ſerus admodum eſt exitus. Alludit autem ad annum Metonis Athenienſis Mathematici, qui conſtabat ex annis XIX. Vide Aldum filium in libro de Quæſitis per epiſtolam. *Idem.*

23. *Conditione.*] Id eſt *conditionem ſemiſſe.* Senſus eſt, aut ut contentus ſim, quemadmodum Vectenus dimidia crediti parte repræſentata. vid. lib. 1. Obſervat. cap. 20. pag. 158. *J. F. Gronov.*

24. Σκέψαι *igitur.*] Conſidera quid nobis agendum ſit, & quidem ut Philoſophus σκεπτικός. Gel. lib. XI. cap. 5. & Laërtius in Pyrrhon. ep. 6. lib. VI. & ep. 9. lib. XVI. hinc σκέψις ep. 9. lib. I. ut fortaſſe hic etiam legendum eſt, ut ita concludat, ſunt igitur σκέψεις, ne ſolvat, ut ibid. *Corrad.*

25. *Iſte.*] Meto, a quo auctionem fieri vellem, ut inde mihi ſatisfaceret. *P. Manut.*

26. *Clypo.*] Nomen puto eſſe debere Cæſariani alicujus potentis, quem ludis Præneſte factis putaret Cicero Romam advolaturum, ut Metoni ære alieno laboranti ſubſidio eſſet. *Idem.* Κτύπῳ *ſubſidio.*] Sententia hujus loci hæc eſt: vereor, ne quia ludi Præneſte fiunt, iſte, quicunque ſit, advolet eò ad plaudendum, veritus præſentes ſegnius plauſuros, & eos excitaturus, ne tam inſignis vir, qui ludos dat, negligatur. *J. F. Gronov.*

27. An-

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

O GRATAS tuas mihi jucundasque litteras! quid quæris? reſtitutus eſt mihi dies feſtus. [27] angebar enim, quòd Tiro ἐνερευθέϛερον te ſibi eſſe viſum dixerat. addam igitur, ut cenſes, unum diem. Sed de Catone πρόβλημα Ἀρχιμήδειον eſt. non aſſequor, ut ſcribam, quod tui convivæ non modò libenter, ſed etiam æquo animo legere poſſint. quin etiam, ſi [28] à [v] ſententiis ejus dictis, ſi ab omni voluntate conſiliiſque, quæ de republica habuit, [29] recedam, [x] ψιλῶςque velim

v ſeriis MSS.
x alii ψιλῶςque.

27. *Angebar enim quòd Tiro ἐμβριθέϛερον te ſibi eſſe viſum dixerat.*] Magnum mendum in Græca voce hic locus continebat. quomodo enim potuiſſet Cicero angi quòd Atticum ἐμβριθέϛερον eſſe à Tirone audiſſet? ἐμβριθὴς enim gravem ſive fortem & ϛεῤῥὸν ſignificat, à quo nomine ſecunda collatione vox illa formatur. Hippocrates in epiſtola ad ſenatum Abderitarum de Democrito loquens: Πυνθάνομαι γὰρ αὐτον ἐμβριθέα καὶ ϛεῤῥὸν τὰ ἤθεα καὶ δὲ ὑμετέρης πόλιος εἶναι κόσμον. Nos igitur ἐνερευθέϛερον, quemadmodum eſt in noſtro antiquiore, ſcripſimus: quod etiam Germani adnotarunt in margine ſui libri. id eſt aliquantum rubrum, vel rubicundiorem: id enim vox ea ſignificat. Arguebat autem id febrim, aut morbi aliquid ineſſe: ideo Cicero dixit ſe anxium ſollicitumque de ejus valetudine fuiſſe. Cum autem litteris Attici poſtea certior factus eſſet nihil incommodi adeſſe & mali, reſtitutum ſibi dixit diem feſtum, qui perturbatus erat malo illo nuncio de inflammatione Attici à Tirone allato. Suidas hoc nomen ſic exponit, ἐνερευθὴς ἀντὶ τὸ ἐρυθρός· exemplumque ejus dictionis hoc adducit, τῷ χρώματι γενόμενος ἐνερευθής. *Victor.*

28. *De ſeriis ejus.*] Ita Boſius edit. vet. *a ſententiis*, quòd melius hoc eſt ut omittam, quæ ille ſæpe ſapienter, graviter, fortiter in ſenatu pro ſententia dixit, quem ſenſum habuerit de rep. gerenda, quod ſtudium ad eam bene conſtituendam; hæc ut omittam, & nude prædicem ſanctitatem ejus & animum honeſtis propoſitis plenum, hoc quoque ingratum erit illis acroama: ne ſic quidem illorum odium vitavero. IV. Catil. 5. *Habebis a Cæſare ſententiam &c.* J. F. Gronov.

29. *Recedam.*] Senſus eſt, Si Catonis ſententias, quas de rep. dixit, & conſilia, quæ item de rep. habuit, omittam; ejusque gravitatem & conſtantiam minus quàm veritas poſtulat, laudare velim: tamen hoc ipſum audire moleſtum illis erit: id eſt, hac ipſa Catonis laude, quamvis imminuta, tamen offendentur: nullam enim prorſus ejus mentionem fieri vellent. *P. Manut.*

30. Ta-

lim gravitatem conſtantiamque ejus laudare; hoc ipſum [30] tamen iſtis odioſum ἄκουσμα ſit. ſed verè laudari ille vir non poteſt, niſi hæc ornata ſint; quòd ille ea, quæ nunc ſunt, & futura viderit, &, ne fierent, contenderit, &, facta ne videret, vitam reliquerit. horum quid eſt, [31] quod Aledio probare poſſimus? ſed cura obſecro, ut valeas, eamque, quam ad omnes res adhibes, in primis ad convaleſcendum adhibe prudentiam.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

Quintus pater [32] quartum, vel potius milleſimum nihil ſapit, [33] qui lætetur Luperco filio & Statio, ut Pag. CLXXXVII.

30. *Tamen iſtis odioſum.*] Has tres voces ignoro cur omiſerit Gruterina editio; multo minus, cur tot aliæ præclaræ [inter quas Græviana] deinceps exaratæ ſint ſequutæ, per ipſos LXXII. annos Ciceronem ſuo fraudantes. *Gronov.*

31. *Quod Aledio probare poſſ.*] Id eſt, Cæſari. Factum ex Græco nomen *Aledius*, id eſt, ſolutus, diſcinctus, laxis & diſſolutis veſtibus utens molliſſime. Sic enim ſe habebat in veſtitûs ratione Cæſar:, quapropter eum male præcinctum puerum jam olim Sulla vocaverat. Auctor Suetonius in Julio, cap. 45. Eſt enim λῄδιον veſtis laxa: α intendit ſignificationem; ſic ep. 24. *Junius.* *Aledio.*] Variant priſca exemplaria in hoc nomine. nam partim ibi ſcriptum legas, *Aledio*, partim, *Atedio*, ut vulg. codices. Boſius, *Aledio*, edidit, eo quod exaratum frequentius reperit, ſed ita legendum eſſe ratione probat Junius. *Cleric.* Libri nonnulli *Atedio*. recte an ſecus non video. Docti viri putant Aledium vocari Cæſarem ficto nomine a Græco verbo Ἀλέω, quaſi vitandum, fugiendum, non offendendum. Ego arbitror eſſe nomen amici & familiaris Cæſaris & item Attici, qui etiam nominatur ep. 24. & 27. Aledius eſt apud Tacitum lib. XII. Annalium, & Juvenal.

——— *tibi habe frumentum*
Alledius inquit. Popma.

32. *Quartum.*] Videtur locutus ſecundum Pythagoricos, Οἱ καὶ τὴν τετρακτὺν, τὸν μέγιστον ὅρκον αὐτῶν, ἢ τὸν ἐντελῆ αὐτοῖς ἀριθμὸν putabant. Lucian. Plut. Macrob. & alii. & *quartum* dixit, ut dixit Ennius, ut docet. Gel. lib. X. cap. 1. nec deeſt jocus quidam in hiſce verbis: *Quintus quartum.* Corrad.

33. *Qui lætetur luperco filio & Statio.*] Hic caſtigavimus quod etiam Germani animadverterunt: *Et Stathio.* erat enim Stathius, ſpecioſus libertus Q. Ciceronis. de duobus enim neceſſe eſt ſermo antea fuerit: cum paulo poſt Philotimum tertium appellet.

ut cernat [34] duplici dedecore cumulatam domum. addo etiam Philotimum tertium. ô ſtultitiam, niſi mea major eſſet, ſingularem! [35] quod autem os, in hanc rem ἔρανον à te? [36] fac, non ad διψῶσαν κρήνην, [37] ſed ad πει-

Præterea confirmatur etiam ex verbo *Duplici*. De Lupercis autem agit Cicero in oratione pro M. Cœlio, cum Cœlio objectum eſſet ab accuſatore quod in ea ſodalitate fuiſſet: quæ non parum hunc locum illuſtrant. ea autem ibi leges. *Victorius.* De Statio liberto vid. ep. 18. & 19. lib. 11. *Corrad.* Statius libertus Q. Ciceronis, itemque Philotimus non fuerunt Luperci, ſed calatores atque miniſtri Q. filii in ſacerdotio. Non enim liberti ad ſacerdotia admittebantur: tantum miniſtrabant ſuis patronis ſacerdotibus. Suetonius de Epicado Grammatico, *Libertus calatorque ſacerdotio augurali.* Popma.

34. *Duplici dedecore.*] Duplex enim dedecus, & filium & libertum Lupercos habere, qui ea ſacra non niſi ſummâ lætitiâ & hilaritate Lupercorum more celebrarent: cum in tantis patriæ ruinis non lætari bonum civem, ſed lugere oporteret. *P. Manut.*

35. *Quod autem oſim hanc rem.*] Locum hunc corruptum eſſe arbitramur: nulla enim certa ſententia ex his verbis elicitur, ideo notam illi appoſuimus. *oſim* autem legimus, quia ita inventum à nobis eſt in manuſcriptis codicibus, & quia illa, quæ antea erat vox, licet integrior videretur, nihil pertinebat ad reliquam orationem: arguit autem hoc depravatum eſſe totum, & fortaſſe auxilio eſſe poterit ad ſinceram lectionem inveſtigandam. *Victorius.* *Quod autem os, in hanc rem ἔραν.*] Hic lectionem a Turnebo, Lambino, Boſio, aliis, non pigebit adjuviſſe, ex MSS. comparatione. Primum ergo illa, *Quod autem os, in hanc rem ἔρανον a te?* recte ab illis reſtituta MSS. confirmant. Sequentia ſic, auctoribus iiſdem, legimus: *fac non ad διψῶσαν κρήνην* (id eſt, ſiticuloſum arentemque fontem) *ſed ad ἠερινὴν* (id eſt, ubertim manantem, copioſum: Πᾶν γὰρ τὸ πολὺ καὶ δαψιλὲς, ἤεριον, καὶ ἠερινὸν καὶ ἠροῖον λέγεται, Heſychio teſte *eum veniſſe:* fac ſi voles, eum veniſſe ad ἀμπνευμα σεμνὸν ἀλφεῖο (id eſt, Arethuſam, Syracuſanum fontem ampliſſimum, cujus aquæ copioſiſſimæ ſubeuntes vada maris exſpirant & fundunt Alpheum fluvium in Peloponneſo) *in te κρήναν* (id eſt, fontem ipſum, ut Syracuſani Arethuſam) *haurire, &c.* atque quorſum perditio hæc tamen? Verba ſunt ex Pindaro Νεμέονικ. *Junius.* Hic eſt, *quod os* ut in epigrammate; *os nullum,* & *os durum & impudens.* Terent. Eunuch. *Popma.*

36. *Fac non ad διψῶσαν κρήνην, ſed ad πειρήνην eum veniſſe.*] Lambinus antiquam & receptam lectionem ſequutus, quam reperit in codice Tornæſiano expreſſam, à Petro Victorio & Manutio antea reſtitutam, legit, *fac non ad διψῶσαν, ſed ad πειρήνην &c.* Junius, *fac non ad διψῶσαν κρήνην, ſed ad ἠερινὴν.* Cleric.

37. *Sed ad ἠερινὴν eum veniſſe.*] Nos Πειρήνην legimus. De Pirene autem fonte multa apud autores reperiuntur. Hæc Strabo tradit lib. VIII. de ſitu loquens Corinthi; Ὑπὸ δὲ τῇ κορυφῇ τήν τε Πειρήνην εἶναι συμβαίνει κρήνην, ἔκρυσιν μὲν οὐκ ἔχουσαν, μεστὴν δ' ἀεὶ διαυγοῦς καὶ ποτίμου ὕδατος· φασὶ δὲ καὶ ἐνθένδε καὶ ἐξ ἄλ-
λων

πειρήνην eum veniſſe; y 38 ſed ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ in te κρήνην, ut ſcribis, haurire, in tantis ſuis præſertim anguſtiis; 39 ποῖ ταῦτα ἄρα ἀποσκήψει; ſed ipſe

y *Lamb.* aut. *alii delent* ſed.

λων ὑπονόμων τινῶν φλεβίων συνθλίβεσθαι τὴν πρὸς ῥίζῃ τοῦ ὄρους κρήνην ἐκρέουσαν εἰς τὴν πόλιν ὥστ᾽ ἱκανῶς ἀπ᾽ αὐτῆς ὑδρεύεσθαι. ſed & alia quædam, quæ nunc omittemus. Quæ autem ſequuntur Græca verba, ex antiquo noſtro codice eruimus. ſunt autem, excepta poſtrema dictione, cuncta ex Pindaro accepta: ſic enim incipit Ode prima in Nemeîs: Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ κλεινᾶν Συρακοσσᾶν θάλος Ὀρτυγία. Memini me oſtendiſſe Cyriaco Strozæ (quem ego ut civem & plurimis officiis mihi conjunctiſſimum valde diligo) hujus loci antiquam ſcripturam, qui ſtatim & ipſe verba Pindari agnovit: eum enim præcipuè poëtam ille ſapienter admiratus eſt, & ad verbum penè edidicit, quum Græcos omnes autores ita ſtudioſe & aſſiduè legerit, ut mirificam ex illis eruditionem hauſerit, & eam ejus linguæ ſcientiam uſumque habeat, ut mediis Athenis natus & educatus eſſe videatur. Cum obſcurum atque abſconditum ſenſum hujus loci aperire non quiverim, volui ſaltem lectionem, quam reſtitui, veram & genuinam eſſe confirmare teſtimonio amiciſſimi & eruditiſſimi juvenis, qui eam ſuis oculis in priſco exemplari inſpexit. *Victor.* *Sed ἄμπνευμα.*] Verba Pindari Nemeon. Od. 1. Id eſt Arethuſam fontem & ipſum nobiliſſimum apud Syracuſas, in cujus ſinu reſpirat & interquieſcit Alpheus Elidis amnis, per mare Arethuſam ſuam perſequens. vid. Ovid. v. Met. 645. Senſus in totum eſt. Non jejunum, id eſt & famelicum, ſed vel lautiſſimum Sacerdotium accepiſſe. *J. F. Gronov.*

39. Ἄμπνευμα σεμνὸν ἀλφειοῦ Πειρήνην.] Placeret ſic legi *Et* ἄμπνευμα σεμνὸν ἀλφειοῦ κρήνην, copula addita. Ita enim ſcrupulus omnis ſuſpicioque tolletur: ut Pirenen & Arethuſam intelligat: hoc ſenſu: Fac illum, non ad aridum & ſiticuloſum fontem, ſed ad uberrimos, Pirenem & Arethuſam, in tantis ſuis, *&c.* Uberem fuiſſe Pirenem, facetè Plautus in Aulularia, de Fidicina loquens, oſtendit his verbis:

——— Præterea tibicinam
Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſtateat,
Corinthienſem fontem Pirenem poſſit.

Malaſp. Ex Decurtato, ante Græcam vocem ἄμπνευμα, addidi particulam, *ſed*, quæ in vulgatis deerat. *Boſius.*

39. Ποῖ ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ἀποσκήψει;] Quo hæc rejiciet? quonam modo hæc excuſabit? *Corrad.* Ποῖ, τοπικὸν adverbium cum ſit, *Quoque* vel *Ubi* ſignificet Latinis, quo modo, cum *Excuſabis*, qua ratione ἀποσκήψῃ interpretantur, conveniat, non aſſequor. Sane mihi potior ſcriptura illa videtur, quæ ab eodem Manutio, ab hinc annos amplius viginti, edita eſt. Habet enim ἀποσκήψει, a verbo ἀποσκήπτω, cujus primigenium, tametſi ἄχρηστον eſt, cum præpoſitione tamen uſurpatur, ut in κατασκήπτω, ἐνσκήπτω, ἐπισκήπτω, ἀποσκήπτω, patet. Valet autem ἀποσκήπτειν, ἐπ᾽ ὅλου, εἰς μέρος ἓν τὸ λυποῦν συνάγεσθαι· ἀφ᾽ οὗ ἀπόσκημμα, ut Phavorinus

ipſe viderit. Cato me quidem delectat, ſed etiam Baſſum Lucilium ſua. 40 De Cœlio, tu quæres, ut ſcribis: ego nihil novi. noſcenda eſt natura, 41 non facultas modo. 42 De Hortenſio & Virginio, [z] tu ſi quid dubitabis: etſi, quid magis placeat, ego quantum aſpicio, non facilè inveneris. 43 Cum Muſtela, quemadmodum ſcribis, cùm venerit Criſpus. Ad [a] Avium ſcripſi,

z tu quid *edd. vett.*

a Aulum *Græv. & alii.*

rinus ait, τὸ κοινῶς ἀπόσημα. Erumpere Cicero ſolet dicere. Herodotus, ἀποσκήψαντος τῆ ἐνυπνίε ἐς φαυρόν. *Malaſp.*

40. *De Cœlio.*] Hic nummularius erat, cum eoque Cicero agebat de argento aurove facto, aut infecto cum alio ſignato commutando. *Boſius.* Cicero hoc tempore premebatur anguſtiis rei familiaris & ære alieno, de quo diſſolvendo valde laboravit, ut refert Plutarchus. Eò pertinet omnis ſermo de Cœlio, Avio, Piſone nummulariis quibuscum voluit in hanc rem aurum argentumve factum vel infectum cum nummis permutare: ſed quia ipſe hujuſmodi permutationis plane rudis erat, timebatque ne aurum adulterinum darent (noſcenda enim non modo facultas ſive æſtimatio & pretium auri, ſed etiam natura & ſubſtantia qua aliud alio præſtantius.) Attico eam curam delegavit. ep. 6. *Popma.*

41. *Non facultas. Modo.*] Commodius diſtingui poteſt: *non facultas modo.* Corrad. Sequor Manutii diſtinctionem, collocato puncto poſt vocem, *modo.* Naturam vocat auri qualitatem & temperaturam; bonumne an malum ſit, purum putum & obryzum, an argentoſum orichalcove permixtum: facultatem vero, æſtimationem & pretium. hæc ex pecuniæ ſignatæ nota facile perſpicitur: nam, ut ait Ariſtoteles, χαρακτὴρ ἐςὶ τῆ ποσῆ σημεῖον. illa longe difficilior eſt cognitu, cujus ignoratione plerique magno afficiuntur detrimento, acceptis ſubæratis nummis pro puris aureis. quod cum Cicero timeret ſcribit noſcendam eſſe non modo facultatem & æſtimationem auri, ſed etiam naturam. Ceterum quod hic *naturam* appellat, id Paullus Juriſconſultus ſubſtantiam lib. XXXIII. ad Edictum; *eaque materia forma publica percuſſa ſum dominiumque non tam ex ſubſtantia prabet, quam ex quantitate.* Quod porro hic facultatem, illi qui codicem Juſtinianæum confarcinarunt, poteſtatem. ſic enim Titulum conceperunt, *De veteris numiſmatis poteſtate.* Boſius.

42. *De Hortenſio & Virginio tu, ſi quid dubitabis.*] Hos quoque argentarios puto fuiſſe. *Tu:* ſubaudi quæres: quæres autem hoc, num viri boni ſint, & num in auro quod daturi ſunt vitium timere poſſimus. *P. Manut.*

43. *Cum Muſtella.*] Ages. forte Muſtella & Criſpus coheredes erant. itaque agi cum Muſtella non poterat, niſi & Criſpus, ejuſdem hereditatis particeps, adeſſet. etiam ep. 3. lib. XIII. *De Criſpo,* inquit, & *Muſtella videbis. & velim ſcire, quæ ſit pars duorum.* Quo in loco hereditatem ſignificari manifeſtum eſt cum dicat, *Quæ ſit pars duorum.* Idem.

44. Pi-

ſſi, ut ea, quæ bene [b] noſſem de auro, 44 Piſoni demonſtrarim. tibi enim ſanè aſſentio, & iſtud nimiùm diu duci, & omnia nunc undique contrahenda. Te quidem nihil agere, nihil cogitare aliud, niſi quod ad me pertineat, facilè perſpicio: meiſque negotiis impediri cupiditatem tuam ad me veniendi. ſed mecum eſſe te puto; non ſolùm quòd meam rem agis, verùm etiam quòd videre videor, quo modo agas. neque enim ulla hora tui mihi eſt operis ignota. 45 Tubulum prætorem video L. Metello Q. Maximo conſulibus. nunc velim, P. Scævola pontifex maximus, quibus conſulibus tribunus plebis. equidem 46 puto proximis, Cæpione & Pompejo. Prætor enim P. Furio, Sex.

b noſcerem *alii*.

44. *Piſoni demonſtrarem.*] *Demonſtraret* Faërnus & recte. *Urſin.* *Piſoni demonſtrarim.*] Legendum eſt, *demonſtrarim*, ut eſt in Decurtato, non ut vitioſe, *demonſtraret*, legit Faërnus probante Urſino; vel ut vulgò, *demonſtrarem*. Cleric.

45. *Tubulum Prætorem video.*] L. Tubulum lib. de Finib. de Tubulo vero quærebat Cicero, ut vera de illo referre poſſet in libris de Finibus, quos jam tum meditabatur: etſi videri poteſt voluiſſe illum in Bruto deſcribere, quum quod περὶ τῶν τελῶν συντάττειν nondum inſtituerat, ep. 12. & 20. lib. XIII. tum quod ceteri pene omnes, qui numerantur hoc loco, ad Brutum pertinent. *Corrad.* L. Tubulus homo improbus, Prætor L. Metello Celere, Q. Fabio Maximo Serviliano Coſſ. quæſtionem inter ſicarios exercens, pecunias ob rem judicandam accepit, quo crimine accuſatus & damnatus, ne in carcere necaretur, venenum bibit. Cicero De Finibus II. & V. Pro Scauro, & ibidem Aſconius, Lucilius lib. I. Satyrar.

——— *Tubulus ſi Lucius unquam,*
Si Lupus, aut Carbo, aut Neptuni filius dives Eſſe putaſſet non impius aut perjurus fuiſſet. Quibus in verſibus notantur impii Tubulus hic, P. Rutilius Lupus, Cajus Carbo: perjurus Buſiris Ægypti rex, qui advenas hoſpitio exceptos occidere & immolare ſolebat. Unde Varro in Satyris, *Sævus Neptuni filius.* Popma.

46. *Puto proximis.*] Boſius addidit, *proximis*, poſt verbum, *puto*, quòd ita legerit in Decurtato, Tornæſiano & Cruſellino; invenitque item in Granvellano veteri Pighius; qui adeatur anno Faſtorum DCXVII. *Cleric.* *Puto, Cæpione & Pompejo.*] Recte putabat, ex cauſſa, quam ſubſcripſit. nam, cum P. Furio, Sex. Atilio coss. prætor fuerit, inter tribunatum autem & præturam quatuor anni interſint: Cæpione & Pompejo coss. tribunum fuiſſe, veriſimile videbatur. ideo dicit in lib. II. de Finibus *anno proximo*, cum ab Attico certior factus eſſet, Cæpione & Pompejo coss. tribunum Scævolam fuiſſe; Cæpionem & Pompejum poſt Metellum & Maximum, id eſt poſt annum, quo Tubulus prætor fuit, conſules ſciret proxime fuiſſe. *P. Manut.*

47. *Da-*

Sex. Atilio. [47] dabis igitur tribunatum, [48] &, ſi poteris, Tubulus quo crimine. & vide, quæſo, L. Libo, ille, qui de Ser. Galba, [49] Cenſorinone & Manilio, an T. Quintio, M'. Acilio conſulibus tribunus plebis fuerit. [c] conturbat enim me [50] epitome Bruti Fanniana, [51] an Bru-

c *alii* conturbor enim ep.

47. *Dabis igitur tribunatum.*] Ex libro, quo magiſtratus Rom. ornaſti, Nepos in vita, *tribunatum* Scævolæ, cujus tribunatu opus eſt mihi lib. II. de Finib. *Corrad.* Dabis, hoc eſt, docebis. Hor. II. Sat. 8.

——— *Da, ſi grave non eſt,*
Quæ prima iratum ventrem placaverit eſca.

Virg. Eclog. I.

Et tamen iſte Deus qui ſit da Tityre nobis.

ſic contra *accipere* eſt diſcere. Inferius in hac epiſtola: *Ego tamen de bono auctore Hortenſio ſic acceperam, ut apud Brutum eſt.* Pomp. Mela procœm. *Id quo facilius ſciri poſſit atque accipi, paullo altius ſumma repetetur.* & ſæpe apud alios. *Gravius.*

48. *Et ſi poteris tabulis & quo crimine.*] Antiquiores codices, *Tubulis.* Tubuli autem Romana familia. Credimus hic cum Cicero petat, ut Atticus tribunatum etiam Tubulis det, intelligere rem illam, quam legimus in vita ipſius Pomponii. ſcribit enim Cornelius Nepos eum, cum eſſet antiquitatis admodum amator, illam totam in eo volumine expoſuiſſe, quo magiſtratus ornavit: & quod difficillimum fuit, ſic familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines poſſent cognoſci. Nam quod infert, *quo crimine*, obſcurum eſt & depravatum videri poteſt. Cum autem adjungat Nepos eum verſibus, qui honore rerumque geſtarum amplitudine ceteros *r. p.* præſtiterunt, expoſuiſſe, ita ut ſub ſingulorum imaginibus facta, magiſtratusque eorum non amplius quaternis quinisque verſibus deſcripſerit: diligenter conſiderandum eſt an ad hoc reſpiciat, pro crimineque, *carmine* legi debeat: quod tamen nec affirmamus, nec omnino nobiſipſis perſuaſimus; rem tantum aliis cogitandam proponimus, non penitus contemnendam (ni fallimur) in tam perverſo & incerto ſenſu. *Victor.*

49. *Cenſorinone & Manilio.*] Edidit Boſius, *Cenſorinone & Manilio*, ut in Scidis & Tornæſiano ſcriptum reperit, & mox iisdem libris auctoribus, *M'. Acilio Coſs.* non ut vulgo, *Manlio conſulibus.* quod ultimum etiam damnavit Pighius in Faſtis ad annum urbis DCIII. *Cleric.*

50. *Et puto me Bruti Fanniana.*] Fannium Romanam hiſtoriam ſcripſiſſe compertum eſt etiam ex primo libro de Legibus: Brutumque Fannianæ hiſtoriæ epitomen feciſſe ipſe paulò pòſt tradit. Quare hic, ut in antiquioribus libris invenimus, *epitome* ſcripſimus. Delectabatur autem Brutus hoc genere exercitationis, & multa antiquorum ſcripta in compendium redigebat, & ea maximè quæ rerum geſtarum notitiam traderent: credo, ut ſibi uſui eſſent memoriamque ſuam adjuvarent. hoc autem ab aliis auctoribus acce-

Bruti epitoma Fannianorum? ſcripſi, quod erat in extremo: idque ego ſecutus, hunc Fannium, qui ſcripſit hiſtoriam, generum eſſe ſcripſeram Lælii: ſed tu me γεωμετρικῶς refelleras: te autem nunc Brutus & Fannius. ego tamen de bono auctore Hortenſio ſic acceperam, ut apud Brutum eſt. hunc igitur locum expedies. Ego miſi Tironem 52 Dolabellæ obviam. is ad me idibus revertetur, te exſpectabo poſtridie. De Tullia mea tibi antiquiſſimum eſſe video: idque ita ut ſit te vehementer rogo. Ergo & in integro omnia: ſic enim ſcribis. mihi 53 etſi kalendæ vitandæ fuerunt, 54 Ncoeica- P. R.

cepimus, & Plutarchi maximè teſtimonio compertum habemus, qui in ejus vita ſcribit ipſum in caſtris Pompejanis, quod diei tempus cum Pompejo non erat, totum in ſtudiis conſumere ſolitum: ut eo etiam die qui eum præceſſit quo pugnatum eſt, cum alii aut ſomno indulgerent (erant enim maximi calores) aut ſolljciti de eventu pugnæ in ea cogitatione toti eſſent, ipſe uſque ad veſperam ſcripſerit, componens epitomen Polybii. *Victor.*

51. *An Bruti epitoma Fannianorum? ſcripſi &c.*] Sic exaratum eſt in Decurtato & Tornæſiano, niſi quod in hoc vitioſè librarius ſcripſit, *in*, pro, *an*. Ceterùm præcedentes has voces, *Epitome Bruti Fanniana*, ut otioſas & eorum quæ ſequuntur gloſſema ſuſtulit Manutius. *Cleric.* Vide Ger. Joh. Voſſium lib. Hiſt. Lat. cap. 7. *Gronov.*

52. *Dolabella.*] In Hiſpaniam inde profecturo. Philip. 11. & ep. 32. h. l. non dixi ex Africano bello revertenti, quod illud multo ante fuerat finitum; quoniam Cicero jam Catonem ſcripſerat paulo ante. Dolabella certe venit ad Ciceronem, ut poſtea iret in Hiſpaniam, & cum eo Ciceronis filius epiſt. ſeq. *Corrad.*

53. *Etſi Calendæ mutandæ fuerunt, Meaſſionumque ἀρχέτυπα fugienda.*] Et hic veterem lectionem reſtituimus: quam & in noſtris melioribus invenimus, & Germanos etiam in margine ſui libri adnotaſſe animadvertimus. Cur autem ſibi Calendas vitandas fuiſſe tradat dicere non poſſumus. Cum tamen de tabulis conficiendis agat, videndum eſt an de perſcribendis uſuris loquatur. Calendis enim pecunias fœnerari moris erat, quod oſtendit Plutarchus in libello, περὶ τὸ Μὴ δεῖν δανείζεσθαι, qui diem illum omnium auguſtiſſimum dicit fœneratores reddere nefaſtum & odioſum ſua acerbitate: ſic enim, inquit, de fictilibus, quibus ipſe jubet uti, divenditis argenteis lancibus: Οὐκ ὄζει τόκου βαρὺ καὶ δυσχερὲς ὥσπερ ἡ καθ' ἡμέραν ἐπιρρυπαίνοντος τὴν πολυτέλειαν. οὐδὲ ἀναμνήσει τῶν καλανδῶν καὶ δὲ νεομηνίας: ἣν ἱεροτάτην τῶν ἡμερῶν οὖσαν ἀποφράδα ποιοῦσιν οἱ δανεισταὶ καὶ στύγνον. Horatius etiam docet, cum inquit: *Omnem relegit Idibus pecuniam: quærit Calendis ponere.* Nam quòd Idibus ſolverentur Cicero etiam innuit libro IV. ad Atticum: *Ardet ambitus, σῆμα δίτοι ἐρέω fœnus ex triente Idibus Quintilibus, factum erat beſſibus.* Item libro XIV.

caſionumque ἀρχέτυπα fugienda conficiendæque tabulæ: nihil tamen tanti, ut à te abeſſem, fuit. cùm Romæ eſſem, & te jam jamque viſurum me putarem: quotidie tamen horæ, quibus exſpectabam, longæ videbantur. ſcis me minimè eſſe blandum. itaque minus aliquanto dico quàm ſentio.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

[d] *alii* quæ, *alii delent.*

De Cœlio, vide, quæſo, 55 ne [d] qua lacuna ſit in auro. ego iſta non novi. ſed certè in collubo eſt detrimenti ſatis. huc aurum ſi accedit: 56 ſed quid loquor? tu videbis. 57 habes Hegeſiæ genus, quod Varro

XIV. *Dolabella præclara, jam vel ſibi habeat nummos, modo numeret Idibus.* *Nicaſionum* autem ſcripſimus, eorundem codicum autoritati fideique hoc dantes: nam vox hæc rara eſt & parum certi intellectûs, non tamen ob id à nobis repudianda, facilè enim credimus, quòd nobis non ſatis cognitum eſt alios præclare ſcire. Cæcilius multis locis à Nonio Marcello adducitur in comœdia nota Nicaſione. *Nicaſio* etiam nomen proprium eſt apud Ciceronem in Verrinis: *Audiſtis Theodorum, & Numinium, & Nicaſionem legatos Ennenſes publicè dicere.* Victor.

54. *Neoeicaſionumque.*] Lege: Νεοεικοσωνῶν ἀρχέτυπα. hoc ſenſu: Etſi fuit ratio cur Kalendis Romæ non eſſem, nimirum ne inter primos eſſem in tabulis novorum publicanorum, qui viceſimam exigunt. εἰκοσώνης eſt emtor vel manceps viceſimæ, qui viceſimam conduxit, viceſimarius. vide Lipſii excurſum ad XIII. Annal. Taciti, ubi ex Arriano gloſſæ, non ex his ille corrigendus. εἰκοσώνης ὁ τὰς εἰκοσὰς ἀπαιτῶν, *Viceſimarius.* vitabat autem Cicero & hanc ob cauſſam Kalendas quia & ipſe conſcribendas rationes habebat. *J. F. Gronov.* Forſan Decurtatus innuit *negotiationum.* Gronov.

55. *Ne qua lacuna ſit in auro.*] Ne vitium ſit in auro, quod à Cœlio argentario, pecuniâ permutandâ meo nomine, accepturus eſt. Lacuna dicitur eſſe in auro, cum in numero, qui aureus videtur, aliquid eſt, quod aurum non ſit. quaſi enim lacuna eſt in eo loco, ubi aurum non eſt: translatione ſumpta a fundis, quos lacunæ deteriores faciunt. *P. Manut.*

56. *Sed quid loquor?*] Lege: *ſed cui loquor?* quaſi dicat ego videor pene oblitus me agere cum Attico, uno omnium diligentiſſimo in re familiari. *J. F. Gronov.*

57. *Habes Hegeſiæ genus quod Varro laudat.*] Hegeſiæ duo fuerunt, Cyrenaicus & Magneſius, hic orator ille philoſophus. de philoſopho, in primo libro Tuſculanarum Quæſtionum, & Laërtius, in

ro laudat. venio ad Tyrannionem. [58] Ain' tu? [59] verum hoc fuit? ſine me? at ego quoties, cùm eſſem otioſus, ſine te tamen nolui? quo modo hoc ergo lues? uno ſcilicet, ſi mihi librum miſeris: quod ut facias etiam atque etiam rogo. etſi me non magis liber ipſe delectabit, quàm tua admiratio delectavit. [60] amo enim πάντα [e] φιλόδημον· teque iſtam tam tenuem θεωρίαν tam valde admiratum eſſe gaudeo. etſi tua quidem ſunt [f] ejusmodi omnia. ſcire enim vis, quo uno animus alitur. [61] ſed, quæſo, quid ex iſta acuta & gravi [g] refertur ad τέλος; ſed longa oratio eſt, & tu occupatus in meo [h] quidem fortaſſe aliquo negotio; [i] & pro [k] iſto [62] aſſo ſole, quo tu abuſus es in noſtro pratulo,

e φιλοδήμονα *Jun.*
f hujusm. *alii.*
g referetur *MS.*
h quid. *addidit Boſ.*
i ac *Manut.*
k ipſo *MS.*

in Ariſtippo: de Oratore, Strabo lib. xiv. ipſe in eo libro, quem inſcripſit, *Orator.* quo in libro, manaſſe ab hoc vitium illud, ſcribit, in quod incidunt ii, qui numeros in oratione frequentius infringunt atque concidunt. cujus generis ſunt Varronis ſcripta, utpote qui Hegeſiam ſequeretur. Quod Cicero de numeris Hegeſiæ tradit, idem fere Dionyſius Halicarnaſſeus in Arte. *Habes Hegeſiæ genus:* Hegeſiæ librum Cicero ad Atticum miſerat. vides, inquit, Hegeſiæ ſcripta cujus generis ſint. *Quod Varrò laudat:* ſine cauſſa, ſcilicet: nam videtur hoc ſignificare: Nunc Hegeſiæ librum legens, intelligis, quam recte eum Varro laudet. *P. Manut.*

58. *Ain' tu? unum hoc fui.*] Auxilio antiquorum codicum caſtigavimus, *Verum hoc fuit:* quaſi dicat, ita ne facere oportet? (Verum) enim ſæpe à Cicerone pro juſtum & par ponitur. De Finibus lib. iv. *Quibus natura jure reſponderit, non eſſe verum aliunde finem beatè vivendi, à ſe principia rei gerendæ peti.* Item in Lucullo: *Nec verum eſſe ullam rationem diſputare cum his, qui nihil probarent.* Exempla apud Ciceronem tam crebra ſunt, ut locos hos adduxiſſe neceſſarium non fuerit: caſtigat autem Atticum familiariter & jocoſè, quod ad Tyrannionem ſine ſe acceſſiſſet. *Victor.*

59. *Verum.*] Juſtum & æquum hoc fuit te audire Tyrannionem recitantem ſine me. Vide me ad Liv. ii, 48. *J. F. Gronov.*

60. *Amo enim πάντα φιλόδημον.*] Græca hæc verba in cunctis codicibus deerant: Germani primi locum reſtituerunt. eandem & nos lectionem in noſtro antiquiore libro integram invenimus. Intelligit autem φιλόδημον, quaſi popularem eum, qui parvis minutiſque quæſtionibus delectetur, omniaque etiam tènuia & humilia perſequebatur. *Victor.*

61. *Sed quæſo, quid ex iſta acuta & gravi refertur ad τέλος?*] In his verbis vitium Lipſio eſſe videtur lib. i. Variar. Lect. cap. 23. & pro illis, *& gravi*, vox Græca ἐγγραφῇ reponenda eſſe. *Cleric.*

62. *Aſſo ſole.*] Vide ad Famil. lib. i. ep. 9. & adde, veteres ſimili ratione dixiſſe *aſſam vocem*, ut docet Salmaſ. p. 251. ad Hiſt. Auguſt. Script. & Gevart. Lib. ii. Elect. cap. 2. ubi etiam *aſſa tibia*

lo, à te nitidum ſolem unctumque repetemus. ſed ad prima redeo. Librum, ſi me amas, mitte. tuus eſt enim profectò, quoniam quidem eſt miſſus ad te. Pag. LXXXVIII. [63] *Chreme, tantumne ab re tua eſt otii tibi*, ut etiam [64] Oratorem legas? macte virtute! mihi quidem gratum, & erit gratius, ſi non modò in libris tuis, ſed etiam in aliorum per librarios tuos [65] Ariſtophanem repoſueris pro Eupoli. [66] Cæſar autem mihi irridere viſus eſt [67] quæſo illud tuum, [68] quod erat εὐπινὲς & urbanum:

bia & alia. Adi præterea Scalig. in Conject. ad Varronem, p. 121. & Servium ad Virgil. lib. II. Georg. ỽs. 417. *Verburg.*

63. *Chremes, tantum ne ab re tua eſt otii tibi.*] Alludit ad locum Terentii in Heautontimorumeno, alloquiturque Atticum verbis, quibus Menedemus in ea fabula Chremetem alloquitur. Quod autem Menedemus inquit, *aliena ut cures*, Cicero ſimili ſermonis forma infert, ut etiam oratorem legas. *Victor.* *Chreme tantumne.*] Vox illa, *Chreme*, deeſt in vulgatis, & præterea à dictione, *tantumne*, epiſtolam inchoat vulgata editio, ſicuti Junius. *Cleric.*

64. *Oratorem.*] Librum, quem de perfecto oratore ad M. Brutum Cicero miſit: cujus inſcriptio eſt, *Orator*: itaque etiam in epiſtola ad Leptam, *Oratorem*, inquit, *meum tantopere a te probari vehementer gaudeo.* P. Manut.

65. *Ariſtophanem repoſueris pro Eupoli.*] Perſpicuum eſt, in Oratore ſubintelligi, in quo hæc de Pericle: *Si tenui genere uteretur, numquam ab Ariſtophane poëta fulgere, tonare, permiſcere Græciam dictus eſſet.* Ariſtophanis autem Græca verba Plinius in ep. quadam recitat, ἤςραπτεν ἐβρόντα, ξυνεκύκα τ' Ἑλλάδα, quod Cicero cum Eupoli primum tribuiſſet, poſtea correxit, Ariſtophane repoſito. *Idem.*

66. *Cæſar autem &c.*] Cæſar rogatus ab Attico, ut parceret Buthrotiis in Epiro, quorum agri, quod Pompejo ſtuduiſſent, proſcripti erant, ita reſponderat, ut jocaretur in verbum QUÆSO, quo uſus fuerat Atticus, ſive ipſum id improbaret tanquam antiquum (nam ſine dubio id verbum ſupereſt ex eo quod antiquiſſimi *aſa* pro *ara*, *Fuſii* pro *Furii*, *Valeſii* pro *Valerii*, & ſic *Quæſo* pro *Quæro* dixerunt; poſteriores adamarunt utrumque & ſignificationibus diſtinxerunt) ſive audacius Atticus alia & prorſus inveterata terminatione uſus eſſet, ut *quæſere* Plautus, *quæſit* Lucretius, *quæſens* Apulejus. Scripſit autem de Analogia Cæſar, & erat exactor Latini ſermonis diligens, ſi non moroſus. Atticus igitur nonnihil dubius conſulto Cicerone nunc cognoſcit ludum hunc & jocum eſſe, ſed de re, futurum Cæſarem in Attici poteſtate. *J. F. Gronov.*

67. *Quæſo illud tuum.*] Verbum quo tu, neſcio quid ut decretum de Buthrotiis ep. 18. lib. XVI. ab eo petens, uſus fueras. *Corrad.* Atticus rogans Cæſarem ut agros Buthrotios quos proſcripſerat, liberaret, uſus erat verbo QUÆSO: quod Cæſar viſus eſt irridere tanquam humile & ſordidum: contra Cicero venuſtum & urbanum eſſe cenſet. Et optimi auctores id uſurpant pro *oro.* Plautus

Me-

num. ita porro te ſine cura eſſe juſſit, ut mihi quidem dubitationem omnem tolleret. Atticam [l] doleo tam diu: ſed quoniam jam ſine horrore eſt, ſpero eſſe, ut volumus.

l doleo diu *MS.*

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

QUÆ deſideras omnia ſcripſi in codicillis, eoſque Eroti dedi, breviter, ſed etiam plura quàm quæris; in iis de Cicerone: cujus quidem cogitationis initium tu mihi [m] attuliſti. locutus ſum cum eo [n] liberaliſſimè: quod ex ipſo, velim, ſi modo tibi erit commodum, ſciſcitere. ſed quid differo? expoſui, [69] te ex me detuliſſe, ecquid vellet, ecquid requireret: velle Hiſpaniam, requirere liberalitatem. de liberalitate, dixi,

m abſtuliſti *MS.*

n blandiſſime *MS.*

Menæchmis: *Quæſo meum patrem.* Bacchidibus: *Te opere tanto quæſere.* Salluſt. Hiſt. I. *Curionem quæſivit.* Lucretius lib. V.

——— *& prece quæſit*

Ventorum paces. Popma.

68. *Quod erat εὔπινες & urbanum.*] Græcum hoc verbum diu deſideratum eſt: in eisdem ego exemplaribus repertum ſuo loco reſtitui. Intelligimus autem hic, εὔπινες πεπινωμένον. nam quamvis πῖνος ſordes humilitatemque ſæpe ſignificet, unde πιναρὰ ſordida, tenuia, fœda & humilia dicuntur.: laudatur tamen in oratione πῖνος, ut Suidas etiam exemplo Damaſcii docet, qui ſic inquit: Ὁ δὲ ἦν καὶ λέγειν ἱκανὸς οὐ τοὺς νεωτέρους ἐκμιμησάμενος σοφιστὰς ἀλλὰ πρὸς τὸν ἀρχαῖον πῖνον τῆς λογογραφίας ἁμιλλώμενος. Et Cicero etiam de filio loquens in his epiſtolis ſcripſit, πῖνος litterarum. ſignificat doctiorem. eſt enim πῖνος forma & idea orationis, quemadmodum apertè docet interpres Sophoclis in Ajace; cum enim poëta dixiſſet, Κακοπινέστατόν τε ἄλημα στρατοῦ, ſubjungit ipſe: Τὸν πινὸν ποτὲ μὲν ἐπὶ τὰς ἰδέας, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ ἤθους· ἐν ταῦτα οὖν τὸν κακοήθη. *Victorius.* De πίνῳ Rhetorum vide multa doctè notantem Salmaſium ſub nomine Franciſci Franci contra Cercoëtium. p. 172. & ſeqq.

69. *Te ex me detuliſſe*] Te ad Ciceronem filium detuliſſe quod ex me intellexeras, diceret ecquid vellet, ecquid requireret. illum reſpondiſſe, velle in Hiſpaniam ire cum Cæſare contra Pompeji liberos: requirere liberalitatem meam in pecunia ſuppeditanda. De qua dixi me illi daturum quantum filio ſuo daret Publilius, aut L. Lentulus Niger flamen Martialis: de Hiſpania duas ob cauſſas rejeci; prima eadem quæ tibi, me vereri vituperationem, quaſi non ſatis nobis ſit Pompejanorum arma reliquiſſe, ut etiam Cæſaris ſequamur: altera quod ipſe moleſtè ferret, cum videret

Qqqqq

o alii Publius malè. dixi, quantum [o] Publilius, quantum 70 flamen Lentulus filio. de Hiſpania duo attuli, primum idem, quod
p eſt Vict. tibi, me vereri vituperationem: non ſatis [p] eſſe, ſi hæc arma reliquiſſemus? etiam contraria? 71 deinde fore, ut angeretur, cùm à fratre familiaritate & omni gratia
q velim alii. vinceretur. 72 [q] velit magis liberalitate uti mea quàm ſua libertate: ſed tamen permiſi. tibi enim intellexe-
r minus MS. ram non [r] nimis diſplicere. ego etiam atque etiam cogitabo, atque, ut idem facias, rogo. magna res & ſimplex eſt manere; illud anceps. verùm videbimus. 73 De Balbo & in codicillis ſcripſeram, & ita cogito, ſimul ac redierit. ſin ille tardiùs, ego tamen triduum. &, quod præterii, Dolabella etiam mecum.

EPI-

deret ſe a fratre patruele Q. Cicerone familiaritate & gratiâ Cæſaris vinci. *Popma.*

70. *Flamen Lentulus.*] Filius ejus Lentuli, quem cum univerſo Pontificum collegio Ciceronis domum, a P. Clodio conſecratam, religione liberaſſe, legimus in oratione de Haruſpicum Reſponſis: qui & ep. 24. lib. II. & ep. 6. lib. IV. & a Pediano in oratione pro Scauro & in oratione in Vatinium nominatur. Senſus eſt. De liberalitate dixi me daturum, quantum filio ſuo Publius, quantum ſuo Lentulus daret. *P. Manut.*

71. *Deinde fore ut ageretur.*] Nos, quod Germani etiam viderunt, *angeretur* ſcripſimus. Duo adferebat Cicero, quibus dehortaretur filium à conſilio proficiſcendi in Hiſpaniam: primum ipſe apertiſſimè narrat: alterum autem erat, quòd illi oſtendebat, fore ut ipſe moleſtè ferret, cum videret ſe à fratre familiaritate & gratia vinci, id eſt Q. Ciceronem Cæſari magis familiarem & apud eum magis gratioſum (gerebat autem ille hoc tempore bellum contra liberos Cn. Pompeji) ut ſatius eſſet, hoc iter propter hoc etiam non facere, ne in dolorem incideret, quem meritò caperet cum ſe videret in poſtremis haberi & contemni. *Victor.*

72. *Velim magis liberalitate uti mea quam ſua libertate*] Malò illum pecuniam a me accipere, quàm liberius vivere & ſuis cupiditatibus obſequi. & eſt προσωνομασία. *Corrad. Velim magis &c.*] Volo, ut potius pecuniam à me, quantam vult, ſumat, quàm in Hiſpaniam eat. & dicit, ſua libertate, quia, ſi M. Cicero in Hiſpaniam iviſſet, cum id patri ſciret non placere, nimirum liberius agere viſus eſſet. *P. Manut.* Omnes editi ante Boſianam *velim.* Recepit ex margine Lambinianæ: *velit*, contra veteres libros, qui tamen diverſam hujus loci ſcripturam præ ſe ferunt. Balliol. *Veluimia liberalitate uti mea.* Helmſt. *Vel nimia liberalitate uti.* Sane cur a vulgata recedamus, adverſantibus omnibus codicibus, nihil eſt quod ſuadeat. Vulgatam autem commodè Manutius exponit, quem vide. *Gravius.*

73. *De Balbo &c.*] Sic accipio: Dolabella, cum Tulliolam dimiſiſſet, Ciceroni dotem debebat: eam tamen non numerabat, ſi

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

DE Cicerone, multis 74 res placet: comes eſt idoneus. ſed de prima penſione 75 antè videamus. adeſt enim dies; 76 & ille currit. Scribe, quæſo, quid referat Celer egiſſe Cæſarem cum candidatis, 77 utrùm ipſe in Fœniculárium, an in Martium campum cogitet. & ſanè ſcire velim, numquid neceſſe ſit comitiis eſſe Romæ. nam & Piliæ ſatisfaciendum eſt & utique Atticæ.

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

NÆ ego eſſem hîc libenter, atque id quotidie magis, ni eſſet ea cauſa, quam tibi ſuperioribus litteris ſcripſi.

tus gratia Cæſaris, cujus partes in civili contentione ſecutus erat. cogitabat igitur Cicero hac de re loqui cum Balbo, Cæſaris amiciſſimo. nam & infra, *De dote*, inquit, *tanto magis perpurga. Balbi regia conditio eſt delegandi.* P. Manut.

74. *Res placet.*] Non ut in Hiſpaniam ad bellum; quod, ut dixi, confectum jam erat; ſed ut Athenas litterarum cauſſâ proficiſcatur. hoc enim Cicero ſignificat, miſitque paullo poſt filium Athenas cum L. Montano. *Idem.*

75. *Ante videamus.*] Ante quam Ciceronem Athenas mittamus, videndum eſt quo modo prima penſio Cæſari ſolvatur. dies enim, quo primæ penſionis ſolutionem promiſimus, adeſt. *Idem.*

76. *Et ille currit.*] Id eſt, & Cæſar cum celeritate revertit: (revertebat autem ex Hiſpanienſi bello) itaque de ſolutione cogitandum. Hanc autem pecuniam jam ante civile bellum Cicero debuerat: quod ipſe declarat in extrema tertia epiſtola lib. VII. *Neque Cæſar illius nominis exactioni, majoribus curis impeditus, operam dare potuerat.* ſed, devicto Pompejo, cum Romam reverti ſſet, Ciceroni conceſſit, ut aliquot penſionibus ſolveret, quo commodius ſcilicet poſſet ſolvere. Cum igitur filio Athenas eunti pecuniam Cicero dare vellet, prius, inquit, de prima penſione ſolvenda cogitemus. *Idem.*

77. *Utrum ipſe in Fœnicularium &c.*] Interpretatur hæc contra Turnebum Lipſius libro II. Electorum cap. 20. qui conſulatur. *Cleric.* *Utrum ipſe in Fœnicular.*] Fœnicularius campus erat in Hiſpania Bætica. Græce ὁ μαραθὸς, τὸ μαραθὸν & μαραθὼν, *campus Fœnicularis.* Strabo lib. III. p. 160. ſenſus, utrum ipſe Celer impetraverit provinciam aut procurationem aliquam in Hiſpania a Cæſare,

ſcripſi. nihil hac ſolitudine jucundius, niſi paullum interpellaſſet [78] Amyntæ filius: [79] ὢ ἀπεραντολογίας ἀηδοῦς! cetera noli putare amabiliora fieri poſſe [s] villâ, litore, proſpectu maris, [t] tum his rebus omnibus. ſed neque hæc digna longioribus litteris; nec erat, quod ſcriberem; & ſomnus urgebat.

s ulla *alii.* t tamen *Jun.* cum *alii*, nuntiis *MS.*

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

MALE mehercule de Athamante. tuus autem dolor, humanus is quidem, ſed magnopere moderandus. conſolationum autem multæ viæ, ſed illa rectiſſima. impetret ratio; quod dies impetratura eſt. Alexim vero curemus, imaginem Tironis; quem ægrum Romam remiſi: [80] &, ſi quid habet collis ἐπιδήμιον, ad me [81] cum Tiſameno tranſferamus. tota domus ſuperior vacat, ut ſcis. hoc puto valde ad rem pertinere.

EPI-

an vero ſpem urbani honoris comitiis accipiendi in campo Martio. *J. F. Gronov.*

78. *Amyntæ filius.*] L. Marcius Philippus, maritus Atiæ, Cæſaris ſororis filiæ, Octaviani vitricus. Similiter ludit in ſuo nomine Q. Marcius Philippus apud Liv. XLII, 39. *Idem.*

79. Ω ἀπεραντολογίας ἀηδοῦς!] Græca hæc verba, hactenus depravatè edita, ex Decurtato reſtituit Boſius: Vulg. ὦ ἀπεραντολογίαν ἀδοῦς. Cleric.

80. *Et ſi quid habet tollis ἐπιδήμιον.*] Rectè fecerant meo judicio, qui ad locum hunc olim ſtellulam adpoſuerant, eſt enim lacer & deminutus: id igitur renovavimus: exiſtimamus enim mendo eum non vacare, ſive potius aliquid in eo deſiderari. Quod tamen in veteribus libris invenimis *collis*, ubi antea *tollis* erat, ſcripſimus. cum enim nec ex vulgata lectione ſententia ulla eliciatur, cur non penitus antiquam effingamus, opinione noſtra expoſita de novæ infidelitate & perverſione. *Victor.*

81. *Cum Tiſameno.*] Tiſamenus nomen ſervi Attici & Regis Lacedæmoniorum undecimi. Nam ſervi plerique habebant nomina Regum, ut Agamemnon, Alexander, Pelops: & fere omnes Græca, ut illa notiſſima in comœdiis, Strobilus, Anthrax, Davus; & in antiquis inſcriptionibus Scirtus. Tarrula a Σκίρτᾳ & Θάρρει. Romæ: A. PACCIO RUFO. ÆD. Q. IIVIR. SCIRTUS. AUG. L. SODALI. SUO HOMINI SANCTISSIMO. Salluſt. lib. I. Hiſtoriarum: *Quorum ſanguine Tartullæ Scirtoque peſſimis ſervorum divitiæ partæ ſunt*; ubi vulgo corrupte *Scirroque.* Popma.

82. *Ma-*

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

[82] MALE de Sejo. ſed omnia humana tolerabilia ducenda. ipſi enim quid ſumus? aut quàm diu hæc curaturi ſumus? ea videamus, quæ ad nos magis pertinent, nec tamen multo; quid agamus de ſenatu. Et, ut ne quid prætermittam, Cæſonius ad me litteras miſit, Poſtumiam v Sulpicii domum ad ſe veniſſe. De Pompeji Magni filia tibi reſcripſi, nihil me hoc tempore cogitare. alteram verò illam, quam tu ſcribis, puto noſti. x nihil vidi fœdius. ſed adſum. coram igitur. Obſignatâ epiſtolâ accepi tuas. Atticæ hilaritatem libenter audio: commotiunculis συμπάσχω.

v ſupplicem *alii.*

Pag. CLXXXIX.

x *alii* nihil enim vidi.

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

[83] DE dote, tanto magis perpurga. [84] Balbi regia conditio eſt [85] delegandi. quoquo modo confice. turpe

82. *Male de Seio.*] M. Seio lib. II. de Off. & Varr. lib. III. cap. 2. de Re Ruſt. *Corrad.*

83. *De Dote.*] Neſcio quam, dotem certe Tulliæ ut dimiſſæ ſignificare non poteſt, ut oſtendimus ep. ſup. ſed forte adhuc Dolabellam viventis, ut ep. 2. lib. XI. *Idem.* De prima penſione dotis, quam mihi Dolabellam reddere oportet, eo magis confice quo difficilius eſt. Nam quod ille mihi Balbum debitorem ſuum delegat, omnino dura & iniqua eſt illa conditio delegandi Balbum, hominem Cæſari amiciſſimum; a quo hoc tempore haud facile eſt nummos exigere. *Regium* hic eſt iniquum & quaſi tyrannicum, ut in Verrem: *Ea qua regie ſeu potius tyrannice ſtatuit.* Popma.

84. *Balbi &c.*] Perpurga, inquit, de dote. facile potes, quoniam Balbus, amiciſſimus tuus, omnia videtur poſſe; ut quaſi rex ſit, qui poteſtatem habeat delegandi. Nam, cum Balbus, cui Cæſar civitatis & reip. curam crediderat, non omnia ipſe adminiſtraret, ſed illius dignitatis atque oneris partem transferret in quos vellet, (hoc ſignificat *Delegare*) nimirum hæc regia conditio videbatur. in oratione pro Domo: *Delegavi amico locupletiori.* Cœlius ep. I. lib. VIII. *Ne meum hoc officium arrogantia condemnes, quòd hunc laborem alteri delegavi.* Et Cicero alibi. *P. Manut.*

85. *Delegandi.*] Scilicet debitoris, qui ſolvet alii, quod nobis de-

turpe eſt rem impeditam jacere. Inſula Arpinas habere poteſt [86] germanam ἀποθέωσιν· [y] ſed vereor ne minorem τιμὴν habere videatur. [87] ἐκτρόποιμος eſt. igitur animus in hortis: quos tàmen inſpiciam cùm venero. De Epicuro, ut voles; etſi μεθαρμόζομαι in poſterum genus hoc perſonarum. incredibile eſt, quàm ea [z] quidam requirant. ad antiquos igitur: ἀνεμέσητον γάρ. ni-

[y] *ſept. ſeqq. voces deſunt in edd. vett.*

[z] quidem *alii.*

debet, cui nos debemus, Cic. ſuperius ep. 3. hujus libri. *Nomen illud, quod a Cæſare, tres habet conditiones, aut emtionem ab haſta, &c. aut delegationem a mancipe annua die, aut Vecteni conditione, ſemiſſe.* Senec. IV. de Benef. 12. *Diſcedit ille, vix ſatis noto ſalutis auctore, & nunquam amplius in conſpectum noſtrum reverſurus, debitores nobis deos delegat, precaturque illi pro ſe gratiam referant.* J. F. Gronov.

86. *Germanam ἀποθέωσιν habere videtur.*] Videtur omnino aliquid deeſſe, diminutusque eſſe locus. Germani his verbis ſuppleverunt, *ſed vereor ne minorem τιμὴν habere videatur*, quos planè non reprehendimus: quia tamen in nullis manuſcriptis ea invenimus, in noſtrum codicem traducere auſi non ſumus. miſcuerunt enim illi multa, quæ à recentioribus acceperunt interpretibus & caſtigatoribus, cum eis quæ ex antiquo & probo exemplari eruerunt, nulla diſtinctione facta, ut periculum ſit ne quorundam commenta & conjecturas ſæpe pro ſinceris & veris emendationibus capias. ſi legitima ſint Ciceronis verba, perſpicua & aperta ſunt. Incipit autem jam nunc agere de loco, ubi Tulliam filiam conſecraret. De hac autem inſula in Arpinati loquitur in II. de Legibus: *Sed ventum in inſulam eſt: hac verò nihil eſt amœnius. ut enim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diviſus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit: rapidéque dilapſus citò in unum confluit: & tantum complectitur, quod ſatis ſit modicæ palæſtræ loci. quo effecto, tanquam id habuerit operis ac muneris ut hanc nobis efficeret ſedem ad diſputandum, ſtatim præcipitat in Lirem.* Victor. In Antoniano & Faërnino inter ἀποθέωσιν & *Habere* hæc interjecta leguntur: *Sed vereor ne minoem τιμὴν.* ut totus locus ſcriptus ita ſit. *Inſula Arpinas, habere poteſt Germanam ἀποθέωσιν, ſed vereor nè minorem τιμὴν habere videatur.* quanquam Antoniano abeſt Græcum verbum, inani ſpatio relicto. Hæc cum Latina ſint & ad ſenſum non modo accommodata, ſed etiam neceſſaria, vehementer auctor ſum, ut reſtituantur: eoque magis, quòd ea Germani pro germanis, non ex ingenio, ſed & ipſi veteres libros ſecuti repoſuiſſe videntur. *Malaſp.*

87. *Ἐκτρόποιμος eſt.*] In Tornæſiano & Cruſellino erat, ἐκτόπημος. in Decurtato, ἐκτρόπιμος. unde Boſius emendavit, ἐκτρόποιμος. Lambinus ex codicis Tornæſiani lectione conjicit, ἐκτοπισμὸς, vel ἐξορισμός. Turnebus, αἰγόνομος. Manutium optimè, ἐκτόπιμος, legere ex mſſ. Palat. Junius aſſerit. vulg. ἐγγόνιμος. *Cleric.* J. F. Gronov. legit ἔκτροπος & explicat de loco devio, quà non multi viatores commeant.

88. *Ad-*

nihil habeo ad te quod perſcribam : ſed tamen inſtitui quotidie mittere, ut eliciam tuas litteras ; non quò aliquid ex his exſpectem ; ſed neſcio quo modo tamen exſpecto. quare ſive habes [a] quid, ſive nihil habes, ſcribe tamen aliquid, teque cura.

a ſive non, ſcribe *alii*.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

COMMOVET me Attica ; etſi [88] aſſentior Cratero. Bruti litteræ, ſcriptæ & prudenter & amicè, multas mihi tamen lacrimas attulerunt. Me hæc ſolitudo minùs ſtimulat quàm iſta celebritas. te unum deſidero ; [b] ſed litteris non difficiliùs utor quàm ſi domi eſſem : ardor tamen [c] ille idem urget & manet, [89] non mehercule indulgente me, ſed tamen non repugnante. Quod ſcribis de Apulejo, nihil puto opus eſſe tua conten-

b ſed & lit. *alii*.
c *alii* ille urget.

88. *Adſentior Cratero.*] Medico, affirmanti nobis de Atticæ morbo, nihil gravius timendum eſſe: etiamſi illo diutius tenetur. Craterus fuit medicus celeberrimus ætate Ciceronis & Auguſti, ut mirum ſit Plinium in commemoratione illuſtrium medicorum illum præteriiſſe : quem celebrant Horatius lib. II. Satyra III. & Perſius Satyr. III. *Popma.*

89. *Non mehercule indulgente me, ſed tamen repugnante.*] Negativam particulam deeſſe arbitrati ſumus, eamque repoſuimus, ut ſe dicat non ſanè indulgere dolori & fletui : non tamen magnopere repugnare & reſiſtere : officium enim ſuum eſſe exiſtimabat, obitum tam ſuavis & caræ filiæ fletu lacrymiſque decorare. quod ſi vim feciſſet dolori, ita ut à fletu omnino ſibi temperaret, ſe non mediocriter peccaturum eſſe judicabat. In eandem ſententiam & illa dicta ſunt, *Mærorem minui :* dolorem nec potui, nec ſi poſſem, vellem. Quamvis autem paulò pòſt dicat, ſe fletui repugnare, cum inquit : *In hac mihi omnis ſermo eſt cum litteris : eum tamen interpellat fletus, cui repugno quoad poſſum :* non mirum videri debet, nec noſtræ caſtigationi adverſatur : in tanto enim caſu non certam quomodo ſe gereret ſententiam tenebat : quod & ipſe etiam docet his verbis : *Ad omniaque nitor non ad animum, ſed ad vultum ipſum (ſi queam) reficiendum : idque faciens interdum mihi peccare videor : interdum peccaturus eſſe, niſi faciam.* Itaque noſtra emendatio ſtat, nec labefactari, oppoſito eo loco, poteſt. quæ enim ſententia eſt vulgaris lectionis? niſi fallimur, ſic legere rectius eſt, ut ſe mediam quandam viam tenere dicat : neque totum ſe tradere dolori, quod eſſet nimis imbecilli animi : neque penitus illi repugnare & vim facere, hoc enim inhumanam & agreſtem naturam argueret. *Victor.*

tentione, nec Balbo & Oppio; quibus quidem ille receperat, mihique etiam juſſerat nuntiari, [90] ſe moleſtum omnino non futurum. ſed cura, ut excuſer morbi cauſa [91] in dies ſingulos. Lænas hoc receperat. prende C. Septimium, L. Statilium. denique nemo negabit ſe juraturum, quem rogaris. [d] quod ſi erit durius, veniam, & ipſe [92] perpetuum morbum jurabo. cùm enim mihi carendum ſit conviviis, malo id lege videri facere quàm dolore. Coccejum velim appelles. quod enim dixerat non facit. ego autem volo aliquod emere latibulum [e] & perfugium doloris mei.

P. B.

d *alii* quid ſ. e. durius?

e & *addidit Boſ.*

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

DE me excuſando apud Apulejum dederam ad te pridie litteras. nihil [f] eſſe negotii arbitror. quemcumque [g] appellaris, nemo negabit. ſed Septimium vide, & Lænatem, & Statilium. tribus enim opus eſt. ſed mihi Lænas totum receperat. Quod ſcribis à Ju-

f eſt *MS.*

g appellabis *MS.*

90. *Se moleſtum omnino non futurum.*] Ut Romam irem ad cænam auguralem: quam ipſe parat, in augurum collegium cooptatus. Qui enim augures fiebant, collegis cænam dabant, ut lib. x. cap. 20. Plinius indicat his verbis: *Pavonem cibi gratia primis occidit Hortenſius, adjiciali cæna ſacerdotii.* Ciceronem autem augurem fuiſſe ex ipſius libris notiſſimum eſt. *P. Manut.*

91. *In dies ſingulos.*] Auguralis cœna dabatur eodem die, quo Augur cooptabatur, ut licet conjicere ex eo quod Macrobius ſcribit, Lentulum Flaminem Martialem eodem die, quo inauguratus eſt, cœnam dediſſe. Sed extrahebantur cœnæ in plures dies, quæ inde *Adjiciales* dictæ, quas hic intelligit. Varro de Re Ruſt. III. & Plinius lib. v. cap. 20. *Popma.* *Adjiciales*, ſi vera eſt hæc lectio, *cænæ* non ideo dicuntur, quòd extraherentur in plures dies, ſed quod ceteræ feſtivitati inaugurali adjiciebantur hæ cœnæ, tanquam mantiſſæ. Sed vera eſt illorum ſententia, qui cenſent ſcribendum eſſe ubique *aditialis cæna*, quæ nempe in aditu honorum dabatur. Senec. ep. 92. *Toties tamen ſeſtertio aditiales cænæ frugaliſſimis viris conſtiterunt.* Grævius.

92. *Perpetuum morbum jurabo.*] Perpetuo morbo ita laboraſſe jurabo, ut non potuerim adeſſe, quod cupit Appulejus. ſic ep. I. lib. I. *Corrad.* Jurabo me perpetuo morbo laborare, ut non nunc modo, ſed in perpetuum excuſatus ſim. lib. I. ep. I. *Aquillium non arbitramur, qui denegat, & juravit morbum, & illud ſuum regnum judiciale oppoſuit.* J. F. Gronov.

93. *Præ-*

Junio te appellatum: omnino Cornificius locuples eſt: ſed tamen ſcire velim, quando dicar ſpopondiſſe, & pro patre, anne pro filio: neque eò minùs, ut ſcribis, procuratores Cornificii & Apulejum 93 prædiatorem videbis. Quod me ab hoc [h] mærore recreari vis; facis, ut omnia: ſed, me mihi non defuiſſe, tu teſtis es. nihil enim de mærore minuendo ſcriptum ab ullo eſt, quod ego non domi tuæ legerim. ſed omnem conſolationem vincit dolor. quin etiam feci, quod profectò [i] ante me nemo, ut [k] ipſe me per litteras conſolarer. quem librum ad te mittam, ſi deſcripſerint librarii. affirmo tibi nullam conſolationem eſſe talem. totos dies ſcribo; non quò proficiam quid; ſed tantiſper impedior, non equidem ſatis, (vis enim urget) ſed relaxor tamen, [l] [illegible]que nitor, non ad animum, ſed ad [m] vultum ipſum, ſi queam, reficiendum; idque faciens, interdum mihi peccare videor, interdum peccaturus eſſe, niſi faciam. ſolitudo aliquid adjuvat, ſed multo plus proficeret, ſi tu tamen intereſſes: quæ mihi una cauſa eſt hinc diſcedendi. nam, pro malis, rectè habebat: quamquam 94 ipſum doleo. non enim jam in me idem eſſe poteris. perierunt illa, quæ amabas. De Bruti ad me litteris ſcripſi ad te antea: prudenter ſcriptæ: ſed nihil, [n] quo me adjuvarent. 95 quod ad te ſcripſit, id vellem

[h] dolore *MSS.*

[i] antè nemo *alii.*

[k] ipſe per *MSS.*

[l] *alii* ad omn.

[m] vultus *MSS.*

P. CXC.

[n] quod me adjuvaret *MSS. & edd. quad.*

93. *Prædiatorem.*] Etſi ſcio, quid docti de prædiatore & jure prædiatorio ſcribant, hic tamen bis *prædiator* dici videtur, apud quem bona prædia ſint oppoſita, vel ad quem pertineant ita, ut in his poſſit eſſe liberalis ep. II. h. l. *Corrad.* Prædiator dicebatur, qui prædia publico obligata & proſcripta, vel bona prædia emebat, ut *prædiatus*, cujus bona erant publico obligata. Gloſſæ: *prædiator*, ὠνητὴς ὑπαρχόντων. *Prædiatus* ὑπέγγυος δήμῳ ἐνδεδεμένος. Sic *præmiator*, qui præmium petit & aufert. Hinc & pro prædone nocturno, *nocturnus præmiator* veteri Comico, qui, ut ait Tibullus, *rapta præmia veſte petit.* Apud Cic. oratione pro Balbo hæc vox delenda. *Salmaſ. de Mod. Uſur.* cap. XVI. Sic autem Appulejus iſte vocatus fuit, quod ſoleat bona prædia emere. *Grav.*

94. *Ipſum.*] Referendum ad *diſcedere*, id eſt, id ipſum doleo, quod hinc mihi diſcedendum eſt, quia te carere nequeo; cui tamen ut me approbem ſuavemque conſuetudinem meam reddam, ignoro. *J. F. Gronov.*

95. *Quod ad te ſcripſit, id vellem, ut ipſe adeſſet.*] Sic omnes editi. Sed Balliol. & Helmſt. *Quod ad te ſcripſit, id velle, ut ipſe adeſſet.* Scripſerat Brutus Attico, ſe velle ut ipſe Ciceroni adeſſe potuerit in tam gravi luctu. *Adeſſe* eſt proprium vocabulum, quo utuntur

 de

vellem ut ipſe adeſſet: certè aliquid, quoniam me tam valde amat, adjuvaret. quod ſi quid ſcies, ſcribas ad me velim, maximè autem, Panſa quando. De Attica doleo: credo tamen Cratero. 96 Piliam angi veta: ſatis ſolitus es mærere pro omnibus.

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

APUD Apulejum, quoniam 97 in perpetuum non placet, in dies ut excuſer videbis. in hac ſolitudine careo omnium colloquio; cumque o manè me in ſilvam abſtruſi denſam & aſperam, non exeo inde ante veſperum. ſecundùm te nihil eſt mihi amicius ſolitudine. in p ea mihi omnis ſermo eſt cum litteris. eum tamen interpellat fletus: cui repugno, quoad poſſum. ſed adhuc pares non ſumus. Bruto, q ut ſuades, reſcribam. eas litteras cras habebis. cùm erit cui des, dabis.

o maximè MS.
p hac alii.
q ut alii non habent.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

TE, tuis negotiis relictis, nolo ad me venire: r ego potiùs accedam, ſi diutiùs impediere. etſi ne diſceſſiſſem quidem s è conſpectu tuo, t niſi me planè nihil

r ego enim potius alii.
s à alii.
t ſi alii.

de iis, qui conſolantur mœrentes. Horat.

Ut ridentibus arrident, ita flentibus adſunt
Humani vultus.

hoc eſt, ut lætis hominibus lætos ſe præbent, ita flentes ſolantur homines humani, ipſo vultu præ ſe ferentes dolorem quem ex noſtro capiunt dolore. Hunc locum perperam ſollicitarunt viri docti. *Gravius.*

96. *Piliam angi veta.*] Ex fide veteris Decurtati ſic edidit Boſius; *Piliam angi veta: ſatis ſolitus es mærere pro omnibus*; quod etiam ante viderant Corradus & Lambinus; vulg. *Piliam angi vetabat: is ſolitus eſt &c.* Cleric. Bene libri: *Piliam angi veta: ſatis ſolitus es mærere pro omnibus.* hoc eſt, tua unius ſollicitudo tanti eſt, ut reliquam omnem domum tuam cura liberam præſtare debeat. *J. F. Gronov.*

97. *In perpetuum non placet.*] Non placet tibi, ut in univerſum tempus, quo cœnæ dabuntur, apud Appulejum ſemel excuſemur, ſed ut in dies ſingulos. *P. Manut.*

98. Nunc

[hi]l ulla res adjuvaret. quòd ſi eſſet aliquod levamen, id [v] eſſet in te uno: &, cùm primùm ab aliquo poterit eſſe, à te erit. 98 [x] nunc tamen ipſum ſine te eſſe non poſſum. ſed nec tuæ domi [y] probabatur, nec meæ poteram: nec ſi propiùs eſſem uſpiam, tecum tamen eſſem. idem enim te [z] impediret, quo minus mecum eſſes, quod nunc etiam impedit. mihi adhuc nihil [a] prius fuit hac ſolitudine: quam vereor ne Philippus tollat. heri enim veſperi venerat. Me ſcriptio & litteræ non leniunt, ſed obturbant.

v eſt *MS.*
x tunc *MS.*
y *alii* probatur.
z impedire *alii.*
a aptius *alii.*

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

MARCIANUS ad me ſcripſit, me excuſatum eſſe apud Apulejum à Laterenſi, Naſone, Lænate, Torquato, Strabone. [b] iis velim meo nomine reddendas litteras cures, gratum mihi eos feciſſe. Quod pro Cornificio me abhinc amplius annis XXV. ſpopondiſſe dicit 99 Flavius; etſi reus locuples eſt, & Apulejus prædiator liberalis, tamen velim des operam, ut inveſtiges ex conſponſorum tabulis, ſitne ita. 1 mihi enim ante ædilitatem meam nihil erat [c] cum Cornificio. 2 poteſt tamen [d] fieri. ſed ſcire certum velim: & appelles

P. B.
b iis deeſt in aliis.
c in *MSS.*
d videri alii.

98. *Nunc tamen ipſum.*] Hanc figuram & ſupra uſurpavit lib. VII. ep. 3. *Nunc, inquit, ipſum non dubitabo rem tantam abjicere.* & lib. IIX. ep. 9. *Quid, nunc ipſum unde ſe recipienti, quid agenti, quid acturo?* & infra ep. 30. *Nunc ipſum ea lego*, &c. *P. Manut.*

99. *Flavius.*] Fœnerator, ut multi putant. Horat. Satyr. 6. lib. 1. ſive L. Flavius, ep. 15. lib. 1. ſive C. Flavius diceretur. Nep. in Attic. *Corrad.*

1. *Mihi enim ante ædilitatem.*] Veteres codices, *mihi ante enim:* quos nos ſecuti ita & ipſi ſcripſimus. animadvertimus autem multis locis *enim* poſt duas dictiones collocari, ut hoc ipſo in libro: *Druſia cupit enim vendere.* Et lib. XIII. *Nihil eſt enim illis elegantius.* etſi in ambobus locis corruptè antea legebatur. Item lib. XIIII. *Odioſa illa enim fuerant legiones venire:* quod tamen in vulgatis etiam codicibus rectè ſcriptum erat. Plura etiam exempla hujus obſervationis adferre facile potuiſſemus: ſed quæ perſpicua ſunt longa eſſe non debent. *Victor.*

2. *Poteſt tamen videri.*] Vereor ne hic locus depravatus ſit: nam nec planus ullus ſenſus inde elicitur, & in antiquioribus exemplaribus aliter ſcriptus eſt: mendoſè profectò etiam in illis & deminutè:

pelles procuratores, ſi tibi videtur. quamquam quid ad me? verumtamen. Panſæ profectionem ſcribes, cùm ſcies. Atticam ſalvere jube, & eam cura, obſecro, diligenter. Piliæ ſalutem.

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

DUM recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo. quod velim mihi ignoſcas, [e] cuicuimodi eſt. etenim habeo nonnullos ex iis, quos nunc lectito, auctores, qui dicant, fieri id oportere, quod ſæpe tecum egi, & quod à te [f] approbari volo. de fano illo dico; de quo tantum, quantum me amas, velim, cogites. equidem neque de genere dubito; [3] placet enim mihi [g] Cluatii: neque de re; ſtatutum eſt enim; de loco nonnumquam. velim igitur cogites. ego, quantum his temporibus tam eruditis fieri [h] poterit, profectò illam conſecrabo omni genere [4] monimentorum, ab omnium ingeniis ſcriptorum, & Græcorum & Latinorum: quæ res forſitan ſit refricatura vulnus meum. ſed jam quaſi voto quodam & promiſſo me teneri puto; longumque illud

e cujuſmodi *Vict. & alii.*

f probari *alii.*

g Claudi *alii.*

h potuerit *MS.*

nutè: ſed tamen quod ſuſpicionem creare, vel ortam augere poſſit, locum mendo non vacare: ita enim in illis legitur, *poteſt tamen eteri.* Victor.

3. *Placet enim mihi Cluati.*] Sic omnes novi & veteres codices habent, exceptis Aldinis, in quibus *Claudi* perverſè ſcriptum eſt: intelligo autem fanum. De hoc ipſo Cluatio iterum meminit hoc ipſo in libro his verbis: *Etſi tibi placebit ſic agere de fano (ut cœpimus) velim cohortere, & exacuas Cluatium: nam etiam ſi alio loco placebit, illius nobis opera conſilioque utendum puto.* Quare videndum eſt, cum ſibi opera conſilioque illius utendum eſſe dicat, an architectus is fuerit qui fanum feciſſet, cujus generis etiam ſibi Cicero ædificari vellet. Cum autem tria eſſent de quibus conſultandum erat: an fanum faciendum eſſet, cujus generis facere melius eſſet, tertium ubi facere oporteret: de duobus primis ſibi conſtitutum eſſe, de loco tantùm ſe adhuc dubitare dicit. *Idem.*

4. *Monumentorum.*] Refertur ad litteras, non ad ædificia. Monumentorum autem, ab ingeniis omnium ſcriptorum, & Græcorum, & Latinorum. dabo, inquit, operam, quantum in me erit, ut & ab omnium ingeniis conſecretur, & omni genere monumentorum. *P. Manut.*

5. *Quaſi*

illud tempus; cùm non ero, magis me movet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimiùm longum videtur. habeo enim nihil, [i] tentatis rebus omnibus, in quo acquieſcam. nam, dum illud tractabam, de quo antea ſcripſi [k] ad te, [5] quaſi fovebam dolores meos. nunc omnia reſpuo; nec quicquam habeo tolerabilius quàm ſolitudinem: [l] quam, quod eram veritus, non obturbavit Philippus. nam, ut heri me ſalutavit, ſtatim Romam profectus eſt. Epiſtolam, quam ad Brutum, ut tibi placuerat, ſcripſi, miſi ad te. curabis cum tua perferendam. ejus tamen miſi ad te exemplum, ut, ſi minùs placeret, ne mitteres. Domeſtica quod ais ordine adminiſtrari, ſcribes, quæ ſint ea. quædam enim exſpecto. Coccejus vide ne fruſtretur. nam Libo quod [m] pollicetur, ut Eros ſcribit, non incertum puto. de ſorte mea Sulpicio confido & Egnatio ſcilicet. de Apulejo, quid eſt, quod labores, cùm ſit excuſatio facilis? Tibi ad me venire, ut oſtendis, vide, ne non ſit facile. eſt enim longum iter, diſcedentemque te, quod celeriter tibi erit fortaſſe faciendum, non ſine magno dolore dimittam. ſed omnia, ut voles. ego enim, quidquid feceris, id cùm rectè, tum etiam meâ cauſâ factum putabo. Heri, cùm ex aliorum litteris cognoviſſem de Antonii [6] adventu, admiratus ſum, nihil eſſe in tuis. ſed erant pridie fortaſſe ſcriptæ quàm datæ. neque iſta quidem curo. ſed tamen opinor propter [n] prædes ſuos accucurriſſe. [7] Quod ſcribis, Terentiam de-

i tantis *alii.*
P. CXCI.
k ad te *deeſt in aliis.*
l nam *MS.*
m pollicetur *MS.*
n pedes *MS.*

5. *Quaſi fovebam dolores meos.*] Metaphora ſumpta a partibus dolore affectis: quas dum fovemus, pulvinis, aut ſacculis adhibitis, levatio quædam doloris videtur eſſe. *P. Manut.*

6. *Adventu.*] Significatur illud tempus, quo M. Antonius Româ profectus, ut in Hiſpaniam ad Cæſarem iret, deinde, mutato conſilio, reditu admodum celeri per Italiam cucurrit, & noctu urbem introivit. cujus feſtinationis maxime cauſſa fuit, quod, cum tempus jam adeſſet ejus pecuniæ ſolvendæ, quam pro emptis in auctione Cn. Pompeji bonis Cæſari debebat, verebatur, ne, ipſo abſente, prædes ſui venderentur: itaque accurrit, ut eos liberaret. unde illud ſecunda actione in Antonium: *Ne L. Plancus prædes ſuos venderet.* Apparet igitur, & quid hæc dictio, *Adventu*, ſignificet: & quid illud, quod proxime ſequitur, *Propter prædes ſuos accucurriſſe.* *Idem.*

7. *Quod ſcribis Terentiam.*] Terentia calumniabatur teſtamentum Ciceronis: primum quod obſignatores ſive teſtes adhibuiſſet certos quoſdam homines, quos celaret quid ſcriptum eſſet in illo te-

de obſignatoribus mei teſtamenti loqui: primùm tibi perſuade, me iſtæc non curare, neque eſſe quidquam aut parvæ curæ, aut novæ loci. ſed tamen [8] quid ſimile? illa eos non adhibuit, quos exiſtimavit quæſituros, niſi ſciſſent quid eſſet. num id etiam mihi periculi fuit? [9] ſed tamen faciat illa quod ego. dabo meum teſtamentum legendum cui voluerit: intelliget, non potuiſſe honorificentiùs à me fieri [10] de nepote quàm fecerim.

teſtamento: deinde quod non ſatis honorificè egiſſet de Lentulo nepote; cum parum aut nihil illi dediſſet: tum quod ipſam non advocaſſet ad obſignandum: advocaſſet autem Publilium fratrem Publiliæ virginis, quam poſtea uxorem duxit. Unde nata ſuſpicio, jam tum de matrimonio ejus cogitaſſe. Cur vero ad obſignandum teſtamentum ſuum Terentiam uxorem advocaret? cum mulieres in teſtamentis teſtes eſſe nequeant. An Ciceronis ætate uxor teſtamentum mariti obſignare potuit ut teſtis legitima? an honoris cauſſâ ultra præfinitum numerum teſtium fuit adhibita? nihil affirmo: etſi videor mihi colligere ex hoc loco uxorem in mariti teſtamento idoneum teſtem tum fuiſſe. *Popma.*

8. *Quid ſimile.*] Senſus eſt: Queritur Terentia, primùm quod ad obſignandum meum teſtamentum ipſam non adhibuerim; deinde, quod eos adhibuerim, quos illa ad ſuum non adhibuerat: quid ſimile, inquit? illa, cum ſciri nollet, quid in teſtamento eſſet, ab obſignandum eos non adhibuit, quos, niſi ſciſſent quid eſſet, quæſituros exiſtimavit: idque erat argumento, aliquid in eo Terentiam ſcripſiſſe, quod Ciceronis è re minus eſſet: egò autem illos ipſos adhibui; propterea quod non fuit mihi timendum, quod illa timuit, ut ii, qui ad obſignandum adeſſent, quid eſſet in teſtamento, quærerent. quid enim ad me, ſi teſtamenti ratio nota illis ſit? quaſi dicat: nihil in meo teſtamento ſcripſi, quod celatum magnopere velim: cum illa valde videatur velle celatum eſſe id, quod ſcripſit in ſuo; quippe quæ ad obſignandum eos non adhibuit. quos exiſtimavit quæſituros, niſi ſciſſent, quid ineſſet. ex quo fit, ut ego potius queri de illa debeam & ſuſpicari, ne quid in teſtamento ſcripſerit contra voluntatem meam, cum in occultanda ſcripti ſententia majorem, quàm ego, diligentiam adhibuerit. *P. Manut.*

9. *Sed tamen faciat illa quoad ego dabo, &c.*] Veteres libri *quod*, non *quoad* habent: quare accuratè videndum eſt an aliquid poſt eam dictionem deſit quod priorem ſententiam expleat: ut tandem ipſe Cicero, Terentiæ calumniis defeſſus, in hanc vocem prorumpat; *Faciat illa quod vult: ego dabo meum teſtamentum legendum cui voluerit: ut ei penitus omnem ſuſpicionem eximam.* verum hoc non adferimus, ſed talem aliquam ſententiam eſſe hujus loci arbitramur: vulgatam enim lectionem ſuſpectam habemus, parumque integram & ſinceram judicamus. *Victor.*

10. *De nepote.*] De Lentulo, filio Dolabellæ & Tulliæ, de quo fit epiſtola 16. hujus libri: *Et velim aliquando, cum erit tuum commo-*

ſim. nam [11] quòd non advocavi ad obſignandum; primùm mihi non venit in mentem; deinde ea re non venit, quia nihil attinuit. tute ſcis, (ſi modo meminiſti) me tibi [o] tum dixiſſe, ut de tuis aliquos adduceres. quid enim opus erat multis? equidem domeſticos juſſeram. tum tibi placuit, ut mitterem ad [p] Silium: inde eſt natum, ut ad Publilium. ſed neceſſe neutrum fuit. hoc tu tractabis, ut tibi [q] videtur.

P. B. o tamen alii. p filium MS. q videbitur alii.

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

Eſt hic quidem locus amœnus & in mari ipſo, qui & Antio & [r] Circæis aſpici poſſit: ſed ineunda nobis ratio eſt; quemadmodum [12] in omni mutatione do-

r certis adſp. p. locis alii.

modum, Lentulum puerum viſas, eique de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas. Cæterum ei puero Cicero ſummum honorem habuerat, quòd eum heredem aliqua ex parte inſtituerat in primis tabulis, aut certe in ima cera. nam honori ducebatur aliquid accipere ex alterius teſtamento. Idem Cicero pro Quinctio: *Heredem teſtamento reliquit hunc P. Quinctium, ut ad quem ſummus mæror morte ſua veniebat, ad eundem ſummus honos quoque perveniret.* Boſius.

11. *Quòd non advocavi.*] Scilicet amicos & ornatos viros, ſed domeſticis contentus fui præter Silium & Publilium. Advocare eſt vocare, cogere qui adſint, conſilium ſuggerant, patrocinentur. Senec. de Brevit. vitæ cap. 2: *Hic advocat, hic adeſt, ille periclitatur, ille defendit.* lib. III. de Ira cap. 13. *Contra potens malum, & apud nos gratioſum, dum conſpimus, dum noſtri ſumus, advocemus.* Cic. pro Cluent. 12. *Adorat frequens, advocabat, omni ſtudio gratiaque pugnabat.* Ubi Manutius *advocatur*, inquit, interdum eſt qui præſens reo favet: inde *advocare* eodem ſenſu. Imo barbarum iſtud *advocare:* ſed Latinum pro fautores conquirere, advocatos colligere. Neque aliter accipiendum apud Ciceronem: ipſe aderat, & alios qui adeſſent cogebat & arceſſebat. *J. F. Gronov.* ad I. Senecæ de Clem. cap. 9. ubi vide plura. *Grav.*

12. *In omni mutatione dominorum.*] Apud omnes poſteros, apud omnes meorum bonorum poſſeſſores. *Mutatione dominorum:* nam dominus mutatur, cum is, qui poſſedit, alicui ſua bona vel moriens teſtamento legat, vel vivens vendit. Dominorum igitur, id eſt omnium, quicumque olim mea prædia vel hereditate, vel emptione poſſidebunt. Hoc enim Cicero laborat in primis, ut fanum illud etiam poſteris in honore eſſet. itaque ep. 34. *Sepulcri, inquit, ſimilitudinem poteram effugere; ſi in villa facerem: ſed commutationes dominorum reformido. in agro ubicumque fecero, mihi vi-*

dominorum, qui innumerabiles fieri poſſunt in infinita poſteritate, (ſi modò hæc ſtabunt) illud, quaſi conſecratum, remanere poſſit. equidem jam nihil egeo vectigalibus, & parvo contentus eſſe poſſum. cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc cauſam maximè. nihil enim video, quod tam celebre eſſe poſſit; ſed [s]quos, coram videbimus; ita tamen, ut hac æſtate fanum abſolutum ſit. Tu tamen cum Apella Chio confice de columnis. De Coccejo & Libone quæ ſcribis approbo: maximè, [13]quod de [14]judicatu meo. De ſponſu, ſi quid perſpexeris; [15]& tamen quid procuratores Cornificii dicant, velim ſcire; ita ut in ea re te, cùm tam occupatus ſis, non multum operæ velim ponere. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conſcripſit, idque tibi placuiſſe, ne perturbarer. illis egi gratias. te tamen, ut jam ante ad te ſcripſi, ſcire volo, me neque iſto nuntio eſſe perturbatum, nec jam ullo perturbatum iri. Panſa ſi hodie, ut putabas, profectus eſt, poſthac jam [t]incipito ſcribere [v]ad me, de Bruti adventu quid exſpectes, id eſt, quos ad dies. id, ſi ſcies ubi jam ſit, facilè conjecturâ aſſequere. Quod ad Tironem de Terentia ſcribis,

s *alii* hæc coram.
t incipio *MS. & alii.*
v Scribe ad *iid.*

videor aſſequi poſſe, ut poſteritas habeat religionem. Verebatur autem, ne, ſi fanum faceret in villa, poſteri ex fano rurſus villam facerent, ubi habitare poſſent. *P. Manut.*

13. *Quod de judicatu meo. De ſponſu ſi quid perſpexeris.*] Emendavit Boſ. *de ſponſu, ſi quid perſpexeris*, auctoribus libris antiquis, cùm vulgò vitioſè legatur, *quod de judicatu meo reſponſum ſit. Si quid perſpexeris*; quod probat Junius: hicque initium epiſtolæ ſtatuere rectè mſ. Pal. dicit. *Cleric.*

14. *Judicatu meo.*] Id eſt de meo officio judicandi, ne propter id Romæ eſſe me neceſſe ſit ut *rerum actu expungar*, verbis Suetonii Claud. XV. & judicandi onere ſolvar (nam augures illam vacationem habere teſtatus eſt Africanus Bruto cap. 31. ut videatur id juris controverſi fuiſſe) vel quocunque alio prætextu. Suet. Octav. 82. infra lib. XIII. ep. 6. Et vox *judicatus* in hanc ſententiam exſtat Phil. I. cap. 8. *Quod iſti ordini judicatus lege Julia non patebat?* J F. Gronov.

15. *Et tamen.*] Cogitabat epiſtolam ita claudere, *Si quid proſpexeris, velim ſcire*; ſed, cum illud ſcripſiſſet, *Si quid perſpexeris*, ſubito recordatus de Cornificii re, addidit, *Et tamen quid procuratores Cornificii* dicant: hoc eſt, Et tamen hoc quoque velim ſcire, quid procuratores Cornificii dicant.. Cornificii procuratores eandem rem ſæpius declarare putidum eſt. vide ep. 14. & 18. *P. Manut.*

16. *Poſ-*

bis, obſecro te, mi Attice, ſuſcipe totum negotium. vides & officium agi meum quoddam, cui tu es conſcius, &, ut nonnulli putant, Ciceronis rem. P. CXCII. me quidem id multo magis movet, quod mihi eſt & ſanctius & antiquius; præſertim cùm hoc alterum neque ſincerum, neque firmum [x] putem fore. x *alii* eſſe putem, *aut* puto fore.

EPISTOLA XX.

CICERO ATTICO S.

NONDUM videris [y] perſpicere, quàm me nec Antonius commoverit, nec quidquam jam ejuſmodi poſſit commovere. y proſpic. *alii.* de Terentia autem ſcripſi ad te iis litteris, quas dederam pridie. Quòd me hortaris, idque à ceteris deſiderari ſcribis, ut diſſimulem me tam graviter dolere; [16] poſſumne magis, [z] quàm [a] quòd totos dies conſumo in litteris? z qui totos *Lamb.* a cum *J.F. Gronov.* quod etſi non diſſimulationis, ſed potiùs leniendi & ſanandi animi cauſâ facio: tamen, ſi mihi minùs proficio, ſimulationi certè facio ſatis. Minùs multa ad te ſcripſi, quòd exſpectabam tuas litteras, ad eas, quas ad te pridie dederam. exſpectabam autem maximè de fano, nonnihil [b] etiam de Terentia. b autem *alii.* Velim me facias certiorem proximis litteris, Cn. Cæpio, Serviliæ Claudii pater, vivone patre ſuo naufragio perierit, an mortuo; item Rutilia vivone C. Cotta, filio ſuo, mortua ſit, an mortuo. [c] pertinent ad eum librum, quem de luctu minuendo ſcripſimus. c pertinet *Lamb. ed.*

EPISTOLA XXI.

CICERO ATTICO S.

LEGI Bruti epiſtolam, eamque tibi remiſi, ſanè [17] non prudenter reſcriptam ad ea, quæ requiſieras. ſed ipſe viderit: quamquam illud turpiter ignorat. Cato-

16. *Poſſum ne magis, quòd totos dies conſumo in litteris.*] *Qui totos dies* Faërnus legebat; quam lectionem video in mentem Lambino etiam veniſſe. *Urſin.*

17. *Non prudenter reſcriptam.*] Optime Balliolenſis: *non pudenter reſcriptam.* hoc eſt, non ſatis modeſtè reſpondit ad ea quæ tu in

tonem primum ſententiam putat de animadverſione dixiſſe; quam omnes ante dixerant, [18] præter Cæſarem: & cùm ipſius Cæſaris tam ſevera fuerit, qui tum prætorio loco dixerit, conſularium putat leniores fuiſſe; Catuli, Servilii, Lucullorum, Curionis, Torquati, Lepidi, Gellii, [d] Volcatii, Figuli, Cottæ, L. Cæſaris, C. Piſonis, etiam M'. [e] Glabrionis, [f] Silani, Murenæ, deſignatorum conſulum. cur ergo in ſententiam Catonis? quia verbis luculentioribus & pluribus rem eandem comprehenderat. Me autem hic laudat, quòd retulerim, non quòd patefecerim, [g] quòd [19] cohortatus ſim, quòd

P. B.
d *alii* Vulc.
e *alii* Acilii Glabr.
f *alii* Syllani
g *alii delent* quòd.

ejus libro notaveras. Omnia enim, quæ Cicero in illa Bruti epiſtola reprehendit, non tam imprudentiam Bruti, quàm immodeſtiam arguunt, quod ſine pudore auſit illa ſcribere de Catonis ſententia, ante alios dicta, de lenitate ſententiarum Conſularium: de ratione, cur in ſententiam Catonis SC. factum ſit, quæ falſa eſſe nemo ignorabat. Id quoque impudenter fecit, cùm ab Attico petiit, quæ a quolibet ſcriba poterant effici. Sic in altero volumine epiſtolarum, quas ad Familiares vocant, lib. v. ep. 6. recte legitur in vetuſtioribus editionibus: *Non ſatis credidi homini pudenti, tam valde eſſe mutatam voluntatem tuam.* Ubi perperam recentiores: *prudenti.* Nam in librario laudes potius probitatem & modeſtiam, quod ſit homo frugi, quàm prudentiam. Et in lib. VII. ep. 5. *Probiorem hominem, meliorem virum, pudentiorem eſſe neminem.* Ubi perperam editiones vetuſtiores: *prudentiorem.* Cicer. pro Flacco: *pudentiſſimus & optimus vir.* Græv.

18. *Præter Cæſarem.*] Immo & Cæſar ante Catonem ſententiam dixerat: erat enim Cæſar prætor deſignatus, Cato autem tribunus pl. deſignatus: & prætores tribunos dignitate anteibant. itaque & apud Salluſtium Cato ſententiam dicit poſt Cæſarem. eſt igitur accipiendum, *Præter Cæſarem:* non modo Cæſar ipſe, cui reſpondit Cato, ſed omnes ante Catonem ſententiam dixerant. omnes autem non ſenatores, (nec enim ante tribunum pl. deſignatum privatus ſenator ſententiam dixiſſet) ſed, *Omnes*, dixit de magiſtratibus iis, qui tribunis dignitate præſtabant. *P. Manut.*

19. *Cohortatus ſim.*] Ad animadvertendum, inquit Manutius. non quidem malè. ſed tamen efficacius eſt hoc vocabulum ſignificans, Ciceronem ſenatum vacillantem & ſententiâ Cæſaris labefactatum confirmaſſe & animaſſe, ut depoſito metu fortes ſe præberent in cenſendo & pœna decernenda. Juſtinus XI, I. *Quibus rebus veluti medela quadam interventus Alexandri fuit, qui pro concione ita vulgus omne conſolatus hortatusque pro tempore eſt, ut & metum timentibus demeret, & ſpe omnes impleret.* & cap. 3. ejusdem libri: *In tranſitu hortatus Theſſalos fuerat, beneficiorumque Philippi patris, &c. admonuerat.* Et XIV, 3. *Eumenes, qui auctor cladis erat, nec aliam ſpem ſalutis reliquam habebat, victos hortabatur.* Græv.

20. Hic

quòd denique antè, quàm conſulerem, ipſe judicaverim. quæ omnia, quia Cato laudibus extulerat in cælum, perſcribendaque cenſuerat; idcirco in ejus ſententiam eſt facta diſceſſio. hic [h] autem ſe etiam tribuere multum mî putat, quòd ſcripſerit, *optimum conſulem.* quis enim [i] jejuniùs dixit inimicus? Ad cetera verò tibi quemadmodum reſcripſit? tantum rogat de ſenatûs conſulto, ut corrigas. 20 hoc quidem feciſſet, etiam ſi à [k] Rario admonitus eſſet. ſed hæc iterum ipſe viderit. De hortis, quoniam probas, effice aliquid. 21 rationes

[h] enim *MS.*
[i] Junius te dixit *MS.*
[k] Triario, aut Cano. *Jac. Gron.*

20. *Hoc quidem feciſſet, etiam ſi Rantio admonitus eſſet.*] Hunc locum & ſententiâ, & verbis judico eſſe obſcuriſſimum: quin etiam de aliqua perverſione valde timeo. Nos, quia in vetuſtioribus & mihi probarioribus *Rario* legimus, ideo ſic ſcripſimus: nihil tamen aliud habemus quare hanc lectionem integriorem exiſtimemus, niſi librorum illorum dignitatem & fidem. ſiquis certius aliqud attulerit, me facile in ſuam ſententiam traducet. Ne tamen aliquid prætermittamus quod hunc locum juvare poſſit, admonemus eſſe locum in XIII. libro qui cum hoc non parvam ſimilitudinem habet, ut diligentius conſiderandum ſit an eundem ſenſum retineant: quod tamen nobis ignotum eſt, neutrum enim ſatis intelligimus. ſed vetus maxime ſcriptura & idem modus dicendi nonnihil ſuſpicionis creant, poſſe eandem ſententiam latere aliqua verborum perverſione obſcuratam. Eſt autem hic locus ille, de quo loquimur: *Omnia ſcilicet nunc minoris, ſed accedit cupiditas, in qua præter Othonem non puto nos ullum adverſarium habituros: ſed eum ipſum tu poteris monere, facilius etiam ſi canum haberes. o gulam inſulſam, &c.* Veteres autem libri *canum* habent, ut fortaſſe non multum diſſimili forma litterarum hic ſeptimo caſu, *cano admonitus eſſet*, legendum ſit: quod tamen non adſerimus, quippe qui ejus vocis ſignificatum & rationem non valde deprehenſam habemus. *Victor.* Balliol. *Hoc quidem faceret etiamſi raro admonitus.* Secuti ſumus Victorii & Manutii editionem, niſi quod omiſerint præpoſitionem, quam omittendam non eſſe docent veteres libri, in quibus legitur *ærario adnovitus.* Coaluerunt hæ duæ voces, *a Rania.* Ranium fuiſſe ſcribam recte viri docti cenſuerunt. Boſii conjecturam in contextum reponere temerarium eſt, præſertim cum tam longè abeat ab ævi illius melioris genio. *Ærario adnovitius* enim quid ſit nemo intelliget qui in verſandis ſcriptorum optimorum monumentis non nihil temporis conſumſit. Ranii commemorantur in antiquis inſcriptionibus. vid. apud Gruterum inſcriptionem CCCCLXIII, 3, 4. *Gravius.*

21. *Rationes meas noſti.*] Meæ facultates & meæ rationes tibi notæ ſunt, non ignoras igitur, quanti hortos emere poſſimus: quod ſi etiam a Faberio aliquid poſſumus exigere, (debebat autem Faberius Ciceroni, ut ſupra oſtendimus): nullo negotio hortos ememus. Et opinor mendum eſſe in verbo *Recedit*: ac fortaſſe

tiones meas noſti. 22 ſi verò etiam à Faberio aliquid [l]recedit, nihil negotii eſt. ſed etiam ſine eo poſſe videor contendere. 23 venales certè ſunt [m]Druſi; fortaſſe & [n]Lamiani & Caſſiani: ſed coram. De Terentia non poſſum commodiùs ſcribere quàm tu ſcribis. officium ſit nobis antiquiſſimum. ſi quid nos fefellerit, illius malo me quàm mei pœnitere. 24 Oviæ C. Lolii curanda ſunt H-S. c. negat Eros poſſe ſine me; credo, quòd accipienda aliqua ſit & danda æſtimatio. vellem tibi dixiſſet. ſi enim res eſt, ut mihi ſcribit, parata; nec in eo ipſo mentitur: per te confici potuit. [o]id cognoſcas & conficias velim. Quod me in forum vocas;

l accedit *Corrad.*
m Druſæ *MS.*
n Tamianitæ *alii.*
o *alii non habent* id.

ita corrigendum; *Res cedit*: vel, *Procedit*: quale illud Terentianum: *Hac non procedit, aliâ aggrediamur viâ*: P. Manut.

22. *Si verò etiam à Faberio recedit: nihil ei negotii eſt.*] Dictionem *ei* delevimus: in nullis enim antiquis codicibus invenitur, & noſtro judicio ſenſum conturbat. De emptione, inquit, hortorum rationes meas noſti: quare quò progredi poſſim ſcis. quòd ſi Faberius nobis nomen illud explicaret, omnia facilia eſſent, nec ullum laborem haberemus. *Faberio* enim non *Falerio* legendum eſt: quod manuſcripti libri docent, & ex aliis locis colligitur, in quibus de hac re mentio facta eſt: ut hoc ipſo in libro: *Poſſim autem aſſequi necne tu velim cogites: ſi enim Faberianum venderem, explicare vel repræſentatione non dubitarem.* Item lib. XIII. *Reliquum eſt, ut ſi Faberius nomen illud explicat, noli quærere quanti: Othonem vincas volo.* ſed & aliis locis. Tantum nobis ſcrupulus quidam reſtat in ea voce *recedit*: dubitamus enim ne illi mendum aliquod inſit. eandem tamen invenimus lectionem in cunctis manuſcriptis codicibus. *Victor.* *A Faberio aliquid recedit.*] Sequutus fidem Decurt. & Tornæſ. repoſuit Boſius, *à Faberio aliquid recedit*; cùm in vulgatis deeſſet *aliquid*. Manut. in verbo *recedit* mendum eſſe ſuſpicatur ac fortaſſe legendum, *res cedit*. Lamb. reponit, *aliquid procedit*. Lipſius, *à Faberio recidis*, id eſt aufers, lib. IV. Antiq. Lect. cap. 19. *Cleric.*

23. *Venales certè ſunt Druſæ.*] Hæc nomina hortorum, ut in melioribus libris ſcripta invenimus, ita ſcripſimus: ſint ne autem integra, nec ſcimus, nec adfirmare audemus. De hujuſcemodi locis nihil tutius eſſe exiſtimo, quàm veterem ſcripturam, ut minus inquinatam conſulere & deſcribere. *Victor.*

24. *Oviate Lalii curanda ſunt, &c.*] Antiquam lectionem reſtitui: de hoc autem nomine quod Oviæ curari volebat, non multò pòſt iterum agit, *De Ovia confice ut ſcribis.* Item tertio, *Cum Ovia quæſo quidem ut conficiatur.* Quod autem paulò pòſt *fors* legebatur, mendoſum erat: pro *fors* igitur *Eros* emendavi: is enim rationes numarias tractabat Ciceronis. origo hujus depravationis fuit, quòd pro *e* librarius *f* legit: in hoc enim ſæpe peccat. *Idem.*

25. Am

cas; eò vocas, unde, etiam bonis meis rebus, fugiebam. quid enim [p] mihi cum foro, ſine judiciis, ſine curia, in oculos incurrentibus iis, quos æquo animo videre non poſſum? Quod autem homines à me poſtulare ſcribis, ut Romæ ſim, neque mihi, ut abſim, concedere, [25] aut quatenus eos mihi concedere: jam pridem ſcito eſſe, cùm unum te pluris, quàm omnes illos, putem: ne me quidem contemno: meoque judicio multo ſtare malo quàm omnium reliquorum. neque tamen progredior longiùs, quàm mihi doctiſſimi homines concedunt: quorum ſcripta omnia, quæcumque ſunt in eam ſententiam, non legi ſolùm, quod ipſum erat fortis ægroti accipere medicinam; ſed in [q] mea etiam ſcripta transtuli; quod certe afflicti & fracti animi non fuit. ab his me remediis noli in iſtam turbam vocare, ne recidam.

[p] *alii* mihi foro. *malè.*

P. CXCIII.

[q] ea *alii.*

EPISTOLA XXII.

CICERO ATTICO S.

DE Terentia, quòd mihi omne onus imponis; non cognoſco tuam in me [r] indulgentiam. [26] [s] iſta enim ſunt ipſa vulnera, quæ non poſſum tractare ſine maximo gemitu. moderare igitur, quæſo, ut potes. neque enim à te plus, quàm potes, poſtulo: potes autem, [27] quid veri ſit, perſpicere tu unus. De Rutulia, quoniam

[r] diligentiam *MS.*

[s] ita *MS.*

25. *Aut quatenus mihi eos concedere.*] Niſi, *quatenus Cos.* hoc eſt, quatenus Conſulari, legas: vel, quatenus, quaſi quadantenus interpreteris, verbum deſideres neceſſe eſt. *Corrad.* Quatenus mihi eos concedere eſt quouſque mihi permittant abeſſe ab urbe & ruri agere. Balliol. hic multas voces exſcindit, ſic n. hunc locum legit: *Quod autem homines a me poſtulare ſcribis, ut tenus eos mihi eos concedere.* Nec multo aliter Helmſtad. *Quod autem homines a me poſtulare ſcribis, aut tenus eos mihi concedere.* Eſt locus ſalebroſus. Iſta verba *aut quatenus eos mihi concedere* puto eſſe inſititia & delenda. *qua*, ut vides MSS. non habent, nec *aliqua*, ſed tantum *tenus.* Certe ſi ea verba expunxeris, ſenſus erit commodiſſimus, qui nunc eſt inſulſus. *Gravius.*

26. *Iſta enim.*] Hoc ipſum negotium eſt, quod me maxime cruciat, quodque capeſſere nequeo ſine novis irritamentis doloris. Latinus Pacatus. cap. 3. Paneg. *Aliorum vulnerum cicatrices pendente manu tractabo.* Juſt. XII. cap. 13. *Tactumque velut vulnera indoleſceret.* J.F. Gronov.

niam videris dubitare, ſcribes ad me, cùm ſcies, ſed quamprimùm; &, num Clodia, D. Bruto conſulari, filio ſuo, mortuo, vixerit. id [28] de Marcello, aut certè de Poſtumia ſciri poteſt; illud autem [29] de M. Cotta, aut de [t] Syro, aut de Satyro. De hortis etiam atque [v] etiam te rogo. omnibus meis eorumque, quos ſcio mihi non defuturos, facultatibus, ſed potero meis, enitendum mihi eſt. ſunt etiam, quæ vendere facilè poſſim. [30] ſed, ut non vendam, eique uſuram pendam, à quo emero, [31] non plus annum, poſſum aſſequi,

t Sciro *alii.*
v *ita Boſ. alii* etiam rogo.

27. *Quid veri ſit.*] De eo, quod illa dicitur cogitare: an cogitet iterum nubere, vel, *quid veri.* quia *aqui*, ut ep. 1. lib. 11. ut ſit, tu unus potes perſpicere, quod ſit officium ep. 14. h. l. & tu unus, ut conſcius ibid. *Corrad.* Fr. Jun. in editione ſua hæc adjecit: *Potes autem quid veri ſit perſpicere. Hoc pro ſumma tua prudentia & ſumma in nos benevolentia facies: & valebis, tu unus.* Tota hæc periodus ex duorum MSS. fide adjecta eſt, inquit. Sed non videntur fuiſſe illi MSS. bonæ fidei. *Grav.*

28. *De Marcello.*] Ep. 13. lib. x. cujus mater videtur fuiſſe Junia; de qua ſcire ipſe potuit. ep. 8. & 9. lib. xv. Fam. *Corrad.*

29. *De M. Cotta.*] Ut C. Cottæ, cujus mater fuit Rutiſia, propinquo, & fortaſſe harum rerum ſtudioſo, ep. 42. lib. xiii. atque is eſt, niſi fallor, qui belli civilis initio Sardiniam obtinuit. Cæſ. lib. 1. Bel. Civ. ſic ſcire de Cotta etiam ep. 42. lib. xiii. *Idem.*

30. *Sed ut non vendam.*] Id eſt, Etiamſi nullum prædiorum meorum proſcribam pecuniæ parandæ cauſa, ſufficiunt mei reditus; ita ut emam præſtituta ſolutionis die annua, atque interim venditori cujus ſummæ uſuras pendam menſtruas, ſive quot menſibus, ſive perpetuo fœnore ſimul cum ſorte, fine anni: & id malo, præſertim ſi tu operam dabis ut diligenter exigantur reliqua de meis debitoribus. *J. F. Gronov.*

31. *Non plus annum.*] Balliol. *non plus annuum.* Lege: *non plus annua*, ſcilicet die. ut lib. vii. ad Fam. ep. 23. *Nomina ſe facturum, qua ego vellem die. Fac, quaſo qui ego ſum, eſſe te: eſtne aut tui pudoris aut noſtri, primum rogare de die, dein plus annua poſtulare?* Senec. *Dicito illum tibi annua, bima, trima die debere.* Ulpianus in Pandect. xxxvi. *Et verum eſt, commodum in dote relegata eſſe repraſentationis, quamvis annua die dos praſtaretur.* Solebant enim veteres pecuniam ſub uſuris mutuam petentes diem ſolutionis conſtituere & paciſci, ut ſuperius notatum. Hanc locutionem *plus annua*, cum non caperent librarii, illam immutaverunt. Poſſis etiam tueri ipſam veteris codicis ſcripturam *plus annuum* ſcilicet diem. Sueton. Aug. *Reliqua legata varie dedit: produxitque quadam ad vicena ſeſtertia, quibus ſolvendis annuum diem finiit.* Pendere uſuras non plus annuum eſt finire tempus ſolutionis ſortis annuum diem: poſt elapſum annum velle reddere ſortem, & interea

qui, quod volo, ſi tu me àdjuvas. paratiſſimi [x] ſunt Druſi: cupit enim vendere. [32] proximos puto Lamiæ: ſed abeſt. tu tamen, ſi quid potes, [y] odorare. ne Silius quidem quidquam utitur, & [z] iis uſuris facillimè ſuſtentabitur. [33] habe tuum negotium; nec, quid res mea familiaris poſtulet, quam ego non curo, ſed quid velim, [a] & cur velim, exiſtima.

x *alii* ſunt. Druſia en. cup.
y adjuvare *alii.*
z is *Lipſ.* P. B.
a & cur velim *deeſt in aliis.*

EPISTOLA XXIII.

CICERO ATTICO S.

PUTARAM te aliquid novi; quòd ejusmodi fuerat initium litterarum; [34] quamvis non curarem [b] quid in Hiſpania fieret, tamen te ſcripturum: ſed videlicet meis litteris reſpondiſti, ut de foro & de curia. ſed domus eſt, ut ais, forum. quid ipſa domo mihi opus eſt, carenti foro? occidimus, occidimus, Attice, jam pridem nos quidem, ſed nunc fatemur, poſteaquàm unum, quo tenebamur, amiſimus. itaque [35] ſolitudines ſequor: & tamen, ſi qua me res iſtò [c] adduxerit, enitar, ſi quo modo potero, (potero autem) [36] ut præter

b quod *alii.*
c abduxerit *alii.*

terea pro ejus uſu fœnus ſolvere. Sed *plus annua* magis conſuetudini illius temporis congruit. *Grævius.*

32. *Proximos puto Lamiæ.*] Vetus liber *proximi:* quod magis placet. *Urſin.*

33. *Habe tuum negotium.*] Formula mandati, qua utebatur qui negotia ſua alteri commendabat, perinde ut ipſius res eſſet. Exiſtima tuum negotium eſſe, hic age perinde ut ſi res tua ſit ep. 42. lib. XIII. *Habuit ſuum negotium Gallus.* Popma.

34. *Quamvis non curarem &c.*] Atticus proximis litteris ita ſcripſerat Ciceroni: *Quamvis de Hiſpania non cures, tamen ad te ſum ſcripturus.* itaque putavit ſe Cicero in iis litteris aliquid novi de Hiſpania eſſe repertururum, neque tamen reperit; propterea quod Atticus non in iis litteris, quas tum dabat, intellexerat ſe eſſe ſcripturum de Hiſpania, ſed in iis, quas deinde daturus erat; cum ſcilicet de rebus Hiſpanicis novi aliquid Romam eſſet allatum. gerebat autem Cæſar tum in Hiſpania bellum contra Pompeji filios. *P. Manut.*

35. *Solitudinem ſequor.*] Lego, ut eſt in noſtris antiquis, *ſolitudines,* numero multitudinis. Idem in epiſtola ad Cœlium, *Quod eſt igitur meum triſte conſilium? ut diſcederem fortaſſe in aliquas ſolitudines.* & epiſtola 16. libri ſequentis, *Nos cum flumina & ſolitudines ſequeremur.* Boſius.

36. *Ut præter me nemo dolorem meum ſentiat.*] Forte ſcribendum vi-

ter me nemo dolorem meum ſentiat: ſi ullo modo poterit, ne tu quidem. atque etiam illa cauſa eſt non veniendi. meminiſti, quid ex te [d] Aledius quæſierit: quin etiam nunc moleſti ſunt: quid exiſtimas, ſi venero? De Terentia ita cura, ut ſcribis; meque hac ad maximas ægritudines 37 acceſſione nunc maxima libera. Et, ut ſcias me ita dolere, ut non [e] jaceam, quibus conſulibus Carneades & ea legatio Romam venerit, ſcriptum eſt 38 in tuo annali. hæc nunc quæro, quæ cauſa fuerit: 39 de Oropo, opinor; ſed certum neſcio: &, ſi ita eſt, quæ controverſiæ; præterea, qui eo tempore nobilis [f] Epicureus fuerit Athenis, [g] qui præfuerit 40 hortis; qui etiam Athenis πολιτικοὶ fuerint illuſtres:

d *alii* Atelius.

e taceam *alii.*

f Epicurus *alii.*

g quæ *alii.*

videtur Lipſio, *ut præter te nemo.* lib. IV. Antiq. Lect. cap. 19. *Cleric.*

37. *Acceſſione nunc maxima.*] Vulgati libri, *acceſſione non maxima*, mendoſe: ideo putabat Corradus expungendam eſſe negationem. Boſius pro, *non*, repoſuit *nunc*, ut erat in Cruſellino. *Idem.*

38. *In tuo annali.*] Significat eum Attici librum, quem ad Ciceronem miſit, ut ex procemio de claris oratoribus apparet. ejus libri Cornelius Nepos in Attici vita mentionem facit his verbis; *Antiquitatem adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine expoſuerit, quo magiſtratus ornavit. nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illuſtris eſt, qua non in eo ſuo tempore ſit notata.* Et Cicero in Bruto: *Eam utilitatem habuit Attici liber, quam requirebam; ut explicatis ordinibus temporum, uno in conſpectu omnia viderem.* Et ibidem paullo poſt ex Attici perſona: *Eiſque noſmet ipſi ad veterum annalium* (ſic enim lego) *memoriam comprehendendam impulſi atque incenſi ſumus.* Et idem, neſcio quo in loco, ſed idem certe: *Quem laborem nobis levavit Attici noſtri labor; qui annorum quingentorum memoriam uno libro colligavit.* P. Manut.

39. *De Oropo.*] Quam urbem injuriâ diripuerant Athenienſes, cumque de ea re queſti eſſent apud Senatum Romanum, iſque Sicyonios judices dediſſet, Atticis, quod vadimonium deſeruiſſent, multa erat dicta quingentorum Talentorum: ea ut remitteretur, Romam miſſa legatio. *J. F. Gronov.*

40. *Hortis.*] Id eſt princeps fuerit Sectæ Epicuri. Nam ut Ariſtoteles Sectatores in Lycæo, Platonis in Academia, Xenonis in porticu ſive ϛοᾷ, ſic Epicuri in hortis ejus. Auctor Ciris:

Etſi me vario jactatum laudis amore,
Irritaque expertum fallacis præmia vulgi,
Cecropius ſuaveis exſpirans Hortulus auras
Florentis viridi Sophiæ complectitur umbra.

dicit ſe dediſſe ad Philoſophiam. Petronii:

Ipſe pater veri doctus Epicurus in hortis.

Plin. XIX. 12. *Idem.*

41. Qua

inſtres: 41 quæ te etiam ex Apollodori puto poſſe h invenire. De Attica moleſtum; ſed quoniam leviter, recte eſſe confido. De i Gamala dubium mihi non erat. unde enim tam felix k Ligus pater? nam quid de me dicam, 42 cui ut omnia contingant, quæ volo, levari non poſſum? De Druſi hortis quanti licuiſſe tu ſcribis; id ego quoque audieram, &, ut opinor, heri ad te ſcripſeram: ſed quanti quanti, bene emitur quod neceſſe eſt. mihi, quoquo modo tu exiſtimas, (ſcio enim ego ipſe, quid de me exiſtimem) levatio quædam eſt, ſi minus doloris, at officii debiti. Ad Sicam ſcripſi, quod utitur L. Cotta. ſi nihil conficeretur de Transtiberinis, 43 habet in Oſtienſi Cotta celeberrimo loco, ſed puſillum loci: ad hanc rem tamen plus etiam l ſatis. id velim cogites. nec tamen iſta pretia hortorum pertimueris. nec mihi jam argento nec veſte opus eſt, nec m quibusquam amœnis locis: hoc opus eſt. vi-

h inveniri *alii.*

i Magala *alii.*

k Ligius *MS.*

P. CXCIV.

l quàm ſatis *MS.*

m quibusdam *alii.*

41. *Quæ etiam ex Apollodoro puto poſſe invenire.*] *Ex Apollodori* habent antiquiores codices, ut nos etiam ſcripſimus: intelligi autem putamus (commentariis & ſcriptis) Eaque ratione hoc dictum videtur, qua lib. XIII. dixit in Libonis: *Eum video in Libonis præterem L. Popilio, P. Rupilio coss. annis* XIIII. *antequam prætor factus eſt.* deeſt enim (annalibus) Et hoc ipſo in lib. *Maxima eſt in Scapulæ celebritas, propinquitas.* intelligitur enim (hortis) Et ad Q. Fratrem: *Per Varronis, præſertim cum tu neque per Locuſtæ, neque per Varronis velles ducere, ſcilicet fundos.* ſed alia ſunt apud Ciceronem ſic pronuntiata: quæ nos, ne in re plana longiores ſimus, omittemus. ſunt autem ad imitationem Græci ſermonis dicta, ex illorumque copioſis fontibus in Latinos campos derivata & traducta. Sic etiam videtur locutus eſſe Ulpianus: ita enim hic locus in noſtris Pandectis legitur: *De aqua & aqua pluviæ arcenda, L. Si cui aqua pluvia. §. Iidem ajunt, aquam pluviam in ſuo retinere, vel ſuperfluentem ex vicini in ſuum derivare, dum opus in alieno non fiat, omnibus jus eſſe.* Non autem (ex vicini fundo) ut eſt in pervulgatis codicibus. *Victor.*

42. *Cui ut omnia contingant.*] Puto legendum & diſtinguendum, *Qui, ut contingant.* Error natus ex affinitate litterarum C & Q. de qua dixi lib. I. De uſu antiquæ locutionis. Similiter *Cui* pro *Qui* legitur Virgilii Ecloga IV.

—— *cui non riſere parentes.* Popma.

43. *Habet T. in Oſtienſi Cotta.*] *Habet in Oſtienſi* legendum. Error eſt ortus, quòd non viderunt librarii litteram illam ſolitariam in locum antecedentis, eâ deletâ, ſuccedere debere. In Oſtienſi autem agro intelligimus, ut loquitur etiam non multò poſt, *De illo Oſtienſi nihil eſt cogitandum, ſi hoc non aſſequimur.* Victor.

 44. Ne-

video etiam, à quibus adjuvari poſſim. ſed loquere cum Silio nihil. nihil enim eſt melius. mandavi etiam Sicæ. reſcripſit, conſtitutum ſe cum eo habere. ſcribat igitur ad me, quid egerit, [n] &, ut tu videbis.

n & cui tu *MS.* & quanti tu *Grav. conj.*

EPISTOLA XXIV.

CICERO ATTICO S.

BENE fecit [o] A. Silius, qui transegerit. 44 neque enim ei deeſſe volebam, & quid poſſem timebam. 45 De Ovia, confice, ut ſcribis. De Cicerone tempus eſſe jam videtur. ſed quæro, quod illi opus erit Athenis, permutarine poſſit, an ipſi ferendum ſit; de totaque re, quemadmodum & quando placeat, velim conſideres. Publilius iturusne ſit in Africam, & quando, 46 ex Aledio ſcire poteris: quæras, & ad me ſcribas, velim. Et, ut ad meas ineptias redeam, velim me certiorem facias, P. Craſſus, [p] Venulejæ filius, vivone P. Craſſo conſulari, patre ſuo, mortuus ſit, ut ego meminiſſe videor, an poſt. item quæro de Regillo, Lepidi filio, recténe meminerim, patre vivo mortuum. [q] Ciſpiana explicabis itemque Præciana. De Attica optimè it. ei ſalutem dices & Piliæ.

o Aſillius *MS.* & *alii.*

p *alii* Venuleiæ.

q Cuſpiana *alii.*

EPI-

44. *Neque enim ei deeſſe volebam.*] Bene fecit Silius, qui deciderit de lite, quam cum neſcio quo habebat. Conſtitueram enim ei præſto eſſe ut advocatus: & tamen verebar ne a me impetrare poſſem, ut amiſſa ſolitudine quam ſequor, me turbæ darem, & Romam venirem. *J. F. Gronov.*

45. *De Ovia confice.*] Quid ſignificet, hoc quidem ex loco non apparet; ſed, ut ſæpe jam dixi, locus locum illuſtrat, locos autem ipſos inter ſe conferre, ut, quæ ſimilia ſint, quæ repugnantia, notentur, non ſolum diligentiæ eſt, ſed etiam judicii. levemus igitur, quoniam quidem hoc ſuſcepimus, quamquam fortaſſe plus ſuſcepimus quam ſuſtinere poſſimus, ſed levemus, quantum in nobis eſt, labore eos & quærendi, & conſiderandi, qui ſuum ſtudium ad has Ciceronis epiſtolas contulerint. Supra igitur, ep. 21. de Ovia his verbis: *Ovia C. Lollii curanda ſunt H-S. C.* itaque verbum, *Confice*, ſic explano, cura ei H-S. C. quæ deberi a me ſcis. eadem de re infra ep. 29. *Cum Ovia*, inquit, *quæſo quidem ut conficiatur.* P. Manut.

46. *Ex Atedio.*] Atedii Pollionis meminit Senec. lib. III. cap. 40. de Ira: & Aterii Pollionis, lib. IV. Declamat. al. *Aledio* ep. 20. h. l. *Corrad.*

47. Avi-

EPISTOLA XXV.

CICERO ATTICO S.

SCRIPSIT ad me diligenter Sica de Silio, ſeque ad te rem detuliſſe: quod tu idem ſcribis. mihi & res & conditio placet, ſed ita, 47 ut numerato malim, quàm æſtimatione. voluptarias enim [r] poſſeſſiones nolet Silius. vectigalibus autem ut his poſſum eſſe contentus, quæ habeo, ſic vix minoribus. unde ergo numerato? H-S. DC. exprimes ab Hermogene, cùm præſertim neceſſe erit: & domi video eſſe H-S. DC. reliquæ pecuniæ vel 48 uſuram Silio pendemus, dum à Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repræſentabimus. erit etiam aliquid alicunde. ſed totam rem tu gubernabis. [s] Druſianis [t] verò hos hortis multo antepono: neque ſunt umquam [v] comparati. mihi crede una me cauſa movet, in qua 49 ſcio me τετυφῶσθαι. ſed, ut facis, ob-

P. B.

r eſſe poſſ. *MS.*

s Druſinis *alii.*
t vero hortis *alii.*
v comparata *alii.*

47. *Avidè ergo numerato.*] Antiqua lectio, *unde ergo numerato?* quam & recepimus, & ſinceram eſſe judicamus. cum enim ſuprà dixiſſet, ſe numerato malle quàm æſtimatione, nunc ſecum ipſe loquitur, ſeque interrogat, quomodo poſſit numerato, id eſt præſenti pecunia Silio ſatisfacere: deinceps rationem ſubducit, unde eam pecuniam corradere poſſit. Numerato autem nomen eſt, quo paulò antè etiam uſus fuerat. Et in epiſtola quadam ad Rufum: *Quod ſi mihi expenſa iſta H-S. c. tuliſſes, tamen, qua tua eſt ſuavitas, quique in me amor, nolles à me hoc tempore æſtimationem accipere: nam numeratum ſi cuperem, non erat.* Victor. Duæ ſpecies ſolutionis Numeratum & Æſtimatio; quarum poſterior inducta erat ex lege Julia Cæſaris Dictatoris, qua cautum ut debitores creditoribus ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quæque ante civile bellum fuiſſent. Famil. lib. III. Cæſar lib. III. *Popma.* Sed nihil hæc æſtimatio ad hunc locum. Cicero non debebat Silio, ſed volebat hortos illius ſibi emi aut præſente pecunia, aut permutatione alius poſſeſſionis, quæ pretio horti par ſit. *Gravius.*

48. *Uſuram.*] Quod præter decies & ducenta Silio ſolvendum erit, conferemus in diem, puta annuam, & interim pro eo uſuras pendemus, donec præſens vel ante diem numerare poterimus. *J. F. Gronov.*

49. *Scio me τετυφῶσθαι*] Ita legendum aſſerit Lambinus potiùs quàm τετυφλῶσθαι, ut quidam volunt. *Cleric.* Ἀγνοεῖν καὶ τετυφῶσθαι ſic dixerat Polybius lib. III. cap. 81. ubi ſimile contigiſſe oſtendi. *Gronov.*

50. *Nam*

obſequere huic errori meo. 50 Nam quod ſcribis ἐγγή-ραμα· actum jam de iſto eſt: alia magis quæro.

EPISTOLA XXVI.

CICERO ATTICO S.

SICA, ut ſcribit, etiam ſi nihil confecerit cum A. Silio, tamen ſe ſcribit x. kal. eſſe venturum. 51 Tuis occupationibus ignoſco; eæque mihi ſu[illegible] notæ. De x voluntate tua, ut ſimul ſimus, vel ſtudio potiùs & cupiditate, non dubito. 52 de Nicia quòd ſcribis, ſi it[a] me haberem, ut ejus humanitate frui poſſem, in primis vellem illum mecum habere. ſed mihi ſolitudo & receſſus provincia eſt. quod quia facilè ferebat Sica, eo magis illum deſidero. præterea noſti Niciæ noſtr[i] im[...]

x voluptate alii.

50. *Nam quod ſcribis ἐπιγραμμα· actum jam de iſto eſt.*] Ἐγγή-ραμα habent veteres codices: & ita ſanè legendum eſt. Utitur au-tem non ſemel hac voce in his epiſtolis, verum ea ubique corrupt[a] erat, in ἐπιγραμμάque ſemper verterat: intelligit autem locum in quo ſenectus commodè tranſigi poſſit, & qui ſit requies & oblectamentum ejus ætatis. Scripſerat autem Atticus (ut conji-cere licet ex verbis Ciceronis) hortos præterea Ciceroni fore re-quietem ſuæ ſenectutis, quæ jam adventabat, vel potius aderat: quod nunc Cicero ſe quærere negat, adeoque mœroris & deſpe-rationis plenus eſt, ut de illo jam actum eſſe dicat, nec ſe videre quomodo ſibi in tantis malis & tam gravi caſu quies delectatio-que illa contingere poſſit. *Victor.* Scripſerat Atticus hortos etiam Ciceroni fore requietem & ſolatium ſuæ ſenectutis: quod ille ſe curare negat, & de iſto jam actum eſſe; conſecrationem filiæ quærere dicit. ep. 18. *Popma.* Solus verum vidit Corradus. quod ſcribis κάλλιςον ἐγγήραμα τὴν πολιτείαν, optimum ſenectutis ob-lectamentum eſſe reip. tractationem, quod dictum fuit Priſci Ca-tonis, mihi præſertim homini antehac in negotiis ſemper verſato, eoque me revocas in forum & curiam, ſurdo canis: illud ἐγγή-ραμα, id eſt, reſpublica fuit & ſibi & mihi: neque ipſa ſupereſt, nec quod ejus ſupereſt me tangit aut ducere poteſt. Eodem reſpi-cit ep. 29. & 44. hujus libri. *J. F. Gronov.*

51. *Tuis occupationibus ignoſco.*] Antiqua exemplaria, *cujus occu-pationibus.* Quare & nos ita ſcripſimus. De Sica autem adhuc loquitur, quem etiam infrà oſtendit ſe deſiderare, ſecumque eſſe cupere: promiſerat autem ille litteris ſe cito ad Ciceronem ventu-rum, magniſque ſuis occupationibus fieri docuerat, quòd ab eo adhuc abeſſet. *Victor.*

52. *De Nicia quod ſcribis.*] Vide Sueton. in Gramm. Ill. c. XIV. *Verburg.*

53. Cotta

imbecillitatem, mollitiam, conſuetudinem victus. cur ego illi moleſtus velim, cùm mihi ille jucundus eſſe [y] non poſſit? voluntas tamen ejus mihi grata eſt. Unam rem ad me ſcripſiſti, de qua decrevi nihil tibi reſcribere. ſpero enim me à te impetraſſe, ut privares me iſtâ moleſtiâ. Piliæ & Atticæ ſalutem.

y ergo alii.

EPISTOLA XXVII.

CICERO ATTICO S.

P. CXCV.

DE Siliano negotio, etſi mihi non eſt ignota conditio, tamen hodie me ex Sica arbitror omnia cogniturum. 53 Cottæ quòd negas te noſſe, ultra Silianam villam eſt (quam puto tibi notam eſſe) villula ſordida & valde puſilla; nihil agri; 54 ad [z] ſuillam rem loci ſatis; nihil ad eam, quàm quæro. ſequor celebritatem. ſed, ſi perficitur de hortis Silii, hoc eſt, ſi perficis; (eſt enim totum poſitum in te) nihil eſt ſcilicet, quod de Cotta cogitemus. De Cicerone, ut ſcribis, ita faciam: ipſi permittam de tempore: nummorum quantum opus erit, ut permutetur, tu videbis. Ex [a] Aledio, quod ſcribis, ſi quid inveneris, ſcribes. Et ego ex tuis animadverto litteris, & profectò tu ex meis, nihil habere nos, quod ſcribamus: eadem quotidie, quæ jam jamque ipſa contrita ſunt: tamen facere non poſſum, quin

z ita Boſ. è MSS.

a Atedio alii.

53. *Cotta quod negas te poſſe.*] Victorius edidit, *Cotta quidem negas te noſſe. ſed ultra Silianam villam eſt, &c.* nos ita, non ex conjectura, ſed ex fide Decurtati, Tornæſiani & Cruſellini, *Cottæ quod negas te noſſe; ultra Silianam villam eſt (quam puto tibi notam eſſe) villula ſordida.* Quoniam Atticus ſcripſerat ſe ignorare quo loco ſita eſſet villa Cottæ, quam Cicero emere cogitabat, ut ibi fanum Tulliæ ædificaret, quæſieratque qualis ea eſſet, idcirco nunc ei Cicero reſpondet, eam ſitam eſſe ultra Silianam villam, eſſeque puſillam & ſordidam. *Boſius.*

54. *Ad aliam rem loci ſatis, nihil ad eam, quam quæro.*] Non dubito, quin hoc ordine legendum ſit: *Ad aliam rem loci nihil, ſatis ad eam, quam quæro.* nam, quo modo in vulgatis libris legitur, plane ſententiam eſſe apparet Ciceronis ſententiæ contrariam. quorſum enim de emenda Cottæ villa cogitabat, ſi ad eam rem, quam quærebat, loci nihil? ſed, quid argumentor? en, quod noſtram opinionem ita confirmet, ut nihil præterea poſſit deſiderari. *Habet*, inquit ſupra, in *Oſtienſi Cotta, celeberrimo loco, ſed puſillum loci, ad hanc rem tamen plus etiam ſatis.* P. Manut.

55. In

[b] quotidie *non habent alii.*

quin [b]quotidie ad te mittam, ut tuas accipiam. De Bruto tamen, ſi quid habebis. ſcire enim jam puto, ubi Panſam exſpectet. ſi, ut conſuetudo eſt, [55] in prima [56] provincia, [57] circiter kal. affuturus videtur. [58] vellem tardiùs. valde enim urbem fugio multas ob cauſas. itaque id ipſum dubito, an excuſationem aliquam ad [c]illum parem: quod quidem video facile eſſe. ſed habemus ſatis temporis ad cogitandum. Piliæ, Atticæ ſalutem.

[c] Silium *aut* filium *alii & MSS.*

EPISTOLA XXVIII.

CICERO ATTICO S.

[d] tuis. ſcripſeras. *alii.*

[e] ſcio *alii.* P. B.

DE Silio nihilo plura cognovi ex præſente Sica quàm ex litteris [d]ejus. ſcripſerat enim diligenter. ſi igitur tu illum conveneris, ſcribes ad me, ſi quid videbitur. De quo putas ad me miſſum eſſe; ſit miſſum, necne [e]neſcio; dictum quidem mihi certè nihil eſt. tu igitur, ut cœpiſti: &, ſi quid ita conficies, (quod equidem non arbitror fieri poſſe) ut illi probetur, Ciceronem

55. *In prima provincia.*] Conſuetudo erat, ut magiſtratus decedentes ſucceſſorem exſpectarent in prima provincia, ad quam reſpexit in epiſt. ad Appium lib. III. *Te in prima provincia velle eſſe, ut quamprimum decederes.* Prima autem urbs Italiæ citerioris, cui præerat Brutus, erat Ravenna, ubi ſi Panſam exſpectavit, potuit Romam venire circiter Kal. Februar. ſiquidem Panſa Româ diſceſſit 3. Kal. Januar. ut eſt in ep. ad Caſſium. lib. XV. *Popma.*

56. *Provincia.*] Aſia, cui tunc videtur præfuiſſe. ep. 8. h. l. nam Cæſar, in Africam proficiſcens, eum Galliæ multo ante præfecerat. ep. 6. lib. VI. Fam. & ep. 10. lib. XIII. Fam. *Corrad.*

57. *Circiter Kalendas.*] Puto Februarias. Si enim Panſa, ut ipſemet Cicero ſcribit ad Caſſium, libro epiſtolarum ad Senatum, a. d. III. Kal. Jan. profectus eſt, nihil cauſſæ fuit, cur timeret Cicero, ne Brutus, e Gallia rediens, Kalendis Romæ eſſet: ſive ille Ravennæ, ſive Lucæ, quæ duæ urbes in prima provincia erant, Panſam exſpectaſſet. Itaque & proxima ſuperiori epiſtola, ubi legitur, X. Kal. eſſe venturum, &c. intelligo Februarias. *Malaſp.*

58. *Vellem tardius.*] Vellem, tardius adeſſet Brutus. nam ſi Kalendis Romæ fuerit, veniendum mihi erit, ut ipſi de adventu gratuler: itaque, quod vellem, conſequi non potero, ut in ſenatum ne veniam: qui plerumque Kalendis habebatur. vide illud epiſt. 5. *Mihi etſi Kalendæ vitandæ fuerunt. Tardius:* poſt Kalendas, hoc eſt poſt diem, quo ſenatus habebatur: quo die Romæ eſſe Cicero noluiſſet, ne in ſenatum veniret. *P. Manut.*

ſi tibi placebit, adhibebis. ejus aliquid intereſt; videri illius cauſâ voluiſſe: mea quidem nihil; niſi id, quod tu ſcis: quod [f] ego magni æſtimo. 59 Quod me ad conſuetudinem revocas; fuit meum quidem jam pridem rempublicam [g] lugere, quod faciebam, ſed [h] mitiùs. 60 erat enim, ubi acquieſcerem. nunc planè nec ego victum nec vitam illam colere poſſum: nec in ea re, quid aliis videatur, mihi puto curandum. Mea mihi conſcientia pluris eſt quàm omnium ſermo. Quod me ipſe per litteras conſolatus ſum; non pœnitet me, quantum profecerim. mærorem minui: dolorem nec potui, nec, ſi poſſem, vellem. 61 De Triario bene interpretaris [i] voluntatem meam. tu vero nihil, niſi ut illi volent. amo illum mortuum: tutor ſum liberis: totam domum diligo. De Caſtriciano negotio, 62 ſi Ca-

f ego æſtimo *alii.*
g regere *Lamb.*
h intus *Lamb.*
interea erat ubi *alii.*
i voluptatem *alii.*

59. *Quod me ad conſuetudinem revocas.*] Ad ſolitum munus capeſſendæ Reipublicæ, in qua jam pridem ita verſabar, ut aſſiduè miſeram ejus conditionem lugerem. Suadebat Atticus Ciceroni, ut, ſi conſtituiſſet quod ſupererat ævi in luctu tranſigere, rediret ad ſolita munia Reipublicæ. eam enim ampliſſimum ipſi fore luctus argumentum, quod honeſte prætexere tegereque poſſet mœrorem domeſticum. & ſane multi honeſtiorem & tolerabiliorem exiſtimaturi erant in eo perpetuum luctum de Reipublicæ miſeriis, quam illum quem ſuſciperet de rebus privatis. *Boſius.* Atticus conſuetudinem intelligit illam priſtinam & perpetuam in foro & patrociniis: Cicero accipit de poſtrema, quam durante civili bello inſtituit. *J. F. Gronov.*

60. *Quod faciebam, ſed intererat enim ubi acquieſcerem.*] Antiqua lectio, *ſed intus: erat enim &c.* nos, conjecturâ ducti, *ſed invitus* caſtigavimus. Cui judicium noſtrum diſplicebit, is ex priſcis veſtigiis, quorum nos illi copiam fecimus, aptiorem verioremque lectionem eliciat. *Victor.*

61. *De Triario bene interpretaris, &c.*] In antiquioribus primæ litteræ defectu, *de riario*, ſcriptum eſt. Hanc licet parvam varietatem adnotare voluimus, quia ſatis obſcurum eſt hoc negotium. *Idem.*

62. *Si Caſtricius Romam cupit.*] Locus hic olim corruptiſſimè legebatur. Nos, quod Germani etiam ante viderant, *pro mancicipiis* emendavimus: *pro mancupiis* enim putamus olim ſcriptum fuiſſe, ut antiquitus ſolebant. Non multo pòſt de eodem hoc negotio iterum agens inquit: *De mancipiis Caſtricianis commodiſſimum eſſe credo tranſigere Egnatium.* Idem. Q. Cicero vendiderat Caſtricio, cui debebat, mancipia, quæ poſtea voluit ſibi retinere, & debitum ſolvere, prout tunc ſolvebatur ex lege Julia, datis in ſolutum rebus æſtimatis: ſed cum ita actum eſſet, ut Caſtricius ipſa mancipia abduceret, non erat æquum cogi illum ad æſtimationem acci-

Caſtricius pro mancipiis pecuniam accipere vellet, 63 eamque ei ſolvi, ut nunc ſolvitur; certè nihil eſt commodius. ſin autem ita actum eſt, ut ipſa mancipia k abduceret, non mihi videtur eſſe æquum. rogas enim me, ut tibi ſcribam, quid mihi videatur. nolo enim negotii Quintum fratrem quidquam habere: quod, videor mihi intellexiſſe, tibi idem videri. Publilius, ſi æquinoctium exſpectat, ut ſcribis l Aledium dicere, navigaturus videtur. mihi autem dixerat per Siciliam. utrum & quando velim ſcire. Et velim aliquando, cùm erit tuum commodum, Lentulum 64 puerum viſas, eique de mancipiis, quæ tibi m videbitur, attribuas. Piliæ, Atticæ, ſalutem.

k obd. MS. & alii.

l alii Atedium.

m videtur alii.

EPISTOLA XXIX.

CICERO ATTICO S.

P. CXCVI. SILIUS, ut ſcribis, hodie. cras igitur, vel potiùs cùm poteris, ſcribes, ſi quid erit, cùm videris. Nec ego Brutum vito, nec tamen ab eo levationem ullam exſpecto: ſed erant cauſæ, cur hoc tempore iſtic eſſe nollem: quæ ſi manebunt, quærenda erit excuſatio ad Brutum; &, ut nunc eſt, manſuræ videntur. De hortis quæſo explica. 65 caput illud eſt, quod ſcis. ſequitur,

cipiendam. Quod enim actum eſt ex ſolo conventu valet, ut loquitur autor Rhetoricorum. *Popma.*

63. *Eamque ſibi ſolvi, ut nunc ſolvitur.*] Manuſcripti libri, *Eamque ei ſolvi, &c.* retinent. Ut enim quandoque apud Ciceronem *ſibi* pro *ei* invenitur, ſic contra *ei* pro *ſibi*, quemadmodum credimus, hoc loco dictum eſt, & aliis etiam non paucis: ut libro x. ad Atticum: *Cum hæc ſcripſiſſem, à Curione mihi nunciatum eſt, eum ad me venire: venerat enim is in Cumanum veſperi pridie, id eſt Idib.* Erant & alia exempla, quæ nunc nos omittemus. Tranſierunt hic noſtri librarii vulgatam vocem, à nobis circumſcriptam & deletam: nec eam, quam pro illa reſtitueramus acceperunt: quare mancum hunc locum nobis ſuâ injuriâ tradidere. Tu igitur corrigito. *Victor.*

64. *Puerum.*] Trium annorum, ſi priorem: paucorum menſium, ſi poſteriorem ſignificat. bis enim Tullia peperit. ep. 18. lib. x. *Corrad.*

65. *Caput illud eſt.*] Prima & præcipua cauſſa cur hortos deſiderem illa eſt, quod fanum celebri loco fieri velim ad conſecrationem filiæ; altera, quod ipſe locum cupiam habere, ubi eſſe poſſim.

tur, ut etiam mihi ipſi quiddam opus ſit. nec enim eſſe in turba poſſum, nec à vobis abeſſe. huic meo conſilio nihil reperio iſto loco aptius: & [n] de hac re quid tui conſilii ſit, mihi perſuaſum eſt., & eò magis, quòd idem intellexi tibi videri, me ab Oppio & Balbo valde diligi. [o] ſit, cum iis communices, quanto opere & quare velim hortos; ſed id ita poſſe, [66] ſi expediatur illud [67] Faberianum. [68] ſintne igitur auctores futuri,

n hâc de re alii.

o ſit alii non habent.

ſim. ad utrumque hortis Silianis nihil aptius. Caput rei dicitur quod in ea primum & præcipuum eſt. ad Appium: *Deinde, quod caput eſt, amico*; ad Cornificium, *Caput autem eſt mea commendationis*. Tuſculan. v. *Quod cœnæ caput erat*; id eſt, præcipuum ferculum cœnæ. *Popma.*

66. *Si expediatur illud Faberianum.*] Si debitam mihi a Faberio pecuniam exigo: quod facile conſequar illis adjuvantibus, qui, Cæſare concedente, omnia poſſunt. *P. Manut.*

67. *Faberianum.*] Videtur hic Faberius in Cæſarianis potens fuiſſe, & abſens reipublicæ cauſſâ Oppio & Balbo procurationem rerum ſuarum Romæ mandaſſe, atque adeo ipſe eſt quem vocat Appianus *τὸν γραμματέα τοῦ Καίσαρος Φαβέριον. J. F. Gronov.*

68. *Sintne igitur auctores futuri.*] Ut hoſce hortos emant. verbum *videar* vel tale quid deſideratur. *Corrad.* Debebat Faberius pecuniam Ciceroni, ut ex multis locis hujus libri perſpicitur. Et ut ſatisfaceret, aut æſtimationem lege Julia dare volebat, hoc eſt, prædium aliquod in ſolutum (quo fit ut de prædio Faberiano quædam hoc libro ſcripta reperias) aut delegare debitores. Hinc epiſtola 14. *Reliqua*, inquit, *pecunia vel uſuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debeat, repræſentabimus.* Porro fuiſſe in nominibus Faberii Oppium & Balbum conjici poteſt ex hoc loco. nam eos Faberius Ciceroni volebat delegare. Quærit ergo Cicero, num ii futuri ſint auctores, ut hortos emat, hoc eſt, num ſoluturi ſint Faberii nomine pretium hortorum: &, ſi pecuniam repræſentare nequeant, ideoque opus ſit aliunde eam ſub uſuris, ejus rei cauſſâ, ſumere, quam jacturam uſurarum illarum nomine facere velint. nam deſperatum erat, ut omnem in ſe jacturam ſuſciperent. id enim ſe facturos negabant. denique an propenſi eſſent ad ſuum conſilium de emptione hortorum adjuvandum. Ceterum expreſſi ſcripturam veteris Decurtati, quod ea nequaquam illa mendorum illuvie inquinata eſſet, qua ceteri hic contaminati ſunt. Ea vero eſt hujuſmodi: *Sintne igitur auctores futuri, ſi qua etiam jactura facienda ſit in repræſentando, quoad poſſunt adduci (totum enim illud deſperatum) denique intelliges ecquid inclinent ad hoc meum conſilium adjuvandum.* Boſius. Senſus hic eſt: Poſſitne ab Oppio & Balbo impetrari ut non defugiant auctoritatem in præſtando Faberiano nomine, vel an ſoluturi ſint pro Faberio ſive procuratores ejus, ſive ab eo delegati, etſi velint quid deduci de ſumma, minuſque ſolvi, ut ſtatim & ante diem ſolvant, æquum cenſeant. *Gronov.*

 69. Tum

turi, ſi qua etiam jactura facienda ſit in repræſentando, p quoad poſſunt adduci: (69 totum enim illud deſperatum) denique intelliges, q ecquid inclinent ad hoc meum conſilium adjuvandum. ſi quid erit, magnum eſt adjumentum: ſin minus, quacumque ratione contendamus. 70 vetus illud ἐγγήραμα, quemadmodum ſcripſiſti, vel ἐντάφιον putato. De illo Oſtienſi nihil eſt cogitandum. ſi hoc non aſſequimur; (à Lamia non puto poſſe) 71 Damaſippi experiendum eſt.

p quod poſſunt, adducito. tum en. *Lamb.*
q & quid *Idem.*

EPI-

69. *Tum enim &c.*] Connexa verba cum ſuperioribus. Neque patet ſenſus: ſed conjicere poſſumus, hoc dici: Si Balbus & Oppius in expediendo nomine Faberiano adjutores eſſe noluerint; tum intelliges, exigendæ a Faberio pecuniæ nullam plane ſpem eſſe; & intelliges item, quid inclinent ad hoc meum conſilium de fano adjuvandum. ſi enim nobis non favebunt, id agentibus, ut hortorum emendorum cauſſâ pecuniam a Faberio exigamus: certe intelligetur, nolle eos de emendis hortis, & de ædificando fano conſilium a nobis captum adjuvare. *P. Manut.*

70. *Vetus illud ἐπίγραμμα, quemadmodum ſcripſiſti, vel ἐπιτάφιον putato.*] Idem error qui ſuprà, nec ſolus: nam conſimilis etiam in altera Græca voce: ἐντάφιον enim pro ἐπιτάφιον & habent veteres codices, & legendum eſt. Invenies ambas has voces apud Plutarchum in vita Catonis Majoris: cum enim diceret illum in ſenectute etiam à rep. non diſceſſiſſe, nec ſe otio tranquillæque vitæ dediſſe, ut alii excellentes in rep. adminiſtrandæ viri ſæpe fecerant, infert: Ἀλλ' ὥσπερ Διονύσιόν τις ἔπεισε κάλλιστον ἐντάφιον ἡγεῖσθαι τὴν τυραννίδα, κάλλιστον αὐτὸς ἐγγήραμα τὴν πολιτείαν ἡγησάμενος ἀναπαύσεσιν ἐχρῆτο καὶ παιδιαῖς ὁπότε σχολάζοι τῷ συντάττεσθαι βιβλία καὶ γεωργεῖν. Poſteriorem in Paulo Æmilio: cum dicit omnia illi adfuiſſe, quæ exiſtimantur beatam vitam conficere: Καὶ γὰρ ἡ περὶ τὴν ἐκφορὰν πομπὴ θαυμασμὸν ἔσχεν καὶ ζῆλον ἐπικοσμοῦντα τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς τοῖς ἀρίστοις καὶ μακαριωτάτοις ἐνταφίοις ταῦτα δ' ἦν οὐ χρυσὸς οὐδ' ἐλέφας οὐδ' ἡ λοιπὴ πολυτέλεια καὶ φιλοτιμία τῆς παρασκευῆς ἀλλ' εὔνοια καὶ τιμὴ καὶ χάρις οὐ μόνον παρὰ τῶν πολιτῶν ἀλλὰ καὶ τῶν πολεμίων. Victorius. *Vetus illud.*] Id eſt hanc rem ut commendatam habeas, ſcito te, cum agis de hortis illis, agere de re, quæ nunc ſola poteſt eſſe meæ ſenectutis oblectamentum, (perdita ſcilicet illa quam tu volebas, ep. 25.) imo puta te agere de monumento & ſepulchro reliquiarum mearum: ita in dicto Dionyſii majoris vel amici Dionyſii qui eum monebat, κάλλιστον ἐντάφιον εἶναι τυραννίδα. Diodor. Sic. 14, 8. apud Ælian. lib. 1. cap. 16. καλῶν ἐνταφίων μὴ ἀμοιρήσειν. Id eſt *non cariturum veſte pretioſa, in qua efferetur.* ita tyrannis dicitur veſtis pulchra, in qua mortui efferebantur. *J. F. Gronov.*

71. *Damaſippi experiendum eſt.*] Licinii Damaſippi ſenatoris hortos ut emamus, experiendum eſt ep. 27. h. l. Cæſ. lib. II. de Bel. Civ. & Horat. Satyr. 3. lib. II. atque hæc verba omnia ita mihi

EPISTOLA XXX.

CICERO ATTICO S.

[72] QUÆRO, quid ad te ſcribam : ſed nihil eſt. eadem quotidie. Quòd Lentulum inviſis valde gratum. pueros attribue ei, quot & quos videbitur. De Silii voluntate vendendi, & de eo, quanti, tu vereri videris, primùm ne nolit, deinde [73] ne tanti. Sica aliter: ſed tibi aſſentior. quare, ut ei placuit, ſcripſi ad Egnatium. Quod Silius te cum Clodio loqui vult; potes id mea voluntate facere: commodiuſque eſt, quàm, quòd ille à me petit, me ipſum ſcribere ad Clodium. P. E. De mancipiis Caſtricianis commodiſſimum eſſe credo, [74] tranſigere Egnatium: quod ſcribis te ita futurum putare. Cum [r] Ovia, quæſo, [s] vide ut conficiatur. Quoniam, ut ſcribis, nox erat, in hodierna epiſtola plura exſpecto.

[r] *alii* avia. *malè.*
[s] quidem ut *alii.*

EPISTOLA XXXI.

CICERO ATTICO S.

SILIUM mutaſſe ſententiam Sica mirabatur. equidem magis miror, quòd, cùm in filium cauſam conferret,

mihi videntur legenda: *Si hoc non aſſequimur (a Lamia non puto poſſe) Damaſippi experiendum eſt.* Corrad.

72. *Quæro, quid ad te ſcribam.*] Totus hic orationis ambitus uſque ad verba illa, *De Silii voluntate*, ſuperiori epiſtolæ annexus eſt in vulg. editione. *Cleric.*

73. *Ne tanti.*] Videris, inquit, vereri, ne Silius tanti nolit vendere, quanti nos vellemus. & dixit, *Tanti*, pro, tam parvo: quomodo etiam locutus eſt Cœlius: cujus hæc ſunt verba in epiſtola ad Ciceronem: *Aut non erit iſtic bellum; aut tantum erit, ut vos, aut ſucceſſores parvis additis copiis ſuſtinere poſſint.* & Cæſar lib. VI. his verbis: *Præſidii tantum eſt, ut ne murus quidem cingi poſſit, neque quiſquam egredi extra munitiones audeat.* & lib. III. de Bello Civili: *Tantum navium reperit, ut anguſte* XV. *millia legionariorum militum, & quingentos equites tranſportare poſſent.* & ipſe in epiſtola ad Caſſium: *Si qua*, inquit, *ſunt onera tuorum, ſi tanta ſunt, ut ea ſuſtinere poſſis; nihil tibi erit lautius, nihil glorioſius: ſin majora; conſidera, ne in alieniſſimum tempus cadat adventus tuus.* Quibus ex locis aperte cognoſcitur, in voce, *Tantus*, non ſemper ma-

ret, quæ mihi non injuſta videtur; (habet enim qualem vult) ais te putare, ſi addiderimus aliud, [75] à quo refugiat, cùm ab ipſo id fuerit [76] deſtinatum, venditurum. Quæris à me, quod ſummum [t] pretium conſtituam, [77] & quantum anteire iſtos hortos Druſi; acceſſi numquam: Coponianam villam & veterem & non magnam novi: ſilvam nobilem, fructum autem neutrius: quod tamen puto nos ſcire oportere. ſed mihi, [v] utrivis iſtorum, tempore magis meo quàm ratione æſtimandi ſunt. [x] poſſim autem aſſequi, necne, tu velim cogites. ſi enim Faberianum venderem, explicare vel repræſentatione non dubitarem de Silianis, [78] ſi modo

t pactum MS.

v edd. vett. utrius.

x poſſum alii

magnitudinem ineſſe. quod nos exemplis ideo probare voluimus, ne quis miretur, cur illud, *Tanti*, explanemus, *tam parvo:* quod fortaſſe cuipiam durius alioqui videretur. *P. Manut.*

74. *Tranſigere Egnatium.*] Ut Caſtricius pecuniam, ut nunc ſolvitur, accipiat, non autem mancipia adducat, ep. 28. h. l. *Corrad.*

75. *A quo refugiat.*] Vel *ad quod*, ut in veteribus libris eſſe dicunt: vel, *quo*, legendum videtur. *Idem.* Conſentiunt hic libri veteres cum vulgatis. Verumtamen docti quidam ſic legendum putant: *ſi adierimus aliud, a quo ref. c. ab. i. id, f. aſtimatum, &c.* ego nihil muto: & Manutio aſſentior. *Lambin.* Recte conſtituta eſt lectio hujus loci, ſed ſententia ejus hæc eſt. Si una cum eo loco, quem petimus, ab eo deſideraverimus, ut vendat nobis alium, quem cupit abjicere & alienare, ubi ab ipſo hunc emerimus, & illum, quem optamus, acceſſionem daturum. *J. F. Gronov.*

76. *Deſtinatum.*] Cum ab ipſo id fuerit per nos emptum. ita Plautus Epid. arg. v. 4. & Act. II. Sc. 2. v. 92. Moſtell. III, 1, 112. Perſ. à IV, 3, 72. & IV, 4, 115. *Idem.*

77. *Et quantum anteire iſtos hortos Druſi; acceſſi numquam: Coponianam villam & veterem & non magnam novi: ſilvam nobilem, fructum autem neutrius.*] Videatur Turnebus lib. XII. Adverſ. cap. 4. Aliter legit & diſtinguit Junius ex mſſ. Pal. *& q. a. i. h. D. tantum acceſſi propius. Nunquam componam villam & veterem & non magnam novi, ſ. n. f. a. n. &c.* Cleric. Libri hi, quibus Junius uſus eſt, nullius fuerunt pretii. Recte hunc locum conſtituerunt & expoſuerunt Manutius & Turnebus. qui XII. Adverſ. 4. ſic ait: Cum *quantum anteire* dicit, audiendum eſt *conſtituam*, quod anteceſſit. negat autem ſe poſſe id conſtituere, cum eo nunquam acceſſerit. Porro, pro *Coponianam villam & veterem & non magnam novi: Silvam nobilem, fructum autem neutrius*, habent vetuſtiores editiones: *Coponianam villam veterem & non magnam novi: ſ. n. f. a. n.* Balliol. & Helm. & P. Vict. ed. *Coponianam villam & veterem non magnam novi: Silvam nobilem, f. a. n.* ſed credo τὸ *&* excidiſſe ſuo loco vitio ſcribæ, indeque varie oberraſſe, in ſuam vero ſedem reponi, ſi legas: *Coponianam villam veterem, non magnam novi, & ſilvam nobilem, fructum autem neutrius.* Sic ſane Cicero ſcripſit. *Græv.*

78. Si

do adduceretur, ut venderet: ſi venales non haberet, tranſirem ad Druſum, vel tanti, quanti Egnatius illum velle tibi dixit. magno etiam adjumento nobis [79] Hermogenes poteſt eſſe in repræſentando. [y] at tu concede mihi, quæſo, ut eo animo ſim, quo is debeat eſſe, qui [z] emere cupiat: & tamen ſervio ita cupiditati & dolori meo, ut à te regi velim. Egnatius mihi ſcripſit. is ſi quid tecum locutus erit, (commodiſſimè enim per eum agi poteſt) ad me ſcribes: [a] & id agendum puto. nam cum Silio non video confici poſſe. Piliæ & Atticæ ſalutem. Hæc ad te mea manu, vide, quæſo, quid agendum ſit.

[y] aut conc. *aut* at conc. *alii.*
[z] mercere *MS.*
Pag. CCXCVII.
[a] & *alii delent.*

EPISTOLA XXXII.

CICERO ATTICO S.

[80] PUBLILIA ad me ſcripſit, [81] matrem ſuam (cum Publilio loqui retur) ad me cum illo venturam, & [b] ſe unà, ſi ego [c] paterer: orat multis & ſupplicibus verbis, ut liceat, & ut ſibi reſcribam. res quam moleſta

[b] ſecum unà *alii.*
[c] paterer, moraturam. orat. *alii.*

78. *Si non adduceretur, ut venderet: ſi venales.*] Sic eſſe legendum, ſententia ipſa pervincit, non ut habent omnes libri, *ſi modo.* quàm ſæpe autem ſcriptores librarii peccarint in ſcribendo, *non*, pro, *modo*: &, *modo*, pro, *non.* ſciunt qui libros manuſc. aſſidue tractant. *Lambin.* Neſcio quid in mentem venerit Lambino, ut, *non*, pro, *modo*, reponendum putarit, eſt enim plana ſententia. Si tantummodo, inquit, Silius adduci poſſet, ut hortos venderet, de iis vel repræſentatione explicare non dubitarem, modo prædium Faberianum, quod a Faberio lege Julia in ſolutum accepturus ſum, venderem. *Boſius.*

79. *Hermogenes.*] Ep. 25. h. l. ſed quum ep. 24 lib. XIII. Hermogenes Clodius vocatur, videtur eſſe Tragœdi Æſopi filius ditiſſimus. Plin. lib. IX. cap. 35. pater enim Ciceronis fuit familiaris ep. 15. lib. IX. & ep. 2. lib. I. ad Q. fortaſſe Clodius dicitur ep. ſup. *Cotrad.*

80. *Publia ad me ſcripſit.*] *Publia* habent veteres codices. Et paulò pòſt *Publilio*, pro *Publio*: eſt autem locus meo judicio verbis obſcurior & fortaſſe depravatior. Verbum illud *moraturam*, quod in nullis paulò antiquioribus libris invenitur, ſupervacaneum judicavimus atque delevimus: intelligique putamus oportere *venturam.* Victor.

81. *Matrem ſuam (cum Publilio loqueretur) ad me cum illo.*] Pro, *loqueretur*, quod eſt in multis excuſis, Boſius edidit ex Decurt. *loqui retur*; Lamb. legendum ſuſpicatur, *matrem ſuam cum Publilio loqui*

leſta ſit vides. reſcripſi, me etiam graviùs eſſe affe-ctum, quàm tum, cùm illi dixiſſem, me ſolum eſſe velle; quare nolle me hoc tempore eam ad me venire. putabam, ſi nihil reſcripſiſſem, illam cum matre venturam: nunc non puto. apparebat enim illas litteras
d illius *alii.* non eſſe [d] ipſius. illud autem, quod [e] fore video, ipſum volo vitare, ne illæ ad me veniant. & una eſt
e fere *alii.* f evitatio *MS.* [f] vitatio, [82] ut ego nollem. ſed neceſſe eſt ([g] te hoc nunc rogo) ut explores, ad quam diem hìc ita poſſim
g Te hoc n. r. ut *alii.* eſſe, ut ne opprimar. ages, ut ſcribis, temperatè. Ciceroni velim hoc proponas, ita tamen, ſi tibi non iniquum videbitur, ut ſumptus hujus peregrinationis, quibus, ſi Romæ eſſet, domumque conduceret, quod facere cogitabat, facilè contentus futurus erat, accommodet ad mercedes [83] Argileti & Aventini: & cùm ei propoſueris, ipſe velim reliqua moderere, quemadmodum ex iis mercedibus ſuppeditemus ei quod opus ſit. præſtabo, nec [84] Bibulum, [85] nec Acidinum, nec Meſſa-

ſolere, ſe ad me cum illo &c. Junius ex conjectura legit, *cum Publilio locutam:* vulgò, *matrem ſuam cum Publilio loqui, eam ad me cum illo venturam.* Cleric.

82. *Et ego nollem.*] Iſtuc venire ep. ſeq. al. *ut ego nolim.* rectè, hoc eſt, vitatio una eſt, ſi ego nolim eas venire. non enim me invito venient. *Corrad.* Male in Boſii & Gruteri editionibus hic locus interpungitur. Rectius Victorius & Manutius: *ut ego nollem. ſed neceſſe eſt. Te hoc nunc rogo, ut explores, ad quam diem hic ita poſſim eſſe, ut ne opprimar.* Senſus eſt: una eſt ratio vitandi, qua ego invitus utor, ut hinc ex Antiati diſcedam. Sed video non aliter effugere me illas poſſe. itaque oro cognoſcas quo die moturæ ſint, & quouſque manere hic poſſim, ut tamen abierim, cum aderunt. *J. F. Gronov.*

83. *Argileti & Aventini.*] Argiletum & Aventinus montes Romæ, in quibus locare volebat tabernas quaſdam aut domos, eamque mercedem pro ſumptu adſignare filio, Athenas ſtudiorum cauſſâ proficiſcenti: unde non minus liberaliter ipſe vivere poſſet quàm nobiliſſimi adoleſcentes, Calpurnius Bibulus, Manlius Acidinus, Valerius Meſſalla, qui Athenas profecturi erant. *Popma.*

84. *Bibulum, Acidinum.*] Tres nobiles adoleſcentes, Calpurnium Bibulum, Manlium Acidinum, Valerium Meſſallam: ex quibus tertius haud dubie eſt ille poſtea nobilis orator Marcus Valerius Meſſalla Corvinus, ſervatus ab Auguſto ex proſcriptis, & poſtea bello Siculo ejuſdem ſervator Appian. lib. v. Bel. Civ. pag. 736. *J. F. Gronov.*

85. *Nec Acidinum.*] Fortaſſe A. Manlium Torquatum Acidinum. hoc enim cognomen erat Manliorum, ut oſtendit L. Manlius Acidinus, qui Cos. fuit an. ab urb. cond. 575. & A. Torquatus

ſalam, quos Athenis futuros audio, majores ſumptus facturos, quàm quod ex eis mercedibus recipietur. itaque velim videas, primùm, conductores qui ſint & quanti; deinde, ut ſit, qui ad diem ſolvat; &, quid viatici, quid inſtrumenti ſatis ſit. jumento certè Athenis nihil opus eſt. quibus autem in [h] via utatur, domi ſunt plura, quàm opus [i] erat: quod etiam tu animadvertis.

h villa *alii.*
i erit *alii.*

EPISTOLA XXXIII.

CICERO ATTICO S.

P. B.

[k] EGo, ut heri ad te ſcripſi, ſi & Silius is fuerit, quem tu putas, nec Druſus facilem ſe præbuerit, Damaſippum velim aggrediare. is, opinor, ita [l] partes fecit in ripa neſcio quotenorum jugerum, ut certa pretia conſtitueret; quæ mihi nota non ſunt. ſcribes ad me igitur, quidquid egeris. Vehementer me ſollicitat Atticæ noſtræ valitudo: ut verear etiam, ne [m] qua culpa ſit. ſed & pædagogi probitas, & [86] medici aſſiduitas, & tota domus in omni genere diligens, me rurſus id ſuſpicari vetat. [n] cura igitur. plura enim non poſſum.

k Vereri ad te *alii.*
l partis *MSS.*
m quæ *alii.*
n cur igitur? *Jun.* *è MS.*

EPISTOLA XXXIV.

CICERO ATTICO S.

EGo hîc vel ſine Sica (Tironi enim melius eſt) [87] facillimè poſſem eſſe, ut in malis. ſed, cùm ſcribas vi-

tus his temporibus Athenis fuit. ep. I. lib. VI. Fam. quin puer Acidini codicillos de Marcelli morte ad Ser. Sulpitium attulit ep. 12. lib. IV. Fam. *Corrad.*

86. *Medici aſſiduitas.*] Hoc eſt, perpetua præſentia. Suet. Tib. *Ut vitato aſſiduitatis faſtidio, auctoritatem abſentia tueretur.* Cato de Re Ruſtica cap. 145. *Adſiduos homines quinquaginta prabeto*, qui aſſidue præſto ſint ad opus. Sic & Cicero ſæpe loquitur. *Gronov.* IV. de Pec. Vet. cap. 9.

87. *Facillime.*] Libenter: ut illud in epiſtola ad Cœlium: *In maritimis facillime ſum.* Et lib. II. de Oratore: *Et dici ornatiſſimè poſſunt, & audiri facillime.* Et ad hunc ipſum in ſequenti libro: *Locum habeo nullum, ubi facilius eſſe poſſim, quàm Aſturæ.* Et Terentius in Heaut. *Dabo tibi puellam lepidam, quam facile ames.* P. Manut.

videndum mihi eſſe, ne opprimar, [88] ex quo intelligam, te certum diem illius profectionis non habere; o iſtoc *alii.* putavi eſſe commodiùs, me [o] iſtuc venire; quod idem video tibi placere. cras igitur in Sicæ ſuburbano: inde, quemadmodum ſuades, puto me in Ficulenſi fore. quibus de rebus ad me ſcripſiſti, quoniam ipſe venio, coram videbimus. p & agend. *alii.* tuam quidem [p] & in agendis noſtris rebus, & in conſiliis ineundis mihique dandis, in ipſis litteris, quas mittis, benivolentiam, diligentiam, prudentiam mirificè diligo.

EPISTOLA XXXV.

CICERO ATTICO S.

TU tamen, ſi quid cum Silio, vel illo ipſo die, quo ad Sicam venturus ero, certiorem me velim facias, & maximè cujus loci [89] detractionem fieri velit: quod enim ſcribis, [90] *extremi*; vide; ne is ipſe locus ſit, cujus cauſâ de tota re, ut ſcis, eſt à nobis cogitatum. q à te *deeſt in aliis.* Hirtii epiſtolam tibi miſi, & recentem, & benivolè ſcriptam. Pag. CXCVIII. Ante quàm [q] à te proximè diſceſſi, numquam mihi venit in mentem, quo plus inſumptum in monumentum eſſet, quàm neſcio quid, quod lege conceditur, tantundem populo dandum eſſe: [91] quod non magno

88. *Ex quo intelligam, te certum illius profectionis diem non habere.*] Vetuſtius noſtrum exemplar ſic habet, *ex quo intelligam, te certitudinem illius profectionis non habere:* quod tamen neglesimus, nec enim ſcimus Ciceronem alibi hac voce uſum eſſe. nolui tamen committere, quin hoc (ut puto) peccatum & mendum melioris illius codicis patefacerem, ſi non ob aliud, ut videant ſciantque omnes in antiquiſſimis & probatiſſimis etiam codicibus quædam perverſè legi & barbarè. *Victor.* *Ex quo intelligam.*] *Intellige* Faërnus. *Urſin.*

89. *Detractionem.*] Cum Silius dixiſſet, hortos ſuos ſe eſſe venditurum, ſed velle quendam locum excipere. Vide, inquit Cicero, ne velit eum ipſum locum excipere in venditione hortorum, cujus loci cauſſâ hortos ipſos emere cogitamus. *Detractionem:* exceptionem. *P. Manut.*

90. *Extremi.*] Græcis ἐσχατιᾶς. Homerus Odyſſ. Δ. v. 517. Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιήν. & Odyſſ. E. v. 489. Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς, ᾧ μὴ πάρα γείτονες ἄλλοι. ita Lucianus in Timone. ἐπὶ ταύτην τὴν ἐσχατιὰν τρεπόμενος, quod recte explicat Faber. *J. F. Gronov.*

91. *Quod non magnopere moveret.*] Pœna legis me non coërceret, quo

magno opere moveret, niſi neſcio quomodo, ἀλόγως fortaſſe, nollem illud ullo nomine, niſi fani, appellari. quod ſi volumus, vereor, ne aſſequi non poſſimus, niſi mutato loco. hoc quale ſit quæſo conſidera. nam etſi minùs urgeor, meque ipſe propemodum collegi; tamen indigeo tui conſilii. itaque te vehementer etiam atque etiam rogo, magis quàm à me vis, aut pateris te rogari, ut hanc cogitationem toto pectore amplectare.

EPISTOLA XXXVI.

CICERO ATTICO S.

Fanum fieri volo; neque hoc mihi [92] ſuadâ erui poteſt: ſepulcri ſimilitudinem effugere, non tam [93] propter pœnam legis ſtudeo, quàm ut maximè aſſequar ἀποθέωσιν quod poteram, ſi in ipſa villa facerem. ſed,

ut

quo minus ſumptuoſum & magnificum ſepulcrum filiæ facerem, ſed non cogito de ſepulcro: fanum fieri volo, ut habeat religionem quaſi conſecrati loci. Quam tamen vix obtinebit in hortis iſtis Transtiberinis, ubi multa multorum viſuntur ſepulcra. ideo mutandus locus eſt, ſi adſequi volumus, ut fani nomine appelletur, epiſtola ſequenti. *Popma.*

92. *Suadâ erui poteſt.*] Receptam lectionem correxit Boſius, adjutus aliquantulum ope veterum librorum, in quibus cùm liquidò ſcriptum reperiſſet *ſuaderi*, repoſuit, *ſuada erui.* Junius teſtatur etiam in mſ. uno legi *ſuaderi*; unde *diſſuaderi* legit, quod etiam Lambinus conjecerat. *Cleric.* Libri antiqui habent *ſuaderi.* unde Boſius fecit *Suadâ erui*, id eſt, nulla perſuaſione mihi eripi ex animo poteſt. Ego malim *diſſuaderi*, eo magis quod animadverto librarios aliquando in his verbis aberraſſe, & alterum pro altero ſcripſiſſe, ut apud Feſtum nominatur Catonis oratio *In diſſuaſione*, ne lex Bæbia derogaretur pro *ſuaſione.* Popma. Balliol. & Helmſt. vulgatam tuentur: *neque hoc mihi erui poteſt.* quæ cum ſit commodiſſima, ac firmetur optimo codice Mediceo, aliiſque quos Manutius conſuluit, non eſt cum Junio & Boſio ad conjecturam fingenda. Alter enim ex *ſuaderi*, *diſſuaderi*, alter *ſuadâ erui* forMandum eſſe non ſolum conjecerat, ſed uterque ſuas conjecturas ... Ciceronis verbis contextui editionum, quas adornarant, inſeruerat. Quod ferendum non eſt. Mihi ſtat nihil admittere, niſi quod aut librorum & editionum optimarum certa auctoritate, aut rationibus indubiis nititur. *Gravius.*

93. *Propter pœnam legis.*] Pœna erat, ut, quo quis in ſepulcrum plus inſumpſiſſet, quam neſcio quid quod lege concedebatur; tantundem populo daret. ſupra, ep. 34. *P. Manut.*

94. Po-

ut ſæpe locuti ſumus, commutationes dominorum reformido. in agro ubicumque fecero, mihi videor aſſequi poſſe ut 94 poſteritas habeat religionem. hæ meæ tibi ineptiæ (r fateor enim) ferendæ ſunt. s non habeo, ne me quidem ipſum, quicum tam audacter communicem, quàm te. ſi tibi res, ſi locus, ſi inſtitutum placet, lege, quæſo, legem, mihique eam mitte. ſi quid in mentem veniet, quo modo eam effugere poſſimus; utemur. Ad Brutum ſi quid ſcribes, niſi alienum putabis, objurgato eum, quòd in Cumano eſſe noluerit propter eam cauſam, quam tibi t dixit. cogitanti enim mihi, nihil tam videtur potuiſſe facere ruſticè. Et, ſi tibi placebit ſic agere de fano ut cœpimus, velim cohortere & exacuas Cluatium: nam, etiam ſi alio loco placebit, illius nobis operâ conſilioque utendum puto. Tu ad villam fortaſſe cras.

r fatebor *alii.*
s nam *alii.*
t *ita MSS.* *alii* dixi.

EPISTOLA XXXVII.

CICERO ATTICO S.

95 A Te heri duas epiſtolas accepi, alteram pridi[e] datam Hilaro, alteram eodem die tabellario[;]
96 accepique ab Ægypta v liberto eodem die, Piliam & At-

P. B.
v litteras *Lamb.*

94. *Poſteritas habeat religionem.*] Ut poſteri Fanum tanquam religioſum colant & venerentur. *Habere religionem* eſt religioſe colere, ut *Habere honorem* eſt honorare, honoribus proſequi. Plaut. Aulularia: *Ecquid majorem filius mihi honorem haberet.* Popma. In verbis præcedentibus pro vulgatis: *in agro ubicunque fecero, mihi videor aſſequi poſſe.* Ball. habet: *in agro ubicunque fecero, nihil videor aſſequi poſſe.* & ſenſus hanc lectionem poſtulare videtur. Se in agro, ubicunque fanum hoc conſtituat, non poſſe aſſequi, ut religionem habeat, quia crebro poſſeſſores mutant agri, qui locum profanant pro lubitu, tanquam ad ſe non pertineat hæc religio domeſtica aut gentilitia. Non iis quæ proxime præcedunt ſunt oppoſita, ſed ea explicant liquidius. Villæ enim ſunt utique in agris. *Gravius.*

95. *A te heri duas epiſtolas accepi.*] Verbum hoc, *accepi*, ſubditi[t]ium putat Lamb. & ſumendum infernè ἀπὸ κοινοῦ. ſed hanc ſuſpicionem refellit Tornæſ. in quo legitur, *accepique ab Ægypta liberto eodem die:* & ita edidit Boſius. Ceterùm pro *accepi* vulg. legitur *recepi.* Cleric.

96. *Accepique ab Ægypta litteras eodem die, &c.*] Antiqui codices, *ab Ægypta l. eodem die:* ut accuratius attentiusque videndum ſit,

Atticam planè bellè ſe habere. [x] hæ litteræ mihi redditæ ſunt tertiodecimo die. Quod mihi Bruti litteras, gratum. ad me quoque miſit. eam ipſam ad te epiſtolam miſi, & ad eam exemplum mearum litterarum. De fano, ſi nihil mihi hortorum invenis (qui quidem tibi inveniendi ſunt, ſi me tanti facis, quanti certè facis) valde probo 97 rationem tuam de Tuſculano. quamvis prudens ad cogitandum ſis, ſicut es, tamen, niſi magnæ curæ tibi eſſet, ut ego conſequerer id, quod magno opere vellem, numquam ea res tibi tam bellè in mentem venire potuiſſet. ſed neſcio quo pacto celebritatem requiro. itaque hortos mihi conficias neceſſe eſt. maxima eſt in Scapulæ celebritas; 98 propinquitas præterea ubi ſis, ne totum diem in [y] villam. quare, antequam diſcedis, Othonem, ſi Romæ eſt, convenias pervelim. ſi nihil erit, etſi tu meam ſtultitiam conſueſti ferre, eò tamen progrediar, [z] uti ſtomachere. Druſus enim certè vendere vult. 99 ſi ergo aliud erit, non mea

erit

x *quæ alii.*

y *ita Man.* *alii* villa.

z ut ut ſtom. *Jun.* ut mihi *alii.*

ſit, an *ab Ægypta liberto* legendum ſit: alibi enim *L. Libertum* ſignificat, ut *accepi* hîc, pro *audivi* poſitum ſit, ut paſſim invenitur apud hunc autorem, *Accepi* (ſcilicet) *Piliam & Atticam planè bellè ſe habere.* Nam quin Ægypta libertus fuerit dubium non eſt: ſequenti libro etiam ita eum appellat: inquit enim: *De Bruti adventu eram factus certior: attulerat enim ab eo Ægypta libertus litteras.* Poteſt tamen recepta etiam lectio ex antiqua ſcriptura elici. nam *l.* quoque litteras ſignificare, alibi animadvertimus. *Victor.*

97. *Rationem tuam de Tuſculano. quamvis prudens.*] Aliter diſtinguit vulg. *rationem tuam. De Tuſculano, quamvis prudens.* Cleric.

98. *Propinquitas, præterea.*] Sic legendum & diſtinguendum. Commendat enim hortos Scapulanos quòd celebres, propinqui Romæ, præterea ita parati ut in iis commode eſſe poſſis, nec ſit neceſſe totum diem in villa te includere. Infra de villis Silii & Druſi, *Non ſatis οἰκοδεσποτικὰ mihi videntur. quid enim ſedere totos dies in villa. Ubi ſis* dixit, ut Varro lib. IV. de Lingua Latina. *Oppidum ab ope dictum, quod munitur opis cauſâ ubi ſint.* Popma.

99. *Si ergo aliud emero, non erit mea culpa, niſi emero?*] Al. *emero*, ſine interrogatione, ut ita dicat, ſi aliud ſit paratum, quod emi poſſit, niſi emero, non erit mea culpa, qui cupio, ſed tua, qui non curas & ab hortis præſertim Druſi abhorreas ep. 33. h. l. *Corrad.* Excidit *nihil.* Scribendum: *Si ergo aliud nihil emero, non erit mea culpa, niſi emero?* Si ergo aliunde habere non poſſumus, an non ipſe mihi in mora ero, ſi ceſſavero? *J. F. Gronov.* Mihi videtur particula *non* excidiſſe ſuo loco, quam ubi

ſic

erit culpa, niſi emero: qua in re ne labar quæſo provide. providendi autem una ratio eſt, ſi quid de Scapulanis poſſumus. Et velim me certiorem facias, quàm diu in ſuburbano ſis futurus. Apud Terentiam gratiâ [a] opus eſt nobis tuâ [b] tuaque auctoritate. ſed facies, ut videbitur. ſcio enim, ſi quid mea interſit, tibi majori curæ ſolere eſſe quàm mihi. Hirtius ad me ſcripſit, Sex. Pompejum Cordubâ exiiſſe, & fugiſſe in Hiſpaniam citeriorem, Cnæum fugiſſe neſcio quò. neque enim curo. nihil præterea novi. litteras Narbone dedit XIIII. kal. Maj. Tu mihi de Caninii naufragio, quaſi dubia [c] miſiſti. ſcribas igitur, ſi quid erit certius. [1] Quòd me à mæſtitia avocas, multum levaris, ſi locum fano dederis. multa mihi εἰς ἀποθέωσιν in mentem veniunt. P. CXCIX. ſed loco valde opus eſt. quare [2] etiam Othonem vide.

a potius opus *Jun.*
b quam *Idem.*
c re miſ. *alii.*

EPISTOLA XXXVIII.

CICERO ATTICO S.

NON dubito, quin occupatiſſimus fueris, qui ad me nihil litterarum. ſed homo nequam, qui tuum commodum non exſpectarit, cùm ob eam unam cauſam miſſus eſſet. nunc quidem, niſi quid te tenuit, ſuſpicor [d] te eſſe in ſuburbano. at ego hîc, ſcribendo dies

d te non eſſe *in aliis.*

ſic repoſueris omnia erunt plana: *Si ergo aliud non erit, mea erat culpa, niſi emero.* Si nihil aliud fano ponendo invenire poſſumus, quàm hortos Druſianos, ſi eos ceſſatione mea patiamur nobis elabi, ut alius eos emat, mea erit culpa. *Gravius.*

1. *Quod me a mæſtitia avocas, multum levaris, ſi locum fano dederis.*] MS. *Quod me a mæſtitia avocas, multum ſi locum fano dederis.* Eſt ellipſis elegans ut lib. I. ep. II. *Junius.* In Balliol. & Helmſt. eodem modò hic locus ſcribitur ut in codice Palatino. niſi quod & in Ball. *vocas* ſit pro *avocas.* Verbum excidit, hinc alii ſubſtituerunt *levaris*, alii *proficies. Levaris* tamen retinui, quia id retinet Victorius, nulla facta mentione alius ſcripturæ ſui codicis antiquiſſimi, quam accurate ſolet annotare. nec Boſius monuit in ſuis membranis aliter exaratum fuiſſe. *Grævius.*

2. *Etiam Othonem vide.*] Etiam: quaſi, iterum: nam dixerat jam, *Othonem convenias pervelim.* iterum, inquit, te admoneo de Othone conveniendo. nam, *Vide*, valet conveni & alloquere. ut illud lib. IV. ep. 12. *Graviter ſe acturum cum Aquillio confirmavit. videbis ergo hominem.* Et lib. XII. ep. 14. *Septimium vide.* Et ibidem: *Appulejum prædiatorem videbis.* P. Manut.

3. *De-*

dies totos, nihil equidem levor, ſed tamen aberro. Aſinius [e] Pollio ad me ſcripſit de impuro noſtro cognato. quod Balbus minor nuper ſatis planè, 3 Dolabella obſcurè, hic apertiſſimè. ferrem graviter, ſi novæ [f] ægrimoniæ locus eſſet. ſed tamen [g] ecquid impurius? ὢ hominem cavendum! quamquam mihi quidem. ſed tenendus dolor eſt. Tu, quoniam neceſſe nihil eſt, ſic ſcribes aliquid, ſi vacabis. Quod putas oportere [h] pervideri jam animi mei firmitatem, graviuſque quoſdam ſcribis de me loqui; quàm aut te ſcribere, aut Brutum: ſi, qui me fractum eſſe animo & debilitatum putant, ſciant quid litterarum & cujus generis conficiam; credo, ſi modò homines ſint, exiſtiment me, ſive ita levatus ſim, ut animum vacuum ad res difficiles ſcribendas afferam, reprehendendum non eſſe; ſive hanc aberrationem à dolore delegerim, 4 quæ maxime liberaliſſima doctoque homine digniſſima laudari me etiam oportere. ſed, cùm ego faciam omnia, quæ facere poſſim ad me adjuvandum; tu [i] effice id, quod video

[e] Polio MS.
[f] acrimoniæ alii.
[g] quid imp. alii.
[h] alii provideri.
[i] efficies aut efficias MSS.

3. *Dolabella obſcure.*] Manifeſtum eſt, ſubintelligi verbum, *ſcripſit.* ſcripſit autem ex Hiſpania. nam ei bello interfuit; ut aperte indicat illud 11. Philippica: *Ter depugnavit Cæſar cum civibus, in Theſſalia, Africa, Hiſpania, omnibus his pugnis affuit Dolabella, in Hiſpanienſi etiam vulnus accepit.* Poſtea, cum in Italiam revertiſſet, coram de Quincti maledictis & injuriis cum Cicerone locus eſt. ep. 9. lib. XIII. *P. Manut.*

4. *Quæ maxime liberaliſſima*] Placeret ſi legeretur, *quæ maxime liberalis ſit.* Urſin. Valdè blanditur Lambini conjectura, quam & ſecutus eſt in ſua editione M. Brutus. Levis enim eſt transpoſitio unius voculæ. Sed tamen omnes quotquot ſunt codices repugnant: Nec deſunt exempla hujus locutionis apud alios ſcriptores. Ut ſuſpectus hic ſit locus, inquit Gerh. Voſſius, libro de Conſtructione cap. 17. negare tamen non poſſumus alios ſic loqui. Columellæ eſt lib. x. cap. 5. *Apis ſi ſævior, maxime peſſima eſt.* Agellius XIII, 15. *Hi ſunt vel maxime humaniſſimi.* Nec abludit hoc Maronis Æn. IV.

Ipſe ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe ſocium Æneas atque agmina jungit.

Aſſentior tamen Lambino, quamvis invitis libris nihil mutem. *Gravius.* Video exempla ad hanc loquutionem defendendam ab viris doctis multa congeri, ſed non multa ex Tullio: qui etiam mitius tractari debet ac poteſt, quàm tentavit Lambinus, quem ideo Boſius aliique recte non admiſerunt. Nam patet ſcripſiſſe *quæ maxime liberalis una doctoque homine digniſſima.* Gronov.

5. Hoc

video te non minùs quàm me laborare. 5 hoc mihi debere videor, neque levari poſſe, niſi ſolvero, aut videro me poſſe ſolvere, id eſt, locum, qualem volo, invenero. Heredes Scapulæ, ſi iſtos hortos, ut ſcribis, tibi Othonem dixiſſe, partibus quatuor factis, liceri cogitant: nihil eſt ſcilicet emptori loci. ſin venibunt, quid fieri poſſit, videbimus. nam ille locus [k] Publicianus, qui eſt Trebonii [l] & Cuſinii, erat ad me allatus, ſed ſcis aream eſſe. nullo pacto probo. Clodiæ ſane placent; ſed non puto eſſe venales. De Druſi hortis, quamvis ab iis abhorreas, ut ſcribis, tamen eò confugiam, niſi quid inveneris. ædificatio me non movet: nihil enim aliud ædificabo, niſi id, quod etiam, ſi illo non habuero. 6 κῦρος δ, ε, mihi ſic placuit, ut cetera Antiſthenis, hominis acuti magis quàm eruditi.

k *ita Boſ. alii* Publicanus. P. B.

l & Cuſ. *non eſt in MS.*

EPISTOLA XXXIX.

CICERO ATTICO S.

TABELLARIUS ad me cùm ſine litteris tuis veniſſet, exiſtimavi tibi eam cauſam non ſcribendi fuiſſe quò

5. *Hoc mihi debere videor.*] Videor fanum filiæ debere, neque poſſe liberari, niſi id, quod debeo, ſolvero. Idem ſupra, *Quodam voto quodam & promiſſo me teneri puto.* ep. 18. & 42. *P. Manut.*

6. Κύρσας *mihi ſic placuit, ut cetera Antiſthenis.*] Antiqua ſcriptura aliquanto eſt confuſior, non ita tamen deformata ut non ex ea vel κύριος vel κῦρος, parvâ omnino licentiâ, erui poſſit. Pertinet autem ea vox, niſi fallimur, ad inſequentem clauſulam: ſuperior enim perfecta eſt. Scripſit autem Antiſthenes duo volumina, quorum utrumque Cyrus appellabatur. Athenæus Δειπνοσ. lib. v. Ἀντισθένης δὲ ἑνθατέρῳ τῶν κύρων κακολογῶν Ἀλκιβιάδην καὶ παράνομον εἶναι λέγων καὶ εἰς γυναῖκας καὶ εἰς τὴν ἄλλην δίαιταν, &c. Præterea Laërtius in ejus vita, cum volumina ab eo ſcripta recenſeret: Τόμος τέταρτος ἐν ᾧ κῦρος, ἡρακλῆς μείζων, ἢ περὶ ἰσχύος. τόμος πέμπτος ἐν ᾧ κῦρος ἢ περὶ βασιλείας. Scripſimus autem κῦριος nullam aliam ob cauſam, niſi quòd non nihilo vetuſtis characteribus propinquior ſimiliorque illa vox hæc eſt: ſed etiam quia ſi κύρος tantùm ſcripſiſſet, dubium foret quem librum intelligeret, illum ne qui claudebatur quarto ſegmento, an illum qui de regno loquebatur, & in quinto contentus erat: eſt enim Κύριος libri itidem titulus ejuſdem autoris, eodem Laërtio teſte, qui in eodem catalogo librorum ait quit, Κύριος ἢ ἐρώμενος. *Victor.* Κύριος *mihi ſic placuit.*] Κῦρος eſt in manuſcripto, pro Κύριος, & melius, ut puto. *Urſin.* Κῦρος

δ,

quod pridie ſcripſiſſes ea ipſa, ad quæ reſcripſi hâc epiſtolâ. exſpectaram tamen aliquid de litteris Aſinii [m] Pollionis. ſed [n] nimiùm ex meo [o] otio tuum ſpecto. quamquam tibi remitto, niſi quid neceſſe erit, neceſſe ne habeas ſcribere, niſi eris valde otioſus. De tabellariis facerem quod ſuades, ſi eſſent ullæ neceſſariæ litteræ, ut erant olim, cùm brevioribus diebus, tamen quotidie reſpondebant tempori tabellarii; & erat aliquid, Silius, Druſus alia quædam. nunc, niſi Otho extitiſſet, [p] quod ſcriberemus non erat. idipſum dilatum eſt: tamen allevor, cùm loquor tecum abſens, & multo etiam magis, cùm tuas litteras lego. ſed quoniam & abes (ſic enim arbitror) & ſcribendi neceſſitas nulla eſt, conquieſcent litteræ, niſi quid novi extiterit.

m Pollionis MS. n nimirum alii. o otium alii. p quid alii.

EPISTOLA XL.

CICERO ATTICO S.

QUALIS futura ſit Cæſaris vituperatio contra laudationem meam perſpexi ex eo libro, quem Hirtius ad me miſit, in quo colligit vitia Catonis, ſed cum maximis laudibus meis. itaque miſi librum 7 ad Muſcam, ut tuis librariis daret. volo enim eum divulgari: [q] quod quo facilius fiat imperabis tuis. Συμβουλευτικὸν ſæpe conor: nihil reperio: 8 & quidem mecum habeo & Ἀριστοτέλους & Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον sed quid ſi-

q quoque fac. MS. P. CC

...; e mihi ſic placuit.] Tornæſ. KYRCAC: Decurt. KYROCAC, unde conjecit Boſius legendum, κῦρος δέ. Vict. legebat, κύριος mihi ſic placuit; quam lectionem ſequuta eſt vulgata editio. Urſinus autem melius putat κῦρος, quæ eſt antiqui libri ſcriptura. Boſii lectionem mſſ. Pal. probant, referente Junio. *Cleric.*

7. *Ad Muſcam.*] Neſcio quem Sempronium Muſcam appellat Val. Max. lib. VI. cap. I. & Liv. lib. LXV. *Corrad.*

8. *Et quidem mecum habeo &* Ἀριστοτέλους πρὸς Ἀλέξανδρον.] Aliud Græcum nomen, quod poſt Ἀριστοτέλους poni debebat, quia non intellexerant, olim omiſerant. Germani reddere id conati ſunt, quod tamen aſſequi non potuerunt: perperam enim θεώρημα, contaminatâ antiquâ ſcripturâ, repoſuerunt. Nos ex noſtris exemplaribus veram (ut putamus) lectionem eruimus, eam ſcilicet quam in noſtro impreſſo legis. Theopompus enim ſcripſit ſuaſiones ad Alexandrum, autore Athenæo lib. VI. Δειπνοσοφιστῶν· Θεόπομπος δὲ ὁ Χῖος ἐν ταῖς Ἀλεξάνδρου συμβουλαῖς περὶ Θεοκρίτου τῷ πολίτῃ λέγει ποιούμενος. Citat etiam eundem in epiſtola ſcripta

ſimile? illi, & quæ ipſis honeſta eſſent, ſcribebant, & grata Alexandro. ecquid tu ejusmodi reperis? mihi quidem nihil in mentem venit. Quod ſcribis te vereri, ne & gratia & auctoritas noſtra hoc meo mærore minuatur: ego, quid homines aut reprehendant, aut poſtulent, neſcio; ne doleam? qui [r] poteſt? ne jaceam? quis umquam minus? dum tua me domus levabat, quis à me exclusus? quis venit, qui [s] offenderetur? Aſturam ſum à te profectus. legere iſti læti, qui me reprehendunt, tam multa non poſſunt quàm ego ſcripſi. quàm bene nihil ad rem. ſed genus ſcribendi id fuit, quod nemo abjecto animo facere poſſet. 9 triginta dies in [t] hortis fui. quis aut congreſſum meum, aut facilitatem ſermonis deſideravit? 10 nunc ipſum, ea lego, ea ſcribo, ut ii, qui mecum ſint, difficiliùs otium ferant quàm ego laborem. ſi quis [v] requirit, cur Romæ non ſim: 11 quia diſceſſus eſt. cur non ſim in his meis præ-

r pot'eſt *MSS.*

s offenderet *MS.*

t horto *MS.*

v requirit à te cur, *MS. & alii.*

ſcripta ad Alexandrum libro XIII. Θεόπομπος δὲ ἐν τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπιστολῇ τὴν Ἁρπάλου διαβάλλων ἀκολασίαν φησίν. &c. *Victor.*

9. *Triginta dies in hortis fui.*] Romani veteres habuerunt hortorum ædificia voluptuaria, in quæ ſui colligendi & reficiendi cauſſa ſecedebant. Diætas Græco nomine vocabant. Hinc ſcribit Cicero, ſe, cum filiæ mortem lugeret, triginta dies in hortis Antianis fuiſſe. Suetonius Claudium abjecta ſpe dignitatis ad otium conceſſiſſe, modo in hortis & ſuburbano, modo in Campaniæ ſeceſſu delitescentem. Et Tacit. Thraſeam in hortis egiſſe, cum adveſperaſcente jam die Conſulis quæſtor ad eum miſſus. *Popma.*

10. *Non ipſum ea lego: ea ſcribo, &c.*] Antiqui codices, *nunc ipſum:* quæ vera & ingenua eſt lectio, id eſt hoc ipſo momento & puncto temporis. Utitur & alibi hac locutione Cicero, ut hoc ipſo in libro: *Nunc tamen ipſum ſine te eſſe non poſſum.* Et lib. etiam X. cum exponit ſermonem à ſe habitum cum Curione, *Quin nunc ipſum minime offendiſſes, ſi ejus cauſâ in Italia non fuiſſes.* Victor.

11. *Quia diſceſſus eſt.*] Diſcedebat enim Senatus XVI. Kal. Febr. uſque ad Kal. Febr. quibus diebus Senatus haberi non poterat per legem Pupiam, ac ne menſe quidem Februario. niſi perfectis aut rejectis legationibus, ad Lentulum ep. 4. & ad Q. Fratrem ep. 12. libro tertio. *Popma.* Balliol. *quia diſceſſus.* non male. Vereor enim ut ſimpliciter ſine ulla alia voce adjecta *diſceſſus*, accipiatur pro tempore, quo ſenatus diſcedendi habet poteſtatem. Recte *diſceſſus ſenatus* in epiſtola ad Appium. Et in libro I. ad Atticum: *ſummo diſceſſu bonorum.* Sed *diſceſſus eſt* dici pro tempus eſt diſceſſus Senatus, exemplum requiro. *quia diſceſſimus* eſt, quia libuit nobis diſcedere, & aliquamdiu in ſeceſſu agere. *Grævius.*

12. Hi-

prædiolis, quæ ſunt hujus temporis: quia frequentiam illam non facilè ferrem. ibi ſum igitur, ubi is, qui optimas Bajas habebat, quotannis hoc tempus conſumere ſolebat. cùm Romam venero, nec vultu, nec oratione reprehendar. [12] hilaritatem illam, quâ hanc triſtitiam temporum [x] condiebamus, in perpetuum amiſi. conſtantia & firmitas nec animi nec orationis requiretur. De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe, aliud tuâ gratiâ, aliud noſtrâ, [y] ut præconi ſubjiciantur. id niſi ſit excludemur. ſin ad tabulam venimus, vincemus facultates [13] Othonis noſtra cupiditate. Nam quod ad me de Lentulo ſcribis; non eſt in eo. Faberiana modò res certa ſit, tuque enitare; quod facis; quod volumus conſequemur. Quod quæris, quàm diu hîc; paucos dies. ſed certum non habeo. ſimul ac conſtituero ad te ſcribam: & tu ad me, quàm diu in ſuburbano [z] ſis futurus. quo die ego ad te hæc miſi, de Pilia & Attica mihi quoque eadem, quæ ſcribis, & ſcribuntur & nuntiantur.

[x] condiebam MS.

[y] aut præ. MS. P. B.

[z] ſis delent alii.

EPISTOLA XLI.

CICERO ATTICO S.

NIHIL erat, quod ſcriberem. ſcire tamen volebam, ubi eſſes; ſi abes, aut abfuturus es, quando rediturus eſſes. [a] facies igitur me certiorem. [14] Et; quod tu

[a] faciat alii.

12. *Hilaritatem.*] Id eſt illas facetias & urbanitatem, quæ omnes, qui mecum eſſent, jucundos reddebat & cogebat obliviſci turbarum in repub. graviumque ex bello civili caſuum. *condire* ita de Orat. 53. & in Oratore, 55. *J. F. Gronov.*

13. *Othonis.*] Scapulæ heredis, qui & ipſe ad hortorum emptionem animum adjecerat. Quamquam, inquit, locuples ſit Otho: tamen mea cupiditas efficiet, ut eum in auctione vincam. infra ep. 42. *De Othone, diffido, fortaſſe quia cupio: ſed tamen major etiam res eſt quàm facultates noſtra, præſertim adverſario & cupido, & locuplete, & herede.* & ep. 46. *Difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum herede.* & ep. 29. *Si Faberius nobis nomen illud explicat: noli quærere, quanti: Othonem vincas volo.* P. Manut.

14. *Et, quod tu ſcire volebas, lego quando ex hoc loco.*] Nos conjecturâ emendavimus *ego quando*, *&c.* exiſtimantes huic pronomini incommode L. litteram adcreviſſe: nam ex illa lectione nullus, niſi ineptus ſenſus, elicitur, ex noſtra verò egregius, ut nos arbitramur. Cum eum litteris interrogaſſet Atticus quando

tu ſcire volebas, ego quando ex hoc loco; poſtridie [b]idus Lanuvii conſtitui manere; inde poſtridie in Tuſculano, aut Romæ. utrum ſim facturus, eo ipſo die ſcies. [15] Seis, quàm ſit φιλαίτιον συμφορὰ; minimè [c]in te quidem: ſed tamen avidè ſum affectus de fano: [16] quod niſi, non dico, effectum erit, ſed fieri videro; au-

b iduum *alii.*

c vito quidem *alii.*

ex eo loco diſceſſurus eſſet: repetitis ejus ferè verbis, exponit diligenter ſuorum itinerum rationem, quod etiam non multo infrà bis repetit: quæ loca clariorem & certiorem hanc emendationem reddunt. primus eſt, *Ego me hinc poſtridie exiturum puto.* Alter autem hic, *Ego poſtridie Idus, ut ſcripſi ad te antè, Lanuvii manere conſtitui.* Paulò autem ſuprà apertiſſimè his verbis docet Atticum quæſiſſe à ſe quàm diu illic maneret: *Quòd quæris, quàm diu hic? paucos dies, ſed certum non habeo, &c.* Victor.

15. *Scis, quàm ſit φιλαίτιον συμφορὰ, minime vito quidem.*] Parum conſtans reperitur in manuſcriptis exemplaribus hæc lectio; nonnulli etiam *minima vita*, quod mendoſum prorſus eſt, legunt. eam igitur elegimus, quam in melioribus invenimus, & quæ nobis magis probata eſt. Hanc autem eſſe arbitramur ſententiam hujus loci, Ardebat Cicero deſiderio fani faciundi: mandaratque Attico, ut locum fano ſibi videret. Cum igitur hoc negotium lentè procederet, incipit longe, tanquam leviter accuſare ejus negligentiam, ut eum ad id magis exacueret ſtimularetque. Quòd ſi, inquiens, acciderit, ut eo etiam dolore impellar ut te culpem, nihil mirari debes: ſcis enim quàm ſit φιλαίτιον συμφορὰ, id eſt quàm facile de omnibus querantur, omneſque accuſent, qui in aliqua calamitate conſtituti ſunt. Quamvis enim συμφορὰ vocabulum ſit ἐκ τῶν μέσων (ſignificat enim & proſperam, & adverſam fortunam) tamen hoc loco miſeriam ſignificat. Non tamen, inquit, in te: adhuc enim te in nulla re accuſo: ſed tamen tam avidè ſum affectus de fano, ut tibi quoque non parſurus ſim, niſi fieri videro: ſed incurſabit in te dolor meus. & cetera quæ ipſe in hanc ſententiam infert. quamvis autem genera repugnent in Græcis verbis, tamen mendo vacant, ut intelligatur συμφορὰν uſitato dicendi modo rem & vitium quoddam eſſe, quòd cupidè reliquos culpet criminetur que, id eſt φιλαίτιον. Quo verbo utitur etiam in epiſtola quadam ad Appium, *Si autem naturâ es φιλαίτιος, illud non perficies, quominus tuâ cauſâ velim, &c.* Qui autem in aliquem acerbum caſum incidunt (quod acciderat Ciceroni) ab omnibus ſe deſtitutos putant; eaque alios in ſe committere exiſtiment, quia ſe negligant gravibus fortunæ injuriis perculſos, ideoque de illis ſæpe etiam ſine juſta cauſa queruntur. Niſi locus mancus eſt vel depravatus, hanc ex his verbis ſententiam elicimus. *Idem.*

16. *Quod niſi, non dico, effectum erit, ſed fieri videro.*] Trajectis verbis legendum putat Lipſius, *quod niſi, non dico fieri videro, ſed niſi effectum erit*, lib. IV. Antiq. Lect. cap. 19. *Cleric.*

17. *Niſi*

audebo hoc dicere (& tu, ut ſoles, accipies) incurſabit in te dolor meus, non jure ille quidem; ſed tamen feres hoc ipſum, quod ſcribo, ut omnia mea fers ac tuliſti. omnes tuas conſolationes unam hanc in rem velim conferas. ſi quæris, quid optem: primùm Scapulæ, deinde Clodiæ; poſtea, ſi Silius nolet; Druſus aget injuſtè; Cuſinii & Trebonii. puto [d] Terentium eſſe dominum, [e] Rebilum fuiſſe [f] certè ſcio. ſin autem tibi Tuſculanum placet, ut ſignificaſti quibuſdam litteris, tibi aſſentiar. hoc quidem utique perficies, ſi me levari vis; quem jam etiam graviùs accuſas, quàm patitur tua conſuetudo: ſed facis ſummo amore, & victus fortaſſe vitio meo: ſed tamen, ſi me levari vis, hæc eſt ſumma levatio: vel (ſi verum ſcire vis) una. Hirtii epiſtolam ſi legeris, quæ mihi quaſi πρόπλασμα videtur ejus vituperationis, quam Cæſar ſcripſit de Catone, facies me, quid tibi viſum ſit, ſi tibi erit commodum, certiorem. Redeo ad fanum. 17 niſi hac æſtate abſolutum erit, quam [g] vides integram reſtare, ſcelere me liberatum non putabo.

[d] tertium *MS.*
[e] Reblium *Lamb.*
[f] certo *alii.*
[g] rem vides *MS.*

Epistola XLII.

Cicero Attico S.

Nullum à te deſideravi diem litterarum. videbam enim quæ ſcribis: & tamen ſuſpicabar, vel potiùs intelligebam, nihil fuiſſe, quod ſcriberes. A. d. VI. id. verò & abeſſe te putabam & planè videbam nihil te habere. ego tamen ad te ferè quotidie mittam. malo enim fruſtra, quàm te non habere, cui des; ſi quid fortè ſit, quod putes me ſcire oportere. itaque accepi VI. id. litteras tuas inanes. quid enim habebas, quod ſcriberes? P. CCL.

h mſ

17. *Niſi hac æſtate abſolutum erit, quam rem vides integram reſtare.*] Veteres libri *rem* non habent: & ſanè vacat, vel potius conturbat omnem ſenſum: per *quam* enim æſtatem intelligimus, ut oſtendat ei Cicero nullam ſe exiguitatis temporis excuſationem habiturum, cum æſtas integra adhuc reſtet: ut ſatis ſpatii ille ad ædificandum, etiam ſi opus non urgeat, habiturus ſit. Paulò poſt, de hac ipſa ædificatione loquens, admonet item Atticum, ut videat ne æſtas effluat: Quin & in prima ſequentis libri epiſtola inquit, de hac re agens: *Cujus feſtinationem mihi tollis, quoniam de æſtate polliceris, vel potius recipis.* Victor.

 18. *Illud*

[h] mî tamen illud; quidquid erat, non moleſtum fuit; *nihil aliud*; ſcire me, [i] novi te nihil habere. [k] ſcripſiſti tamen neſcio quid de Clodia. ubi ergo ea eſt? aut quando ventura? placet mihi res ſic, ut ſecundùm Othonem nihil magis. ſed neque hanc vendituram puto. delectatur enim & copioſa eſt: & [18] illud alterum quàm ſit difficile te non fugit. ſed obſecro enitamur, [l] ut aliquid ad id, quod cupio, excogitemus. Ego me hinc poſtridie exiturum puto, ſed aut in Tuſculanum, aut domum; inde fortaſſe Arpinum. cùm certum ſciero, ſcribam ad te. Venerat mihi in mentem [m] monere te, ut id ipſum, quod facis, faceres. putabam enim commodiùs te idem iſtud domi agere poſſe, interpellatione ſublata.

h mihi *alii.*
i niſi novi *J. F. Gron.*
k ſcripſi *alii.*
l & *alii.*
m manere *MS. & alii.*

EPISTOLA XLIII.

CICERO ATTICO S.

EGo poſtridie idus, ut ſcripſi ad te ante, [n] Lanuvii manere conſtitui; inde aut Romæ, aut in Tuſculano. ſcies antè utrumque. [19] Quod ſiles rectè mî illam rem

n Lavinii *alii.*

18. *Illud alterum quam ſit difficile.*] Scapulanos hortos habere ſcis difficile eſſe. cur difficile? quòd & magni pretii res erat; & eorum hortorum quam partem Otho habebat, tantum aberat, ut vellet venderé, ut etiam a coheredibus reliquas partes emere cogitaret. difficile igitur erat Othonem in emptione vincere, qui & cupidus erat, & locuples, & heres ep. 43. & 45. *P. Manut.*

19. *Quod ſcies rectè in illam rem fore levamento.*] Hunc locum corruptiſſimum eſſe judicavi, ideoque notam ad eum adpoſui, quæ mendoſum indicaret. ſi quid tamen hoc opis adferrè illi poteſt, eam, quam in veteribus & probatioribus codicibus lectionem inveni, deſcripſi & recepi, parum quidem illam à vulgari diverſam, quæ tamen *in* præpoſitionem non habeat, pro qua Germani *mihi* ſcripſerunt: & parvis quibusdam aliis rebus cum illa diſcordet. ſed longe aliud eſt, quod totum hunc locum pervertit, nec intelligi ſinit. *Victor.* *Quod ſcies recte illam rem &c.*] Depravatus locus: neque ſcripti libri diſſentiunt ab impreſſis. quod ſi conjecturis locus eſſet, quas ego probare non ſoleo, niſi cum ad litteram admodum accedunt; legerem ſic: *Quod ſcribis, veri te, illam rem fore levamento: bene facis, quamquam id eſſet, mihi crede, perinde, ut exiſtimare tu non poſſes.* ut, *Illam rem*, famum intelligas: & verbum, *Eſſet*, referas ad dictionem *Levamento.* In epiſtola ad Pætum ſimiliter fere locutus eſt, cum inquit: *Gaudeo perſpectam tibi eſſe curam meam valetudinis tuæ: ſed mihi crede,*

rem fore levamento, bene facis; cùm id eſſet, mihi crede, perinde, ut [o] exiſtimare tu non [p] poſſes. res indicat, quanto opere id cupiam, cùm tibi audeam confiteri; quem id non ita valde probare [q] arbitrer. ſed ferendus tibi in hoc meus error: ferendus? immo verò etiam adjuvandus. De Othone, diffido, fortaſſe quia cupio. ſed tamen major etiam res eſt quàm facultates noſtræ, præſertim adverſario & cupido, & locuplete, & herede. proximum eſt, ut velim Clodiæ. [r] ſed ſi iſta minus confici poſſunt, effice quidvis. ego me majore religione, quàm quiſquam fuit ullius voti, obſtrictum puto. videbis etiam Trebonianos: etſi abſunt [s] domini. ſed, ut ad te heri ſcripſi, conſiderabis etiam de Tuſculano; ne æſtas effluat: quod certè non eſt committendum.

o æſtimare *alii.*
p potes *alii.*
q arbitrarer *alii.*
P. B.
r *alii non habent* ſed.
s Domitii *MS.*

EPISTOLA XLIV.

CICERO ATTICO S.

ET Hirtium aliquid ad te συμπαθῶς de me ſcripſiſſe facilè patior; (fecit enim humanè) & te ejus epiſtolam

crede, non, ut eſt reapſe, ex litteris perſpicere potuiſti. P. Manut. Hic locus integer exſtabat in Decurtato, unde vulgatam ſcripturam hoc modo correxi, *Quod ſiles recte mi illam rem fore levamento, bene facis.* Quod, inquit, non ſcribis, ſed taces illam fani ædificationem recte fore levamento dolori meo, bene facis; quia ſatis exiſtimare non poſſes, nedum oratione conſequi, quantum illa res hanc meam moleſtiam levatura eſſet. Ceterum veteres noſtri fere paſſim in his epiſtolis edunt, *quanto opere*, & *magno opere*, pro, *quantopere*, &, *magnopere.* itaque iis auctoribus ſcripſi, *quanto opere.* Boſius. *Quod ſiles, recte mihi*] Locus corruptus in omnibus libris vulgatis: ſed ita ut propoſui legendus & diſtinguendus eſt. Cum Cicero ſcripſiſſet ædificationem fani fore levamento dolori ſuo, Atticus reſpondere potuiſſet, Rectè, tibi magno levamento erit; ſed ſiluit: quod bene factum, inquit Cicero; cum plus illa res meam moleſtiam levatura ſit quàm tu exiſtimare poſſis. *Recte* reſpondebant, qui ſine injuria interrogantis aliquid reticebant, ut Donatus admonet ad illud Terentii Hecyra: *Quid tu igitur lacrumas. P. Recte, mater.* Popma. Recte quidem hunc locum reſtituit Boſius, ſed male interpretatur, ut & Popma. Senſus hic eſt: Quod diſſimulas apud eos, quibuſcum agis de hortis, conſilium meum, & me ex conſecrata Tullia levationem doloris petere, laudo: Nam tu ipſe, quàm hoc ita ſit, quàmque penitus ego imbiberim, judicare neſcis, qui nec ſentias, nec ſenſeris parem dolorem. *Gronov.*

jam ad me non miſiſſe, multo faciliùs. tu enim etiam humaniùs. Illius librum, quem ad me miſit de Catone, propterea volo divulgari à tuis, ut ex iſtorum vituperatione ſit illius major laudatio. Quod per Muſtellam agis, habes hominem valde idoneum, meique ſanè ſtudioſum jam inde [21] à Pontiano. perfice igitur aliquid. quid autem aliud, niſi, [22] ut aditus ſit emptori? quod per quemvis heredem poteſt effici. ſed Muſtellam id perfecturum, ſi rogaris, puto. Mihi verò & locum, quem opto, ad id, quod volumus, dederis, & præterea ἐγγήραμα. [t] Nam illa [v] Silii & Druſi non ſatis οἰκοδεσποτικὰ mihi videntur. quid enim ſedere totos dies in villa iſta? igitur malim primùm Othonis, deinde Clodiæ. ſi nihil fiet, aut [23] Druſo ludus eſt ſuggerendus, aut utendum Tuſculano. [x] Quod domi te incluſiſti, ratione feciſti. ſed quæſo confice, & te vacuum redde nobis. Ego hinc, ut ſcripſi antea, poſtridie id. Lanuvium, deinde poſtridie in Tuſculano. [24] contudi enim animum, & fortaſſe vici, ſi modò per-

t Nam *deeſt in MS.*

v & Silii *MS.*

x Qui domi *alii.*

20. *Domini.*] Unum dominum nominat infra, in ep. 40. ſed hic numero multitudinis uſus eſt; quia, dominus quisnam eſſet, ignorabat, ut ep. 41. *P. Manut.*

21. *A Pontiano.*] A quo tempore ejus amicum, vel affinem defendi Pontianum. *Idem.*

22. *Ut aditus ſit emptori.*] Ut in auctione veneant. nam ad emptionem aditus eſt omnibus, cum quid per præconem venditur. verebatur autem, ne coheredes ipſi inter ſe licerentur, omnibus excluſis. ſupra ep. 37. *Heredes*, inquit, *Scapulæ ſi iſtos hortos liceri cogitant; nihil eſt ſcilicet emptori loci. ſin venibunt; quid fieri poſſit videbimus.* & ep. 41. *De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe, ut præconi ſubjiciantur. id niſi ſit, excludemur. ſin ad tabulam venimus, vincemus facultates Othonis noſtra cupiditate.* Idem.

23. *Druſo ludus eſt ſuggerendus.*] Aliquod malitiæ genus eſt excogitandum, ut ſuos nobis hortos Druſus vendat æquiore pretio. pro hortis ſuis iniqua poſtulabat Druſus. quod indicare videtur illud: *Si Silius nolet, Druſus aget injuſte*, ep. 40. & quoniam, venditorem artificio decipere cum volumus, aliquem ſubornamus, qui pretium non niſi minimum promittat, ut ille ſua ſpe dejectus ad æquiora deſcendat, & nobiſcum tranſigat multo minoris, quàm quanti prius dixerat; aut hoc, aut quippiam hujus generis ſignificat, cum dicit, Druſo ludus eſt ſuggerendus. *Idem.*

24. *Contudi enim animum.*] Ita, ut ire poſſim in Tuſculanum ep. ſeq. *Corrad.* Plaut. Trinum. II, 2.

permanſero. ſcies igitur fortaſſe cras, ſummùm perendie. Sed quid eſt quæſo? [25] Philotimus nec arctim Pompejum teneri, (qua de re litterarum ad Clodium Patavinum miſſarum exemplum mihi Oppius & Balbus miſerant, ſe id factum arbitrari) bellumque narrat reliquum ſatis magnum. [26] ſolet omnino eſſe Fulviniaſter. ſed tamen, ſi quid habes. volo etiam de naufragio y Caniniano ſcire, quid ſit. P. CCII.

y Gabiano MS.

EPISTOLA XLV.

CICERO ATTICO S.

EGo hîc [27] duo magna συντάγματα abſolvi. nullo enim alio modo à miſeria quaſi aberrare poſſum. tu mihi, etiam ſi nihil erit, quod ſcribas, quod fore ita video; tamen idipſum ſcribas velim, te nihil habuiſſe, quod ſcriberes, dum modò ne his verbis. De Attica optimè. Ἀκηδία tua me movet: etſi ſcribis nihil eſſe. In

Si animus hominem perculit (ſic recte legit Lambinus) *actum eſt, animo ſervibit non ſibi;*
Sin ipſe animum perculit, dum vivit, victor victorum cluet.
Idem Caſin. II, 3.
Jam devuiſti animum potius, ut quod vir velit
Fieri, id facias quam adverſere contra.
J.F.Gronov. Sic & *frangere animum* apud Juſtin. lib. I. *animum minacem dumtaxat in illo fregit.* Grævius.

25. *Philotimus nec arctim Pompejum teneri.*] Vulg. libri, *nec Cartini*; ſed *Cartinum* ubi ſit non facilius opinatur Boſius, quis inveniat quàm Ariſtophanis νεφελοκοκκυγίας. Legit igitur ex Decurtato, *nec arctim.* Lamb. ſequutus Manut. conjecturam, *Philotimus nec Carteia Pompejum teneri*, legit: ſed ex codice Torn. in quo eſt, *nec Cartani*, conjiciebat Turnebus, *Philotimus negat Cn. Pompejum &c.* ſi quid verò ſit præterea mutandum, Lambinus ſcribi vellet, *Philotimus negat Carteja Cn. Pompejum teneri.* Cleric.

26. *Solet omnino eſſe Fulviaſter.*] *Fulviniaſter* Faërnus, neſcio quâ conjecturâ ductus. *Urſin.* *Eſſe Fulviniaſter.*] Alii *Fulviaſter*, id eſt, Fulvio ſimilis & mendax pro Pompejo. Ego malim *Fulminaſter*, quaſi mittens fulmina, & magna atque terribilia loquens. *Popma.* Fortaſſe legendum ψευδομάρτυρ, falſus teſtis, ut ſupra X, 9. *J. F. Gronov.* P. Victor. S. Boſ. edd. Balliol. MS. *Fulviniaſter.* Helmſt. *Fulvinaſter.* P. Manut. Mich. Brut. & aliæ edd. *Fulviaſter.* quod, niſi MSS. adverſarentur, magis probarem. *Grævius.*

27. *Duo magna συντάγματα.*] Duos libros Academicos, & quinque de Finibus: quæ ſcripſit Cæſare in Hiſpania bellum gerente contra Pompeji liberos. *P. Manut.*

In Tuſculano eo commodiùs ero, quòd & crebriùs tuas litteras accipiam, & te ipſum nonnumquam videbo. nam [z] ceteroqui [28] ἀνεκτότερα erant Aſturæ: [29] nec hæc, quæ [a] refricant, hîc me magis angunt. [30] etſi tamen, ubicumque ſum, illa ſunt mecum. [31] De Cæſare vicino ſcripſeram ad te, quia cognôram ex tuis litteris. [32] eum σύνναον Quirino malo quàm Saluti. Tu vero

cetera quidem *MS. & alii.*
a me refr. h. magis *alii.*

28. Ἀνεκτότερα.] Dolor ex interitu filiæ tolerabilior Aſturæ, quàm in Tuſculano. Ut etiam ep. 26. lib. XIII. *Locum habeo nullum, ubi facilius eſſe poſſim, quàm Aſtura.* P. Manut.

29. *Nec hæc.*] *Nunc hæc* legi fortaſſe poſſit: vel potius totus locus ita corrigendus videtur: *nam cetera quidem ἀνεκτότερα erant Aſturæ, hæc quæ refricant, hic me magis angunt, & tamen; ubicunque ſum, illa ſunt mecum:* & ſic ſenſus eſt facilis. *Corrad.* *Nec hæc quæ refricant.*] Nempe erant Aſturæ, quæ me angerent. Sic diſtinguendum. *Junius.* Rejicit Manutius hanc emendationem Corradi, quia ſcripſerit hæc Cicero Aſturæ, non in Tuſculano, propter illud: *Ego hic duo magna συντάγματα abſolvi.* Sed videtur obſtare τὸ *magis.* Itaque malim legere: *Nunc hæc, quæ refricant, hic me magis angent.* Hæc quæ me admonent poſtremorum Tulliæ hic in Tuſculano, vel loco, cujus proxime mentionem feci, me magis infeſtabunt cum ibi ero. *Gravius.*

30. *Etſi tamen.*] Pro Quàmquam Cicero dixit *Tamen etſi* in epiſtola ad Plancium: *Sed tamen etſi antea ſcripſi, quæ exiſtimavi ſcribi oportere; tamen hoc tempore breviter commonendum putavi, ut quo periculo te proprio exiſtimares eſſe.* Quod ſi, *Tamen etſi*, pro *tametſi* ponitur: cur, *Etſi tamen*, rejiciamus? præſertim cum idem Cicero &, *Etiam ſi*, dixerit &, *Si etiam*, eodem ſenſu: ut in oratione de Haruſpicum Reſponſis: *Cujus ſi etiam vim & gravitatem illam ſingularem ac pæne divinam aſſequi poſſes: tamen non dubito, quin ea tela &c.* explano igitur, *etſi tamen*, *tamen etſi*; vel, quod uſitatius eſt, *tametſi.* P. Manut.

31. *De Cæſare vicino &c.*] In colle Quirinali & Quirini templum erat, & Salutis ædes, Salutis augurium dicta. cum autem in Quirini templo ſtatua Cæſaris poſita eſſet, cum hac inſcriptione, Θεῷ ἀνικήτῳ, ut ſcribit Dio lib. XLIII. facetè ominatur Cicero & ait, *eum σύνναον Quirini malo quàm Salutis:* id eſt, Salutis in templo Cæſarem eſſe nolo, ut ſcilicet ſervari ne poſſit; in Quirini volo, ob tyrannidem, quemadmodum ille, crudeliter a civibus occidatur. *Vicino* autem intelligit Attici. & paullo poſt per jocum, *Domum*, inquit, *tuam pluris video futuram vicino Cæſare.* Domum enim Atticus habebat in colle Quirinali, ab avunculo hereditate relictam, ut in ipſius vita Nepos tradit: & habebat prope Quirini templum, ut in primo de Legibus ſcriptum eſt: & P. Victor in VI. regione ſtatim poſt templum Quirini collocat ædes Attici, eademque in regione Salutis ædem ſtatuit in colle Quirinali. unde illud ep. I. lib. IV. *Tuæ vicinæ Salutis.* Idem.

32. *Eum . . . Quirini malo quàm Salutis.*] Diu hic inane manſit ſpatium unius dictionis. Germani id explere conati ſunt: nec tamen

ro pervulga Hirtium.. id enim ipſum putaram, quod ſcribis; ut, cùm ingenium amici noſtri probaretur, ὑπόθεσις vituperandi Catonis irrideretur.

EPISTOLA XLVI.

CICERO ATTICO S.

VIncam, opinor, animum, [b] & Lanuvio pergam in Tuſculanum. aut enim mihi in perpetuum fundo illo

b & deeſt in aliis.

men veterem ſcripturam intellexerunt. Videntur autem ferè quos & nos characteres in vetuſto ſuo exemplari repperiſſe. In noſtro antiquiore *eunnaon* erat, primâ tantum litterâ aliquantulum inquinatâ: σύνναον enim arbitramur legi debere. σύνναος autem aliquis alicujus dicitur, qui in eodem cum illo templo colitur. Syneſius in epiſtola quadam ad Nicandrum appellat *Poëticem Philoſophiæ* σύνναον, quaſi contubernalem: ut ipſe Cicero lib. XIII. cum hanc vocem Latinè exprimere vellet, dicit (eandem enim rem tractat) *Quid tu hunc de pompa, Quirini conturbernalem, his noſtris moderatis epiſtolis lætaturum ſperas? intelligit enim Cæſarem.* Quantum autem ad hiſtoriam, quæ totam hanc rem aperiet, traditum eſt nobis Romanos Cæſaris dictatoris imaginem in templo Quirini dedicaſſe, quæ *Deo invicto* inſcriptum habebat: quod nunc Cicero breviter tangit. Dion, Καὶ τότε μὲν ἀνδριάντα αὐτοῦ ἐλεφάντινον, ὕστερον δὲ καὶ ἅρμα ὅλον ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις μετὰ τῶν θείων ἀγαλμάτων πέμπεσθαι ἔγνωσαν: ἄλλην τέ τινα εἰκόνα ἐς τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν, θεῷ ἀνικήτῳ ἐπιγράψαντες καὶ ἄλλην ἐς τὸ Καπιτώλιον παρὰ τοὺς βασιλεύσαντάς ποτε ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνέθεσαν. Domum autem Attici ſcimus fuiſſe in colle Quirinali, quem P. Victor conſtituit in VI. urbis regione: eam autem ille ſtatim poſt templum Quirini collocat. *Quirino* pro *Quirini* in noſtro codice culpâ impreſſorum ſcriptum eſt. *Victorius.* Genitivum caſum probant hic alii: ſed dativum habent libri manuſcripti, quem veteres autores tribuunt nominibus cognàtionis & affinitatis, ut Salluſt. lib. I. Hiſtoriarum, *Liberis ejus avunculus erat*, & lib. V. *Uxori ejus frater erat.* Hunc autem locum ſic explicavi in Notis ad Varronem lib. IV. De Lingua Latina, Cum habitaret Atticus in colle Quirinali haud procul templo Salutis, ibidemque Cæſar Quirini ſtatuam haberet, feſtive dicit ſe malle illum contubernalem eſſe Quirini quàm Salutis, ut ſcilicet ob tyrannidem potius occidatur a ſuis civibus, quemadmodum Romulus, quàm ut a Salute ſervetur. *Popma.* *Eum σύνναον Quirino*] Id eſt, Quod ſcripſi ædibus tuis pretium acceſſiſſe, poſtquam migravit in viciniam veſtram Cæſar, venit in mentem mihi, quia tu ad me ſcripſeras Cæſari in templo Quirini poſitam ſtatuam cum inſcriptione: DEO INVICTO (ut teſtatur Dio lib. XLIII. Θεῷ ἀνικήτῳ) atque adeo contubernalem eum Deo noſtro patrio factum. Idque malo, &

 eum

illo carendum eſt: (nam dolor idem manebit. 33 tantùm mediocrius) aut neſcio quid interſit, utrùm illuc nunc veniam, an ad decem annos. neque enim iſta major admonitio, quàm quibus aſſiduè conficior & dies & noctes. quid ergo? inquies: nihil litteræ? in hac quidem re vereor ne etiam contra. nam eſſem fortaſſe durior. ἔξεςω 34 enim animo nihil agreſte, nihil inhumanum eſt.

EPI-

cum in cælo cum Romulo *ferventia rapa vorare* (quod verbum eſt Senecæ in Ludo de Morte Claudii) quam cum Salute Dea habitare. Id eſt periiſſe inſtar Romuli, quàm ſalvum eſſe. Erant autem in colle Quirinali & Attici domus, & templum Quirini, & Salutis ædes. ſup. lib. IV. ep. I. *J. F. Gronov.*

33. *Tantummodo ocius*, &c.] Quis non videat hunc locum perturbatum eſſe? quare nos etiam ut mendoſum eum notavimus: ſolùm (quod à melioribus exemplaribus accepimus) *ottius* ex (ocius) variavimus, ſi forte id aliqua ratione (licet non minus inquinatum videatur) poſſet ad veram lectionem eruendam aliquid opis adferre. Quærendum autem. cur ſibi nunc, poſtquam vicit animum, facilius putet eſſe in Tuſculanum accedere: nam non multo antè cum illuc ſe proficiſci velle dixiſſet, ſubjunxit, *Contudi enim animum, & fortaſſe vici: ſi modo permanſero.* An quòd ibi aliquid eſſet, quod illi memoriam ſui doloris renovaret? niſi conjecturâ fallor, aliquid erat quod ad Tulliolæ obitum pertinebat. Suſpicarer eam ibi diem ſuum obiiſſe, niſi ſcirem Plutarchum hoc de ipſa dicere, ἀπέθανε τίκτουσα παρὰ λέντλῳ: & Aſconium etiam tradere, eam apud ſecundum virum mortuam eſſe ex partu. Verum hi optimi autores fortaſſe intelligere voluerunt (quod verum eſt) eam quo tempore obiit, in conjugio Dolabellæ fuiſſe: nam & alium conjugem habuit (ut ambo illi crediderunt) Piſonem, & fortaſſe duos, ut ex plurimis Ciceronis locis videtur colligi & affirmari poſſe. Neque de loco intellexerunt, ut non repugnet, quin credi poſſit, eam in Tuſculano patris degentem morte correptam fuiſſe, præſertim cum peregrè vir eſſet: eo enim tempore Dolabella in Hiſpania cum Cæſare, adverſus Cn. Pompeji liberos bellum gerente, erat. Neque tamen hoc affirmo: ſed cum cogitarem quid eſſe potuerit, quod ei vulnus ſui doloris refricaturum eſſet, ſi eò proficiſceretur: nil aliud mihi occurrit, & hoc valde quadrare viſum eſt. Hæc enim præcipue res dolorem renovare poterat, quæ eum in maximo mœrore & luctu tenuerat: verum eruditiores hoc diligentius inveſtigabunt. *Victorius.* In margine Lambinianæ notatur in veteri codice eſſe *tantummodo modeſtius:* quem ſi bonæ notæ fuiſſe haberem exploratum, aliis omnibus lectionibus longe præferrem. ſic in I. de Finibus dixit: *modeſtè ferre injurias fortunæ: Et ipſius fortunæ*, inquit, *modeſtè ferre doceat injurias.* Sic contra *amo immodeſtè*, hoc eſt, immoderatè apud Plautum Pœnul. lib. I. & *immodeſtæ largitiones* apud Senecam in Controv. pro immodicis. *Gravius.*

34. *Iſta*

EPISTOLA XLVII.

CICERO ATTICO S. P. L.

[35] TU igitur, ut ſcripſiſti; nec id incommodo tuo. [36] vel binæ enim [c] poterunt litteræ. occurram etiam, ſi neceſſe erit. ergo id quidem, ut poteris. De Muſtella, ut ſcribis: etſi magnum opus eſt. eo magis delabor ad Clodiam. quamquam in utroque Faberianum nomen explorandum eſt: de quo, nihil nocuerit, ſi aliquid cum Balbo eris locutus; & quidem, ut res eſt, emere nos velle, nec poſſe ſine iſto nomine, [37] nec audere re incerta. ſed quando Clodia Romæ futura eſt, & [38] [d] quia tanti rem æſtimas, eo prorſus [e] ſpecto; non quin illud malim; ſed & magna res eſt, &

[c] poterunt *alii*.
[d] quanti rem *alii*.
[e] exſpecto *alii*.

34. *Iſto enim animo nihil agreſte, nihil inhumanum eſt.*] Veteres libri *exto*. Nobis (exculto) viſum eſt ſcribere: nam vulgatam lectionem omnino depravatam eſſe exiſtimamus: ex antiquisque veſtigiis non incommodè, ut caſtigavimus, poſſe legi arbitrati ſumus: ut media ſyllaba negligenter à librario omiſſa ſit. Cujus generis errores frequenter eos committere ſolitos ſciunt, qui in priſcis monimentis inſpiciundis aliquid operæ poſuerunt. *Excolere autem ingenium & animum diſciplinis* apud Ciceronem non ſemel legitur: ut in oratione etiam pro Archia dixit: *Niſi animos noſtros doctrinâ excolamus.* Victor.

35. *Tu igitur.*] Subaudi, ad me venies. *P. Manut.*

36. *Vel binæ.*] Prius quàm ad me venias, vel binas uterque dare litteras poterimus. *Idem.*

37. *Nec audere re incerta.*] Prior editio Victorii: *nec audere incerta.* Poſtrema: *nec audere re incerta.* Utraque lectio poteſt fieri. Ex exemplis noſtris nihil explorati elicere potuimus utra ſit præferenda ſcripturà. Balliol. *Nec audirem incerta.* Helmſt. *nec audiret incerta.* Mallem tamen *audere incerta*, ut *capitalia auſi* apud Liv. lib. XXVI. *& auſi fraudem capitalem* apud eundem lib. XXIII. Solent enim facilius illa interpolare, quæ a conſuetudine vulgi ſunt alieniora. *Gravius.*

38. *Quia tanti rem æſtimas.*] Hic aliquis exponeret: quia ſcribis, Clodiæ tibi hortos valde probari. ego malo ſic: quia ſcribis, Clodiæ hortos multo minoris eſſe quàm Scapulæ: adductus in hanc ſententiam ab ipſo Cicerone, qui ſe ipſe interpretatur ep. 29. lib. XIII. *A Clodia*, inquit, *ſperare videor ob eam cauſſam, quòd & multo minoris ſunt, & Dolabellæ nomen jam expeditum videtur.* Ad relativum, *Tanti*, numquid poteſt ad parvitatem referri? poteſt: & exemplum eſt ep. 38. interpretatione noſtra ſatis illuſtratum. *P. Manut.*

39. *Sen-*

& difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum herede: etſi de cupiditate nemini concedam: ceteris rebus inferiores ſumus. ſed hæc coram. Hirtii librum, ut facis, divulga. De Philotimo idem & ego [f]arbitrabar. Domum tuam pluris video futuram vicino Cæſare. Tabellarium meum hodie [g]exſpectamus. nos de Pilia & Attica certiores faciet.

[f] arbitror *alii & MS.*
[g] exſpectavi. is nos *MS.*

EPISTOLA XLVIII.

CICERO ATTICO S.

DOMI te libenter eſſe facilè credo. ſed velim ſcire, quid tibi reſtet, aut jamne confeceris. ego te in Tuſculano exſpecto, eoque magis, quòd Tironi ſtatim te venturum ſcripſiſti & addidiſti, te putare opus eſſe, [39]ſentiebam omnino, quantum mihi præſens prodeſſes; ſed multo magis poſt diſceſſum tuum ſentio. quamobrem, ut ante ad te ſcripſi, aut ego ad te totus, aut tu ad me, [40]quod licebit.

EPISTOLA XLIX.

CICERO ATTICO S.

HERI, non multo poſt quàm tu à me diſceſſiſti, puto, quidam [41]urbani, ut videbantur, ad me manda-

39. *Sentiebam omnino.*] Videtur quidem hic dividenda epiſtola, quod Atticus eodem pene loco dicatur in Tuſculano exſpectari, & ex Tuſculano diſceſſiſſe: ſed quia paulo poſt diviſam in aliis libris invenimus, & Atticus his temporibus in Tuſculanum iviſſe frequenter videtur ita, ut ante diſceſſiſſe, & iterum exſpectari dici poſſit, eam diviſionem ſumus ſecuti. *Corrad.*

40. *Quod licebit.*] In quibusdam antiquis eſt, *quot licebit:* in aliis, *quod licebit*, quod ſincerius puto. *Quod*, hic ſignificat, *quoad*. Terentius, *munus noſtrum ornato quod potes:* & alio loco, *iſtum æmulum, quod poteris, ab ea pellito.* Ergo, *quod licebit*, eſt, *quoad licebit*, id eſt, quam maximo tuorum comitatu venire ad me poteris. nam quoad ſæpe quantitatem notat. Idem Cicero hoc libro, *quoad poſſunt adduci, ut jacturam faciant.* Boſius. Recte Boſius. Sic in ep. 1. lib. 1. ad Fam. *quod commodo tuo facere poteris.* ubi vide noſtras notas. *Grævius.*

41. *Urbani.*] Ambiguum dicamne homines ex urbe, an joculares & deriſores. Suet. Jul. xx. *Ut nonnulli urbanorum, cum quid*

per

data & litteras attulerunt 42 à C. Mario C. F. C. N. multis verbis agere mecum per cognationem, quæ mihi ſecum eſſet, per eum Marium, quem ſcripſiſſem, per eloquentiam 43 L. Craſſi, avi ſui, ut ſe defenderem: cauſamque ſuam mihi perſcripſit. reſcripſi patrono illi nihil opus eſſe, quoniam Cæſaris, propinqui ejus, omnis poteſtas eſſet, viri optimi & hominis liberaliſſimi: me tamen ei fauturum. O tempora! fore, 44 cùm dubitet Curtius conſulatum petere? Sed hæc hactenus. De Tirone mihi curæ eſt. ſed jam ſciam, quid agat. heri enim miſi, qui videret: cui etiam ad te litteras dedi. Epiſtolam ad [h] Cæſarem tibi miſi. horti quam in diem proſcripti ſint velim ad me ſcribas. P. CCIII.

[h] Ciceronem *alii*.

EPISTOLA L.

CICERO ATTICO S.

UT me levarat tuus adventus, ſic diſceſſus afflixit. quare cùm poteris, id eſt; cùm [i] Sexti auctioni ope-

[i] *alii* Seſtii.

per jocum teſtandi gratiâ ſignarent, non Cæſare & Bibulo, ſed Julio & Cæſare Coſſ. actum ſcriberent. Id. Veſpaſ. x. *Unde quidam urbanorum non infacetè: ſiquidem petenti ut & in ſe aliquid diceret, dicam, inquit, cum ventrem exonerare deſieris.* Gronov. quem vide lib. IV. de Pec. Vet. 9. *Grav.*

42. *A C. Mario C. F.*] Hic ſi fuiſſet C. Marii junioris filius, avum maternum habuiſſet L. Craſſum oratorem clariſſimum: ſi nepos C. Marii ſepties Conſulis, cognatione attigiſſet Ciceronem, cujus avus in matrimonio habuerat amitam Marii; ut eſt lib. III. De Legibus, & propinquus fuiſſet Cæſaris ex eo, quòd idem Marius uxorem habuerat Juliam Cæſaris amitam. Plutarch. & Suetonius. Sed fuit Pſeudo-Marius, & vero nomine Herophilus quidam medicus equarius: quem agnitum Cæſar extra Italiam relegaverat: deinde poſt mortem Cæſaris carceri impactus & necatus eſt, quòd de trucidando Senatu cogitaſſet; ep. 8. lib. XIV. Phil. I. Valerius Maximus libro nono cap. quinto decimo. *Popma.*

43. *L. Craſſi.*] L. Lucilii Craſſi, ſummi oratoris, cujus filiam è Mucia Cajus Marius ſepties conſulis filius uxorem habuit, Bruto 58. Et inde Cajus Marius ſenior Lucii Craſſi affinis, id eſt conſocer, vocatur pro Balbo 21. & I. de Orator. 15. & inde hic falſus Marius, L. Craſſi nepos, lib. XIV. ep. 8. *J. F. Gronov.*

44. *Cum dubitet Curtius.*] Quaſi incertum eſſet, poſſet nec ne Conſulatum petere. At Republicâ bene conſtitutâ non dubitaſſet, ſed pro certo & explorato habuiſſet, ſibi ad petitionem Conſulatûs nullum aditum patere. miſerrima igitur erant tempora; quibus

operam dederis, reviſes nos. 45 vel unus dies mihi erit

k gravius *alii.* — utilis; quid dicam, [k] gratus? ipſe Romam venirem, ut unà eſſemus; ſi ſatis conſilium quadam de re haberem.

EPISTOLA LI.

CICERO ATTICO S.

TIRONEM habeo citiùs quàm verebar. venit etiam Nicias: & Valerium hodie audiebam eſſe venturum. quamvis multi ſint, magis tamen ero ſolus, quàm ſi unus eſſes. ſed exſpecto te, à Peduceo utique. tu autem ſignificas aliquid etiam ante. verùm id quidem, ut poteris. De Virgilio, ut ſcribis. hoc tamen velim ſcire, quando auctio. Epiſtolam ad Cæſarem mitti video tibi placere. quid quæris? 46 mihi quoque hoc idem maximè placuit, & eo magis, quòd nihil eſt in ea, niſi optimi civis; ſed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes πολιτικοὶ præcipiunt. ſed [l] ſcis ita nobis eſſe viſum, ut iſti ante legerent. tu igitur id curabis. ſed, niſi planè iis intelliges placere, [m] mittenda non eſt. id autem utrùm illi ſentiant, [n] anne ſimulent; tu intelliges. [n] mihi ſimulatio pro repudiatione fuerit. 47 τοῦτο δὲ μυῖα ὄσῃ. 48 De Cærellia quid tibi

l ſic nobis viſum *alii.*
m ſed mihi *alii.*
n ante, an *alii.*
P. B.

bus homines flagitioſiſſimi ſpem quandam haberent ſummorum honorum adipiſcendorum. nam qui dubitant, partim ſunt in ſpe, partim in metu. *Boſius.*

45. *Vel una dies mihi erit utilis, quid dicam gratius?*] Vulgata hæc eſt lectio, niſi fallor, inanis & frigida: vetuſtiores codices, *vel unus dies.* ex quo perſpicitur etiam *gratus* eſſe legendum: cum enim poſtulaſſet ab Attico ut ſe reviſeret, pronunciat illum non fruſtra eſſe venturum: parvum enim etiam temporis ſpatium ſibi utile futurum eſſe: nam quin gratum quoque futurum ſit non oportet dicere. utile autem, quia dolorem animique ſui ægritudinem levabit. *Victor.*

46. *Mihi quoque hoc idem.*] Apud quosdam receptam lectionem, *hodie*, pro, *hoc idem*, non improbat quidem Boſius, eam tamen ſequutus eſt quam referebat Decurtatus, quo auctore edidit, *hoc idem*; pronomen, *hoc*, deeſt in vulg. *Cleric.*

47. Τοῦτο δὲ γνώσῃ.] Ex noſtro probatiore codice μηλώσῃ potius quàm γνώσῃ eruimus: quod etiam Germanos ex priſco illo exemplari adnotaſſe credimus. μήλη autem inſtrumentum, quo chirurgi utuntur in vulnerum profunditate inveſtiganda: ex quo verbum for-

tibi placeret Tiro mihi narravit: debere, non eſſe dignitatis meæ: perſcriptionem tibi placere: 49 hoc metuere, alterum in metu non ponere. ſed & hæc & multa alia coram. ſuſtinenda tamen, ſi tibi videbitur, ſolutio eſt nominis Cærelliani; dum & de ° Metone, & de Faberio ſciamus. ° *alii* Metione.

EPISTOLA LII.

CICERO ATTICO S.

L. TULLIUM Montanum noſti, qui cum Cicerone profectus eſt. ab ejus ſororis viro litteras accepi, Montanum Planco debere, quòd præs pro Flaminio ſit, H-S. XXV. de ea re neſcio quid te à Montano rogatum. ſanè velim, ſive Plancus eſt rogandus, ſive

qua

formatum eſt, quod perſcrutari & attentè inquirere ſignificat. Quare hujus lectionis hæc ſententia erit, hoc autem diligenter inveſtigabis. *Victorius.* Vulgatam lectionem ſervo, ad quam accedunt MSS. mei. Μήλη Græcis appellatur ſpecillum chirurgicum: ex ea verbum μηλῦσθαι per tralationem eſt ὡς κατὰ μήλην ἐξακριβῶσαι, tamquam ſpecillo rimari & contari omnia, ut chirurgi in ulceribus ſolent. Cum itaque de illis Cæſaris aſſeclis & amicis dixiſſet Tullius, *Id utrum illi ſentiant, an vero ſimulent, tu intelliges*, jam accurationem in perveſtigandis & odorandis ſagaciter illorum animis mandat hac locutione, τῦτο δὲ μηλώσῃ. Proverbialis formula. *Junius.* Veteres Boſ. mſſ. TOYTO ΔΕ MYIΛOCH, quod ita correxit & diſtinxit, τῦτο δὲ μυῖα ὅσῃ? vulg. τῦτο δὲ μηλώσῃ; quod ex veteris ſcripturæ veſtigiis conjecerat Victorius pro, τῦτο δὲ γνώσῃ, quod antea legebatur: vulgatam lectionem ſequitur Junius. at Dauſqueius legit; τῦτο δὲ μοι μελήσει. hoc mihi curæ futurum eſt. aut: τῦτο δὲ μ' ἠλώσῃ. *clavum injiciet*, ſeu, rebus meis moram atque impedimentum. *Cleric.*

48. *De Cærellia.*] Ep. 72. lib. XIII. Fam. hanc a Cicerone ſene amatam criminatur Q. Fuſius Calenus apud Dionem lib. XLVI. nec Quintil. lib. VI. cap. 4. & Auſonius in Centone nuptiali negant. Κιρελλίαν ſcribit Dion. hæc etiam ſtudio philoſophiæ flagrabat ep. 21. lib. XIII. *Corrad.*

49. *Hoc metuere, alterum in metu non ponere.*] Verſus hic eſt ſæpius à Cicerone pronunciatus: autorem autem ignoramus. Eundem adducit in penultima XIV. libri epiſtola, & in Topicis ad Trebatium: quo loco exemplum ponit enthymematis, quod conſtat ex contrariis. *Victor.* Tò *hoc* refertur ad remotius, id eſt, ab illo nempe debendo, te abhorrere: *hoc* nempe ut ei perſcribatur, ſatis commode fieri poſſe putare. Vide lib. III. Obſerv. cap. 16. p. 576. *J. F. Gronov.*

50. *Utrum*

qua re potes illum juvare, juves. pertinet ad noſtrum officium. ſi res tibi fortè notior eſt quàm mihi, aut ſi Plancum rogandum putas, ſcribas ad me velim, ut quid rei ſit, & quid rogandum, ſciam. De epiſtola ad Cæſarem quid egeris exſpecto. De Silio non ita ſa nè laboro. p tu mî aut Scapulanos aut Clodianos effi cias, neceſſe eſt. ſed neſcio quid videris dubitare de Clodia, 50 utrùm, quando veniant, q an ſintne venales. Sed quid eſt, quod audio, 51 Spintherem feciſſe divortium? De lingua Latina ſecuri es animi, dices, 52 qui talia conſcribis; ἀπόγραφα ſunt: 53 minore labore fiunt verba tantùm affero, quibus abundo.

p tum aut MS.

q aut alii & MS.

EPI

50. *Vtrum quandò veneant: an ſintne venales.*] Nos, *quando veniat*, cum veteribus libris ſcripſimus: hancque putamus eſſe veram lectionem. nam antea de ea, ut quæ Româ abeſſet exſpectareturque, egerat; & ex hoc loco: *Scripſi tamen neſcio quid de Clodia: ubi ergo ea eſt, aut quando ventura? & illo etiam huic quem in manibus habemus, propinquiore, ſed quando Clodia Romæ futura eſt, & quanti rem æſtimas, eo prorſus exſpecto.* Victor.

51. *Spintherem feciſſe divortium.*] Ludit ex ambiguo Tullius, occaſione rei apud Rom. recens geſtæ. P. Cornelius Lentulus Spinther P. F. divortium cum uxore fecerat: hoc impudici & inverecundi homines in proverbium obſcœnum converterant, de quo hic Tullius: *quid eſt*, inquit, quid ſibi vult *quod audio* dictum *Spintherem feciſſe divortium?* Nempe Spinther, Σπινθὴρ, περόνη virilitatem, pudendum ſignificat: ex quo Spinthriæ apud Suetonium & Tacitum appellati homines effœminati, qui patiebantur muliebria, ſuumque corpus infami huic ſceleri exponebant. Ex hoc ſignificato quid ſibi hoc dictum velit, quàm obſcœnè ludat Cicero, omnes vident. Sequentia vero alterum quoque ludum habent: ſed qui non egeat interpretatione noſtra: Vide lib. XIII. ep. 7. *Junius. Feciſſe divortium.*] Cum Metella, forte ob adulteria cum Dolabella & Æſopi filio, ep. 7. lib. XIII. & ep. 11. lib. XIV. Lentulum Spintherem filium P. Cornelii Lentuli Spintheris nominat Plutarchus in Cæſare. *Popma.*

52. *Qui talia conſcribis.*] Nec Corradus, nec Manutius, nec Popma ſenſum hujus loci perceperunt, qui ſic eſt interpungendus: *De Latina lingua, ſecuri es animi, dices, qui talia conſcribis.* Quod Latine ſcribo philoſophica, fortaſſe judicabis, me omnem mœrorem exuiſſe, & prorſus tranquillo ſecuroque eſſe animo. *J. F. Gronov.*

53. *Minore labore fiant.*] Quam ſi invenirentur & excogitarentur. *Corrad.* Imo hoc dicit Cicero: Scito me illa Philoſophica, quæ ſcribo, tantum vertere e Græcis, & propemodum deſcribere. Ideo magnæ meditationis non ſunt. *J. F. Gronov.*

54. Epi

EPISTOLA LIII.

CICERO ATTICO S.

EGo, etſi nihil habeo, quod ad te ſcribam, ſcribo tamen, quia tecum loqui videor. Hîc nobiſcum ſunt Nicias & Valerius. hodie tuas litteras exſpectabamus matutinas. erunt fortaſſe alteræ poſtmeridianæ; niſi te 54 Epiroticæ litteræ impedient: quas ego non interpello. Miſi ad te epiſtolas ad Marcianum & ad Montanum. eas in eundem faſciculum velim addas, niſi fortè jam dediſti.

54. *Epirotica littera.*] Quas in Epirum ſcribis tuorum negotiorum cauſſâ. Forte autem, *Littera*, abundat. aptius certe ad brevitatem, Ciceroni in his epiſtolis familiarem, videretur. *P. Manut.*

M. TULLII CICERONIS P. CCIV.

EPISTOLARUM AD ATTICUM,

LIBER TERTIUSDECIMUS.

ARGUMENTUM.

EXiguum tempus mutum fuit a litteris, inter hujus libri epiſtolas & ſuperioris. Scripta autem & hæ ſunt, dum Cæſar in Hiſpania contra Pompeji liberos bellum gereret, ipſo eodem IIII. *Cos. ſine collega, ut Sigonio placet: belloque confecto rediret: ſpatio fere menſium ſeptem. Nam æſtatis initio, ut ex epiſtola prima colligitur, ſcribi*

cæpta ſunt, fingamus ex Kalendis Juniis: & menſe Decembri deſierunt. Namque tertiis Saturnalibus, quæ fuerant XII. *Kal. Januarii, apud M. Tullium Cæſar cœnavit, ut eſt in epiſtola ultima libri hujus. quamquam ultima illa videtur eſſe, cui eſt in hoc libro locus* XLI. *aſſignatus, in qua de ſuo natali die agitur, qui fuit* III. *Non. Jan. Argumentum illarum multiplex eſt, ſed plurimum in illis: De epiſtola ad Cæſarem miſſa: Quos in ſuos dialogos includere debeat: De hereditatibus quibusdam. De Quinti filii improbitate querela. De ſuo Catone & Cæſaris Anti-Catone: & de domeſticis ſuis rebus nonnullis.* Malaſpina.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.

a *alii non habent* ulli. | b magis quemadm. *Manut.* | c adhib. eſſe. Efficis en. *alii.* | d & ſi eff. *alii.* | e ſed *alii.* | f acrius *Manut. alii.*

AD Ciceronem ita ſcripſiſti, [a] ulli ut neque ſeveriùs neque [1] temperatiùs ſcribi potuerit; nec [b] magis, quàm quemadmodum ego maximè vellem. prudentiſſimè etiam [2] ad Tullios. quare aut iſta proficient, aut aliud agamus. De pecunia verò, video à te omnem diligentiam adhiberi, vel potiùs jam [c] adhibitam: [d] quod ſi efficis, à te hortos habebo. nec verò ullum genus poſſeſſionis eſt, quod malim, maximè ſcilicet ob eam cauſam, quæ ſuſcepta eſt; cujus feſtinationem mihi tollis, quoniam de æſtate polliceris, [e] vel potiùs recipis: deinde etiam [3] ad *καταβίωσιν* mæſtitiamque minuendam nihil mihi reperiri poteſt [f] aptius: cujus rei cupiditas impellit me interdum, ut te hortari velim. ſed me ipſe revoco. non enim dubito, quin, quod me valde velle putes, in eo tu me ipſum cupiditate vincas. itaque iſtuc jam pro

1. *Temperatiùs.*] Auctoribus libris ſuis Tornæſ. & Decurt. ſic reſcripſit Boſius. alii, *temperantiùs*, legunt. *Cleric.* Quod neſcio an ad commendationem iſtorum codicum pertineat. Etſi enim ſic habeant quoque Helmæſtad. & Balliol. tamen hos ſequentes gregem non prætulerim Victorianis membranis. Utique & lib. IX. ep. 2. ſcribit, *Si hic temperantius egerit*, & notum, qui in Floro IV, 12. ediderint *Nihil inſultatione barbarorum intoleratius*, ubi optimus codex *intolerantius*: etſi *temperate agere* dixerit XII, 32. & alibi. *Gronovius.*

2. *Ad Tullios.*] L. Tullium Montanum, & fortaſſe Tullium Martianum cum Cicerone Athenas profectos ep. 42. & 43. lib. XII. vel M. Tullium ep. 13. lib. VIII. *Corrad.*

3. *Ad καταβίωσιν.*] Id eſt, ad decurſum reliquum vitæ. *J. Fr. Gronov.*

4. Te

pro facto habeo. Exſpecto, quid iſtis placeat de epiſtola ad Cæſarem. Nicias te, ut debet, amat, vehementerque tuâ ſui memoriâ delectatur. Ego verò Peduceum noſtrum vehementer diligo. nam & quanti patrem feci, 4 totum in hunc: ipſum per ſe æquè amo; atque illum amavi: te verò plurimum, qui hoc ab utroque noſtrûm fieri velis. Si hortos inſpexeris, & ſi de epiſtola certiorem me feceris, dederis mihi quod ad te ſcribam: ſin minùs, ſcribam tamen aliquid. numquam enim deerit.

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

GRATIOR mihi celeritas tua quàm ipſa res. quid enim indignius? ſed jam ad iſtà obduruimus, & humanitatem omnem exuimus. Tuas litteras hodie exſpectabam, nihil equidem ut ex iis novi: quid enim? verùmtamen. Oppio & Balbo epiſtolas deferri jubebis, & tamen Piſonem ſicubi de auro. Faberius ſi venerit; videbis 5 ut tantum attribuatur; ſi modò attribuetur, P. 8.

4. *Totum in hunc ipſum, perſequor æquè amo, atque illum amavi.*] Nos aliter legimus ex antiquis codicibus: totum autem in hunc ipſum effundi & converti intelligimus. Cùm igitur filium per ſe pari amore, quo patrem, proſequeretur: & amorem etiam, quo patrem dilexerat, eo exſtincto, in hunc convertiſſet: duplo eum quàm patrem fecerat, amabat. *Victor.* Senſus eſt, quanti patrem Peducei feci, id totum in hunc contuli, id eſt, tanti Peduceum facio cauſſâ patris, quanti unquam patrem feci. ipſum vero Peduceum per ſe, & ſuo merito, non minus amo quàm patrem. tum ergo alterum tantum amo, quàm unquam patrem amavi. *Boſius.*

5. *Ut tantum attribuatur.*] Vult Faberianum nomen integrum attribui, ſi attributio nominum facienda ſit, id eſt, tantum in ſolutionem adſignari venditoribus hortorum Scapulanorum, quantum Faberius debet: quod quantum eſſet ab Erote, qui Ciceronis rationes procurabat, Atticus cognoſceret. *Attribuere* in re pecuniaria eſt adſignare. Unde *Attributa pecunia*, quæ in quamcumque rem publicam vel privatam adſignatur ea lege, ut aliis ſolvatur, autore Varrone lib. IV. De Lingua Latina, & Pædiano. *Popma.* *Attribuatur.*] Numeretur, ſolvatur. *Attributam pecuniam* Pædianus dicit eſſe, quam in ſtipendium militum ex ærario depromptam tribuni ærarii quæſtoribus adnumerabant. Idem fere M. Varro. ſed à rebus publicis transferri ad privatas docet illud ep. 3. lib. XVI.

buetur, quantum debetur. accipies ab Erote. Ariarathes [g] Ariobarzani filius Romam venit. vult, opinor, regnum aliquod emere à Cæſare. nam, quo modo nunc eſt, pedem ubi ponat in ſuo, non habet. omnino eum [h] Seſtius noſter [6] parochus publicus occupavit: quod quidem facilè patior. verumtamen, quòd mihi, ſummo beneficio meo, magna cum fratribus illius neceſſitudo eſt, invito eum per litteras, ut apud me [i] diverſetur. ad eam rem cùm mitterem Alexandrum, has ei dedi litteras. Cras igitur auctio Peducei. cùm poteris ergo: etſi impediet fortaſſe Faberius: ſed tamen, cùm licebit. Dionyſius noſter graviter queritur, & tamen jure, [k] à [7] diſcipulis abeſſe tam diu. multis verbis ſcripſit

g Ariobarzanis *alii.*

h *alii* Sextius.

i deverſ. *MS.*

k ſe à *Brut.*

XVI. *Maxime autem me angit ratio reliquorum meorum. quæ, quamquam explicata ſunt, tamen, quod & Dolabella nomen in his eſt, & attributio eſt mihi nominum ignota, conturbor.* item illud in epiſtola ad Tironem Fam. lib. XVI. *De attributione conficies: de repræſentatione videbis. De domeſticis rebus hactenus. de publicis omnia mihi certa, quid Octavius, quid Antonius.* P. Manut.

6. *Parochiis publicis.*] Antiquiores codices, *Parochus publicus:* quo ſanè pacto ipſi quoque legendum putamus. Quis *Parochos* diceretur, à Non. Marcello declaratum eſt his verbis: *Parochos à Græco tractum eſt nomen: quòd vehiculo præeat. ochemata enim Græcè, Latinè vehicula appellantur: & eſt officii genus, quod miniſtrantibus paret, &c.* Ex quibus Nonii verbis mendum ſuſtulimus: *hic ſchemate* enim falſo pro *ochemata* ſcriptum erat in pervagatis exemplaribus. Dubitamus etiam, ne pro miniſtrantibus, *magiſtratibus* legendum ſit: nam ſi Acronis verba attendas, (peregrinantibus) potius legendum judicabis: is enim hunc locum Horatii- & Parochi quæ debent ligna ſalemque: ita interpretatur, *Parochi genus officii, qui ſolent peregrinis ſalem & ligna præbere, & ſignificat publicum curſum.* Victor. *Parochis publicis.*] Ita legendum pro eo, quod alii *parochiis* reſtituerunt. antiqua lectio confirmatur loco Polybii ex fragmento CXXV. *μὴ κατάλυμα δοθῆναι σφίσι, μήτε παροχήν. Urſin. Noſter parochis pub.*] Sic rectè legendum monuit doctiſſimus Fulvius. Seſtius, inquit, nunc Quæſtorem agens, ei publicè proſpexit de hoſpitio & rebus omnibus neceſſariis honorariiſque, quarum præſtatio παροχὴ, dicebatur, hic parocha. Parochi privati fuerunt, aut publici. Privati ſunt hoſpites, aut convivatores, ut apud Horatium II. Sermo. ſatyra 8. Publici, aut præfecti, aut adminiſtri. Præfecti ordinarii, ut quæſtores, aut extra ordinem delegati, vel etiam voluntarii, quos dixerunt copiarios. Adminiſtri, qui ligna ſalemque, ut Horatius loquitur, præbebant ex præfectorum inſtituto. Omnium vero præſtatio παροχὴ dicebatur, ut ex Polybii loco demonſtrat Fulvius & Victorius in hunc locum, Senatusconſulti exemplo. *Junius.*

7. *Diſcipulis.*] Non Ciceronibus filiis, quorum alter erat in Hiſpania,

pſit ad me, credo item ad te. mihi quidem videtur etiam diutiùs [l]afuturus, ac nollem. valde enim hominem deſidero.

[l] abfuit, alii.

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

A Te litteras exſpectabam; nondum ſcilicet. nam has manè reſcribebam. Ego verò iſta [8] nomina ſic probo, ut nihil aliud me moveat, niſi quòd tu videris dubitare. illud enim non accipio in bonam partem, quod ad me refers: [9] qui ſi ipſe negotium meum gererem, nihil gererem, niſi conſilio tuo. ſed tamen intelligo, magis te id facere diligentià, qua ſemper uteris, quàm [m] quòd dubites de nominibus iſtis. etenim [10] Cœlium non

[m] quo MS.

pania, alter Athenis, ep. 6. & 42. lib. XII. ſed a me ipſo diſcipulo ep. 14. lib. IV. & aliis, quos habet. *Corrad.*

8. *Nomina.*] Intellige, debitores ad diem ſoluturos, quos acceperat pro aliqua re Ciceronis vendita Atticus, ea conditione, ſi Cicero probaſſet. Vulgo ſic interpretantur. Sed videndum an hic *nomina* ſint prædes, quos Cicero daturus erat in auctione hortorum Scapulanorum; & quod dicitur dubitare Atticus, id ſit, eum dubitare, an venditores eos ſint accepturi pro idoneis. Optat autem Cicero induci potuiſſe Atticum, ut quandoque præs fieret, tanquam ſecurior futurus, & non dubitans Atticum ſoluturum, etiamſi ipſe eum deſtitueret: quod ſcilicet de iſtis ſperare poterat. Ergo, inquit, omnia a me præſtabuntur, quia in prædibus non confido fore aliquem, qui meum aliquantiſper accipiat onus. *J. F. Gronov.*

9. *Qui ſi ipſe negotium meum gererem, nihil gererem, niſi conſ.*] Hæc & antiqua, & plane recta ſcriptura, a me in codice Tornæſ. reperta & reſtituta; de qua neque Petr. Victorius, neque Paullus Manutius, neque Malaſpina verbum ullum fecerunt. Manutius & Corradus commemorant illam quidem, ſed nondum integram, neque ſinceram. legunt enim, *Quid ſi*, pro *qui ſi:* quo facto perit omnis hujus ſcripturæ venuſtas. *Lambin.* Eandem ſcripturam, quam Tornæſianus, Scidæ hic referebant. itaque edendum curavi, ut ex Tornæſiano Lambinus emendavit, *qui ſi ipſe negotium meum gererem, nil gererem, niſi conſilio tuo.* Boſius.

10. *Cœlium non probas.*] Decreverat Cicero jam ante mortem Tulliæ, metu belli civilis, quidquid domi habebat auri argentive facti vel infecti cum pecunia commutare, ut intelligitur ex epiſtola ultima lib. XI. quod poſtea fecit. nam argenti aurive, quod erat in ſupellectile, magnam partem cum Cœlio nummulario nummis aureis permutavit. idcirco rogabat Atticum ep. 6. libri XII. ut videret de Cœlio, ne qua lacuna eſſet in auro. quia vero valde

non probas; plura non vis. utrumque laudo. his igitur utendum eſt. [11] præs aliquando factus eſſes, & in his quidem tabulis. à me igitur omnia. [12] quòd dies lon-

valde egebat pecunia ad hortos emendos, negotium dederat Attico, ut ſi non poſſet ea vendere, quæ proſcribi juſſerat. quod domi ſupereſſet auri argentive cum Cælio pecuniâ permutaret. cui mandato ita reſcripſerat Atticus, ſe non probare quod ille ſcripſerat de auro argentòve commutando cum Cælio, cujus fraudes antea expertus fuerat, ſuadereque ne plura ex ſuppellectile diſtraheret. Id ergo Attici conſilium ſcribit ſe probare in utraque re, ne ſcilicet cum Cælio ſibi negotii quicquam ſit, nec de ſuppellectile plura commutet, ſed illis nominibus utatur ad hortos emendos. *Boſius.*

11. *Expers aliquando factus eſſet, &c.*] Nos *præs* legimus: quod etiam antè Germani adnotarunt: ita enim eſt in noſtro meliore. non tamen, quod illi fecerunt, *factus es* ſcripſimus: ſed receptam lectionem ea parte retinuimus: cum ea enim faciunt antiqui libri. non tamen illorum lectionem contemnimus: doctiores, utra potior ſit judicabunt. *Victorius.* *Factus eſſet.*] Germani in ſuis libris, *Factus es*: ego, *Factus eſſes*: hoc ſenſu: niſi hæc nomina haberemus, tu aliquando præs factus eſſes pro me, & quia dixerat, *aliquando*, incertum tempus & incertam rem ſignificans: definit, & tempus remque exprimit, cum infert, *In his quidem tabulis*, in his quidem tabulis, quas in hortorum emptione facturus ſum, pro me certe ſpopondiſſes, niſi hæc haberemus nomina, quæ hortorum venditoribus dari poſſent. *P. Manut.* Hunc locum ex Scidis ita lego, *præs aliquando factus eſſes, & in his quidem tabulis.* Duas res hic optabat Cicero, quæ valde faciebant ad id, quod habebat in animo, conſequendum. prima fuit, ut Atticus aliquando præs factus eſſet. nam quamdiu vixit, ut ait Cornelius Nepos, neque præs, neque manceps fuit. & vero, ſi pro ullo præs unquam fieri voluiſſet, non dubium eſt, quin facile pro Cicerone interceſſurus fuerit. alterum Ciceronis votum fuit, ut Atticus in tabulis auctionariis hortorum Scapulanorum præs fieri potuiſſet. nam eo præde hortos illos facile aſſequutus eſſet. *Boſius.* Illudit Tullius Attico, quod illi conſtitutum erat, quamdiu vixit, numquam prædem pro altero, neque mancipem eſſe, ut auctor eſt Cornelius Nepos. fregiſſes, inquit, conſilium illud tuum de cauſa mea. Sed poſtea ſubjicit, *A me igitur omnia* præſtabuntur? ne te prædem fieri meâ cauſâ poſtulare me putes. Cetera ſunt perſpicua. *Junius.*

12. *Quod dies longior eſt, &c.*] Sic eſſe legendum conjecit Manutius, qui hujus lectionis rationem accuratè & eruditè, ut ſolet, explicat. ſed nihil nunc opus eſt conjectura. ſic enim plane ſcriptum in optimo codice Turnæi. *Lambin.* *Quòd dies longior eſt.*] Quantum ad id attinet, quòd dies meorum nominum longior eſt quàm ut pecuniam repræſentare poſſim, ſpero præconem in tam longam diem, quàm illa noſtrorum nominum ſit, ſolutionem deſtinaturum: aut, ſi id a præcone impetrare non poſſum, certe ab

longior eſt, (teneamus modò quod volumus) puto fore iſtam etiam à præcone diem, certè ab heredibus. De Criſpo & Muſtella videbis: & velim ſcire, quæ ſit pars duorum. De Bruti adventu eram factus certior. attulerat enim ab eo Ægypta libertus litteras. miſi ad te epiſtolam, quia commodè ſcripta erat. P. CCV.

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

HABEO munus à te [n] elaboratum [o] decem legatorum; & quidem puto. nam filius anno poſt quæſtor fuit, quàm conſul Mummius. ſed quoniam ſæpiùs de nominibus quæris quid placeat; ego quoque tibi ſæpius reſpondeo, placere. Si quid poteris cum Piſone conficies. [13] Avius enim videtur in officio futurus. Velim ante poſſis: ſi minùs, utique ſimul ſimus, cùm Brutus veniet in Tuſculanum. magni intereſt mea, unà nos eſſe. ſcies autem, qui dies is futurus ſit, ſi puero negotium dederis, ut quærat.

n labor. *MS.*
o de decem *MSS. Boſ.*

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

[14] SP. Mummium putaram in decem legatis fuiſſe: [15] ſed videlicet. etenim εὔλογον fratri fuiſſe. fuit enim

ab heredibus Scapulanis aſſequar. teneamus modo quod volumus, & hortos illos nobis elabi ne ſinamus. hæc enim verba, *teneamus modo quod volumus*, κατὰ παρένθεσιν ſunt legenda. *Boſius.*

13. *Animus enim videtur in officio futurus.*] Veteres codices *Avius* habent: quam veram eſſe lectionem exiſtimamus: nam & antea hoc ipſo in libro: *Oppio & Balbo epiſtolas deferri jubebis: & tamen Piſonem ſicubi de Avio.* quamvis excuſi vulgatique libri eo loco corrupti erant: vetuſtiores tamen, quod etiam Germani animadverterunt, *de Avio* legunt. *Victor.* *Aulus enim videtur.*] *Avius* legerim libentius, & quia ita habent manuſcripti libri, & quia raro prænomina ſolitaria uſurpari ſolent; niſi forte res qua de agitur, ita nota ſit, ut in perſona errari non poſſit: ut cum de Clodio ſcribit, cum Peduceo: quos non ſæpius nominibus, quàm prænominibus appellat. Ad hæc, cum *Avii* nomen rarum inventu, *Auli*, frequens ſit: facilius librarii ex, *Avio*, *Aulum* faciant, quàm contra. Hujus *Avii* mentionem facit epiſt. lib. hujus 11.

enim ad Corinthum. miſi tibi Torquatum. colloquere tu quidem cum Silio, ut ſcribis, p & urge. 16 illam diem negabat eſſe menſe Majo, iſtam non negabat. ſed tu, ut omnia, iſtuc quoque ages diligenter. 17 De Criſpo & Muſtella, ſcilicet cùm quid egeris. Quoniam ad Bruti adventum fore te nobiſcum polliceris, ſatis eſt, præſertim cùm hi tibi dies in magno noſtro negotio conſumantur.

p *alii* eum urge; *aut* ſed eum urge.

EPI-

ſi Victorii editionem compluresque veteres libros ſequi volumus, cum Piſoniſque negotio item conjungit. *Malaſp.*

14. *Sp. Mummium.*] Boſius ſcidas ſequutus rectè hic inchoat epiſtolam, teſte Junio. *Cleric.*

15. *Sed videlicet: etenim* ἔυλογεν *fratri fuiſſe.*] Ita ex antiquis ſuis Boſius. antea erat *&* *videlicet.* Pighius in Faſtis ſuis ad annum urbis DXCIV. aſſerit etiam in mſ. veterrimo fuiſſe, *ſed videlicet*; conjicitque: *ſed videre licet.* hoc eſt diſpicere & conſiderare diligentius licet. idem liber ejus habebat, *in decem fuiſſe*, ſine illo *legatis.* Idem: *Sed videlicet.*] Antiqui noſtri, *ſed videlicet*, ut edidi, hoc ſenſu, ſed videlicet vere exiſtimas eum legatum quidem fuiſſe bello Achaico, ſed non fuiſſe in decem illis legatis, qui Corinthum miſſi ſunt ad res Achaicas componendas; etenim veriſimile eſt, cum C. Mummio fratri legatum exſtitiſſe. *Boſius.* Hanc ſcripturam aſſerunt quoque Balliol. & Helmſt. ſed omittunt *etenim*: Mihi videntur hæc verba non eſſe ſana. Conciſe in his epiſtolis loquitur quidem Cicero, non tamen tam abrupte. Facilè mihi aſſentiuntur, qui genium Ciceronianæ dictionis non ignorant, & hæc accuratius perpenderint. opinor autem loci hujus corruptelam ortam eſſe ex rariore & parum trita conſtructione τῦ *videlicet.* Ciceronem enim ſcripſiſſe puto: *Spurium Mummium putaram in decem legatis fuiſſe: ſed videlicet eum legatum fratri fuiſſe.* Nimirum *ſcilicet*, *videlicet* ſæpe cum infinitivis junguntur. vide quæ notavi ad lib. x. ep. 12. Putabam Sp. Mummium in decem legatis fuiſſe; ſed ex tuis litteris videre mihi licuit, eum fuiſſe legatum fratris. Cum non intelligerent imperiti, quid eſſet legatum fratris eſſe, nec viderent unde penderet infinitivus *fuiſſe*, mire hunc locum perverterunt, & pro Latinis, ut ſenſum aliquem eruerent, Græca ſuppoſuerunt. *Grævius.*

16. *Illam diem &c.*] Intelligit hortos Scapulanos, cum dicit *Illam diem*: cum, *Iſtam*, Silianos: & diem intelligit ſolutionis. Silius enim concedebat, ut hortorum ſuorum emptor menſe Majo pretium perſolveret: heredes Scapulæ tam longam diem non concedebant. ideoque Atticum Cicero hortatur, ut urgeat de Silianis. *P. Manut.*

17. *De Criſpo & multis, ſcilicet &c.*] *De Criſpo & Muſtela* emendavimus. Suprà etiam eosdem conjunxit, *De Criſpo & Muſtela videbis*: & velim ſcire quæ ſit pars duorum. *Victor.*

18. Ce-

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

DE aquæductu probè feciſti. [18] columnarium, vide, ne q nullum debeamus. quamquam mihi videor audiſſe r à Camillo, commutatam eſſe legem. Piſoni, quid eſt, quòd honeſtiùs reſpondere poſſimus, quàm ſolitudinem Catonis? nec [19] coheredibus ſolùm Herennianis, ſed etiam, ut ſcis, (tu enim mecum egiſti) de puero Lucullo: quam pecuniam tutor (nam hoc quoque ad rem pertinet) in Achaja ſumpſerat. ſed agit liberaliter, quoniam negat ſe quidquam facturum contra noſtram voluntatem. coram igitur, ut ſcribis, conſtituemus, quemadmodum rem explicemus. Quòd reliquos coheredes conveniſti, planè bene s feciſti. Quòd epiſtolam meam ad Brutum poſcis, non habeo ejus

q ullum *Manut.* & *alii.*
r eam comm. *MSS.*
P. B.
s *ita MSS. alii non habent* feciſti.

18. *Columnarium, vide, ne nullum debeamus.*] *Colonarium* eſt in uno manuſcripto. *Urſin.* Columnarium erat tributum, quod in ſingulas columnas pendebatur, ſicut Oſtiarium, quod in oſtia: de quo Ciceronem hic loqui docti viri exiſtimant: quibus minime adſentior. Non enim credo Cæſarem id genus tributi in urbe civibus imponere voluiſſe, quod a Scipione in provinciis exactum ipſe graviter reprehendit. lib. III. his verbis: *Acerrime imperata pecunia totâ provinciâ exigebantur: multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur: in capita ſingula ſervorum ac libertorum tributum imponebatur, columnaria, oſtiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vectura imperabantur.* Sed veriſimile mihi quidem videtur, Cæſarem Dictatorem, cum multas leges ferret ad cohibendum populi Rom. luxum & faſtum, ut de cultu & veſtitu, de lecticis, de ſumptibus cœnarum & conviviorum, quas memorant Dion & Suetonius, etiam legem tuliſſe de ratione ædificiorum, cujus inter cetera caput de modo & numero columnarum, ut ſcilicet qui plures majoresve columnas, aut alio loco collocaret, quàm lex permitteret, is columnarium penderet. Unde Cicero monet Atticum, qui ipſius abſentis nomine in urbe faciebat aquæductus, aut aliud quiddam ædificabat cum columnis, ne in legem Cæſaris committat, ut columnarium debeat. *Popma.*

19. *Coheredibus Herennianis.*] Divinandum eſſet, quis fuerit Herennius, a quo heredes Herenniani ſint dicti. C. quidem Herennius Trib. pl. eſt ep. 15. lib. I. *Corrad.* Quidam ſic legi volunt, *nec cum coheredibus ſolum Herennianis, ſed etiam, ut ſcis tu, mecum egit de puero Lucullo, &c.* cod. Turnæſian. quidem habet, *nec cum heredibus, &c.* omnino locus eſt obſcurus & fortaſſe corruptus. *Lambin.*

ejus exemplum, ſed tamen ſalvum eſt, [20] & ait Tiro te habere oportere: &, ut recordor, unà cum illius *† eam MS.* objurgatoria tibi meam quoque, quam ad † eum reſcripſeram, miſi. [21] Judiciali moleſtia ut caream videbis. Tuditanum iſtum, proavum Hortenſii, planè non noram; & filium, qui tum non potuerat eſſe legatus, fuiſſe putaram. Mummium fuiſſe ad Corinthum pro certo habeo. ſæpe enim hic Spurius, [22] qui nuper eſt, epiſtolas mihi pronuntiabat [23] verſiculis facetis, ad

20. *Et ait Tiro te habere oportere; & ut recordor.*] Hanc lectionem ſequitur Junius, quam Lambin. improbat, illud, *oportere*, irreptitium exiſtimans, conjicitque poſſe legi, *& ait Tiro apud te eſſe, & ut recor.* ſequitur tamen codices Memm. Huralt. & Tornæſ. qui habent, *& ait Tiro te habere: & ut rec. &c.* Cleric.

21. *Judiciali moleſtia ut caream.*] Judicatu. ep. 14. lib. XII. nam vix ac ne vix quidem potuiſſet Atticus cavere, ne quis patrocinium & operam Ciceronis in judiciis poſtularet: ſed poterat providere, vel ne ſors ejus educeretur, vel, ſi eſſet educta, ut aliquis ejus loco judicaret, & ipſe Cicero moleſtia judiciali careret. *Corrad.*

22. *Qui nuper eſt, epiſtolas mihi pronunciabat verſiculis factas.*] Mihi non parum videtur hic locus eſſe depravatus: nam ante dictionem *epiſtolas* nonnihil videtur deſiderari: & pro *factas*, antiquiores probatioreſque codices *facies* habent. Nonnulli *facetis* corrigunt, quos nos, quoniam nihil melius habemus, ſequimur; nec enim penitus probamus: quòd niſi manuſcripti codices reclamarent, receptam ab aliis lectionem non damnaremus. *Victorius.* *Qui nuper eſt.*] Qui nuper eſt mortuus. *ἀποσιώπησις.* ſolet enim Cicero hæc verba refugere ep. 21. lib. VII. *Corrad.* Vel eſt *ἀποσιώπησις*, vitandi mali nominis cauſâ, vel vox, *mortuus*, ut a librariis omiſſa, reſtituenda eſt. quam Manutius affirmat in uno codice antiquo reperiri. codex Turnæſ. quidem non habet, neque Memmiani. *Lambin.* Vulgati codices ita referunt, *qui nuper eſt mortuus.* ſed in nullo manuſcripto reperi vocem, *mortuus.* eamque ſuppoſititiam exiſtimo. ſcripſit autem Cicero, *qui nuper eſt*, qua ſilentii nota mali ominis verbum vitavit. nam cum indicare vellet Spurium illum mortuum fuiſſe, noluit uti moriendi verbo, quod erat *δυσώνυμον*, ſed ſilentio id ſignificavit, quod proprium eſt mortuorum Romani moriendi verbo malum aliquod omen importari credebant. idcirco dicere non ſolebant aliquem mortuum eſſe, ſed aut vixiſſe, aut fuiſſe, quemadmodum refert Plutarchus. *Boſius.* Apponunt libri vulgati nonnulli *eſt mortuus*, alii tantum τὸ eſt, ex quo Boſius fecit ΣΤ. notam ſilentii hoc loco minus aptam. Non enim voluit *δυσφημίαν* vitare in nomine mortis, quo utitur hoc ipſo lib. ep. 42. ſed ut in re nota conciſe locutus eſt. intelligitur autem verbum *fuit*, vel *vixit*, vel *eſt mortuus.* Popma. Vide Gruteri Suſpiciones lib. I. cap. 14. *Græv.*

23. *Ver-*

ad familiares miſſas à Corintho. ſed non dubito, 24 quin fratri fuerit legatus, non in decem. atque hoc etiam accepi, non ſolitos majores noſtros v legare in decem, qui eſſent imperatorum neceſſarii, ut nos ignari pulcherrimorum inſtitutorum, aut negligentes potius, 25 M. Lucullum, & L. Murenam, & ceteros x conjunctiſſimos ad L. Lucullum miſimus. illudque εὐλογώτατον, illum fratri in primis ejus legatis fuiſſe. y Operam tuam multam! qui & hæc cures, & mea expedias, & ſis in tuis multo minùs diligens quàm in meis.

v eo leg. MSS. Malaſp.
x alii non habent conj.
y alii hac jungunt ep. ſeq.

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

z SESTIUS apud me fuit & 26 Theopompus pridie: veniſſe à Cæſare narrabat litteras; hoc ſcribere, ſibi

z alii Sextius.

23. *Verſiculis facetis.*] Vict. & Boſ. lectionem hanc, etſi non multum probent, rejicere tamen non audent. illius mſſ. habent, *verſiculis facies*; hujus verò, ut & duo Palat. *verſiculis factas*; unde conjicit *verſiculis fartas.* Cleric.

24. *Quin fratri fuerit legatus, non in decem.*] Proficiſcentibus ad bellum legati dabantur: poſtea, ut victa provincia componeretur, decem legati decernebantur. in oratione pro Cornelio Balbo, *C. Cæſarem*, inquit, *ſenatus & genere ſupplicationum ampliſſimo ornavit, & numero dierum novo. idem in anguſtiis ærarii victorem exercitum ſtipendio affecit: imperatori decem legatos decrevit.* Et de Provinciis Conſularibus: *Actum eſt de decem legatis: quos alii omnino non dabant, alii exempla quærebant, alii tempus differebant, alii ſine ullis verborum ornamentis dabant.* Et in epiſtola ad Lentulum: *Stipendium Cæſari decretum eſt & decem legati.* quamquam Cæſari, ob multas de Gallis victorias, dignitatis cauſſa decem legati decreti ſunt, non ut Gallia, in qua bellum adhuc gerebat, in provinciæ formam redigeretur. Fuit igitur Mummius in primis fratris legatis, in decem non fuit. *P. Manut.*

25. *M. Lucullum & L. Murænam.*] Fortaſſe ii fuerunt, qui ad L. Lucullum miſſi ſunt ad res Ponti componendas, de quibus ita Plutarchus in Lucullo: Οἱ πρέσβεις, inquit, παρῆσαν αὐτῷ πρὸς τὴν διάθεσιν τῶν ἐν Πόντῳ πραγμάτων ὡς δε δὴ βεβαίως ἐχομένων, id eſt, aderant legati ad res Ponti componendas, tanquam jam pacatas. M. Lucullus frater fuit L. Luculli & ejus legatus in bello Mithridatico. de Muræna, qua neceſſitudine conjunctus fuerit Lucullo non valde quæſivi. illud conſtat Lucullos & Murænas ejuſdem gentis fuiſſe, puta Liciniæ, & hunc L. Murænam in bello Mithrida-

bi certum eſſe Romæ manere; cauſamque [a] eam adſcribere, quæ erat 27 in epiſtola noſtra, ne ſe abſente leges [b] ſuæ negligerentur, ſicut eſſet neglecta ſumptuaria. eſt εὔλογον· idque eram ſuſpicatus. ſed iſtis mos gerendus eſt; niſi placet hanc ipſam ſententiam [c] nos perſequi. & Lentulum cum Metella certè feciſſe divortium. hæc omnia tu meliùs. reſcribes igitur quidquid voles, dum modo [d] quid. jam enim non reperio, quid te [e] reſcripturum putem, niſi [f] fortè de Muſtella, aut 28 ſi Silium videris. 29 Brutus heri venit in Tuſculanum poſt horam decimam. hodie igitur me videbit: ac vellem, cùm adeſſes. [g] 30 juſſi equidem ei nuntiari, te, quoad potuiſſes, exſpectaſſe ejus adventum, venturumque, ſi audiſſes: meque, ut facio, continuò te certiorem eſſe facturum.

a eum alii.
b ſuæ deeſt in MSS.
c non perſ. Corr.
P. CCVI.
d ne quid ed. vet.
e ſcriptur. MSS.
f fortè deeſt in MSS.
g miſi multi MSS.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

PLANE nihil [h] erat, quod ad te ſcriberem. modò enim diſceſſeras, & paullo poſt 31 triplices remiſeras.

h factum erat MS.

datico ſub Lucullo militaſſe. Indicat autem Cicero tam M. Lucullum, quàm L. Murænam neceſſarios fuiſſe L. Luculli; ideo contra morem majorum miſſos fuiſſe in x. legatis ad conſtituendas res Ponti. *Boſius.*

26. *Theopompus.*] *Theopompus* Cnidius fuit, C. Cæſaris familiaris: de quo Strabo lib. XIV. Καθ' ἡμᾶς δὲ Θεόπομπος ὁ Καίσαρος τοῦ θεοῦ φίλος τῶν μέγα δυναμένων. Et Plutarchus in vita Cæſaris. *Malaſp.*

27. *In epiſtola noſtra.*] Intelligit epiſtolam, quam ad Cæſarem ſcripſit: quam tamen, ut opinor, non miſit, quòd in ea Cæſaris amici, qui Romæ erant, nimium multa mutari vellent. ep. 27 & 28. argumentum autem illius epiſtolæ hoc fuit, ut Cæſar remp. conſtitueret; quæ minus firma videretur, legibus, quas ipſe tulerat, neglectis; deinde ad Parthicum bellum proficiſceretur. ep. 33. *P. Manut.*

28. *Si Silium videris.*] Balliol. & Helmſt. *aut Silium videris.* bene, nam repetendum *niſi forte Silium videris. Si* perperam geminatum eſt, & ſequente voce *Silius* repetitum. *Grævius.*

29. *Brutus heri venit.*] Hoc principium epiſtolæ in mſ. uno Pal. & probat Junius. *Cleric.*

30. *Miſi equidem ei nunciari.*] Pro, ſignificavi, ut ei nunciaretur. infra ep. 10. *Hodie Spintherem exſpecto: miſit enim Brutus ad me.* Et ad Brutum, ep. 16. lib. XI. Fam. *Mitte ad Lupum noſtrum,* ut

ſas. [32] velim cures faſciculum ad Veſtorium deferendum: & alicui des negotium, qui quærat, Q. [i] Fabe- i *alii* rii fundus num quis in Pompejano [33] Nolanove vena- Staberii. lis ſit. Epitomen Bruti Cœlianorum velim mihi mittas, & à [k] Philoxeno *Παναιτίου περὶ προνοίας.* Te idib. vi- k Piloxe- debo cum tuis. no *MS.* Polyxeno *alii.*

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

COMMODUM diſceſſeras heri, cùm Trebatius venit, paullo poſt Curtius; hic ſalutandi cauſâ: ſed manſit invitatus. Trebatium nobiscum habemus. hodie manè Dolabella. multus ſermo ad [l] multum diem. l multam nihil poſſum dicere *ἐκτενέστερον*, nihil *Φιλοστοργότερον.* *MS.* [34] ventum eſt [m] tamen ad Quintum. multa *ἄφατα*, m tandem *ἀδιή-* *Manut.*

ut is nobis eas centurias conficiat. Et ep. 9. ad Tironem: *Curio miſi, ut medico honos haberetur.* Raro tamen cum infinitivo junctum invenitur: & abundare poteſt, *Nunciari.* P. Manut.

31. *Triplices.*] Martial. in Apophor. ubi docent eruditi triplices eſſe tabellas, in quibus litteræ ſcribantur: idcirco videtur Cicero dixiſſe triplices, non triplices litteras, ut prorſus triplices, non trinas litteras oſtenderet fuiſſe. *Corrad.* *Triplices*, id eſt, tabellas trium paginarum, in quibus aliquid ad te ſcripſeram, cum reſponſo remiſeras. Mart. VII, 82.

Bis ſenos triplices & dentiſcalpia ſeptem.

Et XIV, 6.

Tunc triplices noſtros, non vilia dona putabis.

Videtur intelligi codicillos: Male Manut. *triplices* hic interpretatur trinas litteras. *J. F. Gronov.*

32. *Velim cures eas titulum Olveſtorum.*] Ea eſt vetuſtioris noſtri exemplaris ſcriptura, ut qui obſervaſſet, quàm ſæpe in eo, *e* pro *f* poſitum ſit (cujus errati nos multis locis lectorem admonuimus) turpiſſimè depravatum locum facile corrigere potuerit: *ciculum* enim, non (titulum) in eodem legitur, ut quin *faſciculum* legendum ſit, dubium eſſe non poſſit. Cetera autem recta ſunt & integra in antiquis libris, ut nos ſcripſimus: tam paſſim autem (faſciculus) hoc ſignificatu capitur, ut exemplis ad hoc oſtendendum opus non ſit. *Victor.*

33. *Nolano venalis ſit.*] In manuſcripto eſt, *Nolanove venalis ſit.* Urſin.

34. *Ventum eſt tamen ad qua.*] Non ſemel jam expoſui, crebro vel potius ferè ſemper in antiquis exemplaribus, ubi *q.* eſſe debebat, *qua* ſcriptum eſſe: cauſamque hujus erroris, quam opinatus ſim eſſe, non reticui: hoc autem non parvas maculas perverſiones

ἀδιήγητα· ſed unum ejusmodi, quod niſi exercitus ſciret, non modò Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere. ſed hactenus. εὐκαίρως ad me venit, cùm haberem Dolabellam, Torquatus; humaniſſiméque Dolabella, quibus verbis ſecum egiſſem, expoſuit. commodùm enim egeram diligentiſſimè: quæ diligentia grata eſt viſa Torquato. A te exſpecto, ſi quid de Bruto. quamquam Nicias confectum putabat: ſed divortium non probari. quo etiam magis laboro idem, quod tu. ſi quid eſt enim offenſionis, hæc res mederi poteſt. [n] mihi Arpinum eundum eſt. nam & opus eſt [o] conſtitui à nobis illa prædiola; & vereor, ne exeundi poteſtas non ſit, cùm Cæſar [p] venerit: de cujus adventu eam opinionem Dolabella habet, quam tu conjecturam faciebas ex litteris Meſſalæ. cùm illuc venero, intellexeroque quid negotii ſit; tum, ad quos dies rediturus ſim, ſcribam ad te.

P. B.

n *in MS. init. epiſt.*

o conſtituta nobis *MSS.*

p non ven. *MS.*

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

MINIME miror te & graviter ferre de Marcello, & plura vereri periculi genera. Quis enim hoc timeret, quod neque acciderat antea, nec videbatur natura ferre, ut accidere poſſet? omnia igitur metuenda. ſed illud 35 παρὰ τὴν ἱςορίαν, tu præſertim: *me reliquum* *con-*

neſque creavit, ut alibi oſtendimus. Hoc igitur itidem loco *qua* (ut eſt in melioribus codicibus) pro *q.* perperam librarios ſcripſiſſe puto, exiſtimoque ſermonem eſſe de Q. Cicerone puero, cujus multa gravia ſcelera Dolabella narrabat perpetrata ab eo in caſtris, dum comes Cæſaris eſſet contra liberos Cn. Pompeji bellum gerentis: quæ quidem appellat ἄφατα & ἀδιήγητα, ut ea quæ adeo turpia eſſent ut recitari & narrari non deberent: inter quæ unum eſſe dicit, quod excedit omnem turpitudinem: id autem ille ita palàm fecerat, ut exercitus, qui illic eſſet, omnis ſcierit. Et hic locus in noſtro exemplari negligentiâ impreſſorum deminutus eſt, deeſt enim *Quintum*, ita enim ſuprà oſtendimus legi debere ex *qua*: quare tu eum corrige, & tantis eorum peccatis, quoniam aliud fieri non poteſt, ignoſce. *Victor.* Recte Victorius: ſed etiam videndum eſt, quum & in Balliol. exhibeatur *qua*, an non ſcripſerit *Ventum eſt tamen ad Quintum. na multa* ἄφατα. *Gronov.*

35. Παρὰ τὴν ἱςίαν.] Sic MSS. non, ut vulgò, ἱςορίαν. Proverbiale dictum; pro eo quod eſt præter conditionem dictum, alie-
num

conſularem. [q] quid? tibi Servius, quid videtur? quamquam [36] hoc nullam ad partem valet ſcilicet, mihi præſertim, qui non minùs bene actum cum illis putem. quid enim ſumus? aut quid eſſe [r] poſſumus? [s] domine, an foris? quod niſi mihi hoc veniſſet in mentem ſcribere iſta neſcio quæ, quò verterem me, non haberem. ad Dolabellam, ut ſcribis, ita puto faciendum, κοινότερα quædam & πολιτικώτερα. faciendum certè aliquid eſt. [37] valde enim deſiderat. Brutus ſi quid, curabis

q quid tibi *alii.*
r poſſimus *alii.*
s domi an *MS.*

num à te. Erat enim Atticus Epicureus: a quo grege hic ſermo alienus eſt, *te reliquum conſularem.* Ιϛία, domus. *Junius.* Παρὰ ἱστορίαν retinendum. Hoc enim dicit: Illud præter hiſtoriam & contra veritatem, quod ſcribis tu præſertim, qui ſoles iſta curare. Me reliquum conſularem; cum etiam Ser. Sulpitius, & ipſe Conſulari, ſuperſtes ſit, etſi hoc cum pluribus an ſolus reliquus Conſularis ſim, nullam ad partem mihi quidem valet: qui non minus bene actum cum illis, qui perierunt, exiſtimem, quàm nobiſcum qui vivimus. nihil enim ſumus aut poſſumus, neque domi neque foris. immo niſi me huic ſcribendi ſtudio dediſſem, quò me verterem non habebam. Quod ipſum etiam queritur lib. III. De Officiis. *Popma.*

36. *Hoc nullam ad partem valet.*] *Hoc* Conſularem eſſe jam parum refert, nec fructum ullum affert, aut dignitatem, uno Cæſare tenente omnia. *J. F. Grenov.*

37. *Valde enim deſiderat Brutus ſi quid egerit, &c.*] Nulli manuſcripti codices eorum quos vidimus *egerit* habent: & ſanè vacat ea dictio. totus autem locus male punctis diſtinctus erat: in noſtro volumine accuratius ea collocata ſunt. Dolabella enim erat, qui valde deſiderabat à Cicerone aliquid fieri, quo laudem gloriamque conſequeretur: ut etiam non multo pòſt affirmat, cum inquit: *Volo Dolabellæ valde deſideranti: non reperio quid.* Bruti voluntatem nondum perſpexerat: jubet igitur, ut videat, an is quoque deſideret: cui ſi cupiet, quamprimum morem gerere vult. Eſt autem omnis ſermo de libris, quos hoc tempore valde multos ſcribebat Cicero: quò enim ſe verteret non habebat, niſi id ſolatium ſui doloris excogitaſſet. Mittebat autem illos familiaribus neceſſariiſque ſuis, qui monumentis illis celebrari & famam adipiſci non mediocriter gaudebant. Ut autem ad verba veniamus: *Brutus*, inquit, *ſiquid ſcilicet deſiderabit (fieri, inquam, & ad ſe ſcribi) facies ut ſciam.* Miſit autem ei poſtea quinque libros de Finibus, cum certior eſſet ab Attico, id ipſum non nolle: quod etiam Cicero non multo pòſt teſtatur. *Victor.* Legendum ex Decurtato, ut Lambinus emendavit ex Tornæſiano, *Brutus ſi quid egerit:* & paullo poſt, *ſed tamen aliquid illic.* Boſius. In Balliol. tamen & Helmſt. deſideratur quoque τὸ *egerit.* Et cur non *egerit* intelligatur, at in epiſtola præcedente: *A te exſpecto, ſi quid de Bruto. quanquam Nicias confectum putabat.* Loquitur in utraque epi-

rabis ut ſciam: cui quidem quamprimùm agendum puto, præſertim ſi ſtatuit. ſermunculum enim omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit. ſunt enim, qui loquantur etiam mecum. Sed hæc ipſe optimè, præſertim ſi etiam tecum loquetur. [t] Mihi eſt in animo proficiſci xi. kal. hîc enim nihil habeo quod agam, ne hercule illic quidem, nec uſquam; ſed tamen aliquid [v] illic. Hodie Spintherem exſpecto. miſit enim Brutus ad me: per litteras purgat Cæſarem de interitu Marcelli: in quem, ne ſi inſidiis quidem ille interfectus eſſet, caderet ulla ſuſpicio. nunc verò, [38] cùm de Magio conſtet, nonne furor ejus cauſam omnem ſuſtinet? planè, quid ſit, non intelligo. explanabis igitur. quamquam nihil habeo, quòd dubitem, niſi ipſi Magio quæ fuerit cauſa amentiæ: pro quo quidem [39] etiam ſponſor Sunii factus eſt. nimirum id fuit. ſolvendo enim non erat. [x] credo [y] eum petiiſſe à Marcello aliquid, & illum, ut erat, conſtantiùs reſpondiſſe, [40] οὐ ταυτὸν εἶδος.

t *init. epiſt. MS.*
v *alii* illic hodie.
P. CCVII.
x & credo *alii.*
y enim *alii.*

EPI-

epiſtola de eâdem re, nimirum de conjugio cum Porcia Catonis filia ineundo. *Gravius.*

38. *Cum de Magio conſtet.*] Cum conſtet, P. Magium, qui Marcellum vulneraverat, paullo poſt flagitium agnoviſſe, ſeque ipſum ſibi è ſcelere iratum interfeciſſe: res indicat, ejus facti cauſſam non in Cæſarem, ſed in Magii furorem conferendam. *P. Manut.*

39. *Etiam ſponſor Sunii factus eſt.*] Sic Boſius ex corrupta ſuorum ſcriptura; in Tornæſ. enim habebatur, *ſponſor ſum factus eſt*; in Decurt. verò, *ſponſor Suni factus eſt.* Cleric.

40. Οὐ ταυτὸν ἦδος.] Recte monuit Victorius lib. xxvi. cap. 6. Ciceronem Græca hæc verba ſumpſiſſe ex Euripidis Ione. ſed virum doctiſſimum fefellit depravata lectio, etiam apud Euripidem, duarum primarum vocum. nam pro οὐ ταῦτ' ὄνειδος, quæ ille interpretatur, nonne hæc opprobrium & dedecus, legendum eſt οὐ ταυτὸν εἶδος, id eſt, non eadem facies, non idem vultus. ſunt enim verba Ionis triſtitiæ & taciturnitatis ſuæ cauſſam explicantis. nam cum miraretur Chorus, eum agnito patre taciturnum & cogitabundum oculos perpetuo in terram defigere, cum antea vultum hilarem & lætum præ ſe ferre conſueviſſet, ob idque quæreret cauſſam hujuſmodi mœſtitiæ, reſpondet ille non idem os eundemque vultum hominibus eſſe, cum res longius abſunt, & cum propinquæ ſunt, id eſt, cum homines rei cujuſpiam veritatem ignorant, & cum eam perſpectam & cognitam habent. ſe enim, qui tum compertum haberet quibus parentibus ortus eſſet, vereri, ne ſibi probro daretur quod patre natus eſſet peregrino, itaque ci-

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

CREDEBAM eſſe facile, totum eſt aliud, poſteaquàm ſum à te [z] dijunctior. ſed fuit faciendum, [z] *alii* disjunctior.
ut & conſtituerem [41] mercedulas prædiorum, & ne magnum onus obſervantiæ Bruto noſtro imponerem. poſthac enim poterimus commodiùs colere [a] inter nos [a] in Tuſc. *alii.*
in Tuſculano. hoc autem tempore, cùm ille me quotidie videre vellet, [b] ego ad illum ire non poſſem, [b] & ego *alii.*
privabatur omni delectatione Tuſculàni. tu igitur, ſi Servilia venerit, ſi Brutus quid egerit, etiam ſi conſtituerit, quando obviam: quidquid denique erit, quod ſcire me oporteat, ſcribes. Piſonem, ſi poteris, [c] convenies. vides, quàm maturum ſit. ſed tamen, quod commodo tuo fiat. [c] conveniās *alii.*

EPI-

civitatem Athenienſium adſcito, & non indigena, ut reliqui Athenienſes, quodque ſpurius eſſet, & incerta matre (nec dum enim matrem agnôrat) ante Xuthi nuptias editus. itaque ſe metuere, ne eo nomine Athenienſibus deſpectui eſſet. idcirco mirum videri non debere, ſi animo eſſet conſternato facieque parum hilari. prius vero quàm patrem cognoviſſet, hæc omnia ſe parum curaſſe, ideoque ore tunc fuiſſe ſereno atque læto. Euripidis verba ſunt:

Οὐ ταυτὸν εἶδος φαίνεται τῶν πραγμάτων
Πρόσωθεν ὄντων, ἐγγύθεν τ' ὁρωμένων.

Ubi animadvertendum eſt ταυτὸν Attice dictum eſſe pro ταυτὸ, ut norunt omnes qui Græce ſciunt. Ceterum his verbis indicare voluit Cicero Marcellum præfracte Magium repuliſſe opem ipſius implorantem. Nam cum Marcellus pro Magio Sunii interceſſiſſet, & adhuc ejus creditoribus ex ſponſu obligatus eſſet, iterumque Magius ab eodem Marcello peteret, ut ſibi pecunias crederet, aut certe pro ſe ſponderet, Marcelluſque intellexiſſet eum non eſſe ſolvendo, conſtanter ipſi reſpondit, ſe non poſſe, cognitâ ejus inopiâ, eodem vultu eum intueri, quo ipſum antea aſpexerat, cum ignoraret quàm tenues ejus eſſent facultates, hoc eſt, non tam liberalem erga eum eſſe poſſe, quàm antea fuerat, cum pro eo Sunii ſpoponderat. *Boſius.* Aſſentior Boſio, reſtituenti veram lectionem. Illud addo, hæc verba prorſus ad initium ſequentis epiſtolæ pertinere, non ad finem iſtius. Nihil hoc certius, nihil verius. *Caſaub.*

41. *Mercedulas prædiorum.*] Supra: *Mihi Arpinum eundum eſt: nam opus eſt conſtitui a nobis illa prædiola. Mercedulas:* vectigal, quod ex prædiorum locatione capiebat: ut ep. 30. lib. XII. *Ciceroni velim hoc* pro-

Xxxxx

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

VALDE me momorderunt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra: eædem [d] tamen ſanaverunt. quòd enim te ipſe conſolabare eiſdem litteris, id mihi erat ſatis firmum ad leniendam ægritudinem. Ligarianam præclarè [42] vendidiſti. poſthac quidquid ſcripſero, tibi præconium deferam. Quod ad me de Varrone ſcribis, ſcis me [e] antè orationes, aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, [43] ut Varronem nuſquam poſſem intexere. poſtea autem quàm hæc cœpi φιλολογώτερα, jam [44] Varro mihi denuntiaverat magnam ſanè & gravem προσφώνησιν. biennium præteriit, cùm ille [45] Καλλιππίδης aſſiduo curſu cu-

d ſane tamen *MSS.*

e antea *alii.*

P. B.

proponas, ut ſumptus hujus peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti & Aventini. & ep. 18. lib. XV. *Ab Erote quaeras, ubi merces inſularum.* P. Manut.

42. *Vendidiſti.*] Metaphora ſumpta de iis, qui, quod vendere cupiunt, prius laudant, quo libentius ematur. ex quo illud Horatii: *Laudat venales, qui vult extrudere, merces.* Vendidiſti, inquit, præclare oratiunculam meam pro Q. Ligario: hoc eſt, ita meam orationem laudaſti, ut alii, tuam auctoritatem tuumque judicium ſecuti, eam probare cœperint, æque atque ii venditori, ſuas merces laudanti, fidem adhibentes, bonum ſæpe putant eſſe, quod vitioſum eſt. infra ep. 13. *Ligarianam*, inquit, *præclare auctoritas tua commendavit. ſcripſit enim ad me Balbus ac Oppius, mirifice ſe probare.* Idem.

43. *Ut Varronem nuſquam poſſem intexere.*] Id eſt inducere aut inſerere dialogis. Vide de iſta ſignificatione τῦ *intexere* doctiſſimum Paſſeratium ad Tibul. Paneg. ad Meſſalam vs. 5. *Nec tua præter te chartis intexere quiſquam Facta queat.* Verburg.

44. *Varro mihi denuntiaverat.*] Dixerat ſe magnum opus velle mihi inſcribere, intelligens libros De Lingua Latina, quos tum in manibus habebat, & Ciceroni inſcriptos edidit, non multo poſt Academicos a Cicerone ad illum miſſos: id quod indicat locus lib. 1. ubi meminit Camelopardalis, Alexandriâ nuper advectæ, quam conſtat Romæ primum viſam Dictatoris Cæſaris ludis Circenſibus. Ut nulla cauſa ſit, cur Cicero eum Callipidem vocaret, quem curſitare ac ne cubiti quidem menſuram progredi proverbio Græco notatum eſt, de quo Ariſtoteles in Arte Poëtica. Plutarchus in Apophthegmatibus, & Suetonius in Tiberio. *Popma.*

45. Καλλιππίδης.] Tragœdiarum ſcriptoris percelebris, Ageſilai ætate, cujus nimium motum in ſcena reprehenſum, ut etiam Myniſio hiſtrione ſimia ſit appellatus, oſtendit Ariſtoteles in Art. Po-

cubitum nullum proceſſerit. ego autem me parabam ad id, quod ille mihi miſiſſet, ut, αὐτῷ τῷ μέτρῳ· καὶ λώιον, ſi modo potuiſſem. nam hoc etiam Heſiodus adſcribit, αἴκε [f] δύνηαι. nunc illam περὶ τελῶν σύνταξιν, ſanè mihi probatam, Bruto, ut tibi placuit, deſpondimus: [g] idque tu eum non nolle mihi ſcripſiſti. ergo illam ἀκαδημικὴν, in qua homines, nobiles illi quidem, ſed nullo modo philologi, nimis acutè loquuntur, ad Varronem transferamus. etenim ſunt 46 Ἀντιόχεια· quæ iſte valde probat. [h] Catulo & Lucullo alibi reponemus; ita tamen, ſi tu hoc probas: deque eo mihi reſcribas velim. 47 De Brinniana auctione accepi à Veſtorio litteras, ait, ſine ulla controverſia rem ad me eſſe collatam (Romæ videlicet, aut in Tuſculano me fore putaverunt) a. d. IIX. kal. Quint. dices igitur 48 vel amico tuo, S. Vettio, coheredi meo, vel Labeoni noſtro,

f δύνημαι aut δύναμαι alii.
g idque eum *alii.*
h Catullum & Lucullum *J. F. Gron.*

Poëtica: quo in libro bis eum nominat: inde Græcum adagium in eos, qui ſatagunt & nihil agunt. Suetonius in Tiberio, & Plutarchus in Apophthegmatis. Καλλιππίδην igitur Varronem appellat, quod, aſſidue ſcribendo, nihilo tamen proceſſiſſet magis, quam Καλλιππίδης in curſu. *P. Manut.* Καλλιππίδης.] Fuit aliquis in ſtadio curſor; vide Græci Anthol. tit. εἰς Ἀγωνιστὰς lib. II. *Caſaub.*

46. Ἀντιόχεια.] Cum ii libri ſententiam Antiochi de Academia complectantur; Varro autem partes Antiochinas valde probet; recte ad eum transferentur, ep. 16. & 19. *P. Manut.*

47. *De Brutiniana auctione.*] Veteres codices *Brinniana* (quæ vera lectio eſt) retinent. Brinnius quidam Ciceronem multis cum cohæredibus hæredem reliquit: inter quos erat & ejus libertus: ut ex verbis Ciceronis colligitur. Sic enim ex antiquis codicibus locum illum legimus: *Brinnii libertus, cohæres noſter, ſcripſit ad me velle (ſi mihi placeret) cohæredes Sabinum Salvium ad me venire.* non Brinna libertus. Si enim Brinna cohæres fuiſſet, omnia, quæ omnibus relicta bona erant, non debuiſſent ab eo Brinniana appellari, quemadmodum ſuprà *Brinnianam auctionem* vocat. quare meliorem & veriorem hac quoque parte putavimus eſſe priſcam ſcripturam. Juxta finem hujus libri eadem ratione *Brinnianum fundum* nominat: quod ambas has (ſi diligenter animadvertas) caſtigationes confirmat: ejus loci hæc verba ſunt: *Veſtorius ad me ſcripſit, ut juberem mancipio dari ſervo ſuo pro mea parte Heterio cuidam fundum Brinnianum: ut ipſe ei Puteolis rectè mancipio dare poſſet.* Victor.

48. *Vel amico tuo S. Vettio coheredi.*] Vulgati codices edunt pro *S. Vettio*, *Vel Othoni*, aliter quam mſſ. nam in Tornæſ. Decurt. & Cruſell. eſt, *Suettio.* Boſius primam litteram à reliquis disjungens legit *S. Vettio*, id eſt, *Spurio Vettio.* Cleric. Niſi MSSti iſti ſignificeat

ſtro, paullum 49 proferant auctionem; me circiter nonas in Tuſculano fore. cum Piſone Erotem habes. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus. dies adeſt.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

COMMOTUS tuis litteris, quòd ad me de Varrone ſcripſeras, totam Academiam ab hominibus nobiliſſimis abſtuli, [i] transtuli ad noſtrum ſodalem, & ex duobus libris contuli in quattuor. grandiores ſunt omnino quàm erant [k] illi; ſed tamen multa detracta. tu autem mihi pervelim ſcribas, quî intellexeris illum velle. illud [l] verò utique ſcire cupio, [m] quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι, niſi fortè Brutum: 50 id hercle

i transtulique *vett. edd.*
k illi *deeſt in MSS.*
l vero *deeſt in aliis.*
m quæ *alii.*

cent legendum *amico tuo Suevio*, quod nomen notum inter Romana. *Gronov.*

49. *Proferant auctionem.*] Ultra III. idus: qui erat auctionis dies. Puto, inquit, circiter nonas me in Tuſculano fore. ibi me convenire, & meam de auctione ſententiam poterunt cognoſcere, quod ſi a nonis ad III. idus, hoc eſt ad auctionis diem, minus intereſſe ſpatii videtur, quam ipſi vellent; paullum proferant auctionem, infra ep. 14. *Obire*, inquit, *auctionis diem facile poterunt. (eſt enim* III. *idus) ſi me in Tuſculano poſtridie nonas mane convenerint. quòd latius volent proferre diem, poterunt vel biduum, vel triduum, vel ut videbitur: nihil enim intereſt.* P. Manut.

50. *Id ei dereſtabat.*] Rectè meo judicio fecerant, qui olim huic loco mendi notam adpoſuerant: eſt enim proculdubio perverſus noſter antiquior codex & ipſe aliquanto conturbatior eſt: ex eo nos, quam in noſtrum codicem contulimus lectionem, accepimus: quæ & ipſa maculas quaſdam habet, quas eluere non potuimus. qui autem *idem edere reſtabat* legebant, lectionem nullius ſententiæ adamarunt. antiquæ ſcripturæ magis conſentaneum erat *id ei reſtabat* legere: ut *id* bis culpâ librarii ſcriptum eſſet: nihil tamen adfirmamus. emendavimus autem pro, *qua intellexeris*, *quem intellexeris:* ita enim habent manuſcripti codices, & ſenſus (niſi fallimur) poſtulat: credimus enim hanc eſſe ſententiam hujus loci, ut Cicero magnopere ſcire cuperet, quonam pacto Atticus ſenſiſſet velle & cupere Varronem ſibi librum aliquem à Cicerone mitti: ſed illud multò magis, quemnam intellexiſſet à Varrone ζηλοτυπεῖσθαι, id eſt, quinam ille eſſet, cui Varro ζηλοτυπίαν haberet. Non multò pòſt de iiſdem his rebus iterum interrogat: *Primum qui intellexeris eum deſiderare à me, cum ipſe homo πολυγραφώτατος nunquam me laceſſiſſet. Deinde quem ζηλοτυπ- multò Hortenſium minus, aut eos, qui de rep. loquuntur.* Cum mul-

cle reſtabat : ſed tamen ſcire pervelim. [51] libri quidem ita [52] exierunt, (niſi fortè me communis Φιλαυτία decipit) ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quidquam. tu illam jacturam feres æquo animo, quòd illa, quæ habes de Academicis, fruſtra deſcripta ſunt. P. CCVIII. mul-

multos ſuis ſcriptis illuſtraſſet Cicero, ſcire cupiebat quisnam ille foret cui Varro invideret : num Brutus, cui ſcripſerat libros de Finibus. Quod ſi non Brutus ab eo ἐζηλοτυπεῖτο, multò minus Hortenſium exiſtimabat ab eo poſſe ζηλοτυπεῖσθαι, aut eos, quos induxerat loquentes in libris de Rep. illi enim jam mortui : invidemus autem vivis. quare petit ut accuratè totam hanc rem inquirat, & ei explicet. Libros autem ſuos, quos tantopere laudat, credimus nos plurimis argumentis eſſe quinque libros de Finibus: etſi ſcimus quosdam non inelegantes nec ineruditos viros crediſſe, dicta ea eſſe de libris Academicis, qui in eo vereor ne decepti ſint : nam nondum libri Academici, quos ad Varronem miſit, confecti erant & abſoluti : ut ex inſequentibus verbis colligitur, inquit enim, *Multò tamen hæc erunt ſplendidiora, breviora, meliora.* Inchoati igitur erant & imperfecti, cum illis, de quibus ſuprà loquitur & quos laudat, ſupremam jam manum impoſuiſſet: ut ex his ejus verbis apparet : *Libri quidem ita exierunt (niſi me communis φιλαυτία decepit) ut in tali genere ne apud Græcos quidem ſimile quicquam.* Intelligo autem, *Exierunt*, *evaſerunt*, *&*, *poſtquam abſoluti ſunt, ſe mihi oſtenderunt :* quemadmodum Horatius in Poëtica inquit, *- amphora cœpit Inſtitui, currente rota cur urceus exit?* Sed in aliis etiam rebus ab ejus judicio nos & ſententiâ diſſentimus, de quibus ſuo loco accuratè diſputabitur. *Victor.*

51. *Libri &c.*] Facile aſſentior, veritatis cauſſâ, iis, qui libros de Finibus ad Brutum intelligi putant. certe enim quattuor Academicos ad Varronem ſignificare non poteſt, qui nondum exierant. nam, ſi exiſſent, Atticus eos legiſſet : non legiſſe autem aperte indicat illud, *Hæc erunt ſplendidiora, breviora, meliora :* & præterea tota epiſtola & ſequentes etiam, quibus Atticus conſuluit, num quattuor Academicos ad Varronem mittat, quos tamen jam perfecerat, Varrone partes Antiochinas in iis defendente: *Sed*, inquit, *etſi nomina jam facta ſunt ; tamen vel induci, vel mutari poſſunt.* P. Manut.

52. *Exierunt.*] E manibus : abſoluti ſunt, ſed nondum tamen divulgati, atque adeo ne Bruto quidem dati ep. 20, 22. & 23. h. l. ſic Horat. *urceus exit.* Corrad. Hunc locum non intellexit Manutius. Academicos negat ſignificari poſſe, quia hi nondum exierant, ſeu divulgati erant. Ergo de Finibus intelligi putat. ſed *exierunt* hoc loco eſt effecti ſunt. Martial. XI, 32. *Hinc exit varium coce minutal.* Auguſt. VII. de Civitate Dei cap. 4. *Ridemus quidem, cum eos videmus figmentis humanarum opinionum partitis inter ſe operibus diſtributos, tanquam minuſcularios vectigalium conductores, vel tanquam opifices in vico argentario, ubi unum vaſculum, ut perfectum exeat, per multos artifices tranſit, cum ab uno perfecto perfici poſſit.* J. F. Gronov.

 53. Ne-

multo tamen hæc [n] erunt ſplendidiora, breviora, meliora. [o] nunc autem ἀπορῶ, quò me vertam. volo Dolabellæ [p] valde [q] deſideranti. non reperio, quid: & ſimul αἰδέομαι Τρῶας 53 neque, ſi aliquid, quî potero μέμψιν effugere. aut ceſſandum igitur, aut aliquid [r] excogitandum. ſed quid hæc levia curamus? Attica mea, obſecro te, quid agit? quæ me valde angit. ſed crebrò reguſto tuas litteras: in his acquieſco. 54 tamen exſpecto novas.

[n] erant *alii.*
[o] *init. epiſt. in vett. edd.*
[p] magis *alii.*
[q] deſid. placere *alii.*
[r] cogit. *MS.*

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

[s] BRINNII libertus, coheres noſter, ſcripſit ad me, 55 velle, ſi mihi placeret, coheredes, ſe & Sabinum Albium ad me venire. id ego planè nolo. hereditas

[s] Brima *MS.*

53. *Neque, ſi aliquid, qui potero μέμψιν effugere.*] Edd. Victor. *Neque ſi aliud, qui potero μέμψιν effugere.* P. Manut. Lambin. & Brut. *Neque ſi aliquid potero μέμψιν effugere.* Al. *Neque, ſi aliud quid, potero μέμψιν effugere.* Sed optime S. Boſius edidit, *neque, ſi aliquid, qui potero μέμψιν effugere.* Firmant Balliol. & Helmſt. in quibus: *Neque, ſi aliquid, quid potero μέμψιν effugere.* corrupte pro *qui* ſcriptum eſt *quid.* ut & paulo ante pro, *qui intellexeris,* male vetuſtiores editiones præferunt, *quid intellexeris. Si aliquid* ſcilicet reperero, quod ei inſcribam. *Gravius.*

54. *Tamen exſpecto novas.*] Priſca lectio *nonas.* eam nos recepimus, partim hoc fideli vetuſtati libri illius tribuentes, partim quia non multò infrà inquit: *Ego ad nonas, quemadmodum dixi, quod omnem tollit ambiguitatem.* Victor.

55. *Velle (ſi mihi placeret) coheredes, ſe & Sabinum Albium ad me venire.*] Ita eſt in manuſcripto, cum in vulgatis deſit, *ſe.* Urſin. Probe omnino. Nam inter coheredes fuiſſe Albium patet ex epiſt. 14. & 16. ſequentis libri, in quibus vocatur auctio hujus hereditatis negotium Albianum. Si plures fuiſſent coheredes, non erat ut ſeparatim nominaretur Albius. Nam ſi quis hæc dicta eſſe contendat, ut illa *Pindarus & novem Lyrici*, & in ſacris *Petrus & Apoſtoli*, is nugas agat. Nam iſte Albius obſcurus erat homo. Soli autem coheredes Tullii fuerunt Brinnii libertus & Sabinus Albius. Hinc ille ſcripſerat, ſe & Albium velle ad Ciceronem venire. Præcedentis vocis ultima ſyllaba litteras eaſdem continens abſorpſit ſequentem particulam, quam ex Fulvii codice hic repoſui. Firmant hanc lectionem editiones vetuſtiores, in quibus legitur: *coheredes, ſed Sabinum Albium.* hoc poſtea refinxerunt interpolatores, *& Sabinum* ſcribentes: *Coheredes & Sabinum Albium.* Græv.

56. *Obire*

ditas tanti non eſt. & tamen [56] obire auctionis diem facilè poterunt, (eſt enim III. [t] id.) ſi me in Tuſculano poſtridie nonas mane convenerint: quòd ſi [v] laxiùs volent proferre diem, poterunt vel biduum, [x] vel triduum, vel ut videbitur. nihil enim intereſt. quare, niſi jam profecti ſunt, retinebis homines. De Bruto, ſi quid erit: de Cæſare, [57] ſi quid ſcies; ſi quid erit præterea ſcribes. Illud etiam atque etiam conſideres velim, placeatne tibi mitti ad Varronem quod ſcripſimus. etſi etiam ad te aliquid pertinet. nam ſcito, te ei dialogo adjunctum eſſe tertium. opinor. igitur conſideremus: [y] etſi nomina jam facta ſunt. [z] ſed vel induci, vel mutari poſſunt.

t *alii* idus, *alii* iduum.
v latius. *alii*.
x vel trid. *non eſt in aliis*.
y *alii* &, ſi.
z *iid. delent* ſed.

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

QUID agit, obſecro te, Attica noſtra? nam triduo abs te nullas acceperam: nec mirum: nemo enim venerat: nec fortaſſe cauſa fuerat. itaque ipſe quid ſcriberem non habebam. quo autem die has Valerio dabam, exſpectabam aliquem meorum: qui ſi veniſſet, & à te [a] quid attuliſſet, videbam non defuturum quod ſcriberem.

P. R.
a aliquid *alii*.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

NOS, cùm flumina & [b] ſolitudines ſequeremur, quò faciliùs ſuſtentare nos poſſemus, pedem è villa adhuc egreſſi non ſumus; ita magnos & aſſiduos imbres habebamus. Illam [c] Academicen σύνταξιν totam ad Var-

b ſolitudinem *alii*.
c Academicam *alii*.

56. *Obire auctionis diem.*] Dies auctionis in tabula proſcribebatur, quo adeſſe & liceri cuilibet permittebatur; aut a præcone proclamabatur; ut Plautus in Menæchmis. Sed hic dies auctionis nondum erat proſcripta vel proclamata: tantum inter hæredes erat conſtituta, itaque eam proferre licebat. *Obire diem auctionis*, *ut annum petitionis ſua non obierunt*; Fam. lib. x. *Popma.*

57. *Si quid ſcies; ſi quid erit præterea, ſcribes.*] Sic Decurt. & Tornæſ. vulg. *Si quid ſcies præterea, ſcribes.* Cleric.

Varronem traduximus. [58] primò fuit Catuli, Luculli; Hortenſii. deinde, quia παρὰ τὸ πρέπον [d] videbatur, quòd erat hominibus [e] nota, [59] non illa quidem ἀπαιδευσία, ſed in iis rebus [f] ἀτριψία, ſimul ac veni ad villam, eosdem illos ſermones ad Catonem Brutumque transtuli. [g] ecce tuæ litteræ de Varrone. nemini viſa eſt aptior Ἀντιόχεια ratio. ſed tamen velim ſcribas ad me, primùm [60] placeatne tibi aliquid ad illum; deinde,

d non vid. alii.
e non ignota alii.
f alii ἀτρειψία.
g init. epiſt. in edd. vett.

58. *Modo fuit Catuli, Luculli.*] Al. *primo*, ut requirit particula, *deinde*, quæ ſequitur. *Corrad.* Editiones proferebant, *modo fuit Catuli.* Nos ex Decurtato & Tornæſiano repoſuimus, *primo fuit Catuli.* mox pro, *quod erat hominibus ignota*, iiſdem libris auctoribus edidimus, *quod erat hominibus nota.* nam ea de cauſſa ſcribit ſe a Catulo, Lucullo & Hortenſio ſermonem illum Academicum ad alios transtuliſſe, quod parum decorum videbatur, viros illos, ceteroqui non imperitos, ea de re diſputare, in qua omnes ſcirent eos nullo modo exercitatos fuiſſe. *Boſius.*

59. *Non illa quidem ἀπαιδευσία, ſed in his rebus ἀτρειψίᾳ.*] Nonnihil ſanè mendi habet antiquius etiam noſtrum exemplar in poſteriore Græca dictione; ΑΤΡΕΙΨΙΑ enim in eo ſcriptum eſt, ſed uſitatus illi error: ſæpe enim pro ſimplici *ι*, eo diphthongo abutitur: ἀτριψίᾳ igitur dandi caſu legendum putamus: ut dicat, Academicam rationem nobiliſſimis viris ignotam eſſe, non quòd eſſent diſciplinarum expertes (erant enim illi eruditi optimis artibus) ſed quia eam tritam & bene cognitam non haberent τρίβων apud Ariſtophanem in Nubibus pro ἔμπειρος ponitur, καὶ τῶν κρεμαθρῶν ὁ τρίβων τῶν ἐνθάδε. Nec non apud Euripidem in Medea, σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ τρίβων τὰ τοιάδε. inde ἄτριψ alicujus rei ille dicitur, cui res ea bene cognita non eſt, ſed ignorata. Altera voce utitur Plato in Euthydemo pro ignoratione diſciplinarum: Πλέον ἂν ἔφην ἐγὼ τοῦ δέοντος ἀπεκρινάμην ὑπὸ ἀπαιδευσίας ἀλλὰ συγγίνωσκέ μοι. *Victor.*

60. *Placet ne tibi &c.*] Jam transduxit libros Academicos ad Varronem: ſed conſulit Atticum, primum placeat, ne aliquid ad illum mitti; deinde, ſi placebit, hos ne potiſſimum de Academia libros. nam, ſi Attico aliter viſum eſſet, rurſus Academiam à Varrone ad alios transduxiſſet, nominibus mutatis, ut ait ep. 13. quo item loco, Academiam cum dixiſſet Catulo ſe abſtuliſſe, & Lucullo, ad Varronemque transtuliſſe; rogat Atticum in epiſtolæ clauſula, num ei placeat ad Varronem mitti quod ſcripſerat. & ep. 19. *Dandos ne putes*, inquit, *hos libros Varroni etiam atque etiam videbis.* cum eos libros in eadem epiſtola dixerit ſe jam ad Varronem transtuliſſe. Perſpicuum igitur eſt, Academicas quæſtiones Varroni non ita libenter Ciceronem dediſſe: cum de eo, quod jam ſcripſerat, crebro Atticum conſulat, non mitti placeat aperte etiam ep. 19. *Mihi*, inquit, *quædam occurrunt:* ſubaudi, cum Academia Varroni danda non ſit. & ep. 25. *Sæpe mihi occurrit vultus ejus, querentis fortaſſe vel hoc, meas partes in his libris* ce-

de, ſi placebit, hocne potiſſimum. Quid Servilia, jamne venit? Brutus ecquid agit, ecquando? De Cæſare quid auditur? Ego ad [h] nonas, quemadmodum dixi. Tu cum Piſone, ſi quid poteris.

h nonas in Tuſculano *Brut.*

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

[61] QUINTO kalend. exſpectabam Româ aliquid; [62] non quò imperaſſem. igitur aliquid tuis. nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut ſi aliquid egit, [i] ecquid à Cæſare. ſed quid iſta, quæ minùs curo? Attica noſtra quid agat ſcire cupio. etſi tuæ litteræ (ſed jam nimis veteres ſunt) rectè ſperare jubent. tamen exſpecto recens aliquid.

i & quid *alii.*

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

VIDES, propinquitas quid [k] habeat. nos verò conficiamus hortos. colloqui videbamur, in Tuſculano cùm eſſem; tanta erat crebritas litterarum. ſed id quidem jam erit. ego interea admonitu tuo perfeci ſanè argutulos libros ad Varronem: ſed tamen exſpecto, quid ad ea, quæ ſcripſi ad te: primùm, quî intellexeris

k habet *MSS. & alii.*

copioſius defenſas eſſe quàm ſuas. P. Manut.

61. V. *Kal.*] Ita Lamb. & Boſ. ex Sci. & Torn. vulg. *De* VI. *exſpectabam*; ex quo Lamb. olim fecerat, *die* VI. *vel A. D.* VI. ſed nunc Tornæſ. lectionem omnibus præponit. *Cleric.*

62. *Non imperaſſem igitur.*] Malim *Nam.* Sed utro modo legatur, *Igitur* eſt mihi ſuſpectum, uſque adeo inconcinne jungitur. Verum ſi *Nam* ponatur, hoc dicat. Exſpectabam ab amicis aliquid. Nam ſi ſecus putaſſem, imperaſſem tuis, ut tu ipſe ad me mitteres. *Malaſp.* Putant quidam legendum, *novi*, pro, *non*: ut ita legatur deinceps: *exſpectabam Româ aliquid novi.* deinde, *imperaſſes igitur aliquid tuis*: id eſt, debueras tuis imperare, ut aliquid ad me novi Româ ſcriberent. ſed ego ſcripturam antiquam repræſentare malui. Ego, ſi quid ſit mutandum, ſic mutarim. *Exſpect. R. aliquid, non quo imperaſſem tuis. Igitur nunc eadem illa.* Lambin. *Non quo imperaſſem.*] Non quia imperaſſem quicquam mihi Româ nuntiari. igitur aliquid exſpectabam tuis litteris. nam eæ mihi ſolent ſemper aliquid adferre novi. *Boſius.*

P. CCIX. ris eum deſiderare à me, cùm ipſe homo πολυγραφώτατος [l]numquam me laceſſiſſet: deinde [63]quem ζηλοτυπεῖν, niſi fortè Brutum: quem ſi non ζηλοτυπεῖ, [64]multo Hortenſium minùs, aut eos qui de republica loquuntur. planè hoc mihi explices velim: in primis, maneaſne in ſententia, ut mittam ad eum, quæ ſcripſi; an nihil neceſſe putes. ſed hæc coram.

l ac nunq. *MSS.*

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

COMMODUM diſceſſerat [m]Hilarus librarius IV. kal. cui dederam litteras ad te, cùm venit tabellarius cum tuis litteris pridie datis: in quibus illud mihi gratiſſimum fuit, quòd Attica noſtra rogat te, ne triſtis ſis, quodque tu ἀκίνδυνα eſſe ſcribis. Ligarianam, ut video, præclarè auctoritas tua commendavit. ſcripſit enim ad me [n]Balbus & Oppius, mirificè ſe probare; ob eamque cauſam ad Cæſarem [o]eam ſe oratiunculam miſiſſe. hoc igitur idem tu mihi antea ſcripſeras. In Varrone iſta cauſa me non moveret, [65]ne viderer φιλένδοξος (ſic enim conſtituebam, neminem include in

m *alii* Hilarius, *aut* Hilaris.

n *alii* Balbus! mirificè.

o meam *MS.*

63. *Quem* ζηλοτυπεῖν.] Poſt hoc verbum deeſſe aliquod Faërnus putabat. *Urſin.*

64. *Multo Hortenſium minus*, &c.] Senſus eſt: Scribe ad me, cuinam invideat Varro. niſi forte Bruto, quod ſi Bruto non invidet multo minus Hortenſio; aut iis, quos in libros de Rep. induxi: ſiquidem omnes mortui, ideoque extra invidiam. Videtur propter brevitatem ſubobſcura ſententia. nam ante illud, *Multo Hortenſium minus*, apparet aliquid deſiderari: & ſane deſideratur: quod autem deſideratur, hoc eſt: Niſi forte Brutum. id enim Cicero omittit, quod apertius paullo ante ſcripſerat, his verbis: *Illud utique ſcire cupio, quem intellexeris ab eo* ζηλοτυπεῖσθαι: *niſi forte Brutum.* Hortenſium autem Cicero inſcripſerat eum librum, quo philoſophiam laudavit: ut lib. II. de Divinatione. itemque eum incluſerat in eum dialogum, qui ſecundo Academicorum libro explicatur. *P. Manut.*

65. *Ne viderer* φιλόνδοξος.] Nonſolum manuſcripti omnes, ſed etiam excuſi codices ante Aldinam editionem φιλένδοξος retinent: quæ lectio non video cur repudiari debuerit: is enim φιλένδοξος eſſe poteſt, qui clarorum & illuſtrium virorum cupide amicitiam & gratiam ſectatur: eo enim ſtudio quærere videtur, ut ab illis illuſtretur, & illorum beneficio famam adipiſcatur. Fugiſſe Ciceronem in ſuis Dialogis M. Varronem inducere credidit fort

A

in dialogos eorum, qui viverent) ſed, quia ſcribis & deſiderari à Varrone, & magni illum æſtimare, eos confeci: & abſolvi, néſcio quàm bene, ſed ita accuratè, ut nihil poſſit ſupra, [66] Academicam omnem quæſtionem libris quatuor. in eis, quæ erant contra ἀκαταληψίαν præclarè collecta ab Antiocho, Varroni dedi: ad ea ipſe reſpondeo: ut es tertius in ſermone noſtro. ſi [67] Cottam & Varronem feciſſem inter ſe diſputantes, ut à te proximis litteris admoneor; meum κωφὸν πρόσωπον eſſet. hoc in antiquis perſonis ſuaviter fit, ut & Heraclides in multis, & nos ſex de Republica libris fecimus. ſunt etiam de Oratore noſtri tres, mihi vehementer probati. in eis quoque eæ perſonæ ſunt, ut mihi tacendum fuerit. Craſſus enim loquitur, Antonius, Catulus ſenex, C. Julius, frater Catuli, Cotta, Sulpicius. puero me hic ſermo inducitur, ut nullæ eſſe poſſent partes meæ. quæ autem his temporibus ſcripſi, Ἀριστοτέλειον morem habent? in quo ſermo ita inducitur ceterorum, ut penes ipſum ſit principatus. ita confeci quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. [p] Catoni, περιπατητικὰ M. Piſoni [q] darem. [r] ἀζηλοτύπητον id fore putaram, quòd omnes illi deceſſerant. [68] hæc Academica, ut ſcis, cum Catulo, Lucul-

P. B.

p Antonio MS.

q daremus alii.

r ἀζηλότυπον alii.

Atticus, ne ſibi hoc aliquis vitio daret, quòd benevolentiam ejus, ut clari in litteris viri, ſibi conciliaret, ut ejus ſcriptis celebraretur: quam tamen ipſe cauſam ſe in Varrone non moviſſe adfirmat: etſi, ut culpam & ſuſpicionem omnem evitaret, libenter diſcedebat à talibus viris: qua de cauſa neminem olim eorum, qui viverent, in ſuis Dialogis introducere ſtatuerat. *Victor.*

66. *Academicam omnem quæſtionem libris quatuor.*] Hoc totum ſuſpicatur abundare Manut. ut gloſſema ſuperiorum verborum; ſed malè ſuſpicatur judice Lambino, qui retinendum cenſet. *Cleric.*

67. *Cottam.*] C. Cottam, oratorem & Philoſophum Academicum lib. 1. de Nat. Deor. *Corrad.* Recte Corradus intelligit C. Aurelium Cottam Oratorem (Bruto 88, 89, 90.) & Philoſophum Academicum A. U. 678. Conſulem cum L. Octavio, in quo conſulatu concio ab eo habita eſt, quæ exſtat in fragmentis Salluſtii. Manutius putat innui hic L. Aurelium Cottam, inſignem judiciis inter tres ordines communicatis anno 683. Craſſo & Pompejo Conſulibus, collegam L. Manlii Torquati in Conſulatu anno 688. ſed cum biennio poſt, nimirum 690. Conſul fuerit Cicero, non multo gravior annis Cicerone fuiſſe videtur. *J. F. Gronov.*

68. *Hæc Academica, ut ſcis, cum Catulo, Lucullo, Hortenſio contuleram.*] Forte: *Hæc Academica, quæ, ut ſcis, in Catulum, Lucullum, Hortenſium contuleram:* Lamb.

69. *Erant*

cullo, Hortenſio contuleram, ſanè in perſonas non cadebant. 69 erant enim λογικώτερα, quàm ut illi de iis ſomniaſſe umquam viderentur. itaque, ut legi tuas de Varrone, tamquam [s] ἑρμαῖον arripui. aptius eſſe nihil potuit ad id philoſophiæ genus, quo ille maximè mihi delectari videtur, [t] measque partes, ut non ſim conſecutus, ut ſuperior mea cauſa videatur. 70 ſunt enim vehementer πιθανὰ Antiochia: quæ diligenter à me expreſſa acumen habent Antiochi, nitorem orationis noſtrum; ſi modò is eſt aliquis in nobis. ſed tu, dandosne putes hos libros Varroni, etiam atque etiam videbis. mihi quædam occurrunt: ſed ea coram.

[s] *alii* ἑρμεῖον.

[t] easque *Grav. & alii.*

EPI-

69. *Erant enim λογικώτερα, quàm inutilia de iis omnia & iniqua viderentur.*] Ut hic jam fœdè depravatus erat locus, ita nunc planus & integer legitur: ea ſunt in noſtro antiquiore ſinceræ lectionis veſtigia: ut parum omnino deſideretur, nec ullùs mediocri ingenio præditus illis ducibus non ad veram lectionem perveniret. Viderunt hoc etiam Germani, in margine enim ſui codicis hanc quoque collocarunt: ſed cur non vulgatâ lectione exploſâ & ejectâ hanc in ſuam ſedem repoſuerunt? quis illi tam vitioſæ & fœdæ, hâc repertâ, locus eſſe poteſt. *Victor.*

70. *Sunt enim vehementer Antiochia.*] Græcum diu verbum hic deſideratum eſt, ne ſpatio quidem illi relicto. libet autem exponere quàm parva perverſio tam magnum incommodum attulerit, ut à doctiſſimis viris, in quorum manibus, quantum illis commodum fuit, liber quem nunc domi noſtræ habemus manſit, intellectum & reſtitutum non ſit: ita enim in eo eſt ΠΙΟΑΝΑ: ut ſi circulo illi punctum in medio, tanquam centrum colloces, quod à librariis negligenter relictum eſt, omnes tenebras expuleris, lucemque illi dictioni & ſplendorem reddideris. Hæc autem poſtquam illuſtrata ſunt, tam clara & aperta, magnas moleſtias exhibent antequam intellecta ſint. nec nunc ideo hoc dicimus, quia valde nobis in his nugis placeamus: nam & Germani hoc antè viderant, & minuta hæc eſſe & levia ſentimus. Antiochus autem hic Aſcalonita veteris Academiæ ferè jam deſertæ patrocinium ſuſcepit, eamque totis ingenii viribus defenſitavit: fuit autem L. Lucullo valde familiaris, ut Plutarchus in ejus vita tradidit, ſic autem de eo loquitur: Ἴδιον δὲ τῆς Ἀκαδημίας ἐξ ἀρχῆς ἔρωτα. καὶ ζῆλον ἔσχεν οὐ τῆς νέας λεγομένης καίπερ ἀνθούσης τότε τοῖς Καρνεάδου λόγοις διὰ Φίλωνος. ἀλλὰ τῆς παλαιᾶς πιθανὸν ἄνδρα καὶ δεινὸν εἰπεῖν τότε προστάτην ἐχούσης τὸν Ἀσκαλωνίτην Ἀντίοχον ὃν πάσῃ σπουδῇ ποιησάμενος φίλον ὁ Λεύκολλος καὶ συμβιωτὴν ἀντετάττετο τοῖς Φίλωνος ἀκροαταῖς ὧν καὶ Κικέρων ἦν. Idem ferè de eodem loquitur in vita Bruti. Vides igitur etiam Plutarchum idem ſentire cum Cicerone, qui Antiochum πιθανὸν appellet, id eſt magnam habere perſuadendi vim ejus orationem, & magno verborum impetu pronunciari tradat. *Idem.*

71. *Urbe*

EPISTOLA XX.

CICERO ATTICO S.

A Cæsare litteras accepi conſolatorias, datas prid. kal. Maj. Hiſpali. De [71] urbe augenda quid ſit promulgatum non intellexi: id [v] ſane ſcire velim. Torquato noſtra officia grata eſſe facilè patior: eaque augere non deſinam. [72] Ad Ligarianam [73] de uxore Tuberonis & privigna, neque poſſum jam [x] addere, (eſt enim [y] res pervulgata) neque Tuberonem volo defendere. mirificè eſt enim φιλαίτιος. [74] theatrum quidem ſanè bellum habuiſti. ego, etſi hoc loco facillimè ſuſtentor, tamen te videre cupio. itaque, ut conſtitui, adero. Fratrem credo à te eſſe conventum. ſcire igitur

v ſcire ſane *MS.*

x abdere *alii.*

y *alii delent* res.

71. *Urbe augenda.*] Ut a ponte Milvio ſecundum montes Vaticanos Tiberis duceretur. ſic enim fiebat, ut, Vaticanis montibus cis Tiberim incluſis, & ea foſſa, qua prius Tiberis decurriſſet, exſiccata, magnam in amplitudinem urbs explicaretur. ep. 33. & 35. *P. Manut.* Joſ. Caſtalioni Dec. 1. cap. 4. Adverſus Criticos Manutius non videtur Cæſaris rationem de urbe augenda tenuiſſe, quoniam Cæſar voluit mutato Tiberis alveo, & ductâ foſſâ ſecus montes Vaticanos, ex Campo Vaticano efficere Campum Martium, ibique Marti templum dedicare, ut eſſet flumen Campo Martio propinquum, quo ſe natatum juventus Romana poſt militares exercitationes immitteret. Hæc Caſtalio, qui dicto loco ſententiam ſuam multis firmat. *Verburg.*

72. *Ad Ligarianam.*] Vide J. F. Gronovium ad Senecæ Thyeſt. ỷs. 994. *Idem.*

73. *De uxore Tuberonis & privigna.*] Quod ſcilicet ab iſtis mulieribus inſtigatus ſit Tubero, ad accuſandum Ligarium apud Cæſarem, ubi Cicero oratione ſua eum defendit. *J. F. Gronov.*

74. *Theatrum quidem ſane bellum habuiſti.*] In vendenda Ligariana oratione ep. 12. h. l. ut fabulæ vendi ſolebant in theatro recitandæ. vel in ſpectandis uxore Tuberonis, & privigna contendentibus. *Corrad.* Imo theatrum bellum habuiſti, eſt locum & occaſionem commodam habuiſti exſerendæ & explicandæ virtutis aut facundiæ tuæ Eſt novum caput epiſtolæ, nihil commune habens cum ſuperioribus. Cic. Brut. 11. *Hunc autem præter ceteros, aut cum paucis ſuſtineret dolorem, cum forum populi Romani, quod fuiſſet quaſi theatrum illius ingenii, voce erudita, & Romanis Græcisque auribus ſpoliatum atque orbatum videret.* Orat. pro Rab. reperund. reo cap. 15. *Multas equidem C. Cæſaris virtutes, magnas incredibileſque cognovi. Sed ſunt cetera majoribus quaſi theatris propoſita.* J. F. Gronov.

75. Stul-

P. CCX. tur ſtudeo, quid egeris. De fama nihil ſane laboro: etſi ſcripſeram ad te nunc [75] ſtultè; *nihil melius.* curandum enim non eſt. atque hoc, *in omni vita ſua* [z] *quemque à' recta conſcientia traverſum unguem non* [a] *oportet diſcedere*, [76] viden' quàm φιλοσόφως; an tu non fruſtra exiſtimas hæc in manibus habere? [77] δεδῆχθαι te nollem, quod nihil erat. redeo enim rurſus eodem. quidquamne me putas curare in toto, niſi ut ei ne deſim? id ago ſcilicet, ut [78] judicia videar tenere. μὴ γὰρ αὐτοῖς·

z *quemquam* Manut.

a *oportere* alii.

75. *Stultè*; NIHIL MELIUS. *curandum enim non eſt. atqui hoc.*] Ita Boſ. ex Scidis. Junius ait mſſ. Pal. ſic diſtinguere, *ſtultè, nihil melius curandum hominib. eſt, atque hoc. In omni &c.* vulg. *Curandum enim nobis eſt, atque hoc &c.* Lambinus additâ particulâ negativâ legit, *curandum enim nobis non eſt, atque &c.* quibusdam ſic placet ſcribi, *nonnihil enim curandum nobis eſt, nihilque melius, atque hoc, in omni vita.* Cleric.

76. *Viden' quam philoſophos; aut tu nos, &c.*] Legimus φιλοσόφως ut adverbium ſit, intelligaturque (ſentiamus) vel (diſputemus:) ſuprà enim de fama ex rationibus philoſophorum diſſeruerat. quaſi dicat, Vides, ne quàm in omni re in philoſophia abutamur, & omnes noſtras cogitationes ad ipſius præcepta dirigamus? quod mirari non debes. cum enim quotidie philoſophumena explicemus, videremur ea fruſtra tractare, niſi in vitæ rationibus inſtitutis illis uteremur. Ubi autem *haud tu nos* legebatur, antiquorum codicum auxilio, *an tu nos, &c.* emendavimus. Illud autem Græcum adverbium frequenter Græci autores uſurpant. Plut. in Catone majore: Πράως δὲ καὶ φιλοσίφως λέγεται τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν, Græcis enim οιλοσόφως ſignificat, quod nos vulgò Philoſophicè dicimus. *Victor.*

77. *Δεδεῖχθαι te nollem quod nihil erat.*] Vetus lectio δεδῆχθαι: parvâ ſcripturæ varietate, magnâ ſententiæ. δεδῆχθαι à δάκνω, quod eſt *mordeo*, vel δάκω potius, quod in uſu non eſt, idem tamen ſignificat, derivatur. hic eſt igitur ſenſus, Nollem te eo morſum eſſe (nam etiam Latini verbum *mordeo* ad animum transferunt) quod nullum erat: nec enim debuit tam parva res te ſolicitum habere. vel (ſi patiendi verbum pro agendi ſumptum eſſe vis) momordiſſe te nollem id, quod nullum erat. Utuntur frequenter Græci ſuo verbo, cum animi dolorem & moleſtam acutamque ſolicitudinem ſignificare volunt. ut nutrix Medeæ apud Euripidem de hera loquens: Τί ποτ' ἐργάσεται, μεγαλόσπλαγχνος δυσκατάπαυστος ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσιν. Cicero etiam Latino uſus eſt lib. VI. ad Atticum: *Qui ſcribis morderi te interdum, quòd non ſimul ſis.* Idem. Δεδῆχθαι.] Morſum eſſe, ægre tuliſſe, quod de Q filio ſcripſi ep 8. h. l. ſic Latine, *me momorderunt epiſtola tua* ep. 12. h. l. *Corrad.* Videtur fuiſſe qui dixerit, turpe fore Ciceroni, ſi pro amico in foro periclitante non contenderet, & cauſſam ejus ageret, quod ego nihili facio. *J. F. Gronov.*

78. *Ju-*

τοῖς· vellem tam domeſtica [b] ferre poſſem, quàm iſta contemnere. putas autem me voluiſſe aliquid, quod perfectum non ſit? non licet ſcilicet ſententiam ſuam: ſed tamen [c] quæ cum acta ſunt non poſſum non probare: & tamen non curare pulchrè poſſum, ſicuti facio. ſed nimiùm multa de nugis.

b facere *MSS.*

c quæ acta *MSS.*

EPISTOLA XXI.

CICERO ATTICO S.

AD Hirtium dederam epiſtolam ſanè grandem, quam ſcripſeram proximè in Tuſculano. Huic, quam [d] tum mihi miſiſti, reſcribam alias. nunc aliis malo. Quid poſſum de Torquato, niſi aliquid à Dolabella? quod ſimul ac, continuò ſcietis. exſpectabam hodie, aut ſummùm cras, ab eo tabellarios: qui ſimul ac venerint, mittentur ad te. A Quinto exſpecto. proficiſcens enim è Tuſculano IIX. kal. ut ſcis, miſi ad eum tabellarios. Nunc, ad rem ut redeam, 79 *inhibere* illud tuum, quod valde mihi arriſerat, vehementer diſplicet. eſt enim verbum totum nauticum. quamquam id quidem ſciebam: ſed arbitrabar ſuſtineri remos, cùm [e] inhibere eſſent remiges juſſi. id non eſſe ejuſmodi didici heri, cùm ad villam noſtram navis appelleretur. 80 non enim

d tu *alii.*

e inhiberi *alii.*

78. *Judicia videar tenere.*] Ut videar tenere judicia & opiniones hominum de me, hoc eſt, ut me talem eſſe credam, qualem homines exiſtimant. *Boſius.* Male Boſius. Senſus eſt, quaſi vero id mihi curæ ſit, ut in foro dominer, & primus Oratorum eſſe videar. Sic *forum tenere* dixit in Bruto 27. *ſcenam tenere* Sueton. Tib. 7. *J. F. Gronov.*

79. *Inhibere illud tuum.*] Qui ſoles ἐπέχειν. ep. 6. lib. VI. vel qui putas ἐπέχειν reddi Latine poſſe per verbum *inhibere.* Corradus. De hocce toto loco multis diſputat J. F. Gronovius lib. IV. Obſervationum cap. 26. quem vide, & quæ ex illo ſtatim afferentur. *Grav.*

80. *Non enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant.*] Verum hoc eſt. Nam qui *inhibent* verſus puppim, non verſus proram remigant, non converſa navi. Quod ſolebant facere, aut cum in prœliis navalibus, cum paullulum retrocederent proris ſemper objectis hoſti, ut, vehementiore impetu redeuntes, impreſſionem facerent; aut cum ſe paullatim ſubtraherent pugnæ fugam capeſſentes, ne manifeſtæ fugæ, palam terga dantes, ſpeciem præbeant: aut cum portum eſſent ingreſſuri, & navem littori applicituri. Solebant enim

enim ſuſtinent, ſed alio modo remigant. id ab ἐποχῇ
P. B. remotiſſimum eſt. quare facies, ut ita ſit in libro,
quemadmodum fuit. [81] dices hoc idem Varroni, niſi
fortè mutavit. [82] nec eſt melius quidquam, [83] quàm ut
Lucullus [84] *Suſtineat currum, ut bonus ſæpe agitator,
equosque.* ſemperque Carneades προβολὴν pugilis &
re-

enim in portibus puppes ad littus applicare, ne portum egreſſuri cogerentur navem convertere. Hinc poëta:

Ancora de prora jacitur, ſtat litore puppis.

Quod Latini dicunt *inhibere*, cum nimirum remiges, aut ſedilia mutantes, quod in majoribus navibus faciebant, aut, ut in minoribus, aliter remos moventes, hoc eſt, remis incumbentes, cum antea retro ſe flecterent, in puppim remigant, ut navis retro & ceſſim eat, hoc Græcis πρύμναν κρούσασθαι· dixerunt autem Latini, *inhibere remis*, *inhibere navem*, *navem inhibere remis*, & ſimpliciter *inhibere*. vide Gronovium lib. IV. Obſerv. cap. 26. qui & merito dubitat, num unquam Latini dixerint *inhibere remos*, non quod non poſſent ſic loqui, ſed quod ambiguitatis vitandæ cauſſa ab illo loquendi genere abſtinuerint. Nam *inhibere remos* per analogiam eſt, ceſſare a remigando, κώπαις σχάζειν Pindaro, καθεῖ[...] κώπαις Thucydidi, ſed *remis inhibere* eſt remis navem retrorſum propellere. Verum illo *remos inhibere* non uſi ſunt, propter ambiguum ſenſum. Nautæ enim non potuiſſent ſcire, ſi gubernator clamaſſet, *inhibere*, remos an navem vellet inhiberi. *Grav.*

81. *Dices hoc idem Varroni, niſi forte mutavit.*] MS. Boſii eſt hæc lectio; Vulgata eſt, *dices idem Varroni ſi forte mutavit.* Cleric.

82. *Nec eſt melius quidquam, &c.*] In II. Academicarum Quæſtionum libro, contra ſe ipſum ex Luculli perſona ſic loquitur Cicero: *Nihil me lædit*, inquit, *ego enim, ut agitator callidus, priusquam ad finem veniam, equos ſuſtinebo; eoque magis, ſi locus is, quo ferentur equi, præceps erit. ſic me ante ſuſtinebo: nec diutius captioſe interroganti reſpondebo.* Hic, ut opinor, Atticus Ciceronem monuerat, ut pro, *Equos ſuſtinebo*, ſcriberet *Equos inhibebo*. eumque Cicero ſecutus, locum mutavit. deinde cum, *Inhibere*, non idem eſſe, quod *ſuſtinere*, didiciſſet, Attico ſcripſit, ut reſtitueretur, *Suſtinebo*. P. Manut.

83. *Quam ut Lucullus.*] *Quam ut Lucilius* Faërnus, & ita videtur ſine aliqua controverſia legendum. infra *valde probo hominem*, delebat Faërnus verbum *probo*. Urſin. *Lucullus* non eſt rejiciendum. Senſus eſt, Lucullus dicat ſe ſufflaminare currum aut ſiſtere, ut nobis auriga in circo. *J. F. Gronov.*

84. *Suſtineat currum equosque, &c.*] Mutato horum verborum ordine integer eſt hexameter in antiquis codicibus: quod etiam Germani animadvertiſſe videntur in ſuo exemplari: quare nos quoque id recepimus. cur enim tot integerrimorum teſtium fidem & autoritatem damnaremus? Poſt autem hæc verba *ſimilem facit*, diu verbum Græcum deſideratum eſt: quidam ἐποχὴν Ἑρμοδώρῳ reſtituerunt falſo. Quid enim Hermodoro eſt cum aſſenſionis retentione? ita enim Cicero interpretatur ἐποχήν. Sumptum
au-

retentionem aurigæ, ſimilem facit [f] ἐποχῇ. inhibitio autem remigum [85] motum habet, & vehementiorem quidem remigationis, navem convertentis ad puppim. vides, quanto hoc diligentiùs curem, quàm aut de rumore, aut de Pollione: de Panſa etiam, ſi quid certius ([86] credo enim palam factum eſſe) de Critonio, ſi quid eſſet: certene de Metello & Balbino. dic mihi, placetne tibi primum edere injuſſu meo? hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is qui Platonis libros ſolitus eſt divulgare; ex quo, [87] λόγοισιν Ἑρμόδωρος· quid illud? rectumne exiſtimas [88] cuiquam ante, quàm Bruto? cui te auctore προσφωνῶ. ſcripſit enim Balbus ad me, ſe à te

[f] ἐποχὴν Ἑρμοδώρου edd. vett.

autem eſt id proprium nomen ex proverbio λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται, quo paulò pòſt Cicero utitur, ineptèque in hunc locum translatum. ipſi ex iisdem codicibus *ſimilem facit*, ἐποχῇ, ſcripſimus, intelligimusque, cum planius explicare vellet Carneades quid eſſet ἐποχὴ, ſemper ſolitum eſſe ſimilitudine τῆς προβολῆς in pugile, & retentionis equorum in auriga eam declarare & notam facere. Habent autem hæ res ſtatum & firmitatem, ſed ad tempus, ut majore vi & impetu hic in adverſarium inferatur: ille verò dato ſigno prorumpat & in curſum equos concitet. Quid autem ſit προβολὴ ab erudito viro Budæo jam explicatum eſt, qui omnem vim & naturam hujus nominis diligenter expoſuit: necnon locum etiam hunc Ciceronis adduxit, & quicquid de eo ſentiret doctè & ingenuè pronunciavit. aperit autem non parum hujus loci ſententiam, qui obſcurus eſt & eruditionis plenus, illa illius diſerti viri declaratio. *Victor.*

85. *Motum habet, & vehementiorem quidem, remigationis navem convertentis ad puppim.*] Inhibitio remigum non ſiſtit laborem remigandi, ſed mutat & incitat, ut ſubito eat ceſſim & in puppim procedat. *J. F. Gronov.*

86. *Credo enim &c.*] Utinam Attici epiſtolas ad Ciceronem haberemus quàm multa paterent, quæ nunc, tamquam in tenebris abdita, non videmus. hic certe, quid de Panſæ negotio ſignificetur, ſi quis ex ingenio velit quærere, fruſtra ſit diligens. *P. Manut.*

87. Λόγοισιν Ἑρμόδωρος.] Integrum proverbium ſenario clauditur. Servat in hoc morem ſuum Cicero: partem enim ſupprimit. originem ſignificatumque ejus Suidas exponit. Simplicius in commentariis in primum Phyſicorum narrat Hermodorum, Platonis ſodalem, librum ſcripſiſſe de decretis ipſius: ubi cùm multas ejus opiniones, tum quid de materia ſenſerit, explicarit: hoc autem tradere Dercyllidem, qui & ipſe multa volumina de Platonis philoſophia ediderit. *Victor.*

88. *Cuiquam ante, quàm Bruto.*] Victorii codicum ſcriptura hæc eſt. prior hæc erat, *quicquam Bruto*; Vulgati nunc habent, *cuiquam quidquam antequam Bruto.* Cleric.

te quintum de Finibus librum deſcripſiſſe: in quo non ſanè multa mutavi: ſed tamen quædam. tu autem commodè feceris, ſi reliquos continueris, 89 ne & ἀδιόρθωτα habeat Balbus, & ἔωλα Brutus. Sed hæc hactenus, ne videar περὶ μικρὰ σπουδάζειν. etſi nunc quidem maxima mihi ſunt hæc. quid eſt enim aliud? Varroni quidem quæ ſcripſi te auctore, ita propero mittere, ut jam Romam miſerim deſcribenda. ea ſi voles ſtatim habebis. ſcripſi enim ad librarios, ut fieret tuis, ſi tu velles, deſcribendi poteſtas. ea verò continebis, quoad ipſe te videam; quod diligentiſſimè facere ſoles, 90 cùm à me tibi dictum eſt. 91 cùm autem

89. *Ne & ἀδιορότατα habeat Balbus, & ἴωλα Brutus.*] Idem qui ſuprà error majoris erroris cauſa exſtitit: ſi enim in antiqua ſcriptura in medio circuli, quo quinta vocalis apud illos effingitur, punctum ſtatueris, pro ΑΔΙΟΡΟΩΤΑ ἀδιόρθωτα feceris, quæ vera & ingenua eſt lectio, id eſt imperfecta, & ſi Græcam vocem exprimere velis, nondum correcta. Reprehendit leniter Atticum, quòd parum diligenter quædam ex libris de Finibus continuerit: ex hocque non parva incommoda naſci oſtendit. nam cum Bruto, ſuaſore eo ipſo Attico, II. libri deſponſi eſſent, non rectum videbatur, ut antea eos Balbus haberet quàm is, cui mitti debebant: eſſent enim jam obſoleti cum ad illum pervenirent, ut non grati jucundique eſſe poſſent. cui malo aliud etiam accedebat, quòd inemendata & inchoata ea ſcripta Balbus habebat: nondum enim ea abſolverat, & quaſi ſupremam illis manum Cicero impoſuerat. Græcas has duas voces totidem Latinis non incommodè interpretatur, cum eandem hanc ſententiam paulò pòſt pronunciat, *Tantum nolebam aut obſoletum Bruto, aut Balbo inchoatum dari.* nam paſſim imperfectum & rude *inchoatum* appellare Ciceronem notum eſt. Prima Græca voce utitur Simplicius in Phyſicis 116. de Ariſtotele loquens, qui rudes & mancas antiquorum ſententias de Infinito corrigere aggrediebatur, καὶ τὰς ἀδιορθώτους ἐννοίας τῶν περὶ τοῦ ἀπείρου ἑξῆς διορθῶσαι προτίθεται. Poſteriore ipſe Cicero in epiſtola ad Varronem, *Etſi erat ἔωλος illa epiſtola, &c.* Delevimus autem paulò ſuprà maculam, quæ non mediocriter ſenſum fœdabat: pro *quicquam bruto* enim caſtigavimus, ab antiquis exemplaribus adjuti, *cuiquam antequam bruto.* Victor.

90. *Cum a me tibi dictum ſit.*] Antonianus, *dictum eſt*, explicatius & ſignificantius. Et ibidem. *Quum autem* pro eo quod eſt in vulgatis *Quomodo autem*, abraſa rogandi nota, illo ſenſu. Cum a me tibi dictum eſt, id diligentiſſime ſoles facere, nec ulli enim poteſtatem faciunt deſcribendi, a te videlicet moniti. Cum autem fugit me tibi dicere, Cærellia deſcribit ab illis: qui in eo, quoniam prohibiti a te non ſunt, non putant ſe peccare, nec ego eos accuſo, & te culpa liberó: propterea quòd a me prætermiſſum eſt, ut dicerem eos exire me nolle. Quæ poſtrema ve-

tem fugit me tibi dicere, mirificè Cærellia ſtudio videlicet philoſophiæ flagrans deſcribit à tuis: iſtos ipſos de Finibus habet. ego autem tibi confirmo, (poſſum falli, P. CCXL
92 ut humanus) à meis eam non habere. numquam enim ab oculis meis abfuerunt. tantum porro aberat, ut binos ſcriberent; vix ſingulos confecerunt. tuorum tamen [g] ego nullum delictum arbitror, [h] idemque te volo exiſtimare. à me enim prætermiſſum eſt, ut dicerem, [i] eos exire nondum velle. Hui quàm diu de nugis? de re enim nihil habeo quod loquar. De Dolabella tibi aſſentior. coheredes, ut ſcribis, in Tuſculano. [k] De Cæſaris adventu ſcripſit ad me Balbus, non ante kal. Sext. De Attica optimè, 93 quòd leviùs ac leniùs, & quòd fert εὐκόλως. Quod autem 94 de illa no-

g eo *alii.*
h Itemque *alii.*
i me eos *alii.*
k *init. epiſt. in MSS.*

ba certiorem etiam faciunt noſtram hanc lectionem, quæ ita placet, ut vulgatam non improbemus, quæ & ipſa bella eſt. *Malaſp.*

91. *Cum autem fugit me.*] Ita omnes mſſ. Boſii, & ita ille legendum arbitratur. Lambinus mavult, *quoniam autem &c.* dicens *quom* in mſſ. valere *quoniam:* vulgò, *quomodo autem.* Cleric.

92. *Ut homo, à meis eam non habere.*] Sic Boſ. ex Decurt. emendavit, ut & antea Lamb. ex Torn. vulg. *ut humanus, à me non habere.* Idem. Non rejicienda erat veterum librorum lectio, quam & Victorius & Manutius admiſerunt, quamque agnoſcunt etiam Balliol. & Helmſt. codd. Nam *humanus* pro homine apud cultioris etiam ætatis ſcriptores reperitur. Ovid. II. Faſt.

Pulcher & humano major, trabeaque decorus,
Romulus in media viſus adeſſe via.

Lucret. lib. III.

Et ſæpe usque adeo mortis formidine, vitæ
Percipit humanos odium, lucisque videndæ.

Juſtinus XLII, 3. *Primusque humanorum poſt Herculem & Liberum, qui reges Orientis fuiſſe traduntur, eam cœli plagam domuiſſe dicitur.* Grævius.

93. *Quod leviùs ac leniùs, & quod fert εὐκόλως.*] Vulgati libri habent, *quod leviùs & quod fert &c.* ſed Lamb. duo illa vocabula, *ac leviùs*, offendebant, itaque deleri juſſit, legens, *quod leviùs & quod fert εὐκόλως.* *Cleric.*

94. *De illa noſtra cogitatione.*] Collocandæ, ut arbitror, Atticæ jam nubilis ep. 17. ad M. Brut. quin non multo poſt nupſit M. Vipſanio Agrippæ. Nepos in Attic. *Corrad.* De matrimonio Atticæ, de quo ego non minus cogito, quàm tu ipſe: & proci ea quæ novi, ſcilicet faciem, domum, facultates valde probo: ſed quod præcipuum eſt, mores & animum non novi: ſed laudabilia de eo prædicantem audio Tremellium Scrofam; etiam proxime ædes tuas habitatum venit, eſtque nobilior, quod ad genus maternum attinet, quàm pater. *Popma.*

95. In

noſtra cogitatione ſcribis, [95] in qua nihil tibi cedo; ea, quæ novi, valde [l] probo; hominem, domum, facultates. quod caput eſt, ipſum non novi: ſed audio laudabilia de Scrofà. etiam proximè accedit, ſi quid hoc ad rem: εὐγενέστερος eſt etiam, quàm pater. coram igitur, & quidem propenſo animo ad probandum. accedit enim, quòd patrem, ut ſcire te puto, plus etiam, quàm non modò tu, ſed quàm ipſe ſcit, amo, idque & merito & jam diu.

l probo *delet Faërn.*

EPISTOLA XXII.

CICERO ATTICO S.

De Varrone, non ſine cauſa, quid tibi placeat, tam diligenter exquiro. occurrunt mihi quædam. ſed ea coram. te autem ἀσμενέστατα [m] intexui, faciamque id crebriùs. proximis enim tuis litteris primùm, te id non nolle, cognovi. De Marcello ſcripſerat ad me Caſſius antea; τὰ κατὰ μέρος Servius. [n] ô rem acerbam! ad prima redeo. Scripta noſtra nuſquam malo eſſe quàm apud te: [96] ſed ea tum foras dari, cùm utri-

m intexo *MS.*

n ô *deeſt in aliis.*

95. *In qua nihil tibi credo.*] Non enim credimus, quæ novimus. al. *nihil tibi cedo*, quod fortaſſe magis probes, ut ſit, in ea cogitatione nihil tibi etiam patri cedo: deinde dicat, valde probo ea, quæ novi. *Corrad.* Veteres libri, in his Antonianus & Faërni, *Cedo*, ſententia perſpicua & ſequente. Cur enim, & quæ quis noverit, non credat? Nimis arguta hæc interpretatio, & a populi ſenſu remota. Itaque hanc teneo ſcripturam, hoc eſt, multorum exemplarium conſenſum, verbis hoc modo diſtinctis atque interpunctis: *Quod autem de illa noſtra cogitatione ſcribis, in qua nihil tibi cedo: ea quæ adhuc novi valde probo, hominem, domum, facultates.* ut hoc dicat Cicero: ſe Attico non concedere, ut majorem ille curam & cogitationem de filiæ nuptiis, quam ipſemet ſuſcipiat. *Malaſp.*

96. *Sed ea timui foras dari.*] In antiquis codicibus ſincera lectio manet, hæc enim inquinata eſt: ſic autem in illis, *ſed ea tum foras dari.* Redit autem ad rem, de qua ſuprà egerat: quòd Atticus ſe invito quædam ex libris de Finibus edidiſſet: de quo Cicero familiariter cum eo queſtus eſt: affirmatque ſe valde velle ſua ſcripta apud eum eſſe, non tamen ea prius divulgari, quàm communi conſilio ea edenda eſſe cenſuerint. Quàm falſa & rudis vulgata lectio eſſet, quivis, ſi diligenter attendat, videre poterit. Non omittendum omnino videtur, etſi parva res ſit, quòd in antiquiore noſtro paulò pòſt ubi in excuſis *ſatisfaciendum fuiſſe* legitur,

utrique noſtrûm videbitur. ego & librarios tuos culpâ libero, neque te accuſo: & tamen aliud quiddam ad te ſcripſeram, Cærelliam quædam habere, quæ niſi a te non potuerit. Balbo quidem intelligebam 97 ſat faciendum fuiſſe: tantum nolebam, aut obſoletum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Varroni, ſimul ac te videro, ſi tibi videbitur, mittam. quid autem dubitarim, cùm videro te, ſcies. 98 Attributos quod appellas valde probè. Te de prædio aviæ exerceri moleſtè fero. De Bruto noſtro perodioſum: ſed vita fert. 99 mulieres autem vix ſatis humanè, quæ inimico animo ferant, P. R.

gitur, *ſatfaciendum* eſt: nam id etiam in margine ſui codicis Germani adnotarunt, ut qui in vetuſto illo, quod habuerunt, exemplari legerint: quod enim in priſcis monimentis inveneri-mus, non poſſumus animum inducere ut penitus contemnamus. *Victor.*

97. *Satisfaciendum.*] Ut quintum de Finibus librum deſcriberet. Erat autem Balbi apud Cæſarem ſummi ponderis auctoritas: ut non ſine cauſſâ dicat, *Balbo quidem intelligebam ſatisfaciendum fuiſſe.* ep. 21. *P. Manut.*

98. *Ad tribunos quod appelles valde probo.*] Veteres codices, *attributos quod appellas valde probè* habent: longe diverſa hac à nova lectione & ſententia & verbis. Eam ſanè ego recepi, quia in priſcis exemplaribus inveni, & quia ſinceriorem judico. quamvis autem vulgatam falſam dicere non poſſim, non tamen ingenuam & huic loco aptam eſſe arbitror. nec enim de ea appellatione hic agi puto, quæ fit, cum ad ſuperiorem poteſtatem quis confugit: ſed *Appellare* hic ſignificare cenſeo, *admonere de pecunia*: quo ſignificatu Cicero frequenter illud uſurpat: *Appellareque attributos*, ut *Appellare ſponſores* dictum eſſe diſſeruit Budæus in annotat. in Pandectas, ex Varrone & Cicerone diligenter de hujus verbi origine & natura. *Attributos* ut *adlegatos* dictos exiſtimo, non quod idem utriusque verbi ſignificatum eſſe cenſeam, ſed formatione tantum & à ſuo verbo conſimili derivatione. de quibus Cicero ad Q. Fratrem: *Sed idem Nerius index edidit adlegatos Cn. Lentulum Vaciam & C. Cornelium.* Et pro A. Habito: *In quo inter adlegatos Oppianici nomen primum eſſe conſtabat.* Sed ultimo etiam volumine de bello Gallico, ſive illud Oppius, ſive Hirtius ſcripſit, eſt hoc nomen, etſi de alia attributione video illic intelligi: *Erat attributus Antonio Præfectus equitum C. Voluſenus Quadratus, qui cum eo hibernaret.* Victor.

99. *Mulieres vix ſatis humane, quæ inimico animo ferant.*] In mulieribus autem (quæ ſine dubio juxta propinquæ ſuis rixis & intemperiis eum diſtrahebant) mitiorem animum deſidero, quæ, cum utrique aliarum rerum conſtet pudicitia & boni mores, altera alteram tolerare non poſſit, ut alterius facta dictaque omnia ſecus interpretetur. *J. F. Gronov.*

rant, cùm utraque officio pateat. Tullium ſcribam; nihil fuit, quòd appellares. nam tibi mandaſſem, ſi fuiſſet. nihil enim eſt apud eum poſitum nomine voti: ſed eſt quiddam apud illum meum. id ego in hanc rem ſtatui conferre. itaque & ego rectè tibi dixi, ubi eſſet: & tibi [o] ille rectè negavit. ſed hoc quoque ipſum continuò adoriamur. [1] lucum hominibus non ſanè probo, quòd eſt deſertior: ſed habet [p] εὐλογίαν. verùm hoc quoque, ut cenſueris; quippe qui omnia. Ego, ut conſtitui, adero: atque utinam tu quoque eodem die! ſin quid, (multa enim) utique poſtridie. etenim coheredes à quîs ſine te opprimi [q] malitia eſt. Alteris jam litteris nihil ad me de Attica. Sed id quidem [r] in optima ſpe pono. illud accuſo, non te, ſed illam, ne ſalutem quidem. at tu & illi & Piliæ plurimam: nec me tamen iraſci [s] indicaris. Epiſtolam Cæſaris miſi, ſi minùs legiſſes.

o ille neg. *edd. vett.*
p *alii* εὐγηρίαν *aut* εὐκολίαν.
q militia *MS.*
r mihi in *alii.*
s judicaris *alii.*

EPISTOLA XXIII.

CICERO ATTICO S.

ANTEMERIDIANIS tuis litteris heri ſtatim reſcripſi: nunc [t] reſpondeo veſpertinis. Brutus, mallem, me arceſſeret. nam & æquius erat, cùm illi iter inſtaret & ſubitum & longum: & mehercule nunc, cùm ita ſimus affecti, ut non poſſimus planè ſimul [2] vivere, (in-

t reſpondebo *alii.*

1. *Lucum hominibus non ſane probo.*] Editiones, *locum:* Decurtatus, *lucum*, idque melius. Ait enim ſe non probare, ut conſecratio Tulliæ fiat in luco, quemadmodum ſuadebat Atticus, quòd in luco ſit ſolitudo; hominum autem conſecratio egeat celebritate. nam quod ad Deos attinet, ii ita noti ſunt, ut ad eos colendos in deſertiſſima quæque loca frequentiſſimi homines conveniant. idcirco nihil eis opùs eſt loci celebritate. contra homines celebri loco conſecrari debent, ut eorum nomen vulgo innoteſcat. itaque nequaquam eis conveniunt luci, quod deſertiores ſint quàm oporteat. Hoc de luco ſic idem auctor epiſtola 29. hujus lib. *Ad id autem, quod volumus,* ἀφίδρυμα, inquit, *nihil aptius videtur quam lucum, quem ego noram: ſed celebritatem nullam tum habebat: nunc, audio, maximam.* Boſius.

2. *Vivere.*] Refertur ad jucunditatem remiſſionemque animorum: quale illud ep. 15. lib. IV. *Roſiæ vixi cum Axio.* & epiſt. 20. lib. XIV. *Cum Panſa vixi in Pompejano.* P. Manut.

3. *Sunt*

(intelligis enim profectò, ᵛin quo maximè poſita ſit ſυμβίωσις) facilè patiebar nos potiùs Romæ unà eſſe quàm in Tuſculano. libri ad Varronem non morabantur. ³ſunt enim deficti, ut vidiſti: tantùm librariorum menda tolluntur; de quibus libris ſcis me dubitaſſe. ſed tu videris. item, quos Bruto mittimus, in manibus habent librarii. Mea mandata, ut ſcribis, explica: ⁴quamquam iſta retentione omnes ait uti Trebatius: quid tu iſtos putas? ⁵noſti domum. quare confice εὐχγώγως. incredibile eſt, quàm ego iſta non curem. omni

v in deeſt in aliis. P. CCXII.

3. *Sunt enim defecti, ut vidiſti.*] Pro *defecti* in uno manuſcripto eſt *defecti*: in aliis *effecti*, ut, quam ſequar ſcripturam, non videam. *Urſin.* *Sunt enim defecti.*] Sic repoſuit ex Decurt. Boſius; vulg. *defecti*, quod Barbarum ait Manutius, & mavult aut *deſcripti* aut *perfecti*. Lambinus, ſcripturæ veteris, ut ait, veſtigia ſequutus, emendat, *detexti*. Urſinus dicit in uno mſ. *eſſe defecti*; in aliis *effecti*; ut quam ſequatur ſcripturam non videat. *Clericus*, In omnibus fere libris antiquis legitur *defecti*, quod Latini ſermonis uſus non admittit, pro confecti aut perfecti. Ego arbitror errorem natum ex adfinitate litterarum *D* & *R*, quæ in veteribus libris ſæpe commutant. itaque lego *refecti*, id eſt, renovati & tralati ex archetypo in macrocolum. Sic lib. XVI. ep. 3. *Multis locis inculcatum & refectum.* Popma. Forte *adfecti*, hoc eſt, tantum non perfecti proxime umbilicum. Hoc enim *adfectum* veteribus eſſe docet Gell. XV, 5. *J. F. Gronov.* *Defecti* habetur etiam in Ball. Verum hic vidiſſe puto Lambinum, & Tullium ſcripſiſſe *detexti*. Facile enim *t* in *f* & *x* in *c* potuit a ſomnolento librario converti. *Grævius.* *Ut vidiſti.*] Romæ, quo deſcribendos miſimus ep. 21. h. l. *Conrad.*

4. *Quanquam iſta retentione omnes, ut ait ei Trebatius.*] Hæc erat communis lectio, quæ ſanè aut manca eſt, aut aliquid intelligi, quod ſententiam perficiat, neceſſe eſt: certe obſcura eſt. Quam nos lectionem ſecuti ſumus, eruimus ſanè eam ex antiquo exemplari: aliquantulum etiam in illo contaminatam ſcripturam adjuvantes, modice tamen & temperatè eſt etiam in re, de qua loquitur, obſcuritas, ut vix quicquam liquido aſſeri poſſit. *Victorius.* *Iſta retentione.*] Ut partem ſcilicet de ſolvenda pecunia non ſolvant. Poterant enim ſolvere æſtimatione ex lege Cæſaris & deducto ſummæ, quod in uſuras ſolutum erat, ſic ut quarta pars crediti periret. Suet. Jul. c. 42. *J. F. Gronov.*

5. *Noſti domum quam confice ευλόγως.*] Quia in antiqua ſcriptura media littera Græcæ dictionis defecit, ut ΕΥΛΓΩϹ legatur: quidam crediderunt debere ευαγῶς legi. ita magnam autem ſimilitudinem habet prima impermutabilium cum prima totius Alphabeti, ſi majoribus formis eas conſcribas, quemadmodum in priſcis exemplaribus & monimentis ſcriptæ ſunt, ut ſæpe ab imperitis librariis confundantur. Hoc etiam ſuſpicati ſunt Germani, qui

omni tibi aſſeveratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi majori offenſioni eſſe quàm delectationi poſſeſſiunculas meas. Magis enim doleo, me non habere, cui tradam, [6] quàm habere, qui utar. atque illud Trebatius ſe tibi dixiſſe narrabat. tu autem veritus es

qui ἐυαγῶς legunt. nos facilè adducimur, ut credamus receptam lectionem probam eſſe: ideoque eam conſervavimus. nam quòd antiqua ſcriptura unâ litterâ deminuta eſt, non mirum videri debet. Præterea non multò antè hujus adverbii nomen uſurpat, cum, ut mihi videtur, eandem hanc rem exponeret, *Locum*, inquiens, *hominibus non ſanè probo, quòd eſt deſertior: ſed habet* εὐλογίαν. nam quòd crebro hoc nomine utatur, cum Latinam vocem, quæ id exprimeret non haberet, omnibus, ut arbitror, compertum eſt. *Victor. Quare confice* ἐυαγώγως.] Sic habet Decurt. Victor. legit ἐυλόγως. Lamb. ἐυλαβῶς, & ita ait eſſe in Tornæſ. quod Boſius negat, dicitque ſcribi ΕΥΑΓΩΣ; ut & Junius in Pal. vulg. pro *quare confice*, legitur, *quam confice*. Cleric. Variant antiqui libri & vulgati in Græca voce. probo ἐυλόγως, & interpretor convenienter, honeſta conditione, bono modo, ut loquitur in fine epiſtolæ. Cum enim in nominibus haberet debitorem Cæſareanæ factionis, monet Atticum, ut cum illo moderate agat, nec præfracte repugnet, ſi velit ſolvere æſtimatione, id eſt, domo æſtimata quanti ante civile bellum fuiſſet, ita tamen ut eam retineret, donec certis penſionibus debitum ſolviſſet, deducto ſummæ, ſi quid uſuræ nomine numeratum aut perceptum fuiſſet: qua conditione quarta fere crediti deperibat. Hanc autem retentionem Cæſar in lege Julia De æſtimatione non expreſſit, opinor, ſed vi legis permiſit, ut debitoribus ſubveniret. Sic enim & debitores poſſeſſiones ſuas retinebant, & creditoribus cautum erat. Alii putant hic agi de retentione mercedum conductionis ædium, de qua Dion lib. XLII. ſcribit Cæſarem inquilinis mercedes ædium unius anni, quæ quingentas drachmas non excederent, remiſiſſe. Sed verba ſequentia ſatis indicant agi de debito & æſtimatione, non de mercede conductionis; Ne exiſtimes eos, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros: quibus acerbe notat Cæſarianos. Noli exiſtimare eos, qui rapinis & ſectionibus bona parant, jus retentionis ipſis debitum remiſſuros. itaque de die tantum videto, quam illis ad ſolvendum permittas. *Popma.*

6. *Quam habere, qui utar.*] Hoc eſt, habere me pecuniam, qua utar in ſumtus honeſtos: Sic & ſuperius loquitur II. ep. XI. Sed videtur non poſſe præcedere, quod id doleat. Neoque vel addendum eſt *lætor*, ſive *gaudio* inter *quam* & *habere*, vel tollendum τὸ *habere*, ut intelligatur *non habere* ex præcedenti. Et ſenſus tum eſſet, non ita me afficeret me non habere in ſumtum, quam afficit me non habere bonum heredem. *Qui utar* non intellexit Popma. *7. F. Gronov. Qui utar* eſt, unde ſuſtineam ſumtus, unde vivam. vide Gronov. de Pecun. Vet. lib. II. cap. 7. ubi multa ſcite de hoc loquendi genere notavit. *Grav.*

7. De

es fortaſſe, ne ego invitus audirem. fuit id quidem humanitatis: ſed, mihi crede, jam iſta non curo. quare da te in ſermonem, & perſeca, & conſice, excita, compella, loquere, [x] ut te cum illo [y] Scæva loqui putes. ne exiſtimes eos, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur, remiſſuros. 7 de die tantùm videto, & id ipſum bono modo.

x ut ſecum illi te æqua *J. F. Gron.*
y Scævola *alii.*

EPISTOLA XXIV.

CICERO ATTICO S.

8 QUID eſt, quod Hermogenes mihi Clodius, Andromenem ſibi dixiſſe, ſe [z] Ciceronem vidiſſe [a] Corcyræ? ego enim audita tibi putaram. nil igitur ne ei quidem litterarum? an non vidit? facies ergo ut ſciam. Quid tibi ego de Varrone reſcribam? 9 quattuor διφθέραι ſunt in tua poteſtate. quod egeris, id probabo.

z Curionem *alii.*
a currere *MSS.*

7. *De die.*] De retentione recuſandum nobis non eſt: de die, quam illis ad ſolvendum permitti velimus, videndum: neque id ipſum tamen vehementer eſt agendum. confici enim prorſus volo; ſi non licebit, qua die volumus; ea, qua licebit. *P. Manut.*

8. *Quid eſt quod Hermogenes mihi Clodius, &c.*] Obſcuritas tanta eſt rei de qua loquitur, tantaque brevitas verborum, ut verear, ne perverſio mendumque aliquod inſit: non tamen receptam lectionem variavi, quamvis antiqua exemplaria pro *Corcyræ*, *currere* habeant: quod tamen non adeò neglexi ut ſilentio præterirem. Quis enim in tantis tenebris hanc magis, quàm illam lectionem veram eſſe convincere poteſt? Corcyræ Q. puerum fuiſſe poſt devictum Pompejum Magnum ſcimus: ſed quid hoc ad hunc locum, cum tanto temporis intervallo antè id fuerit? nos nihil, quo ulla ratione poſſimus huic loco lucem aliquam adferre, habemus. *Victor.*

9. *Quatuor διφθέραι.*] Libri. Herodotus enim dicit Τοὺς Ἴωνας τὰς βίβλους διφθέρας λέγειν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ. poteſt etiam videri ad proverbium, ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς, reſpexiſſe: quod in his libris novam quidem laudet Academiam, ſed veterem revocet lib. II. Academ. Quæſt. *Corrad.* Codex Turnæſ. habet διφθερίας. ego tamen, διφθέραι, probo. *Lambin.* Legendum διφθερίας, ut in poſtrema editione repoſuit Victorius. διφθερίας autem appellat libros, quòd membranis & pellibus contegerentur. nam διφθέραν Lucianus vocat eorum integumentum, περὶ τῶν ἐπὶ Μισθῷ συνόντων. Ἅπαντες γὰρ, inquit, ἀκριβῶς ὅμοιοί εἰσι τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις, ὧν χρυσοῖ μὲν οἱ ὀμφαλοὶ πορφυρᾶ δ᾽ ἐκτοσθεν ἡ διφθέρα. ſimili de cauſſa ſenes quidam pellibus amicti,

qui

bo. nec tamen αἰδέομαι Τρῶας· quid enim? ſed, ipſi quàm res illa probaretur, magis verebar. ſed quoniam tu ſuſcipis; in alteram aurem.

EPISTOLA XXV.

CICERO ATTICO S.

DE retentione reſcripſi ad tuas accuratè ſcriptas litteras. conficies igitur, & quidem ſine ulla dubitatione, aut [b] retractatione. hoc fieri & oportet, & opus eſt. De Andromene, ut ſcribis, ita putaram. ſciſſes enim, mihique dixiſſes. Tu tamen ita mihi de Bruto ſcribis, ut de te nihil. quando autem illum putas? nam ego Romam pridie idus. Bruto ita volui ſcribere, (10 ſed quoniam tu te legiſſe ſcribis, fui fortaſſe ἀσαφέστερος) me ex tuis litteris intellexiſſe, nolle [c] eum me quaſi proſequendi ſui cauſa Romam [d] nunc venire. ſed quoniam

b retrectat. *MS.*

P, B.

c enim *MS.*

d nunc *deeſt in MSS.*

qui ruri opus faciebant, dicebantur in tragœdiis & comœdiis διφθερίαι, ut refert Varro libro II. de Re Ruſtica. *Baſſus.*

10. *Sed quoniam tu te legiſſe ſcribis.*] Valde officit ſententiæ conjunctio *Sed*, translatumque ſuſpicor per ignorantiam, ex ſimillimo loco, qui mox ſequitur: cujuſmodi errores deprehenduntur non pauci: quanquam ne ſic quidem ſententia ſatis plana eſt. Itaque ſuſpicio mihi eſt injecta, cum *Aliter*, aut hujuſmodi quiddam deſideretur, ne, cum antea *Quoniam ſecus te legeretur*; *Sed quoniam tute*, factum ſit, ſcriptorum imperitia, trajecta dictione. Certe, tale quid ſententia poſtulat, quod nec ſupplere poſſit legentis judicio, nec, ut omittatur, communis dicendi uſus & ratio patitur. Ne illud quidem prætermittam, pro, eo quod eſt in vulgata: *Ita volui Bruto ſcribere:* in Antoniano, *Bruto ita volui ſcribere.* quæ verborum collocatio, quàm novo principio aptior ſit, docti probe ſentiunt. Et ut totus ſenſus meus de hoc loco habeatur, ita ſcribendum cenſeo: *Bruto ita volui ſcribere, quoniam ſecus te legiſſe ſcribis (fui fortaſſe ἀσαφέστερος) me ex tuis litteris* & quæ ſequuntur. *Malaſp.* *Nam ego Romam pridie idib. Bruto ita volui ſcribere, quoniam ſecus te intellexiſſe ſcribis, & fui fortaſſe ἀσαφέστερος me ex te.*] Hunc locum præclare, præfiſcine dixerim, reſtitui, partim conjecturâ ductus, partim codicis Turnæſ. auctoritatem ſecutus. *Lambin.* Παρενθέσει comprehendenda ſunt hæc verba, *ſed quoniam tute legiſſe ſcribis fui fortaſſe ἀσαφέστερος*. Inde tradit ſe conjicere, quod Bruto obſcure ſcripſerit; quia Atticus, qui alioqui ipſius ſcripta facile intelligebat, aſſequi non potuerit, quid illa ad Brutum epiſtola ſignificare voluerit. Lambinus, cum ſententiam hujus loci non perciperet, ſuo more multa temere inculcavit. *Boſius.*

11. *Quis*

nam jam adeſt meus adventus; fac quæſo, ne quid eum idus impediant, quo minùs ſuo commodo in Tuſculano ſit. nec enim ad tabulam eum deſideraturus eram. in tali enim negotio cur tu unus non ſatis es? ſed ad teſtamentum volebam: quod jam malo alio die; ne ob eam cauſam Romam veniſſe videar. ſcripſi igitur ad Brutum, jam illud, quod putaſſem, idib. nihil opus eſſe. velim ergo totum hoc ita gubernes, ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum impediamus. Sed quid eſt tandem, quod perhorreſcas, [11] quia tuo periculo jubeam libros dari Varroni? etiam nunc ſi dubitas fac ut ſciamus. nihil eſt enim illis elegantius. volo Varronem, præſertim cùm ille deſideret: ſed eſt, ut ſcis,

Δεινὸς ἀνὴρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο.

ita mihi ſæpe occurrit vultus ejus, querentis fortaſſe vel hoc, meas partes in iis libris copioſiùs defenſas eſſe quàm ſuas: quod mehercule non eſſe intelliges, ſi quando in Epirum veneris. [12] nam nunc Alexionis epiſtolis cedimus. ſed tamen ego non deſpero probatum iri Varroni: & id, quoniam [13] impenſam fecimus in

11. *Quia tuo periculo.*] Ad proximam epiſtolam ſuperiorem Atticus reſponderat & de Andromene, & de Academicis ad Varronem. de quibus cum Cicero ita ſcripſiſſet; *Quoniam tu ſuſcipis, in alteram aurem:* Atticus reſpondens quodam modo refugere viſus eſt, ut ipſius periculo mitterentur. ad id igitur Cicero, *Quid eſt,* inquit, *quod perhorreſcas, quia tuo periculo jubeam libros Varroni dari?* P. Manut.

12. *Nam nunc Alexionis epiſtolis cedimus.*] Vetus liber *credimus.* Urſin. Quidam legunt *credimus.* & interpretantur, credimus epiſtolis Alexionis, ſcribentis jam libros Academicos in Epiro, deſcriptos haberi. in quo magnopere falluntur. Non enim in Epirum, ſed Romam deſcribendos Academicos miſerat Cicero, ut ſcribit ep. 21. Hoc ergo dicit: Si quando in Epiro poſſeſſiones tuas obeunti otium tibi erit legendi libros Academicos. Nam nunc tibi hoc remittimus & cedimus epiſtolis Alexionis procuratoris tui in Epiro, quibus legendis & reſpondendis occupatus es. ep. ult. lib. XII. *Niſi te Epirotica litteræ impediant.* Popma.

13. *Impenſam fecimus in macrocola.*] Σώματα & σωμάτια Græcis membranæ dicuntur, ſed κῶλον pro Scheda vel pagina Græcum auctorem qui dixerit nullum proferre poterunt. Chartæ olim inter ſe jungebantur, & glutino compingebantur, & vicinæ plagulæ in uno ſcapo ponebantur. Hinc βιβλιδίω κόλλημα Antiphani apud Pollucem. Ex eo πρωτόκολλον in libris & in chartis nondum ſcriptis primam ſchedam dixerunt veteres, quæ prima adglutinata eſſet, & in chartis nomen auctoris habebat ſcriptum, a quo char-

in macrocola, facilè patior teneri. ſed etiam atque etiam dico, tuo periculo fiet. quare, ſi addubitas, ad Brutum tranſeamus. eſt enim is quoque Antiochius. ô [14] Academiam volaticam & ſui ſimilem, modò huc, modò illuc. ſed, quæſo, epiſtola mea ad Varronem
P. CCXIII. valdene tibi placuit? malè mî ſit, [15] ſi umquam quidquam tam enitar ἔργον. at ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet, [e] Spintharo ſyllabatim.

e Spinthero alii.

EPISTOLA XXVI.

CICERO ATTICO S.

[16] DE Virgilii parte valde probo. ſic ages igitur. & quidem id erit primum; [f] proximum Clodiæ. quod

f maximum MS.

charta confecta erat, & loci ubi facta, & tempus quo facta: in libris nomen quoque auctoris præferebat & operis titulum. Sic ἐσχατόκολλον extrema ſcheda, ultimo loco glutinata. Sic ſane eam vocavit Martialis, apud quem ita ſcribendum eſt:

Vix lectis tibi paginis duabus
Spectas eſchatocollion ſevere.

quidam libri habent *eſcatocoleon*, alii *eſcatocollion*, quæ vera omnino lectio eſt. Alibi dixit idem Martialis *ſummam ſchedam*:

Ohe jam ſatis eſt ohe libelle!
Jam pervenimus usque ad umbilicos:
Tu procedere adhuc & ire quæris,
Nec ſumma potes in ſcheda teneri.

Summa ſcheda hic eſt, quod ſuperiore loco ἐσχατοκόλλιον dixit. Nec dubium eſt, quin μακρόκολλα, non μακρόκωλα, dicenda ſint, quæ longiore forma ac modulo compaginata eſſent. Sic ἀμφίκολλος κλίνη utrimque compactus lectus. Salmaſ. in Flav. Vopiſcum. Firmant Salmaſii ſententiam veteres codices [inter quos & Helmſt.] in quibus *macrocolia* ſcribitur. Nimirum alterum *l* in *i* fuit mutatum. Libros emendatos & in Bibliothecam condendos transferebant in macrocola, lib. XVI, 3. *Sed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipſum, crebris locis inculcatum & refectum. Hunc tu tralatum in macrocolum lege arcanò convivis tuis.* Caſaub.

14. *Academiam volaticam.*] Quaſi volarit a Catulo, Lucullo & Hortenſio ad Catonem & Brutum primo, deinde ab his ad Varronem, ep. 15. h. l. & nunc rurſus ad Brut. volare cogitet. *Corrad.*

15. *Si unquam quicquam t. e. ἔργε*] MSS. duo, *tam enitar ergo. Ego, &c.* Boſius, *tam enitar ἔργον.* Malim, *quicquam tam enitar ἔργε*: & Latinum eſt magis. *Junius.* Ball. quoque nec non Helmſt. *Si unquam quicquam tam enitar ergo.* Recte Boſius ex Scidis

quod ſi neutrum; metuo, ne turbem & irruam in Druſum. intemperans ſum in ejus rei cupiditate, quam noſti. itaque revolvor identidem in Tuſculanum. quidvis enim potiùs, quàm ut non hac æſtate abſolvatur. Ego, ut tempus eſt noſtrum, locum habeo nullum, ubi faciliùs eſſe poſſim quàm Aſturæ. ſed quia qui mecum ſunt (credo, quòd mæſtitiam meam non ferunt) domum properant; etſi poteram remanere, tamen, ut ſcripſi tibi, proficiſcar hinc, ne relictus videar. [g] quò autem? Lanuvium, [17] conor equidem in Tuſculanum. ſed faciam te ſtatim certiorem. tu litteras conficies. equidem credibile non eſt, quantum ſcribam [h] die; quin etiam noctibus. nihil [i] enim ſomni. heri etiam effeci epiſtolam ad Cæſarem. tibi enim placebat: quam non fuit malum ſcribi, ſi fortè opus eſſe putares. ut quidem nunc eſt, nihil ſanè eſt neceſſe mittere. ſed id quidem, ut tibi videbitur. mittam tamen ad te exemplum fortaſſe Lanuvio, niſi forte Romam. ſed cras ſcies.

g quo autem Lanuvio? *MSS. & vett. edd.*

h die *deeſt in MS.*

i eſt enim *alii.*

EPI-

dis ἔργον. Nimirum quam enitor hoc πάρεργον. Muretus, qui conjecit, *ſi unquam quicquam enitar tam invitâ*, ſcilicet Minervâ, hic non poteſt laudari. Nam epiſtolam illam ad Varronem ſcriptam prædicat, quî ergo invitâ Minervâ illam enixus eſt? *Gravius.*

16. *De Virgilii parte.*] Virgilius unus erat ex coheredibus Scapulanis, qui fortaſſe Attico dixerat, ſe ſuam partem Scapulanorum hortorum Ciceroni conceſſurum: ut ei locus eſſet, ſi fortaſſe coheredes non in auctione hortos vendere, ſed inter ſe liceri cogitarent. Unde illud ep. 37. lib. XII. *Heredes Scapulæ ſi iſtos hortos, ut ſcribis tibi Othonem dixiſſe, partibus quatuor factis liceri cogitant: nihil eſt ſcilicet emptori loci.* & illud ep. 42. lib. XII. *Perfice aliquid: quid autem aliud, niſi ut aditus ſit emptori? quod per quemvis heredem poteſt effici, ſed Muſtelam id perfecturum, ſi rogaris, puto.* & ep. 3. lib. XII. *De parte Criſpi & Muſtelæ vult ab Attico certior fieri, cum eam ſibi vendi cuperet.* P. Manut.

17. *Revolvor identidem in Tuſculanum.*] Sæpe venit in mentem, facere fanum in Tuſculano, ſi hortos non inveniam. mihi enim, omnino illud hac æſtate abſolvere, deliberatum eſt. epiſt. 23. *De fano*, inquit, *ſi nihil mihi hortorum invenis, valde probo rationem tuam de Tuſculano, ſed neſcio quo pacto celebritatem requiro: itaque hortos mihi conficias neceſſe eſt.* ep. 42. lib. XII. *Conſiderabis etiam de Tuſculano; ne æſtas effluat: quod certe non eſt committendum.* & ep. 40. ejuſd. lib. *Idem.*

18. Quod

EPISTOLA XXVII.

CICERO ATTICO S.

k ita *Boſ.* epiſtolam ad *alii.*

[k] DE epiſtola ad Cæſarem nobis verò ſemper rectiſſimè placuit, ut iſti ante legerent. aliter enim fuiſſemus & in hos inofficioſi, & in nosmetipſos, ſi illum offenſuri fuimus, pæne periculoſi. iſti autem ingenuè; mihique gratum, quòd, quid ſentirent, non reticuerunt: illud verò vel optimè, quòd ita multa mutari volunt, ut mihi de integro ſcribendi cauſa non ſit: quamquam de Parthico bello quid ſpectare debui, niſi quod illum velle arbitrabar? [18] quod enim aliud argumentum epiſtolæ noſtræ, niſi κολακία, fuit? an, ſi ea, quæ optima putaram, ſuadere voluiſſem, oratio mihi defuiſſet? totis igitur litteris nihil opus eſt. ubi enim ἐπίτευγμα magnum nullum fieri poſſit, ἀπότευγμα vel non magnum, moleſtum futurum ſit; quid opus eſt παρακινδυνεύειν; præſertim cùm illud occurrat, illum, cùm antea nihil ſcripſerim, exiſtimaturum, me, niſi toto bello confecto, nihil ſcripturum fuiſſe. atque etiam vereor, ne putet, me hoc quaſi Catonis μείλιγμα eſſe voluiſſe. quid quæris? valde me pœnitebat. [l] nec mihi in hac quidem re quidquam magis ut vellem accidere potuit, quàm quod σπουδὴ noſtra non eſt probata. incidiſſemus etiam in illos, in eis in cognatum tuum.

P. 8.

l nec in hac *alii.*

18. *Quod enim aliud argumentum epiſtola noſtra, niſi colatia fuit.*] Manuſcripti libri *colacia* rectè: nos tamen Græcis litteris Græcam vocem, ut rem clariorem faceremus, ſcripſimus. qui enim ſibi propoſuiſſet ea ſcribere in ea epiſtola quæ illum velle arbitrabatur, nihilque aliud ſpectaret niſi ei placere, is argumentum epiſtolæ ſuæ aſſentationem habebat: id enim proprium eſt adulatoris ad voluptatem loqui, ut Colax ille Terentianus: *Negat quis, nego: ait, ajo. poſtremo imperavi egomet mihi omnia adſentari.* Infrà Latino nomine utitur, & ſe hoc cogi lamentatur his verbis: *De epiſtola ad Cæſarem (jurato mihi crede) non poſſum: nec me turpitudo deterret, etſi maximè debebat: quàm enim turpis eſt aſſentatio? cum vivere ipſum turpe ſit nobis: ſed ut cœpi, non me hoc turpe deterret.* Nam quòd ajunt Beroaldum *collatio* emendaſſe, vix adduci poſſum ut credam verum eſſe: non enim veriſimile eſt, tam ineptam & falſam lectionem non omnino rudem & imperitum virum probaſſe. *Victor.*

19. De

tutum. ſed redeo ad hortos. Planè illuc te ire, niſi tuo magno commodo, nolo. nihil enim urget. quidquid erit, operam [m] in Faberio ponamus. de die tamen auctionis, ſi quid ſcies. Eum, qui è Cumano venerat, quòd & planè valere Atticam nuntiabat, & litteras ſe habere ajebat, ſtatim ad te miſi.

m in deeſt in aliis.

EPISTOLA XXVIII.

CICERO ATTICO S.

HORTOS quoniam hodie eras inſpecturus, quid viſum tibi ſit, cras ſcilicet. De Faberio autem, cùm venerit. [19] De epiſtola ad Cæſarem, jurato mihi crede, non poſſum; nec me turpitudo deterret, etſi maximè debeat. quàm enim turpis eſt aſſentatio, cùm vivere ipſum turpe ſit nobis? ſed ut cœpi, non me hoc turpe deterret: ac vellem quidem: (eſſem enim, qui eſſe [n] debeam) ſed in mentem nihil venit. nam, quæ ſunt ad Alexandrum hominum eloquentium & doctorum ſuaſiones, vides quibus in rebus verſentur. adoleſcentem incenſum cupiditate veriſſimæ gloriæ, cupientem ſibi aliquid conſilii dari, quod ad laudem ſempiternam valeret, [20] cohortantur. ad decus non deeſt oratio. ego quid poſſum? tamen neſcio quid è quercu exſculpſeram, quod [o] videretur [21] ſimile ſimulacri. in eo [p] quia nonnulla

n ita Boſ. alii debebam.

P. CCXIV.

o videtur alii.

p quod alii.

19. *De epiſtola ad Cæſarem &c.*] Quod me hortaris, ut epiſtolam aliquam ad Cæſarem conficiam, eique proponam, quod ad laudem ſempiternam valeat: jurato mihi crede, non poſſum: non quod me turpitudo deterreat, (etſi maxime deterrere debebat: ſcribere enim ad Cæſarem ſine aſſentatione nihil poſſum: porro, eum nobis vel ipſum vivere turpe ſit, libertate amiſſa; quanto eſt turpius, ei, quo eripiente amiſimus, aſſentari?) ſed quia prorſus nihil venit in mentem quod ad illum ſcribam. Idem ep. lib. XII. *P. Manut.*

20. *Cohortantur. ad decus non deeſt.*] Aliter hæc in impreſſis diſtinguuntur, *cohortatur ad decus. Non deeſt &c.* Cleric.

21. *Simile ſimulacri.*] Vult oſtendere; quemadmodum e quercu ſimulacrum facere difficile ſit, duriore materia, quam ut circumcidi, aut expoliri poſſit; ideoque potius ſimulacri quiddam ſimile, quàm ſimulacrum efficiatur; ſic ſe, cum ad Cæſarem ſcriberet, argumento admodum anguſto, (neque enim, quod & ipſi honeſtum eſſet, & Cæſari gratum, ſcribere licebat; itaque difficili in loco verſabatur, ut quaſi e quercu videretur exſculpere) perfectum

nulla erant paullò meliora, quàm ea, quæ fiunt & facta ſunt, reprehenduntur: quod me minimè pœnitet. [22] ſi enim perveniſſent iſtæ litteræ, mihi crede, nos pœniteret. quid? tu non vides [23] ipſum illum Ariſtoteli diſcipulum, ſummo ingenio, ſummâ modeſtiâ, [24] poſteaquàm rex appellatus ſit, ſuperbum, crudelem, immoderatum fuiſſe? quid, tu hunc de pompa, Quirini contubernalem, his noſtris moderatis epiſtolis lætaturum putas? ille verò potiùs non ſcripta [q] deſideret, quàm ſcripta non probet. Poſtremò, ut volet. [25] abiit illud, quod tum me ſtimulabat, quod tibi dabam, πρόβλημα Ἀρχιμήδειον. multò merhercule magis nunc opto caſum illum, quàm tum timebam, vel quem [r] libebit. Niſi quid te aliud impediet, [s] mî optato veneris. [t] Nicias à Dolabella magno opere arceſſitus, (legi enim litteras) etſi invito me, tamen eodem me auctore profectus eſt. Hoc manu mea.

q *alii* deſiderat.
r *ita MSS. alii* libet.
s mihi *alii*.
t *init. epiſt. in MSS.*

EPISTOLA XXIX.

CICERO ATTICO S.

Cum quaſi alias res quærerem de philologis è Nicia, incidimus in Talnam. ille de ingenio nihil nimis: mo-

fectum opus non potuiſſe facere, ſed feciſſe neſcio quid, quod operis tamen ſimile videretur; more fabrorum lignariorum, qui è quercu non perfectum ſimulacrum formant; quod propter ligni duritiem difficillimum eſt, ſed quod ſimulacri ſimile ſit. ſignificat epiſtolam ad Cæſarem, de qua ep. 48. lib. XII. & 26. lib. XIII. *P. Manut.*

22. *Si n. perveniſſent iſta littera.*] Lamb. exiſtimat hîc duo hæc vocabula, *ad eum*, deſiderari, & à librariis per imprudentiam omiſſa eſſe. *Cleric.*

23. *Ipſum illum Ariſtoteli diſcipulum.*] *Ariſtoteli* recte Victorii & aliæ meliores editiones & libri veteres. ſicut C. Nep. *Themiſtocles, Neocli filius*, & plura talia, quæ ſuperius ſunt notata. Male Gruteri editio cum ſequentibus, *Ariſtotelis.* Grævius.

24. *Poſtea quam rex appellatus ſit.*] Vetus liber habet, *poſtea quam rex potitus ſit*, ut ſine dubio videatur legendum, *poſtea quam rerum potitus ſit.* Urſin.

25. *Abiit illud, quod tum me ſtimulabat.*] Non curo illud quod me reverſum in Italiam ſtimulabat, quodque tibi dabam explicandum quaſi Archimedeam quæſtionem, qua ratione ſcilicet & Cæſarem mihi conciliarem, & bonorum judicium retinerem. Non ſum

modeſtum & frugi. ſed hoc mihi non placuit. ſe ſcite ajebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Q. filiam, vetulam ſanè & multarum nuptiarum: non eſſe v probatum mulieribus, quòd ita reperirent, rem non majorem DCCC. hoc putavi te ſcire oportere. De hortis ex tuis litteris cognovi & Chryſippo. in villa, cujus inſulſitatem bene nôram, [26] video nihil aut pauca mutata. balnearia tamen [27] laudat majora: de minoribus ait hiberna effici poſſe. [28] tecta igitur ambulatiuncula addenda eſt: quam ut tantam faciamus, quantam in Tuſculano fecimus, prope dimidio minoris conſtabit iſto loco. ad id autem, quod volumus, ἀφίδρυμα, nihil aptius videtur quàm lucus, quem ego nôram: ſed celebritatem nullam tum habebat: nunc audio maximam. nihil eſt, quod ego malim. in hoc τὸν τῦφόν μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον. Reliquum eſt, ſi Faberius nobis nomen illud explicat, noli quærere, quanti. Othonem vincas volo. nec tamen inſaniturum illum puto. noſſe enim mihi hominem videor. ita malè autem audio ipſum eſſe tractatum, [29] ut mihi ille emptor non eſſe videatur. x quid enim? pateretur? ſed quid ar-

v probatam *alii.*

P. B.

x *alii* quid enim pat.

ſum nunc de ſalute mea ſollicitus, immo multo magis opto id quod tum timabam, ut Cæſar jubeat me decedere Italiâ, aut quod ipſi libebit exitium mihi paret. lib. XII. ep. 7. *Popma.*

26. *Video nihil aut paucam aut ut balnearia, &c.*] Totus hic locus fœde depravatus erat in impreſſis codicibus, in manuſcriptis multo integrior, ex quibus eam, quam ſecuti ſumus lectionem, eruimus, quæ aut recta eſt & ingenua, aut illi valde proxima, niſi fallimur. Chryſippus autem hic eſt architectus ille, de quo mentionem facit ad Trebatium ſcribens: *Chryſippus Vettius, Cyri architecti libertus, fecit ut te non immemorem putarem mei.* utebatur autem hoc in ſuis ædificationibus lib. XIV. *Sed quòd quæris qui arceſſerim Chryſippum, tabernæ mihi duæ corruerunt, &c.* debebat autem illud (ut opinor) *cujus inſulſitatem bene nôram κατὰ παρένθεσιν* legi: credo enim inſulſitatem villæ intelligere: ut dicat in villa ſe videre nihil aut pauca mutata. *Victor.*

27. *Laudat majora, de minoribus.*] Aliter vulgò diſtinguuntur hæc verba; *laudat, majora de minoribus &c.* Cleric.

28. *Tecta igitur ambulatiuncula addenda eſt.*] Faërni liber, *Ambulatiuncula addenda ſunt.* cum quo Romanus facit, & Lolgii & Poggii. Verum, quia de re mihi non conſtat, de verbis nihil ſtatuo. *Malaſp.*

29. *Ut mihi ille emptor non eſſe videatur.*] Faërnus, *non poſſe eſſe videatur:* ex antiquo libro locum, addito verbo *poſſe*, reſtituit. *Urſin.*

argumentor? ſi Faberianum explicas, emamus vel magno: ſin minus, ne parvo quidem poſſumus. Clodiam igitur; à qua [y] ipſa ob eam cauſam [z] ſperare videor, quòd & multo minoris ſunt, & Dolabellæ nomen jam expeditum videtur, ut etiam [30] repræſentatione [a] confidam. De hortis ſatis. Cras aut te, aut cauſam: quam quidem futuram Faberianam. ſed, ſi poteris.

y ipſam *alii*.
z ſpirare *alii*.
a *alii* concludam.

EPISTOLA XXX.

CICERO ATTICO S.

[31] CICERONIS epiſtolam tibi remiſi. ô te ferreum, qui illius periculis non moveris! me quoque accuſat. eam tibi epiſtolam [b] miſiſſem; nam [32] illam alteram de rebus geſtis eodem exemplo puto. [c] In Cumanum hodie miſi tabellarium. ei dedi tuas ad Veſtorium, quas Pharnaci dederas. Commodùm ad te miſeram Demeam, [d] cùm Eros ad me venit. ſed in ejus epiſtola nihil erat novi, niſi, auctionem biduum. ab ea igitur, ut ſcribis: & velim, confecto negotio Faberiano: quem quidem negat Eros hodie. cras manè putat. à te colendus eſt. iſtæ autem κολακεῖαι [e] non longè abſunt à ſcelere. te, ut ſpero, perendie. [f] Mî ſicunde potes, erues, qui decem legati Mummio [g] fuerint. Polybius

b miſiſſe? *Boſ.*
c *init. epiſt. in MS.*
d quomodo *MS.*
e non *delet J. F. Gron.*
P. CCXV.
f mî *deeſt in aliis.*
g *alii* fuerunt.

30. *Repræſentatione.*] Hortos Scapulanos emiſſem die ſumpta: Clodiæ vero ſi emimus, de die nihil cogito; repræſentare poſſum: cum & multo minoris ſint quàm Scapulani: & Dolabellæ nomen jam expeditum videatur. *Repræſentatione* igitur explano, ſolutione facienda ante illud tempus, quod in emptione Scapulanorum hortorum cogitaram. de quo epiſt. 3. his verbis: *Quid dies longior eſt:* (ſic enim puto legendum) *teneamus modo quod volumus: puto fore iſtam etiam a præcone diem, certe ab heredibus.* P. Manut.

31. *Ciceronis.*] Hæc appinguntur ſuperioribus in vulgatis; epiſtola verò hæc incipit ab illis verbis, *commodùm ad te miſeram &c.* Cleric.

32. *Illam alteram de rebus geſtis eodem exemplo puto.*] Illam alteram, quam ad te ſcripſit de rebus in Hiſpania geſtis, non puto modeſtius ſcriptam, quàm hæc ſit, ſed eſſe eodem exemplo. *Boſius.* Malo *illa altera* ſc. capita epiſtolæ, & pro *puto* ſcribo *puta.* Senſus eſt: Nam quæ præterea ſunt in epiſtola ad me miſſa, de fortibus ſcilicet ejus factis & pugnis, ea ſcito eſſe eadem, quæ ad te ſcripſit. *J. F. Gronov.*

33. *Non*

bis non nominat. ego memini Albinum conſularem & Sp. Mummium. videor audiſſe ex [h] Hortenſio, Tuditanum. ſed in Libonis annali, XIV. [i] annis poſt prætor eſt factus Tuditanus, quàm conſul Mummius: 33 non ſanè quadrat. ὑλλῶ aliquem Olympiæ, aut ubi viſum, πολιτικὸν σύλλογον, more Dicæarchi, familiaris tui.

h Hort. Tuditano MS.
i anno MS.

EPISTOLA XXXI.

CICERO ATTICO S.

QUINTO kal. manè accepi à Demea litteras pridie datas, ex quibus aut hodie aut cras [k] te exſpectare deberem. ſed, ut opinor, idem ego, qui exſpecto tuum adventum, morabor te. non enim puto tam expeditum Faberianum negotium futurum, etiam ſi eſt futurum, ut non habeat aliquid moræ. cùm poteris igitur, quoniam etiamdum abes. Dicæarchi, quos ſcribis, libros ſanè velim mihi mittas: addas etiam καταβάσεως. 34 De epiſtola ad Cæſarem, κεκύβικα. atque id-

k te deſp in MSS.

33. *Non ſanè quadratulo aliquem Olympiæ.*] Locus adeo mutilus & inquinatus, ut ſine meliorum codicum ope vix credam poſſe reſtitui: mihi non viſum eſt à vetere ſcriptura diſcedere, ne, dum conarer corrigere, magis depravarem. *Victor.* Veteres libri, *ullo.* Latinis litteris: ſcripſi, ὑλλῶ. Heſychius ὑλλεῖν interpretatur λέγειν, θρυλλεῖν. ſenſus eſt, ego ſcriptis meis celebro & pervulgo præclarum quendam conventum atque conſeſſum illuſtrium virorum, Reipublicæ gerendæ peritorum, quos de Republica conſtituenda differentes induco, more Dicæarchi familiaris tui. Decreverat Cicero, ni fallor, Dicæarchi exemplo, neſcio quid ſcribere de rebus poſt bellum componendis & recte conſtituendis, quod argumentum tractari volebat a Mummio & decem legatis, qui deleta Corintho res Achaicas ordinarant. falluntur ergo qui putant Ciceronem hæc de decem legatis Corinthum miſſis idcirco quæſiiſſe, quòd ea intexere vellet diſputationibus Tuſculanis, quas tunc in manibus habebat. *Boſius.* Expoſitionem Boſii probo, ſed laudare non poſſum contra omnium codicum fidem pro Latino *Volo*, quod clare & in Balliol. exſtat, ſubſtituiſſe Græcum verbum parum tritum a ſe excogitatum, idque in contextum recepiſſe, & ipſum & ſequentes editores. Hoc vero ferri non poterat. *Volo aliquem Olympiæ* ſc. conventum habitum & ſermonem factum de republica conſtituenda. Eſt denuo ellipſis, quarum plures in hoc epiſtolio inveniuntur, quam in multis perquam verboſis litteris. *Gravius.*

34. *De epiſtola ad Cæſarem* κελτικά.] Nos κεκρικά ſcripſimus. in-

 ve-

idipſum, quod iſti ajunt illum ſcribere, ſe, niſi conſtitutis rebus, non iturum in Parthos, idem ego ſuadebam in illa epiſtola: ſin; 35 utrum liberet, facere poſſe, au-

vetere illo maximè probato quamvis non integrè κεκβικα legatur; ea tamen eſt ſcriptura, ut nihil vicinius eſſe poſſit. Utitur & alibi Cicero in his epiſtolis ab eadem ave derivata voce pro fatuus & ſtultus: ſed ego ipſe κέπφωμα. quæ ſit hæc avis, parum compertum eſt, Theodorus fulicam interpretatur. Virgilius & Cicero ex Arato videntur fulicam appellaſſe, quam ille ἐρῳδιὸν vocarat. Nullo modo, ut quidam crediderunt, Ciceronis fulix eſſe poteſt avis, quam nos eodem penè nomine appellamus: illa enim alba, nam dixit Cicero, *Cana fulix*; hæc autem nigra. ſed neque κέπφος (niſi fallor) eſt noſtra fulix: interpres enim Arati tradit cepphon eſſe gracili admodum & minuto corpore, ut ferè nihil aliud ſit, ut ipſe inquit, quàm oſſa pinnæque: noſtra autem pleno ac pingui eſt corpore. ſed hæc non eſt quæſtio hujus loci: multa, quæ traduntur de Cepphi inſulſitate, non abſcondita eſſe poſſunt diligentibus. *Victor.* Κεκύβικα.] Decurt. Cruſell. & mſſ. Pal. habent κεκίβικα, Tom. κέκβικα. Vulgatæ lectionis κεπφίκα auctor eſt Victor. quæ non diſplicet Lambino; qui, ſi quid mutandum eſſet, legeret κέκρικα, ſed Corradus putat & mavult legi κέφικα, alii κέλικα, alii κέλτικα legunt. *Cleric.* Veriſſime Lambinus, aſſentiente Popma, κέκρικα. Nihil propius abeſt a vetuſtiſſimorum librorum ſcriptura, in quibus eſt aut KEKBIKA, P quam facile in B tranſeat, addito uno hemicyclo, nemo non videt in altero, in quo KEKIBIKA ſcribitur, idem vitium occurrit, quod tamen unius litteræ I acceſſione auctum eſt. Eadem voce uſus eſt Corcelius apud Plin. lib. XII. *Dixerat ſanè medico admoventi cibum*; κέκρικα. Sic enim in nonnullis libris rectè legitur; inepte in aliis κέκμηκα, quanquam hoc ſequantur recentiores editores. decrevi, inquit, nullo cibo uti, inediâ vitam finire. Hic autem Tullius dicit, decrevi illam epiſtolam ad Cæſarem, quam ſcripſeram, de qua locutus eſſem ſuperius ep. 27 & 21. hujus libri, non mittere, quia præſtat ut ſemiliberi ſimus, quod aſſequamur tacendo & ſuſpendendo, ut paulo poſt ait. *Gravius.*

35. *Utrum liberet facere poſſe, auctore me.*] Faërni liber, *Ut utrum liberet facere poſſet auctore.* Poggii, Lolgii Romanus *Me*; *utrum liberet facere poſſet, auctore.* Ego ex his omnibus, *Me, ut utrum liberet, facere poſſet, auctore.* ut ὑπέρβατον ſit, quale illud ſuperius: *Partium ſtudioſus & defenſor bonarum.* Et inferius: *Videbaturque erga noſtros ἥρωας, ita fore, ut nos vellemus, animatus.* Atque ita eſſe legendum illa argumento ſunt: primum, quod æquè omnes *Poſſet.* nullus in fine *Me*, omnes in principio membri hujus habent: deinde etiam, quod veriſimile non eſt, Ciceronem, poſteaquam Cæſarem ad bellum hortatus eſt, addidiſſe, liberum ſe ei relinquere, ut, vel contra ſuaſionem ſuam, domi maneret, quod vulgata lectio ſignificat: ſed hoc Attico ſcribit, ita ſe ei bellum ſuaſiſſe, ut iret, nec ne iret, non valde laboraret. Neque enim ſe, cum ſuaderet ad bellum, hominem coëgiſſe:

auctore me. hoc enim ille exſpectat videlicet, neque eſt facturus quidquam, niſi de meo conſilio. obſecro, abjiciamus iſta, & ſemiliberi ſaltem ſimus: quod aſſequemur & tacendo & latendo. Sed & aggredere Othonem, ut ſcribis. confice, mi Attice, iſtam rem. nihil enim aliud reperio, ubi & in foro non ſim, & tecum eſſe poſſim. quanti autem, hoc mihi venit in mentem. C. Albanius proximus eſt vicinus: is [l] CIↃ. jugerum de M. Pilio emit, ut mea memoria eſt, H-S. [m] cxv. omnia ſcilicet nunc minoris. ſed accedit cupiditas: in qua, præter Othonem, non puto nos ullum adverſarium habituros. ſed eum ipſum tu 36 poteris [n] movere: 37 faciliùs etiam, ſi Kanum haberes. ô gulam inſulſam! pudet me patris. reſcribes, ſi quid voles.

l *alii* cc. jugera.
m *alii* cx.
n *alii* monere.

EPISTOLA XXXII.

CICERO ATTICO S. P. B.

ALTERAM à te epiſtolam cùm hodie accepiſſem, [o] nolui te una mea contentum. Tu verò age, quod

o volui *alii*.

giſſe: ut amicos illius ea pars epiſtolæ uſque adeo offenderet. Quare addidit, *Hoc enim ille exſpectat videlicet, &c.* Malaſp.

36. *Poteris movere.*] Poteris Othonem facilius movere & abducere ab emptione hortorum, ut nobis eos concedat. *Commovere* dixit ep. 18. ad Tironem; quem locum breviter exponam. Volebat Tiro locare hortum in Tuſculano, & olitor mercedem conductionis minimam offerebat. itaque ait Cicero parhedrum excita, ut ipſe hortum conducat, ſic olitorem impelles & incendes ad conductionem. Helico, qui erat nequiſſimus & aſtutiſſimus, ſeſtertia ducenta dabat, nullo aprico horto, nullo emiſſario, nulla maceria, nulla caſa. iſte olitor, cum a nobis tanta ſit impenſa in hortum facta, tam parum offerendo nos derideat? exagita illum, urge æmulo parhedro, ſicut ego calfeci Mothonem. itaque coronis abundo, & plusquam ſatis utor. Helico & Motho nomina Græca topiariorum; alterum ab implectendo, alterum a laborando. *Popma.*

37. *Facilius etiam, ſi Canum haberes.*] *Kanum* habent antiquiores codices. De hoc loco antè locutus ſum: mihi, ut ingenuè fatear, non perceptum eſt quæ ſit origo & vis hujus dictionis: ab aliisque libenter perdiſcerem. Iidem libri *movere* habent, non *moneri:* quamvis ex loco, qui eſt lib. XII. huic conſimili, *Monere* potius quàm *Movere* videatur legendum, omnia tamen adeo incerta ſunt & confuſa, ut nihil meo judicio tutius & melius fieri poſſe videatur,

quod ſcribis, de Faberio. in eo enim totum eſt poſitum id, quod cogitamus: quæ cogitatio ſi non incidiſſet, (38 mihi crede iſtuc, ut cetera) non laborarem. quamobrem, ut facis (iſtuc enim addi nihil poteſt) urge, inſta, perfice. Dicæarchi περὶ ψυχῆς 39 utroſque velim mittas, & καταβάσεως. 40 τριπολιτικὸν non invenio, p & epiſtolam ejus, quam ad Ariſtoxenum miſit. tres eos libros maximè nunc vellem: apti eſſent ad id, quod

p te epiſt. MS.

tur, quàm ab antiquis exemplaribus non multum deflectere. *Victor.* Si adeſſet & tecum ageret *Kanus*, amicus tuus & Othonis. Intelligit Q. Gellium Canum, de quo meminit Nepos in Vita: cujus filia Cana ep. 39. Nam *Kanus* & *Canus* indifferenter veteres ſcripſerunt, ſicut *Keſo Caſo*, *Karthago Carthago*, & ſimilia alia, quæ antiqua monumenta retinent. *Popma.*

38. (*Mihi crede iſtuc, ut cetera*) *non laborarem.*] Lipſius legit, (*mihi crede*) *iſtuc ut ceterá non laborarem.* lib. Antiq. Lect. cap. [illegible] *Cleric.*

39. *Utroſque velim mittas.*] Libros, tres quidem Lesbiacos, & totidem Corinthiacos, Tuſc. 1. dictum pene ut illud, *nos utrique & Socratici & Platonici eſſe volumus.* nam ſi duos voluiſſet ſignificare, utrumque dixiſſet. *Corrad.* *Utroſque*] Utrumque ſermonem de mortalitate animorum. duos enim ſermones, alterum Corinthi, alterum Mitylenis habitum ternis libris explicavit. Cicero Tuſ. 1. *P. Manut.*

40. Πολιτικὸν *non invenio.*] Τριπολιτικὸν habent manuſcripti codices, quæ vera eſt lectio: ſcripſit enim Dicæarchus librum, cui titulus erat Τριπολιτικὸς, ex quo quædam adducit Athenæus lib. IV. Δειπνοσοφιστῶν. Περὶ τοῦ τῶν φιδιτίων δείπνου Δικαίαρχος τάδε ἱστορεῖ ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ τριπολιτικῷ. nam quod antè καταβάσεως dicit, alios ejuſdem libros intelligit, quos ſcripſit περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως. hæc enim integra eſt illius operis inſcriptio, de quo item Athenæus meminit lib. XIII. Δικαίαρχος δ' ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως φησί. Videndum autem accuratius, an quo loco ſuprà mandat utroſque ſibi Dicæarchi mitti περὶ ψυχῆς, mendum inſit: tres enim arbitror de Anima libros eum ſcripſiſſe. Cicero in primo lib. Tuſculanarum: *Dicæarchus autem in eo ſermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum diſputantium primo libro multos loquentes facit: duobus Pherecratem quendam Phthiotam ſenem.* Eadem etiam libro, *Acerrimè autem deliciæ meæ Dicæarchus, is enim tres libros ſcripſit, qui Lesbiaci vocantur, quòd Mitylenis ſermo habetur, in quibus vult efficere animos eſſe mortales.* ut utrumque horum voluminum, in quibus de anima loquitur, in tres libros diſtinctum ſit, niſi aliud etiam περὶ ψυχῆς volumen confecerit, quod duobus libris contentum ſit. Sed potius Cicero cum dixit, *Dicæarchi περὶ ψυχῆς, utroſque velim mittas.* ſermones intellexit, non libros: illum ſcilicet, qui Corinthi eſt habitus, & illum qui Mitylenis: quorum uterque tribus libris exponebatur. quod ſanè verius eſſe puto,

quod cogito. Torquatus Romæ eſt. [41] juſſi, ut tibi daretur. Catulum & Lucullum, ut opinor, antea. his libris nova procœmia ſunt addita, quibus eorum uterque laudatur, eas litteras volo habeas: & ſunt quædam alia. Et, quod ad te de decem legatis ſcripſi, parum [q] intellexti; credo, quia διὰ σημείων ſcripſeram. de C. Tuditano enim quærebam, quem ex Hortenſio audieram fuiſſe in decem: eum video in Libonis prætorem [42] P. Popillio, P. Rupilio conſulibus. [43] annis XIV. ante, quàm prætor factus eſt, legatus eſſe potuiſſet? [44] niſi admodum ſerò quæſtor eſt factus: quod non

q *MSS. & edd. vett.* intellexi.

puto, ut conſervetur recepta lectio: quamvis in eo verbo aliquantulum vetus ſcriptura contaminata ſit, quod dubitationem mihi attulit, ne in hoc loco mendum aliquod ineſſet. *Victor.* *Τριπολιτικὸν non invenio.*] Antiquus liber habet, *περὶ πολιτικῶν non invenio:* quam ſcripturam puto veriorem eſſe, licet τριπολιτικὸς liber citetur ab Athenæo. *Urſin.*

41. *Juſſi ut tibi daretur.*] In Tornæſiano & Cruſellino puto, *juſſi*, legitur, *miſi*. Boſius. Quod non rejecerim. *Miſi ut tibi daretur* eſt litteras miſi, ſcripſi ut tibi daretur. Superius IV, 11. *Id cujuſmodi ſit aut nunc ſi ſcias, aut cum is Romam venerit, ad me mittas velim.* Id ep. 14. ejuſdem libri: *Capuæ litteras accepi a Q. Pedio, Cæſarem ad ſe miſiſſe hoc exemplo.* Vide quæ ibi notata ſunt. *Gravius.*

42. *L. Popilio, P. Rupilio coſſ. annis XIV. antè quàm prætor factus eſt.*] Veteres codices *coſſ.* non habent: ut diligenter videndum ſit, an quandoque brevitati conſulentes id omitterent: intelligereturque nihilominus: nam quin ſæpe in ſcribendo hujuscemodi compendia ſectarentur dubium non eſt: etenim in hac ipſa pagina id multis locis uſurpatum videbis, ſi antiquos libros inſpexeris. Nam & *an.* pro (annis) & *mag.* pro (magiſtratus) in illis ſcriptum eſt: quæ tamen non neceſſe habuimus omnia recipere, ne imperitum lectorem nimis perturbaremus: quædam tamen non diſſimulavimus. Pro *Quæſtor* autem multis locis prima tantum ejus nominis littera poſita eſt. in epiſtola etiam quadam ad Ampium *ben.* pro *benevolentia* ſcriptum eſt in Mediceo codice: ſic enim ibi hic locus legitur: *Nec iis concedo, quanquam ſunt ſingulari in te ben. ut te ſalvum malint quàm ego.* Nam te *tem.* pro *tempore* alibi diximus: ſed alia eſt ratio horum compendiorum, quibus librarii brevitatis ſtudioſi utebantur, & illius, ſi ita legi debet, de quo ſuprà diximus: nam id ſermonis erat & uſûs, qui aliquid intelligi malebat quàm proferri. *Victor.*

43. *Annis XIV. antequam Prætor factus eſt, Legatus eſſe non potuiſſet. niſi admodum ſerò Quæſtor eſſet factus.*] Ita emendatum eſt in libro doctiſſimi viri, cum in aliis deſit *non*, & pro *eſſet factus*, ſit *eſt factus.* Urſin. Pighius in Faſtis ad annum urbis DCXX. conjicit *potuiſſet? non videtur, niſi &c. ſerò prætor eſt factus.* Cleric.

 44. *Niſi*

non arbitror. video enim curules magiſtratus eum legitimis annis perfacilè cepiſſe. Poſtumium autem, cujus ſtatuam in Iſthmo meminiſſe te dicis, [r] in iis ſciebam fuiſſe. is autem eſt, qui cum Lucullo fuit; quem tu mihi addidiſti, ſanè ad illum σύλλογον perſonam idoneam. videbis igitur, ſi poteris, ceteros; ut poſſimus 45 πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις.

r in iis *deeſt in aliis.*

EPISTOLA XXXIII.

CICERO ATTICO S.

Negligentiam miram! ſemelne putas mihi dixiſſe Balbum & Faberium, profeſſionem relatam? quin etiam [s] eorum juſſu [t] miſeram, qui profiteretur, ita enim oportere dicebant. profeſſus eſt Philotimus [v] libertus. noſti credo librarium. ſed ſcribes, & quidem [x] confeſtim. Ad Faberium, ut tibi placet, litteras miſi: 46 cum Balbo autem puto te aliquid feciſſe H. in Capitolio.

s meorum *MSS.*
P. CCXVI.
t miſi eum *Jun.* miſerim *alii.*
v lib. *delet Man.*
x *alii* confectum.

44. *Niſi admodum ſero &c.*] Annus petendæ quæſturæ certus lege non erat, certi autem curulium magiſtratuum, ædilitatis XXXVI. præturæ XXXIX. conſulatus XLII. ut inter curules magiſtratus biennium neceſſario intereſſet. eos autem magiſtratus legitimis annis capere in primis erat honorificum: quod Cicero ſæpe de ſeipſo gloriatur. nam repulſam multi ferebant, ut honores conſequi non poſſent anno legitimo. quod ſi quis ædilitatem non ſuo anno, ſed ſerius cepiſſet; magiſtratus quoque reliquos ſerius capiebat. eorum enim tempus neceſſario protrahebatur, cum inter omnes biennii ſpatium oporteret eſſe. Recte igitur, *Niſi admodum ſero quæſtor eſt factus.* nam, ſi factus eſt quæſtor admodum ſero, ut anno trigeſimo octavo, aut quadrageſimo: potuit eſſe legatus Mummii Tuditanus & XIV. annis ante præturam, nec tamen adoleſcens. quod ſi quæſtor mature factus eſt, puta XXIIX. aut XXX. ætatis anno: neceſſe eſt legatus fuerit admodum adoleſcens. *P. Manut.*

45. Πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις.] *Uti pompa etiam perſonis*, hoc eſt, in ſcribendo συλλόγῳ pompam quandam adhibere, magnas haſce perſonas deſcribentes. *Corrad.*

46. *Cum Balbo autem puto te aliquid feciſſe H. in Capitolio.*] Vetus liber *HC.* cc. *in Capitolio.* Urſin. Certe quum Boſius non edat cauſam cur ita ediderit, Helmæſtad. MS. habeat *feciſſe n. in cap.* Balliol. *feciſſe H. in cap.* ut edidit Michaël Brutus apud Gryphium; & jam ſupra docuerint nos viri docti litteram H. vulgo interpretari *horam*; videntur omnia optime convenire, ſi leniter adjuves ſcribendo *feciſſe hora* III. (id eſt, *tertia*) *in Capitolio.* Gronov.

47. In

tolio. 47 In Virgilio mihi nulla eſt δυσωπία. nec enim ejus cauſa ſanè debeo: &, ſi emero, quid erit, quod poſtulet? ſed videbis, ne is cùm ſit in Africa, ut Cœlius. De nomine tu videbis cùm [y] Ciſpio; 48 ſed, ſi Plancus deſtinat, tum [z] habet res difficultatem. Te ad me venire uterque noſtrûm cupit: ſed iſta res nullo modo relinquenda eſt. Othonem quòd ſperas poſſe vinci, ſanè bene narras. de æſtimatione, ut ſcribis, cùm agere cœperimus: etſi nihil ſcripſit niſi de modo agri. Cum Piſone, ſi quid [a] poteris. 49 Dicæarchi librum accepi: [b] & καταβάσεως exſpecto. 50 Negotium dederis; [c] reperiet ex eo libro, in quo ſunt ſenatus conſulta Cn. Cornelio, [d] L. Mummio conſulibus. De Tu-

y *alii* Cuſpio.
z haberes diff. *alii.*
a poteris. *alii.*
b & *deeſt in aliis.*
c reperies *alii.*
d & L. Coſſ. *alii.*

47. *In Virgilio.*] Hæc pertinent ad emptionem hortorum Scapulanorum trans Tiberim, quorum mox auctio futura erat. Removet enim difficultatem, quam Atticus putabat eſſe in parte Virgilii unius ex heredibus Scapulanis Non vereor, inquit, emere partem Virgilii. nulla enim re illi ſum obſtrictus, ut ejus cauſa ne emam, & ſi emero in auctione ubi nemo vetatur emere, nihil eſt quod me emiſſe queratur. ſed conſiderandum, ne is, cum ſit in Africam aliquando reverſus, partem ſuam vendicet, & emptori auferat. Videtur autem hic Virgilius relictis partibus Cæſaris in Africa ſe cum Sex. Pompejo conjunxiſſe, ſicut M. Cœlius cum primum ſecutus eſſet Cæſarem, poſtea contra eum accito in Italiam Milone, exercitum paravit. Cæſar lib. III. Cœlius ipſe epiſtolâ ultimâ, libro octavo. Vellejus lib. II. & Dion lib. XLII. *Popma.* C. Virgilius in Africa adverſus Cæſarem militarat, & Thapſo præſidio fuerat, ut auctor belli Africani tradit cap. 78, 79, 86. Videtur poſt victoriam Cæſaris evaſiſſe aliquò & latitaſſe, neque enim ibi ejus mentio fit vel interfecti, vel dediti. Erat autem is Virgilius in Scapulanis heredibus. fortaſſe pro ejus parte confiſcata interveniebant procuratores Cæſaris, dicit igitur Cicero; non inani verecundia abſterreor de Virgilii parte emenda. Accedit quod hic Virgilius erga Ciceronem exulem parum amice ſe geſſerat, ut patet ex Cicer. oratione pro Plancio cap. 40. *J. F. Gronov.*

48. *Sed, ſi Plancus deſtinat, tum habet res difficultatem.*] Ita reſcripſit Boſius ex Decurt. & Cruſell. ut & antea ſcripſerat Lamb. ex Torn. cui tamen non diſplicet ea lectio quam affert Malaſp. *ſed ſi Plancus deſtinatum habet, habet res difficultatem.* utrobique nihilominus deſiderat, *ſibi*, ante, *deſtinat*, aut, *deſtinatum.* vulg. *tum haberes difficultatem.* Cleric.

49. *Dicæarchi librum accepi.*] Velit legi Lambinus, *Dicæarchi librum περὶ ψυχῆς.* Idem.

50. *Negotium dederis.*] Faërnus ingenioſe primus animadvertit, *negotium de dec. Leg.* ſcribendum eſſe. *Urſin.* In eam ſcripturam inclinat quoque Pighius in Faſtis ad annum DCVII. qui conſulatur. Junius dicit duos mſſ. Pall. habere, *negotium ſi dederis.* Cleric.

 51. De

Tuditano autem, quod putas, εὔλογον eſt, tum illum; quoniam fuit ad Corinthum (non enim temerè dixit Hortenſius) [e] aut quæſtorem aut tribunum militum, idque potiùs fuiſſe credo. tu 51 de Antiocho ſcire poteris. 52 Vide etiam, quo anno quæſtor aut tribunus militum fuerit. 53 ſi neutrum quadret, in præfectis, an in contubernalibus fuerit, modò fuerit in eo bello. [f] De Varrone loquebamur; lupus in fabula. venit enim ad me, & quidem 54 id temporis, ut retinendus eſſet. ſed ego ita egi, ut non ſcinderem penulam. 55 memini enim tuum: & multi erant, noſque imparati.

e ad quæſt. Vict. ed.

f init. epiſt. Manut.

51. *De Antiocho.*] Hic, ut opinor, libertus fuit Attici, cui negotium Atticus dederat hujus rei inveſtigandæ. ideo κατὰ παρένθεσιν dictum eſt, *videt jam* (ſic enim ex ſcidis reſtitui) quia illum Cicero tanta diligentia uſum putabat, ut non dubitaret, quin jam certo ſciret, quo anno Tuditanus Quæſtor aut Tribunus militum fuiſſet. *Boſius.*

52. *Vide etiam quo anno.*] Hic locus clare docet correctores interdum egere correctore. Ante Boſium plane legebatur in omnibus editis: *Vide etiam quo anno Quæſtor aut tribunus militum fuerit.* Ejus ſcidæ corruptæ hic omiſerant unam litteram, quam eadem littera præcedens abſorpſerat, ut ſæpius fit, in illis enim ſcriptum erat, *videt jam.* quam inquinatam lectionem immerito adoptavit vir doctiſſimus, ſententiam liquidiſſimam pervertens. Recepimus igitur veram veterem ſcripturam, quam & Ball. & Helmſt. confirmat. Si non fuit tum Quæſtor tribunus militum, inquire per Antiochum, quonam fuerit anno Quæſtor aut tribunus. *Græv.*

53. *Si neutrum quadret, in præfectis, an in contubern.*] Lectio hæc eſt à Decurt.; Lamb. ſequitur Torn. hanc ſcripturam, *ſi neutrum cadet, in præf. &c.* ſed vitioſam ait eſſe Boſius. Corradus ſic legi vult, *eodem ne præfectus, an contubernalis:* ſed inanem eſſe conjecturam vult. Lamb. vulg. *ſi neutrum eodem in præfectis, aut in &c.* Junius ex mſſ. Pal. *ſin, utrum eidem in præf.* Cleric.

54. *Id temporis.*] Non eſt ſimpliciter eo tempore, ut exponit Manutius. ſed tam ſero. Plaut. Amphit. I. I.

——— Qui me confidentior
Juventutis mores qui ſciam, qui hoc noctis ſolus ambulem?

hoc eſt, tam ſero. Idem ibid.

Quis hic eſt homo, quem ante ædis video hoc noctis? non placet.

Iidem Aſinar. I. I.

Neque puduit eum id ætatis ſycophantias.

Struere, hoc eſt, tam grandem natu, in tam grandi ætate. Cic. ſuperius lib. IV. ep. 16. *Credo Platonem vix putaſſe ſatis conſonum fore, ſi hominem id ætatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet.* Grævius.

55. *Memini enim tui.*] Veteres libri *tuum*: ut intelligatur (factum) aut hujuſcemodi aliquid: ſæpe enim ſic loquitur, ut in

prima

ti. quid refert? paulo poſt C. Capito cum [g] T. Carrinate. horum ego vix attigi penulam; tamen remanſerunt: [56] ceciditque bellè. ſed caſu ſermo à Capitone [57] de urbe augenda. à ponte Mulvio Tiberim [h] duci ſecun-

g C. Cari alii.

h pauci MSS. perduci Lipſ.

prima Tuſculana de Socrate loquens: *Sed ſuum illud, nihil ut affirmet; tenet ad extremum, ſcilicet morem, vel conſuetudinem.* Victor.

56. *Ceciditque belle, ſed caſu.*] Malim, *Sed cecidit belle caſu, &c.* revocata conjunctione, ut ſenſus ſit. In hoc incommodo remanendi illorum belle cecidit, quod ab his de Cæſaris conſilio traducendi Tiberis edoctus, in emptione hortorum Scapulanorum cautior eſſe poſſum. Hujusmodi trajectiones ex manuſcriptis poſſim ſexcentas afferre. *Malaſp.* Ita veteres noſtri referebant, *ceciditque belle*, & ita edidi. *Boſius.*

57. *De urbe augenda à ponte Mulvio ad Tiberim, &c.*] Hic locus fœdis maculis diu inquinatus manſit, quas, ut ſperamus, ſuſtulimus, meliorum codicum auxilio uſi: id autem & Germani prius fecerant, qui quidem in ſui libri margine eam, quæ nobis probata eſt, ſcripturam adnotarunt. Nullam autem rationem aut ſententiam habent vulgata verba: quomodo enim urbs augeri poteſt à ponte Mulvio ad Tiberim, qui pons eſt ſupra Tiberim? ſed ne pluribus manifeſtum mendum argumentis refellamus, lux claritasque, quam vetus ſcriptura ſecum fert, ſatis eſt ad vulgarem lectionem convincendam ſeque confirmandam. Abundat aut in ea *ad* præpoſitio, & ex *pauci* (duci) faciendum eſt: ſic autem ſuis locis punctata oratione omnia certa & plana erunt: cum enim urbem augere vellent, eorum conſilium erat Tiberim derivare & ſecundum montes Vaticanos ducere, ſumpto initio fluminis deducendi à Ponte Mulvio. *Ducere* autem *flumen* dictum eſt, quemadmodum ad Q. Fratrem *Ducere aquam* dixit prima III. lib. epiſtola: *Et ſimul M. Taurum, quem tibi audio promiſiſſe, qui nunc Romæ eſt, de aqua per fundum ejus ducenda rogabo.* Quod autem *Mulvio* non *Milvio* ſcripſimus, dedimus id priſcorum codicum autoritati & fidei, qui ſic & ipſi hoc loco habent: nam apud alios etiam autores, & maximè Cornelium Tacitum, inſpectis vetuſtis exemplaribus, idem obſervavi. *Victor. De urbe augenda.*] De pomerio proferendo, quod poſt exactos reges unus protulerat L. Sulla. Miror autem de pomerio a Cæſare prolato nihil Suetonium, nihil Tacitum, alioqui diligentiſſimos in hiſtoria, tradidiſſe: quod tamen & hic Cicero, & infra in ep. 35. plane ſignificat, & Gellius lib. XIII. cap. 14. & Dio lib. XLIII. declarat his verbis: *Ταυτά τε ἐποίει, καὶ νόμους ἐσέφερε τότε πωμήριον ἐπιπλεῖον ἐπεξήγαγε.* Nec vero quis credat, quoties pomerium proferretur, toties murorum ambitum unà prolatum eſſe. nam, ut oſtendit Dionyſius lib. IV. manſere veteres muri, a Servio rege conditi, ſed ita permiſti privatarum ædium multitudine, vix jam ut ipſius Dionyſii ætate agnoſcerentur. quibus vero nunc Roma ſepta mœnibus eſt, ea condidit Aurelianus Imperator: partem, a Gothis everſam, Beliſarius, Juſtiniani dux, reſtituit feſtinanter, dum Gal-

cundùm montes Vaticanos; campum Martium [i]coædificari; illum autem campum Vaticanum fieri, quaſi Martium campum: quid ais? inquam. at ego ad tabulam, ut, ſi rectè poſſem, Scapulanos hortos. cave facias inquit. nam iſta lex perferetur. vult enim Cæſar. 58 audire me facilè paſſus ſum. fieri autem moleſtè fero. ſed tu quid ais? quamquam quid quæro? noſti diligentiam Capitonis in rebus novis perquirendis. non concedit Camillo. facies me igitur certiorem de [k]idibus. iſta enim me res adducebat. eò adjunxeram ceteras; quas conſequi tamen biduo aut triduo poſt facilè potero. 59 te tamen in via confici minimè volo. quin etiam Dionyſio ignoſco. De [l]Bruto quod ſcribis, feci ut ei liberum eſſet, quod ad me attineret. ſcripſi enim ad eum heri, idib. [m]Maj. ejus operâ mihi nihil opus eſſe.

i totum ædificari *conj. Manut.* P. B.

k ædibus *alii.*

l Hircio *MSS.*

m Majis *MSS.*

EPISTOLA XXXIV.

CICERO ATTICO S.

ASTURAM veni VIII. kal. [n]vitandi enim caloris causâ, Lanuvii III. horas acquieveram. tu velim, ſi grave non erit, efficias, ne ante nonas mihi illuc veniendum ſit. 60 id potes per Egnatium [o]Maximum. [p]61 Illud

n *alii* Julias vit.

o *alii* max.

Gallorum ad urbem reditum exſpectat: itaque non æqualem ambitum videmus, cum Beliſarius, ne longior mora interponeretur, privatas etiam ædes ad continuanda mœnia reciperet. *P. Manut.*

58. *Audire me facile paſſus ſum.*] Sic in antiquo Beſſarionis libro: nec obſcura ſententia. in quibusdam tamen vulgatis libris legitur, *Aude rem, facile paſſus ſum.* quod vitioſum opinor. nam opponit Cicero verbis facta, & ait: Audivi ſine moleſtia: ſin, quod audivi, fiet, moleſtè feram. *Idem.*

59. *Te tamen in tua re confici minime volo.*] Antiqui codices *in via confici* habent; quos ſecuti ſumus: id eſt, dum ad me accedis, in itinere nimium laborare & defatigari, & cum ſenex eſſet, confici & conſumi. Frequentius in hoc ſignificatu capitur hoc verbum, quàm ut id exemplis docere oporteat: eademque de cauſa credimus nos eum Dionyſio etiam ignoſcere, quòd ad ſe non veniat. quòd nollet eum nimis in via defatigari & confici. *Victor.*

60. *Id potes per Ignatium. Maximum illud in primis.*] Ita hunc locum interpungi debere putat Manutius; ſed malè: eſt enim *Maximus Egnatii* hujus cognomen, qui in veteribus denariis C.

EGNA-

61 Illud in primis, [q] ut cum Publilio, me pænè abſente, conficias: de quo quæ fáma ſit ſcribes. *id populus curat ſcilicet.* non mehercule arbitror. etenim hæc decantata erat fábulà. ſed complere páginam volùi. quid plura? ipſe enim adſum, niſi quid tu prorogas. ſcripſi enim ad te de hortis.

p illius MSS.
q ut deeſt in aliis.

EPISTOLA XXXV.

CICERO ATTICO S.

O Rem indignam! 62 gentilis tuus 63 urbem auget; quam hòc biennio primùm vidit: & [r] ei parum magna viſa eſt, quæ etiam ipſum capere potuerit. hac de re igitur exſpecto litteras tuas. Varroni, ſcribis, te ſimul ac venerit. dati igitur jam ſunt; nec tibi integrum eſt: hui, ſi ſcias quanto periculo tuo: [s] aut fortaſſe litteræ meæ te retardarunt. [t] ſed eas nondum legeras, cùm has proximas ſcripſiſti. ſcire igitur haveo, quo modo res ſe habeat.

r ea alii.
s ſi eas MS.
t at alii.
Pag. CCXVII.

EPI-

EGNATIUS CN. F. CN. N. MAXSUMUS deſcriptus eſt. *Urſin.*

61. *Illud in primis.*] Divortium fecerat cum Publilia: nunc de dote agebatur: de cujus ſolutione ep. 1. & 5. lib. XVI. *P. Manut.*

62. *Gentilis tuus.*] Fortaſſe Pomponius Numida, quem ſalvum veniſſe ex Hiſpania gaudet Horat. Od. 36. lib. 1. *Corrad.* Ex cognomine Attici gentilem ipſius appellat hominem Græcum, architectum forte vel geometram; cujus conſilio & operâ Cæſar urbem augebat, prolato pomœrio, ep. 33. & 20. ideo ait; *quam hoc biennio primum vidit*; quo Cæſar Romæ imperium tenuit. &, *quæ etiam ipſum capere potuerit:* ſcilicet erronem, nullo certo loco conſiſtentem: quorum neutrum dixit, ſi Romanus ejuſdem cujus Atticus Pomponiæ vel Cœciliæ gentis fuiſſet. *Popma.* Aliquis eodem nomine quo tu es, hoc eſt, Atticus vel Athenienſis artifex Geometres, a Cæſare adhibitus deſignando ſpatio proferendi pomœrii. Proprie gentilis eſt, qui habet idem nomen familiæ & eſt ejuſdem gentis, ſed poſtea qui habet idem cognomen Cicer. 1. Tuſc. 16. *J. F. Gronov.*

63. *Urbem auget, quam hoc biennio primum vidit.*] Fortaſſe poſt bellum Africanum, in quo multi Numidæ ſunt capti. *Corrad.* Imo gentilis tuus dominatur jure ſuo, & ex privatis facit publica in ea civitate, cujus jus proximo demum biennio adeptus eſt, cum ſcilicet Cæſar omnes medicinam profeſſos & liberalium artium doctores civitate donavit. Suet. Jul. 42. *J. F. Gronov.*

64. De

EPISTOLA XXXVI.

CICERO ATTICO S.

v etſi nihil *MS.*

[64] DE Bruti amore veſtraque ambulatione, v etſi mihi nihil novi affers, ſed idem, quod ſæpe; tamen hoc audio libentiùs, quò ſæpius: eoque mihi jucundius eſt, quòd tu eo lætaris; certiusque eo eſt, quòd à te dicitur.

EPISTOLA XXXVII.

CICERO ATTICO S.

x me diceret, tum rediret *alii.* y habeo *edd. vett.*

HAS alteras hodie litteras. [65] De Xenonis nomine & de Epiroticis xxxx, nihil poteſt fieri nec commodiùs, nec aptiùs, quàm ut ſcribis. [66] id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor. Novi nihil ſanè; niſi Hirtium cum Quinto acerrimè pro me litigaſſe; [67] omnibus eum locis facere, maximeque in conviviis: cùm multa de x me, tum redire ad patrem: nihil autem y ab eo tam ἀξιοπίστως dici, quàm alieniſſimos nos eſſe à Cæſare: fidem nobis habendam non eſſe: me verò etiam cavendum (φοβερὸν ἦν, niſi viderem ſcire regem, me animi nihil habere) [68] Ciceronem verò meum vexari.

64. *De Bruti.*] Hæc epiſtola vulgò pars eſt ſuperioris. *Cleric.*

65. *De Xenonis nomine.*] De nummis, quos a Xenone, qui tuus eſt procurator, ep. 13. lib. v. accepi, ep. 2. lib. xi. vel quos ille curat Ciceroni filio ep. 18. lib. xiv. *Corrad.* Pecuniam quam Xeno tibi debet & ſeſtertia quadraginta, quæ in Epiro habes in nominibus, bene feciſti quod Ciceroni filio Athenis curaſti ep. 16. lib. xiv. *Popma.*

66. *Id erat locutus mecum eodem modo Balbus minor. Novi nihil ſane.*] Non videtur his arcanis & familiaribus negotiis interveniſſe Cornelius Balbus minor. Forte ſcripſit Cicero non *id*, ſed *is*, nimirum Xeno, & ſic diſtinxit: *Is erat locutus mecum eodem modo. Balbus minor novi nihil ſane.* ſc. attulit. *J. F. Gronov.*

67. *Omnibus eum locis facere.*] Rectiſſime conjecit Faërnus legendum eſſe, *omnibus eum locis furere.* Urſin. *Omnibus eum locis facere.*] Conjiciebat Faërnus legendum eſſe, *omnibus eum locis furere,* quomodo item conjicit Lipſius d. cap. 19. Lambinus delendum putabat *facere.* Cleric.

68. *Ciceronem.*] Athenas profectum ep. 42. lib. xii. *vexari verbis*

ri. ſed id quidem arbitratu ſuo. Laudationem Porciæ gaudeo me ante dediſſe Leptæ tabellario, quàm tuas acceperim litteras. eam tu igitur, ſi me amas, curabis, ſi modò mittetur, iſto modo mittendam Domitio & 69 Bruto. De gladiatoribus; de ceteris, quæ ſcribis ἀνεμοφόρητα, facies me quotidie z certiorem. Velim, ſi tibi videtur, appelles Balbum & Offilium de auctione proſcribenda. equidem locutus ſum cum Balbo. a placebat. puto conſcripta habere Offilium omnia; habet & Balbus: ſed Balbo placebat, propinquum diem, & Romæ: ſi Cæſar moraretur, 70 poſſe diem differri. ſed is quidem adeſſe videtur. totum igitur conſidera. placet enim Veſtorio.

z certiorem velim *edd. vet.*

a placebat Publio conſc. *alii.*

EPI-

Q. filio retulit Balbus. *Corrad.* Imo meum filium a me malè & indignè haberi; ſic ut hoc quoque ſit inter crimina Quinti filii in Marcum patrem, ſicut Pomponius tribunus plebis L. Manlio invidiam faciebat ob filium male tractatum. Liv. VII, 4. Et Tarquinius Gabiis dicebat patrem ab alienis in ſuos vertiſſe ſuperbiam. Liv. I, 53. *J. F. Gronov.*

69. *Bruto.*] Porciæ affinitate conjuncto; cum ea Catonis eſſet ſoror, ipſe autem Catonis alteram filiam haberet in matrimonio, de cujus nuptiis ep. 12. & Serviliæ filius eſſet, quæ Catonis uterina ſoror erat. *P. Manut.*

70. *Poſſe in diem tertium differre.*] Sincerior eſt (niſi fallimur) antiquorum codicum lectio, *in diem diem differri:* id eſt proferri auctionem. quòd ſi ad eum diem, qui propoſitus erat, nondum Cæſar adveniſſet, diem illum deſtinatum in alium diem differri: & ita donec Cæſar adeſſet. Paulò autem pòſt in verbis Q. Ciceronis pueri (quæ nos, ut facilius diſtinguantur, majoribus litteris conſcripſimus) illa non leguntur in antiquioribus libris, *non probo:* quod culpâ, ut puto, librarii commiſſum eſt: niſi imperfectam & mancam clauſulam adduxit, ut verbum, quo oratio illa concluderetur, in parte quæ relicta ſit, omiſſum fuerit, ſuppleta autem poſtea ſit ab aliquo, qui quod deſiderari credebat injecerit. cum tamen idem verbum à Cicerone repetatur, videntur potius negligenter eſſe in deſcribendo illæ voces relictæ. *Victor.* *Poſſe in diem tertium differri.*] Sic eſt in antiquo, cum in vulgatis deſit *tertium*, quod eſt in manuſcripto tribus III. notatum. *Urſin.* *Poſſe diem differri.*] Ita ſcriptum eſt in codicibus Memm. & Huralt. & Tornæſ. non ut vult Victorius, *poſſe diem in diem differri:* Urſinus ait eſſe in mſ. antiquo, *poſſe in diem tertium differri.* Cleric. Balliol. & Helmſt. aſſerunt lectionem, quam Victorius in ſuis reperit. Sed præſtat tamen Gallicorum librorum ſcriptura. Optimus & eruditiſſimus J. F. Gronovius. doctor meus, νῦν ἐν μακαρίοις, mallet fere, *proferri diem*, ut ep. 14. h. l. *Gravius.* Bonus Clericus non ſervat ordinem, quem habet Victorius, nempe *poſſe in diem diem differri*, quod tamen & ante eum fecit quoque Lambinus. Id fieri ab

EPISTOLA XXXVIII.

CICERO ATTICO S.

P. B.
b hæc ſcrib. *MS.*
c & *deeſt in MS.*
d mihi *alii.*
e poteſt eſſe imp. *alii.*

ANTE lucem cùm [b] ſcriberem contra Epicureos, 71 dè eodem oleo & opera exaravi neſcio quid ad te, [c] & ante lucem dedi. deinde cùm, ſomno repetito, ſimul cum ſole experrectus eſſem; datur [d] mî epiſtola à ſororis tuæ filio; quam ipſam tibi miſi, cujus eſt principium non ſine maxima contumelia. ſed fortaſſe οὐκ ἐπέσχησεν. eſt autem ſic: *Ego enim* 72 *non probo, quidquid non belle in te dici poteſt.* poſſe vult in me multa dici non bellè, ſed ea ſe negat approbare. hoc quidquam [e] pote impurius? jam cetera leges, (miſi enim ad te) judicabiſque. 73 Bruti noſtri quotidianis aſſiduiſque lau-

ab illis non oportebat, quum idem ille ordo ſane exſtet in MSS. Helmæſtad. & Balliol. eaque ſcriptura videtur innuere ab Tullio eſſe *poſſe identidem differri.* Gronov.

71. *De eodem olea & opera.*] Apparet ex hoc loco, proverbium hoc non ad oleum modo, quo athletæ ungebantur, ſed ad illud quoque, quod litterarum ſtudioſi in lucubrando conſumunt, ſæpe referri. Nam & ſupra ad hunc ipſum, *Non defleamus* (inquit) *ut oleum & opera noſtra philologiæ perierit.* In iis tamen epiſtolis, quæ familiares dictæ ſunt; *Nam quid ego te* (inquit) *athletas putem deſiderare, qui gladiatores contempſeris? in quibus ipſe Pompejus profitetur ſe & oleum & operam perdidiſſe? Oleum* autem pro ſumptu poſitum eſt, *opera* pro labore. *Malaſp.*

72. *Non probo.*] Victorius ait hæc non legi in antiquioribus libris, ſed culpâ librarii, ut arbitratur. *Cleric.* Certe deſunt quoque in utroque MS. Helmæſt. & Balliol. Et ſane miror eos, qui habentes MSStorum copiam, omiſerunt indicare an exſtarent in ſuis; inde ut videtur factum, quia crediderunt aliter adjuvari Tullium non poſſe. At ego ſine dubitatione expello, legens; *Nego enim, quicquid non belle in te dici poteſt.* Nec cunctatus eſſem ita edere, ſi de aliis MSS. conſtaret. *Gronov.*

73. *Bruti noſtri cotidianis &c.*] Locus hic mancus depravatuſque eſt: nec melior ſanè eſt aut integrior (ut videtur) antiqua lectio, quam tamen hic omnibus proponemus, ſi forte alicujus induſtria in integrum, deletis maculis & perverſionibus quæ eam occuparunt, reſtitui poſſit: *Quæ Bruti noſtris cotidianis aſſiduiſque laudibus nequas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiaverunt, &c.* Victor. Omnia ex MSS. videntur recte ſic cohærere: *Jam cetera leges; miſi enim ad te: judicabiſque Bruti noſtri q. aſſiduiſque laudibus, quas ab eo de n. h. p. m. renuntiaverunt, commotum iſtum aliquando ſcripſiſſe aliquid ad me.* Gronov.

74. *Scripſiſti.*]

laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiaverunt, commotum iſtum aliquando, 74 ſcripſiſt aliquid ad me: credo & ad te: idque ut ſciam facies: nam, ad patrem de me quid ſcripſerit neſcio, de matre quàm piè? *Volueram*, inquit, *ut quàm plurimùm tecum eſſem, conduci mibi domum; & id ad te ſcripſeram: neglexiſti. ita minùs multùm unà erimus. nam ego iſtam domum videre non poſſum: qua de cauſa ſcis.* Hanc autem cauſam pater odium matris eſſe dicebat. nunc me juva, mi Attice, conſilio, 75 πότερον δίκας τεῖχος [f] ὕψιον, id eſt, utrùm apertè hominem aſperner: &

[f] ὄψιον alii.

74. *Scripſiſti.*] Manutius ait mendoſam eſſe hanc dictionem, & omnes in mendo conſentire antiquos libros; itaque deſtitutus auxilio quicquam immutare non audet. *Cleric.*

75. Πότερον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις.] Vetera exemplaria veram & ingenuam lectionem retinent, quæ tamen usque ad hoc tempus jacuit difficultate Græcos characteras legendi. nihil autem deſideratur in ea, ſi diligentius attendas: quod tamen manifeſtius nunc apparet, poſtquam veritas eluxit: re nondum perſpecta & cognita, omnia obſcuritatem augent. Verba ſunt Pindari, ſolita pronuntiari ab iis, qui incerto animo ſecum deliberant, qua potiſſimum via ſibi ingrediendum ſit ad aliquid agendum. Apud Platonem ea legimus, qui & ipſe ſimili de cauſa ea adducit: eſt autem locus ii. lib. Πολιτείας· Ὥσπερ ἐπιπτόμενοι συλλογίσασθαι ἐξ αὐτῶν ποῖος τις ἂν ὢν καὶ πῆ πορευθεὶς τὸν βίον ὡς ἄριστα διέλθοι λέγοι γ' ἂν ἐκ τῶν εἰκότων πρὸς αὐτὸν κατὰ Πίνδαρον ἐκεῖνο τὸ, πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβὰς καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ. Exponit autem ipſe quid per prima verba intelligat, id eſt, utrum aperte hominem aſperner & reſpuam, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις: ſic enim legimus generandi caſu, ut eſt etiam ſi diligenter attendas in Latinis antiquioribus exemplaribus, & ut legitur apud Platonem, ut ſuperiori caſui reſpondeat, pendeatque pariter ac δίκας à nomine illo τεῖχος: eſt autem Doricus ſermo, ut cetera ferè ejus poëtæ. *Victor.*

Πότερον δίκας.] Verba ſunt Pindari, prolata ab aliquo ſecum deliberante, qua potiſſimum via ſibi ingrediendum ſit ad vitam traducendam, utrum conſcenſo alto muro Juſtitiæ, non obliquæ fraudis, ut eſt apud Platonem. lib. II. De Republica, & Maximum Tyrium Sermone 2. Cicero primum interpretatur Agere aperte ſicuti juſtum eſt: alterum occultare & diſſimulare: illud aptius eſſe ſuis moribus, hoc temporibus. *Popma.* Per murum altum juſtitiæ intelligit Pindarus murum aheneum:

Nil conſcire ſibi nullâ palleſcere culpâ.

Cicero iſtis verbis dat alium ſenſum, quam quo apud Pindarum ſunt poſita, non inconcinne. Rogat is utrum ſuadeat Atticus, ut palam præferat juſtam iram, quam meruerat Quinctus inſectando & criminando patruum apud Cæſarem & omnes, eaque de

 cauſſa

& reſpuam, [76] ἢ σκολιᾶς ἀπάτας· [g] ut enim Pindaro ſic δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. omnino moribus meis illud aptius, ſed hoc fortaſſe temporibus. tu autem, quod ipſe tibi ſuaſeris, idem mihi perſuaſum [h] putato. equidem vereor maximè, ne in Tuſculano opprimar. in turba hæc eſſent faciliora. utrùm igitur Aſturæ? quid, [i] ſi Cæſar ſubitò? juva me, quæſo, conſilio. utar eo, quod tu decreveris.

g *tres ſeqq. voces deſunt in MS.*

h puto *MS.*

i *alii non habent* ſi.

EPISTOLA XXXIX.

CICERO ATTICO S.

O INCREDIBILEM vanitatem! ad patrem, domo ſibi carendum propter matrem: [k] plena pietatis. hic autem jam langueſcit, & ait [l] ſibi illum jure iratum. ſed utar tuo conſilio. σκολιὰ enim [m] tibi video placere. Romam, ut cenſes, veniam; ſed invitus. valde enim in ſcribendo hæreo. Brutum, inquis, eâdem ſcilicet, ſed niſi hoc eſſet, res me iſta non cogeret. nec enim inde venit, unde mallem; neque diu abfuit; neque ullam litteram ad me. ſed tamen ſcire haveo, qualis ei totius itineris ſumma fuerit. Libros mihi, de quibus ad te antea ſcripſi, velim mittas, [77] & maximè Φαίδρου περὶ θεῶν & Ἑλλάδος.

k pœna *aut* plenam *alii.* malè.

Pag. CCXVIII.

l tibi *alii.*

m *ita MSS. alii* ſibi.

EPI-

cauſſa non modo objurget, ſed etiam excludat ac nolit videre juvenem, an vero animum minacem in eo frangat, & ſic meminiſſe doloris ejus diſſimulet. *J. F. Gronov.*

76. H σκολιᾶς ἀπάτας.] In Tornæſ. & Cruſell. exaratum erat, ἢ σκολιαῖς ἀπάταις. ſed minus rectè, cenſore Dauſqueio, quamvis id quibusdam placeat, quod & ſequenti epiſtola ſit in dativo. inde enim factum, quod Tullius ex verba mitteret ſuæ conſtructionis. *Cleric.*

77. *Et maxime* Φαίδρου.] Sic ferè omnes excuſi deminute & corrupte. Germani locum reſtituere tentarunt: neſcio tamen an id conſecuti ſint, ſic enim legunt, *Et maxime* Φαίδρου περὶ ὅσσων τῆς Λαΐδος. Arbitror autem conſimilem noſtræ illos in ſuo exemplari ſcripturam inveniſſe: ſed vereor ne ſuus ſenſus eos & conjectura fefellerit: nullam enim commodiorem ſententiam ex ea lectione elicio. Nos quod potuimus non temere auſi ſumus exprimere: cetera potius depinximus. ſi enim ex O faciamus Θ (in quo ſupra oſtendimus ſæpe librarium peccaſſe, punctum illud, quod centri inſtar in medio ejus litteræ eſſe debet, omittentem) cetera nulla correctione egent. Librum tamen Phædrum (ut verum fateamur)

hoc

EPISTOLA XL.

CICERO ATTICO S.

78 ITANE nuntiat Brutus, 79 illum ad bonos viros εὐαγγέλια; 80 ſed ubi eos? niſi fortè ſe ſuſpendit, hîc

hoc titulo ſcripſiſſe non legimus. De poſteriore Græca voce quid dicam non habeo; nihil enim adhuc reperio, in quo acquieſcam. *Victor.* φαίδρου περιστοῶν & Ἑλλάδος.] Ex fide Decurtati ita ſcripſit Boſius, quem laudat Junius & ait ſic habere mſſ. Palat. vulg. Φαίδρου περὶ Θεῶν & Παλλάδος. Lambinus hic ſequitur Corradi conjecturam hanc, περὶ ὀρῶν τῆς Ἑλλάδος, libenter tamen mutaret accentum & ſpiritum, legeretque περὶ ὅρων. Victorius hic nihil auſus eſt. Germani ſic reſtituere tentarunt, Φαίδρου περὶ ὅσιων τῆς Λαΐδος. Dauſquejus conjiciebat Φαίδρου περὶ Θεῶν, & Παλλάδος· licet ipſa Θεός ut de ea quid eximium dicat. fors, & περὶ Διὸς, ut qui ſit ὕπατος κρειόντων: niſi quod, vicinius & mage affine elementis, ſententiâ licet disjunctius, περὶ Θεῶν καὶ ΠΕΛΕΙΑΔΟΣ, *de columba fatidicina*; de qua Herodotus aliique. *Cleric.* Alii περὶ ὀρῶν Ἑλλάδος, de terminis aut finibus Græciæ. Ego malim περὶ ἰσχυρῶν τῆς Ἑλλάδος, de fortibus viris Græciæ. Phædrus nobilis Philoſophus Epicureus Ciceronis ætate. ep. 7. lib. XVI. Philipp. 1. & ep. 1. ad Memmium. Ejus hoc libro fortaſſis volebat uti ad eas quas ſcribebat Tuſculanas diſputationes, ut fortium virorum exemplis probaret mortem nec dolorem eſſe malum. *Popma.* Thomas Reineſius Var. Lect. III, 3. probat Φαίδρου περὶ Θεῶν, putatque illum Phædrum eſſe, qui fuerit doctor Epicureus, Zenonis Sidonii familiaris, quem ſe Attico συμμαθητῇ Athenis audiviſſe fateatur. Cic. III. & V. de Fin. & ab elegantia & humanitate commendet. Dein cenſet legendum βίος Ἑλλάδος, præfatur eum a Dicæarcho Ariſtotelis diſcipulo, Meſſenio, viro in primis erudito, uti appellat Plin. II. c. 67. libris tribus ſcriptum eſſe e Suida cognoſci, & cujus fragmentum e bibliotheca Auguſtana opera Davidis Hoeſchelii publicatum etiam nunc exſtet. Vide plura de ejus ſcriptis, & quanti Dicæarchum fecerit Cicero in loco laudato Variarum Reineſii. *Græv.*

78. *Itane nuntiat.*] Boſius auctore Decurtato, & Junius auctoribus mſſ. Palat. hinc initium duxerunt epiſtolæ: in vulgatis enim hæc una eſt cum ſuperiore. *Cleric.*

79. *Illum ad bonos viros.*] Cæſarem miſſurum eſſe εὐαγγέλια ad bonos viros, quod illos jubeat in patriam redire, ut eorum conſilio Rempublicam conſtituat. *Boſius.* Perſcripſi litteris grandiuſculis verba ex litteris Attici, quibus ille Bruti epiſtolæ capita duo, unum de Cæſare, alterum de Q. filio retulit: nunc breviter explicabo. Itane ſcribis? Nuntiat Brutus Cæſarem ex Hiſpania redeuntem lætos nuntios mittere ad bonos viros, jubens eos in patriam redire. Sed ubi bonos viros inveniet, niſi, ſi forte ſe ſuſpen-

n fuit tum Lamb. hîc autem ut n fultum eſt? 81 ubi igitur φιλοτέχνημα illud tuum, 82 quod vidi in parthenone, Ahalam & Bru-

ſpendit, apud inferos. Nam omnes boni bello civili perierunt. Hic autem ut fultum eſt Cæſaris imperium honore & gratia vulgi atque optimatium, qui omnes ſe illi dant. Ubi igitur eſt opus illud artificioſum in Parthenone tuo poſitum, in quo ſunt affixæ ſtatuæ Junii Bruti & Servilii Ahalæ, vindicum libertatis populi Romani, non illis Brutus excitabitur ad adſerendam libertatem, ſi judicat Cæſaris imperium ita fultum & munitum eſſe. Sed quid faciat contra tam potentem tyrannum? Illud optime ſcribis, ſed ne Hirtius quidem, qui autor omnium flagitiorum, quæ Q. filius contra nos committit, bene ſentit de hoc noſtro propinquo. ep. 29. lib. 11. *Popma.*

80. *Sed ubi eos.*] Sed ubi bonos viros inveniet, niſi forte ipſe ſe ſuſpendit, ut eos apud inferos viſat? nam ejus ſcelere omnes boni perierunt. *Boſius.*

81. *Ubi igitur φιλοτέχνημα illud tuum.*] Adeo inquinatus eſt & lacer hic locus, ut nihil depravatius eſſe poſſit. nam & in ſuperioribus Latinis verbis turpes apparent maculæ, & de hac ipſa Græca voce nihil certi pronuntiari poteſt. in codice certè noſtro antiquiore φιλοτέκνημα ſcriptum eſt, alio & longè diverſo ſignificatu. φιλότεχνοι appellantur induſtrii homines in artibus excogitandis & exercendis, τέχνημα enim artificium. Plato in Protagora: Καλὸν ἦν δ' ἐγὼ τέχνημα ἆρα κέκτησαι· ὐ γὰρ ἄλλό τι πρὸς σὲ ἐρήσεται ἢ ἄπιξ νοῶ· nos tamen receptam lectionem retinuimus, quia videtur nobis eſſe integtior. *Victor.* Intelligit ſtemma Bruti ab Attico compoſitum, in quo M. Brutus a L. Bruto, qui Tarquinium expulit, & Servilio Ahala, qui Spurium Mælium occidit, deducebatur quaſi a duobus tyrannicidis. *J. F. Gronov.*

82. *Quod vidi in parthenon cala & Brutum.*] Nihil deformatius hac parte hujus paginæ. Germani, *In Parthenone Alani*: quod nos (quoniam melius non habemus) ſecuti ſumus: nihil enim confirmamus. Antiquior ille noſter codex cum recepta lectione conſentiret, niſi quòd *t* aſpiratum non habet: unam autem tantùm huic loco ſtellulam adpoſuimus, quæ mendoſum illum eſſe ex omni parte oſtenderet: ſi enim cunctis ejus perverſionibus adponi debuiſſet, pluribus opus fuiſſet. *Victor.* *Parthenone.*] Templo, quod παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, inquit Pauſan. in Attic. & Demoſt. ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος λόγῳ & Plin. lib. XXXIV. c. 8. ubi, quod ſcribit Pauſan. Φαίνονται οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους γραφὴν ἀναθέντες, ἐν ᾗ Θεμιστοκλῆς ἐστι γεγραμμένος. ſic Atticus fortaſſe vel in eo templo, ut ἐν τῇ Ἀμαλθείᾳ, ep. 13. lib. 1. vel in libro eodem nomine dicto ſcripſerat, quod ſequitur. & ſane, Nepote auctore, verſibus, qui honore rerumque geſtarum amplitudine ceteros Rom. pop. præſtiterunt, expoſuit ita, ut ſub imaginibus ſingulorum facta magiſtratusque eorum non amplius quaternis quinisque verſibus deſcripſerit. *Corrad.* Parthenon dicebatur templum Minervæ in arce Athenarum, de quo vide Meurſii Cecropiam cap. 14. Sed hic haud dubiè eſt pars ædium Attici,

aut

Brutum? [83] ſed quid faciat? illud optimè, [o] *ſed ne is quidem, qui omnium flagitiorum auctor, bene de noſtro.* at ego verebar, ne etiam Brutus eum diligeret. ita enim ſignificaret [p] iis, quas ad [q] meas. [84] *At vellem aliquid deguſtaſſe de fabulis.* ſed coram, ut ſcribis. etſi, quid mi auctor es? advolone, an maneo? equidem & in [r] libris hæreo, & illum hîc excipere nolo: ad quem, ut audio, pater hodie [85] ad Saxa Acronoma. mirum, quàm inimicus ibat, ut ego objurgarem. ſed ego ipſe [86] κεπφοῦμαι. itaque poſthac. tu tamen vide, quid de adventu meo cenſeas; & τὰ ὅλα, cras ſi perſpici potuerint, manè ſtatim ut ſciam.

o *alii* quod ne.
p his litteris quas *alii.*
q me *J. F. Gron.*
r his lib. *alii.*

EPISTOLA XLI.

CICERO ATTICO S.

Ego [s] verò Quinto epiſtolam ad ſororem miſi. cùm ille quereretur [t] filio cum matre bellum, & ſe ob eam

s vero *non eſt in MS.*
t cum filio *MS.*

aut prætorii alicujus, vel villæ lautioris, quemadmodum in Palatina Auguſti domo erat cubiculum, quod dicebatur Syracuſæ, Suet. Octav. 72. & aliud quod Hermæum appellabatur, Suet. Claud. c. 10. *J. F. Gronov.*

83. *Sed quid faciam.*] Faërnus delebat vocem *quid.* Urſin.

84. *At vellem aliquid deguſtaſſe de fabulis.*] Nihil ſanè diſcrepant antiqui codices ab impreſſis hac parte. Videndum tamen accuratius, an (tabulis) legendum ſit: nam antè, quum de Bruto itidem ſermo eſſet, ita inquit, *Nec enim ad tabulam eum deſideraturus eram: in tali enim negotio cur tu unus non ſatis es?* Nihil tamen contra antiquam ſcripturam decernere auſim. *Victor.*

85. *Ad ſaxa acrimonia.*] Scripſimus ex melioribus codicibus, *ad ſaxa Acrunoma:* ut ſit loci nomen: non tamen in regionum ſcriptoribus invenimus locum ullum ſic appellari, quod meminerimus. quamvis autem non omnia certa in hac lectione habeamus, tamen eam longè vulgatæ præponimus, nihil enim illa frigidius. *Idem.*
Acronoma.] Ita Boſius ex Decurtato & Lambinus ex Tornæſ. correxerunt. Victorius ediderat, *Acrunoma*, quum antea legeretur, *acrimonia.* Turnebus divinabat, κρύνομαι. Dauſquejus παροιμίας δίκην elatum autumabat, *ad ſaxa Acroceraunia.* Horatius lib. 1. Oda 3. *Infames ſcopulos, Acroceraunia.* Cleric. Hæc vero extra viam, & quod iter ſequens, multum erat abfuturus ab occurſu, quem proponebat. Sed etſi de hoc loco illi, qui in Geographicis excelluere, taceant, videntur intelligi *Saxa*, alias *Rubra* dici ſolita, etiam ab ipſo noſtro Tullio, & de quibus ſæpe alii. *Gronov.*

86. Κεχφοῦμαι.] Boſius ait aut legendum eſſe κεπφοῦμαι, ut edidit,

eam cauſam domo ceſſurum filio diceret; dixi illum commodas ad matrem litteras, ad te nullas. ille alterum mirabatur: de te autem ſuam culpam, quòd ſæpe graviter ad filium ſcripſiſſet de tua in illum injuria. quòd autem [v] relanguiſſe ſe dicit, ego ei tuis litteris lectis [87] σκολιᾶς ἀπάτας ſignificavi me non fore. [88] tum enim mentio Canæ. omnino, ſi id conſilium placeret, eſſet neceſſe. ſed ut ſcribis, ratio eſt habenda gravitatis; & utriusque noſtrûm idem conſilium eſſe debet: etſi in me graviores injuriæ & certè notiores. ſi verò etiam Brutus aliquid afferet, nulla dubitatio eſt. ſed coram. magna enim res & multæ cautionis. cras igitur; [89] niſi quid à te [90] commeatus.

[v] redarguiſſe *alii.* P. B.

EPI-

dit, aut κιχέπφωμαι. nam in Decurt. eſt κίπφωμαι, vulg. κίπφωμα. Cleric.

87. Σκολιᾶς ἀπάτας.] In Tornæſ. ut & in excuſis eſt, σκολιαῖς ἀπάταις. Idem.

88. *Tum enim mentio Canai.*] Arbitror hunc locum corruptum eſſe. Nihil autem opis adtulerunt veteres codices, quibus prorſum cum excuſis convenit: ſententia etiam non mediocriter obſcura eſt & incerta. *Victor.*

89. *Niſi quid à te commeatus.*] Vulg. *commotus.* legendum autem videtur Lipſio, *niſi quid à te commonitus.* aut quod probabilius putat, ultima vox ad principium ſequentis epiſtolæ ablegenda eſt hoc modo: *commotus venit ille ad me.* videatur d. lib. IV. cap. 19. *Cleric.*

90. *Commeatus.*] Litteras Attici vocat commeatum, quòd iis ſolis ſummum deſiderium, & veluti famem, cum videndi levare poſſet. *Boſius.* Commeatum metaphorice vocat materiam literarum, quam Atticus ipſi proxime daturus erat: ſicut Plautus Captivis dixit: *Tantus ventri commeatus meo adeſt in portu cibus;* pro materia & copia cibi. *Popma.* *Commeatus* recte quoque Balliol. Sed male interpretantur. Vide quantilla res quantas poſſit perſpicaciſſimis etiam ingeniis tenebras offundere. Potuitne ignorare doctus ille Boſius *commeatum* etiam ſignificare permiſſionem ac veniam domo abeundi, aut peregre proficiſcendi, aut diutius, ſi profectus fueris domo, emanendi: Suet. Tib. 10. *Tunc autem honorum ſatietatem ac requiem laborum prætendens commeatum petiit.* hoc eſt, diſcedendi poteſtatem. Et cap. 12. *Centuriones à commeatu caſtra petentes.* A commeatu eſt elapſo tempore, quo illis indultu imperatoris caſtris licebat abeſſe. & hic proprie accipitur. Nam a militibus translata eſt hæc vox ad alios. Claud. c. 23. *Commeatus à Senatu peti ſolitos beneficii ſui fecit.* & ſic ſæpius idem ſcriptor aliique. Hoc ipſum quoque voluit Cicero. Cras, inquit, ad te veniam, niſi mihi ſcripſeris me nondum deſiderari, licere mihi diutius abeſſe. Tuæ litteræ mihi commeatum facient, hoc eſt, longius manendi in agro poteſtatem. Ex tuis litteris cognoſcam

in

EPISTOLA XLII.

CICERO ATTICO S.

91. VENIT ille ad me, *καὶ μάλα κατηφής*. & ego; *σὺ δὲ δὴ τί σύννους*; rogas? inquit, [x] quò iter inſtet, [y] & iter ad bellum, idque [z] cùm periculoſum, tum etiam turpe. quæ vis igitur, inquam? æs, [a] inquit, alienum: & tamen ne viaticum [b] quidem. hoc loco ego ſumpſi quiddam de tua eloquentia. nam tacui. at ille: ſed me maximè angit avunculus. quidnam? inquam. quòd mihi, inquit, iratus eſt. cur pateris? inquam. malo enim ita dicere, quàm cur committis. non patiar, inquit. cauſam enim tollam. & ego rectiſſimè quidem. ſed ſi grave non eſt, velim ſcire quid ſit cauſæ. quia, dum dubitabam quam ducerem, non ſatisfaciebam matri, ita ne illi quidem. nunc nihil mihi tanti eſt. faciam quod volunt. feliciter velim, inquam, teque laudo. ſed quando? nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probo. at ego, inquam, cenſeo prius quàm proficiſcaris. ita patri quoque morem gesseris: faciam, inquit, ut cenſes. hic dialogus ſic concluſus eſt. Sed heus tu, diem meum ſcis eſſe III. non. Jan. aderis igitur. [c] Scripſeram jam: ecce tibi, orat Lepidus ut veniam. opinor augures nil habere ad templum [d] effandum. 92. Eatur; *Ἰλιὰς σκάρδου*. videbimus te igitur.

x *alii* quod *aut* quoi.
y eſt *MS.*
z *alii* tum.
a inquit *deeſt in MS.*
b quidem habeo *MS.*
c *in MS. init. novæ epiſt.*
d *alii* afflandum.

EPI-

in urbem ne mihi cras currendum ſit, an diutius hic poſſim ſubſiſtere. Commeatum autem dediſſe Atticum innuit ep. 43. cum literis Attici acceptis, biduo ſerius Romam ſe venturum ſcriberet, dicit, *utar prorogatione temporis.* quaſi diceret, commeatu impetrato a te utar, & meum ad vos iter differam. *Gravius.*

91. *Venit ille ad me.*] Quintus filius venit ad me rus. *Corrad.* Hæc epiſtola in poſtremo loco libri hujus collocanda videtur, cum Cæſar ad Bajas eſt profectus, ad bellumque Parthicum ire velle diceretur, cui Q. intereſſe cogitabat. Adde quod in ea de ſuo natali die agitur, qui fuit III. Non. Jan. cum ultima epiſtola, ſtatim, ut credi poteſt, poſt tertia Saturnalia, quæ fuerant XII. Kal. Jan. ſcripta fuerit. *Malaſp.*

92. *Fatur μεανανιρδε*] Antiqua exemplaria, *eatur.* Quæ autem ſequuntur Græca verba depinximus cum fide & diligentia: ex his enim, quæ circumferuntur lectionibus, nulla eſt cui planè acquieſcamus; nihilque à nobis excogitari potuit quod mediocriter ſatiſ-

ſa-

EPISTOLA XLIII.

CICERO ATTICO S.

EGo vero utar prorogatione diei: tuque humaniſſimè feciſti, qui me certiorem feceris, atque ita, ut eo
P. CCXIX. tempore acciperem litteras, quo non exſpectarem: tuque ut ab ludis ſcriberes. ſunt omnino mihi quædam agenda Romæ: ſed conſequemur biduo [c] poſt.

c poſt *deeſt in aliis.*

EPISTOLA XLIV.

CICERO ATTICO S.

SUAVES tuas litteras! etſi acerba pompa. verumtamen ſcire omnia non acerbum eſt, 93 vel de Cotta. po-

facerer. Quod igitur (ut in malis) reſtabat, fecimus, ut in antiquam ſcripturam omnibus conſiderandam & excutiendam proponeremus. *Victor.* *Eia tu μιας χόρδυ.*] Concinnavit hoc Boſius ex corrupta hac mſſ. omnium, quos vidit, ſcriptura. *eatur μιας χόρδυ.* Victor. hîc nihil videns propoſuit ſuorum codicum lectionem examinandam, quæ hæc eſt; *eatur: miſi ἀσκόρδυ*: quam probam cenſet Junius. Alii, & in his Lambinus, legunt, *ad templum effandum Saturni ἀσπόνδυ.* Cleric. Forte legendum: *eatur μιασμα δρυός.* quod proverbium eſt. Appendix Vaticana proverbiorum a Schotto editorum: *Μίασμα δρυός.*] Παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ ἀναιτούμενον τὸ Θηβαῖον παρανόμημα, εἰς τὸ ἐν Δωδώνῃ μαντεῖον, ἀφ' οὗ καὶ παροιμία; Βοιωτοῖς μαντεύσαιο. ἠσέβησαν γὰρ εἰς τὴν ἱερείαν ἐμβαλόντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐν Δωδώνῃ λέβητα ζέοντα ἱερατικῶς διατιθεῖσαν εἰς ἕνα τῶν θεωρῶν. Senſus igitur eſt, ut fiat piaculum ſpecie religionis. Nam a Cæſare tyranno exſtructa templa pro ſacrilegiis & piaculis habent. *J. F. Gronov.* Aliam conjecturam protulit Jac. Gutherius lib. III. de Jure Pontific. cap. 2. *Augures nihil habere ad templum afflatum. Si effatur μιαρὸν, videbimus &c.* cui quam ſpeciem interpretando addat illic vide. Mihi ut nihil eorum placet quæ dicta ſunt; ſic videtur acerbitatem rerum præſentium deplorans Tullius dixiſſe *Eatur.* Ἰλιὰς ἀκόρδυ. Si illuc eam, rei ingratiſſimæ interero, & vel videbo vel audiam immenſam colluviem cauſarum, quæ me cruciabunt, ut jam ante libro II. dixit Ἰλιὰς *malorum impendet.* Gronov.

93. *Vel de toto.*] Nonnulli ſunt manuſcripti codices, qui *de Cota* habent. Athenæus in fine VII. libri, quo loco de parſimonia Romanorum loquitur, meminit de Cota quodam Julii Cæſaris legato in Gallia, qui volumen ediderit de Rep. Romanorum, quod Græca lingua ſcriptum ſit: hæc ejus verba ſunt: Γάιος δὲ Καίσαρ

populum vero præclarum, quòd propter malum vicinum, 94 ne Victoriæ quidem [f] ploditur. Brutus apud me fuit: cui quidem valde placebat, me aliquid ad Cæſarem. annueram; 95 ſed pompam videret. Tu tamen auſus es Varroni dare? exſpecto quid judicet. quando

[f] plaud. alii.

ὁ πρῶτος τῶν πάντων ἀνθρώπων περαιωθεὶς ἐπὶ τὰς Βρεττανίδας νήσους μετὰ χιλίων σκαφῶν τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγετο ὥς κῶτας ἱστορεῖ ὁ τότε ὑποστρατηγῶν αὐτῷ ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συγγράμματι ὁ τῇ πατρίῳ ἡμῶν γέγραπται φωνῇ. *Victor.* *Cotta.*] L. Cotta. ep. 19. lib. XII. vel M. Cotta. ep. 37. lib. XII. is enim, qui Cæſaris fuit legatus, multis ante annis ab Eburonibus fuerat interfectus. Cæſ. lib. VI. de Bel. Gal. & Liv. lib. CVI. tantum abeſt, ut de eo ſcire potuerit Atticus. & videtur dixiſſe, ſcire de Cotta, hoc eſt, a Cotta, ut ep. 17. lib. XII. non autem de ſententia, quam L. Cotta dicturus fuerat de faciendo rege Cæſare, qui nondum ex Hiſpania redierat, ep. 43. h. l. quum tamen Suet. ſcribat eam fuiſſe cauſſam conjuratis maturandi. *al. ſota.* Corrad. *Vel de Cotta.*] Percrebreſcere famam, L. Cottam quindecimvirum ſacrorum proximo ſenatu ſententiam dicturum, ut quoniam libris fatalibus contineatur Parthos niſi a rege non poſſe vinci, Cæſar rex apelletur. Suetonius ibidem, de Divinatione. II. *Popma.*

94. *Ne victoria quidem plauditur.*] Omnes antiquiores codices *victoria quidem ploditur:* quos deſerere nolui. ſcio equidem doctiſſimum virum Budæum receptam lectionem probare, & Græci ſermonis exemplo confirmare, ut, victoria plauditur, id eſt plauſu excipitur, intelligatur: quemadmodum apud illos οὐδ' νίκη κροτεῖται. Cum tamen alibi à Cicerone hoc verbum ſic uſurpatum non invenerim, & veteres codices reclament, antiquam potius lectionem ſecutus ſum. Quòd autem (ploditur) in ea pro (plauditur) ſcriptum eſt, non mendum eſſe puto: nam ita quoque legit Acron in verſu illo Horatii, *Cole ſuburbano qui ſiccis crevit in hortis:* ſubditque, *Cole, hoc eſt caule, ut clode, pro claude, ſorices pro ſaurices, coda pro cauda.* Vide igitur in quot nominibus *au* tranſierit in *o.* ut idem quoque in hoc verbo quandoque factum eſſe mirum videri non debeat. Quin & lib. V. harum epiſtolarum (*loreolam*) in iiſdem codicibus ſcriptum eſt eo loco: *In eodem Amano cœpit loreolam in muſtaceo quærere: at ille cohortem primam totam perdidit.* Victor.

95. *Sed pompam videret.*] Opinor hoc intelligi: Non videtur ad eum eſſe ſcribendum, qui jam colatur ut Deus, cum in ſollemni pompa inter deorum ſtatuas ejus quoque ſtatua geſtetur. quidquid enim ſcripſero faſtidiet. In eandem ſententiam ſcripſit ep. 28. *Quid tu,* inquit, *hunc de pompa Quirini contubernalem his noſtris moderatis epiſtolis lætaturum putas?* Eſt autem antiquis ſcriptoribus uſitata locutio: ut apud hunc ipſum lib. III. de Officiis: *Male Curio, cum cauſſam Tranſpadanorum æquam eſſe dicebat; ſemper autem addebat, Vincat utilitas. potius diceret, non eſſe æquam, quia non eſſet utilis reipublicæ, &c.* pro dicere debebat. & alibi. *P. Manut.*

quando autem perleget? 96 De Attica probo. Eſt quiddam etiam animum levari cùm ſpectatione, tum etiam [g] religionis opinione & fama. 97 Cottam mihi velim mittas. Libonem mecum habeo, & habueram ante Caſcam. Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quòd appelletur L. Curfidius in oratione Ligariana, erratum eſſe meum: ſed, ut ajunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. ſciebam Curfidium perneceſſarium Ligariorum: [h] ſed eum video antè eſſe mortuum. da igitur, quæſo, negotium Pharnaci, Antæo, Salvio, ut id nomen ex omnibus libris tollatur.

[g] religione opinionis & famæ MS.

[h] ſed video MS.

EPISTOLA XLV.

CICERO ATTICO S.

FUIT apud me Lamia poſt diſceſſum tuum; epiſtolamque ad me attulit miſſam ſibi à Cæſare: quæ quamquam antè data erat, 98 quàm illæ Diocharinæ, tamen planè declarabat illum ante ludos Romanos eſſe venturum. in qua extrema ſcriptum erat, ut ad ludos omnia pararet, neve committeret, ut fruſtra ipſe properaſſet. prorſus ex his litteris non videbatur eſſe dubium, quin ante eam diem venturus eſſet: idemque Balbo, cùm eam epiſtolam legiſſet, videri Lamia dicebat. 99 Dies feriarum mihi additos video: ſed quàm mul-

96. *De Attica probo.*] Quod Circenſem pompam ſpectavit. quam materiæ præſtantia & religione auguſtiſſimam fuiſſe conſtat. nam & Deorum ſimulacra quæ geſtabantur erant aurea, & qui pompam ducebant pretioſiſſima veſte utebantur. Unde Ovidius,

Aurea pompa venit, linguis animiſque favete. Popma.

97. *Cottam mihi velim mittas.*] Librum Cottæ, qui, quum Cæſaris eſſet legatus, περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας Græca ſcripſit. Athen. lib. VII. ſic Torquatum ep. 32. h. l. *Corrad.* *Cottam miſ.*] Cotta, Caſca, Libo ſunt libri Attici ex opere de Familiis, de quo Nepos in Vita. etſi Libonis Annalis nominatur ep. 30. *Popma.*

98. *Quam illa Diocharina.*] Scriptus liber *Dicarchea*, ut fortaſſe *Dicaarchea* ſcribendum ſit. *Urſin.* *Quam illa Diocharina.*] Hæc eſt conjectura Montagnani, quam probat Manut. vulg. *illa Diocharina.* Cleric.

99. *Dies feriarum.*] Diutius poſſum quaſi feriari, quando auctionem Brinnianam ſcribis eſſe dilatam, cujus cauſſâ Romam cogitaveram. Neque dubium eſt, Brinnianam auctionem intelligi, cum inferat, *Quam diu feriari poſſim de Egnatio ſcire poteris.* quem co-he-

multos, fac, ſi me amas, ſciam. de [i] Bæbio poteris & de altero vicino Egnatio. Quòd me hortaris, ut eos dies conſumam in philoſophia explicanda; currentem tu quidem: ſed cum Dolabella vivendum [k] eſſe iſtis diebus [l] vides. quòd niſi me Torquati cauſa teneret, ſatis erat dierum, ut Puteolos excurrere poſſem, & ad tempus redire. Lamia quidem à Balbo (ut videbatur) audiverat, multos nummos domi eſſe numeratos, quos oporteret quamprimùm dividi. magnum [1] pondus argenti, præter prædia: auctionem primo quoque tempore fieri oportere. ſcribas ad me velim quid tibi placeat. equidem, ſi ex omnibus eſſet eligendum, nec diligentiorem, nec officioſiorem, [m] nec noſtri ſtudioſiorem facilè delegiſſem [2] Veſtorio: ad quem accuratiſſimas litteras dedi, quod idem te feciſſe arbitror. mihi quidem hoc ſatis videtur. tu quid dicis? unum enim pungit, ne negligentiores eſſe videamur. [n] exſpectabo igitur tuas litteras.

i P. B. MSS. & *alii* de Babio.
k eſt MSS.
l *iid. MSS. delent* vides.
m *tres ſeqq. voces deſunt in vett. edd.*
n exſpecto MSS. & *alii*.

EPISTOLA XLVI.

CICERO ATTICO S.

POLLEX, quidem, ut dixerat ad idus Sext. ita mihi Lanuvii pridie idus præſto fuit; [3] ſed planè Pollex, non

heredibus Brinnianis amicum & familiarem fuiſſe jam ante oſtendit ep. 34. ſcribit enim ſic: *Tu velim, ſi grave non erit, efficias, ne ante nonas mihi illuc veniendum ſit.* id potes per Egnatium Maximum. & ep. 12. *De Brinniana auctione accepi a Veſtorio litteras. ait, rem ad me collatam ad IIX. Kal. Quinctilis. dices igitur vel amico tuo, vel Othoni cohæredi meo, vel Lebeoni noſtro, paullum proferant auctionem; me circiter nonas in Tuſculano fore.* idemque epiſt. 18. *P. Manut.*

1. *Pondus argenti, præter prædia: auctionem.*] Ita etiam Lambinus legebat, vel, *præterea prædia: auctionem &c.* prout etiam legebat Malaſp. vulg. *auctionem præter prædia &c.* quam lectionem mutandam non eſſe contendit Junius. *Cleric.*

2. *Veſtorio.*] Fortaſſe ipſius Cluvii olim amico, ep. 2. lib. VI. & vicino ep. 24. lib. XIV. is certe rem Cluvianam videtur curaſſe ep. ſeq. ubi negligentem vocat contra atque hic fecit. uterque enim videtur Puteolanus ep. 12, 24. & ep. 56. lib. XIII. Fam. *Corrad.*

3. *Sed plane Pollex, non index.*] Varia hîc adferunt Corradus, Manutius & Caſaubonus, quibus docent Pollicem feſelliſſe Ciceronis ſpem, quod nihil ei indicarit, nec, ut jocatur, indicis fuerit

non index. cognoſces igitur ex ipſo. Balbum conveni.
4 Lepta enim de ſua vini curatione laborans, me ad
cum

rit officio functus. Jocus eſt in ſignificatione digitorum. De in-
dice omnes vident, de pollice nihil afferunt, quum tamen vix
credibile ſit, jocum non tam ad ſignificationem duplicem τῦ
Pollex, quam ad ſignificationem τῦ *index* referri a Cicerone. Vi-
detur, nam in his libris multa ſunt, in quibus ultra conjecturam
ſapere nemini licet; videtur, inquam, Cicero innuere Pollicem
multa ſe Ciceroni indicaturum fuiſſe pollicitum, quorum nihil
prorſus præſtitit, quum ad Ciceronem venerat, atque in eo jo-
cus eſt. Non quod Cicero crediderit vocem *pollex* revera a pol-
licendo eſſe ortam, ſed ſimilitudo quædam ſoni fuit illi ſatis ad
jocum ex ea voce quærendum. Notum eſt, quem uſum pollicis
ſpectatorum in amphitheatris habuerint ad laudandum & liberan-
dum gladiatores, ſi tollerentur, aut ad eos occidendum, ſi pre-
merentur; verum vix credibile eſt occaſionem hujus joci è ludo-
rum conſuetudine eſſe petitam. *Verburg.*

4. *Lepta enim de ſua vi in Curionem laborans.*] Quàm fœdè cor-
ruptus eſſet hic locus dici non poteſt: quomodo enim nunc de
Curione ſermo eſſe poteſt, qui tanto antè in Africa à Juba re-
ge cum exercitu interfectus fuerat? Veteres codices, *in curatione*
habent, quæ vera lectio eſt: cupiebat enim Lepta ſibi tradi cu-
rationem ludorum, quos Cæſar parabat ex Hiſpania revertens:
utebaturque operâ Ciceronis: qui cum Balbo & Oppio familiari-
bus Cæſaris conficeret, ut hoc negotium ſibi committeretur: de
quo agit etiam in epiſtola ad Leptam ipſum ſcripta, quæ eſt in
libro ad A. Torquatum, his verbis: *De curatione aliqua munerum
regiorum cum Oppio locutus ſum: nam Balbum poſtea quàm tu es
profectus non vidi. tantis pedum doloribus afficitur, ut ſe conveniri
nolit. omnino de tota re, ut mihi quidem videtur, ſapientius face-
res, ſi non curares: quod enim eo labore aſſequi vis, nullo modo
aſſequère, &c.* Cum autem de ſua vi in curatione laborans dicat,
videndum diligentius, an jam hoc impetraſſet Lepta, ad eumque
delata eſſet curatio regionum munerum, laboraretque ille poſtea
de poteſtate & vi: quam magnam ille ſibi tradi vellet in eo ne-
gotio. ſic enim loquitur libro primo de Oratore: *Philoſophi deni-
que ipſius, qui de ſua vi ac ſapientia unus omnia penè profitetur,
eſt tamen quædam deſcriptio: ut is, qui ſtudeat omnium rerum divi-
narum atque humanarum vim, naturam cauſaſque noſſe, & omnem
bene vivendi rationem tenere & perſequi, nomine hoc appelletur.* Cum
enim oſtendere vellet nullam eſſe ſcientiam aut artem, quæ non
definiri poſſet, atque id exemplo imperatoris & juriſconſulti an-
declaraſſet, docet etiam philoſophi naturam deſcribi & explanari
poſſe: quamvis ille de ſua facultate & natura omnia teneat, &
omnia ſe poſſe explicare profiteatur. Paulò ſuprà hunc locum cor-
ratum eſſe animadverti in noſtro codice: ubi enim *neglectiores* e-
negligentiores eſſe debet: verebatur enim Cicero, ſi ipſe ad numm-
illos cum cohæredibus dividendos, & ad auctionem faciendam
non acceſſiſſet, (quamvis diligentem & officioſum hominem, c

tum perduxerat: 5.in eo autem Lanuino, quod Lepido

negotium illud imponeret, elegiſſet) ne negligentior in re familiari tuenda videretur, & nimis fugitans laboris ac moleſtiarum. Vict. *Lepta enim de ſuâ vi in curatione laborans.*] Pantagathus *de ſua vini curatione*: ſed *incuratione* habet antiquus codex. infra poſt vocem *liberam* addebat Faërnus, *cretionem*. Urſin. *De ſua vi in curatione laborans.*] Ut aliqua ſibi curatio daretur munerum regionum, hoc eſt, ludorum, qui apparabantur in Cæſaris adventum per omnes urbis regiones. in epiſtola ad Leptam: *De curatione*, inquit, *aliqua munerum regionum cum Oppio locutus ſum. nam Balbum, poſteaquam tu es profectus, non vidi.* & Suetonius in Julio: *Edidit ſpectacula varii generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota.* Quod autem legitur, *Vi in*; ego, ut dicam quod ſentio, (quamquam poſſum falli ut humanus) corruptam ſuſpicor lectionem. nec vero verbum *Vis* quot modis accipiatur ignoro. ſed hic, ut quidem ego exiſtimo, locum non habet. Alberti Tertii liber habet, *Re ſua in ratione laborans.* P. Manut. *Lepta n. de ſua vini curatione laborans.*] Ita emendavit Boſius ex Decurt. ut & Pantagathus ante ipſum. codex Torn. & Huralt. & Memm. habent partim, *de ſua vini curatione*, partim, *de ſuâ vi in curatione*, quam lectionem probat Victorius; Lamb. ferri non poſſe contendit, & mavult, *de ſua Lanuini curatione*, vel, *de ſua re ac ratione laborans*, ex corrupta hac cod. Ferriani ſcriptura, quam affert Manut. *de ſuperiore dubitans*, *de re ſua in ratione laborans.* Clericus. Quia MSS. *incuratione*, malim ſcribi, *de ſua liguritione*: ſic per contemtum appellat petitionem curationis munerum & ludorum, a Cæſare per regiones urbis datorum, vid. Cic. VI. ad Fam. ep. 19. *Ligurire* verbum ſic uſurpat II. Fam. 21. *Cum quidam agrariam curationem ligurirent, diſturbavi rem.* Lepta autem, deſiderans partem hujus curationis, Ciceronem compulerat ſecum proficiſci ad Balbum, ut huic per illum commendaretur. Sic *catillatio* grave opprobrium hominibus generoſis objiciebatur; ſi qui provincias amicas populo Romano exſpoliaſſet, teſte Feſto. *J. F. Gronov.*

5. *Meo autem Lannirio.*] Ita habent Scidæ. Manutius edidit, *in eo autem Lanuino*; pater illius, *meo autem Lanuvio*, quod vulgus ſequitur. alii, *me autem Lanivio.* Cleric. Ball. & Helmſt. ut ex conjectura Paull. Manutius edidit: *in eo autem Lanuvino.* quod probo. Conveni Balbum, inquit Cicero, conveni autem in eo Lanuvino, quod Lepido tradidit. Sic enim omnes edd. ante Boſianam, ſic & Ball. & Helmſt. non *tradidi*, ut Boſius & Gruterus ediderunt. Balbus Lanuvinum emerat a Cicerone, quod ille poſtea vendidit Lepido, (hoc enim eſt *tradidit* hoc loco ſcilicet venditum) ut conſtat ex epiſtola ſequente. In eo prædio cognoverat hoc primum, Cæſarem Balbum miſſis litteris confirmaſſe, ſe ante ludos Romanos Romæ futurum, dein Ciceronis Catonem eum laudaſſe. poſthæc ex eodem Balbo cognoviſſe, quæ de cretione Cluvii narrat: *Paullo ante acceperam eas litteras*, ſunt verba Balbi, non Ciceronis, ut plerique interpretes exiſtimant. pro *en in hoc primum.* Balliol. *ex eo hac primum.* Grævius.

6. Se

do tradidit, ex eo hoc primum: *paulò antè acceperam ejus litteras, in quibus magnopere confirmat, ante ludos Romanos.* legi epiſtolam: multa de meo Catone, ⁰ quo ſæpiſſimè legendo ſe dicit copioſiorem factum: Bruti Catone lecto ⁶ ſe ſibi viſum diſertum. ⁷ ex eo cognovi cretionem Cluvii (ô Veſtorium negligentem!) ⁸ liberam cretionem; ⁹ teſtibus præſentibus, ſexaginta diebus. me-

quem *alii.*

6. *Se ſibi viſum diſertum.*] Indicat, ſe Bruti Catonem non ſatis probaſſe, cum, præ illo, ſibi diſertus ſit viſus in Anti-Catone: Ciceronis eatenus probaſſe, ut copioſior ſæpius legendo ſit factus. Brutumque in eo damnare viſus eſt Cæſar, quod parum acute atque dilucide ſcripſerit. Diſertum enim Cicero in primo de Oratore eum ſtatuit eſſe, qui poſſit ſatis acute atque dilucide apud mediocres homines, ex communi quadam hominum opinione, dicere: eloquentem vero, qui mirabilius & magnificentius augere poſſet atque ornare quæ vellet. *Malaſp.* Sic recte Malaſpina. non intellexit horum verborum ſententiam Corradus & Manutius. Ciceronis Brutum laudavit Cæſar, quod ex ejus lectione profecerit in copia, ex Bruti vero libro tantum abeſt ut profecerit, ut ſibi potius ipſe valde placuerit, & animo ſuo perſuaſerit, ſe cum ſuum Anti-Catonem cum Bruti Catone conferat, diſertum quoque eſſe. *Gravius.*

7. *Ex eo cognovi cretionem Cluvii (ô Veſtorium negligentem!) liberam cretionem, teſtibus præſentibus, ſexaginta diebus.*] Sic hunc locum edidit Boſius ex fide Decurt. Tornæſ. & Cruſell. vulgò, *e. c. c. Cl. (ô Veſt. neg.) liberam, teſtibus præſentibus ſexaginta diebus.* Faërnus jam olim poſt vocem, *liberam,* addiderat, *cretionem*: poſteriorem autem partem ſic legebat Ant. Aug. *teſtibus præſentibus diebus* 62. approbante Pantagatho, qui ipſe ita correxerat, *teſtibus frequentibus* 60. *diebus.* Cleric. Celeb. Grævius legendum putat *Diſertum. Tum ex eo cognovi*, quod præcedentis vocis ultima ſyllaba iſtam particulam abſorpſerat.

8. *Liberam cretionem.*] Libera cretio eſt, cum hæres habet poteſtatem cernendi vel per ſemetipſum, vel per alium, vel per epiſtolam, ut cum teſtator dixit, Cernito teſtibus præſentibus intra dies tot. Nam ſemper in cretione jubent adhibere teſtes, ut ait Varro, & conſtituunt certum dierum ſpatium, quo finito hæres ſi non creverit excluditur, nec liberum eſt illi ultra capiendæ hæreditatis jus, Iſidorus lib. v. Etymologiar. *Popma.*

9. *Teſtibus præſentibus diebus* LXII.] Ita hunc locum legit Ant. Auguſtinus, approbante lectionem Pantagatho, qui olim ita correxerat, *Teſtibus frequentibus ſexaginta diebus.* Urſin. *Teſtibus præſentibus.*] Hoc addidit, ut doceret dies illos LX. utiles fuiſſe Veſtorio. commodiſſimum enim ipſi fuerat, ad aperiendas tabulas teſtamenti, teſtes, qui eas obſignarant, adeſſe. itaque ſexaginta illis diebus & ſcierat ſe hæredem inſtitutum, & hæreditatem cernere potuerat: *Cum ab initio*, inquit Ulpianus, *aperiendæ ſunt tabulæ, Prætoris id officium eſt, ut cogat ſignatores convenire, & ſigilla ſua recognoſcere.* Boſius.

10. *Cle-*

metuebam ne ille [p] parcendus eſſet. nunc mittendum eſt, ut meo juſſu cernat. idem igitur Pollex. etiam de hortis Cluvianis egi cum [q] Balbo liberaliùs: ſe enim ſtatim ad Cæſarem ſcripturum: [10] Cluvium autem à T. Hordeonio [11] legare & Terentiæ H-S. ıↄↄↄ, & ſepulchro multiſque rebus; nihil à nobis. ſubaccuſa quæſo Veſtorium. Quid minus probandum, quàm Plotium unguentarium per ſuos pueros omnia tanto antè Balbo; illum mî ne per meos quidem? [12] De Coſſinio doleo; dilexi hominem. Quinto delegabo, ſi quid æri meo alieno ſuperabit & emptionibus; ex quibus mî etiam æs alienum faciendum puto. De domo Arpini nihil ſcio. Veſtorium nihil eſt quod accuſes. jam enim obſignatâ hâc epiſtolâ noctu tabellarius noſter venit, & ab eo litteras diligenter ſcriptas attulit & exemplum teſtamenti.

[p] ita MS. alii arceſſendus.

P. CCXX.

[q] Balbo. ille lib. Corrad.

EPI-

10. *Cluvium autem Attico Hordeonio legare & Terentia, &c.*] Meliores codices habent, *à Tito Hordeonio legare &c.* ut Cluvius Hordeonio & Terentiæ, itemque ſepulchro & aliis rebus legaret HS. ıↄↄↄ. quam pecuniam Titus hæres illis ſolvere & curare teneretur: à Cicerone autem, qui item hæres eſſet, nihil legaret, neminique ullam pecuniam eum dare teſtamento ſuo juberet: Præter autem antiquorum codicum fidem verba illa, *à me autem nihil*, à Titio legi debere oſtendunt, non Attico. Modum hunc loquendi frequenti in uſu eſſe apud Juriſconſultos notiſſimum eſt: Ciceronis tamen exemplum in Topicis adferemus, quia hic valde accommodatum eſt: *Si paterfamilias uxori ancillarum uſumfructum legavit à filio, neque à ſecundo herede legavit: mortuo filio, uxor uſumfructum non amittet.* Paulò autem ſupra, ubi *liberalius* in cunctis, quos vidimus, manuſcriptis & impreſſis codicibus, ſcriptum, Germani contrario ſenſu (illiberalius) ſcribunt: quod non admiſimus contra tot librorum conſenſum & rem ipſam, ni fallor: aliorum tamen de hac re judicium ſit. *Victor.*

11. *Legare Terentia.*] Sic locutus pro Cluentio: *Grandem ei pecuniam legat a filio, ſi qui natus eſſet: ab ſecundo herede nihil legat.* Et in Topicis: *Paterfamilias uxori ancillarum uſumfructum legavit a filio.* Similiter, *Solvere ab aliquo* dicebant. ep. 21. lib. v. *Homines non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe a me ſolvere.* ep. 17. lib. VII. *Quinctus frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio ſolvat.* P. Manut.

12. *Deos mihi doleo.*] Caſtigavimus ex vetuſtis codicibus, *de Coſſinio*: quod etiam Germani adnotarunt, ut queratur de obitu hujus, quem, ut ait, dilexerat. *Victor.*

13. *Poſtea*

EPISTOLA XLVII.

CICERO ATTICO S.

[13] POSTEAQUAM *abs te Agamemno*, non *ut venirem* (nam id quoque feciſſem, niſi Torquatus eſſet) ſed ut ſcriberem; [14] *tetigit*, omnia, quæ in manibus

13. *Poſteaquàm abs te Agamemnon ut venirem &c.*] In veteribus codicibus *Agamemno non*, rectè: negativa enim particula omnino neceſſaria, & ſine ea ſententia diminuta eſt: quod autem Agamemno ſcriptum in illis eſt, mendoſum non eſt. Docet enim Priſcianus lib. VI. quod antea (licet brevius) tradiderat Quintilianus libro primo, antiquos ſolitos eſſe hæc nomina ablato *n* proferre, & ſecundum Latinorum regulam in *o* terminantium, quod ubique Terentius facit, declinare: exemplaque plura hujus rei ex Cicerone adducit, ut in Frumentaria: *Tum iſte Venerius magna voce imperat ut Xeno audiret.* pro Ξένων. De Suppliciis, *Bexo Tyndaritanus, homo nobilis.* pro *Bexon.* Et pro Muræna, *Zeno*, pro *Zenon* profert: & hujus ipſius nominis Statii exemplum adfert in primo. Achilleidos; *Conclamant Danai, ſtimulatque Agamemno volentes:* ut eadem ratione ſic hoc loco à Cicerone dictum ſit. Quod autem paulò poſt erat, *ſed ut ſcriberem fecit*, ut in noſtro antiquiore erat ſcripſimus, *ſed ut ſcriberem tetigit.* Germani verò pluribus verbis additis ſic reſtituunt: *Sed ut ſcriberem, tetigit aures nuncius; extemplo inſtituta omiſi: ea &c.* Quæ nos in nullo manuſcripto invenimus, ideoque non recepimus. *Victor.* *Poſteaquam abs te Agamemno.*] Videntur verba ſumpta ex alicujus poëtæ veteris fabula, in qua fortaſſe Clytemneſtra ita loqueretur: poſteaquam abs te Agamemno tetigit aures nuncius, aut tale quid: & ſi Agamemno tabellarii nomen videri poteſt: niſi forte ſignificet Ser. Sulpitium, cujus uxorem Poſthumiam Cæſar, ut Ægyſthus Clytemneſtram, corrupiſſe dicebantur, Suet. *Corrad.*

14. *Tetigit aures nuntius extemplo inſtituta omiſi, ea quæ in manibus habebam abjeci.*] Germani, Lambinus & Boſius ita reſtituerunt ex mſſ. ſuis: Victorius ait tamen ſe verba hic reſtituta, *aures nuntius, extemplo inſtituta*, in nullo mſ. reperiſſe, ac proinde ſe rejicere. Faërnus etiam, quum hæc non agnoſceret, exiſtimavit verbum *abjeci* ſupervacaneum eſſe. Boſius, *nuntius*, in, *nuntii* mutavit. Gulielm. in Plauti Ciſtellariam cap. 4. putabat hîc verſum eſſe veteris poëtæ, ſed verbis Ciceronis involutum;

Poſteaquam abs ted, Agamemno, tetigit aures nuntius. Cleric. *Omiſi ea quæ in manibus habebam abjeci.*] Faërnus delebat verbum *abjeci*, tanquam ſupervacaneum, & quod temere eſſet ab imperito librario inculcatum. *Urſin.* Balliol. & Helmſt. perinde, ut ceteri bonæ notæ codices, non agnoſcunt *aures nuntius.* Sed ut aures inſultum eſſe nullus dubito, ſic *nuncius* retinendum omnino videtur & metri cauſſa, & quia conſuetudo caſte loquentium i[...]

nibus habebam abjeci; quod juſſeras edolavi. Tu velim [r] è Pollice cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias. turpe eſt enim nobis illum, qualiſcumque eſt, hoc primo anno egere. poſt moderabimur diligentiùs. Idem Pollex remittendus eſt, ut ille cernat. Planè Puteolos non

r à *alii*.

jubet, quod pluribus exemplis firmat Gaſper Sciopplus, cùm in Suſpectis Lectionibus, tum in libello de Stylo Hiſtorico; ubi oſtendit, *tangere* & *attingere*, de nunciis veteres uſos eſſe, ſic Plautum dixiſſe Bacchid. II. ſc. 2.

Sed tu, quod factitaſti mandatis ſuper?
PI. *Egon' ut quod ab illo attigiſſet nuncius,*
Non impetratum id advenienti ei redderem?

hoc eſt, propter quod, ſive cujus cauſſâ, illius nuncius ad me perveniſſet. Ead. Fab. Act. III. ſc. 5.

Illud animus meus miratur, ſi a me tetigit nuncius,
Quid remoratur.

Pro, ſi nuncius meus illum offendit. Varro apud Nonium: *Quem, ſimulac Romam veniſſe mihi attigit aures nuntius, extemplo meos in curriculum contuli propere pedes.* Sic enim illum locum legendum eſſe vere contendit vir doctus. Verſum vero poëtæ veteris trochaicum, quo Cicero hic per parodiam utitur, talem fuiſſe:

Poſteaquam abs te, Agamemno, ut venirem tetigit nuncius.

Cui plane aſſentior. Sed tamen, quia *nuncius* non habetur in libris vetuſtioribus, puto id a Cicerone tanquam tritum & Attico notum omiſſum eſſe, ſicut ſæpe ſolet Tullius non priores tantum voces verſuum ex veteribus poëtis ſuis epiſtolis inſerere, ceteris, brevitatis cauſſâ, præteritis. præſtat igitur cum Manutio, Victorio aliiſque veteres codices ſequi, quam centones ex minus probatis ei aſſuere. Sic & in ſequentibus nullus dubito quin *inſtituta omiſi* ſit interpretatio ſequentium verborum. *Inſtituta* ſane nec Ball. nec Helm. agnoſcit, ut nec ii, quos videre Victorius, Manutius, Malaſpina. Magiſtri fuit interpretatio, qui *abjecit* expoſuit voce *omiſit*, quod poſtea in contextum irrepſit; dein, cum ſolum poſitum nullam efficeret ſententiam, attexere cœperunt hoc ſyrma *extemplo inſtituta.* Quis ſibi perſuadere poteſt in tanta brevitate Tullium ſcripſiſſe *inſtituta omiſi, ea, quæ in manibus habebam abjeci.* quid enim eſt abjicere quæ in manibus habemus, quàm omittere inſtituta? Nemo ſine reprehenſione & ſine ulla cauſſa & emphaſi duabus ſic loquatur & ejusdem ſententiæ locutionibus eandem rem exprimat, niſi infans. Nec tamen *omiſi* repugnantibus libris ſuſtinui delere. *Grævius.* Non potui ferre, quæ conſtabat non eſſe Ciceronis, ut ſunt quatuor illæ voces *aures nuntius, extemplo inſtituta*, quas ne in Decurtato quidem Boſii exſtitiſſe credo, ut quém ſemper nominatim ſolet citare, quod hîc non facit. In reliquis quum eſſet difficultas, in illo ſupervacuo *omiſi* animadvertens clara ſigna corruptionis, cenſui conjuncto cum τῷ *ea*, ſponte reſtitui quod ab Cicerone venerat, *omnia*, ſic omnia integerrima, & ſic èdidi. *Gronov.*

non fuit eundum, cùm ob ea quæ ad te ſcripſi, tum quòd Cæſar adeſt. Dolabella ſcribit ſe ad me poſtridie s idus. ô [15] magiſtrum moleſtum! Lepidus ad me heri veſperi litteras miſit Antio: nam ibi erat: habet enim domum, quam nos vendidimus: rogat magnopere, ut ſim kal. in ſenatu; me & ſibi & Cæſari vehementer gratum eſſe facturum. puto equidem nihil eſſe. dixiſſet t enim tibi fortaſſe aliquid Oppius; quoniam Balbus eſt æger. ſed tamen malim venire fruſtra quàm deſiderari, ſi opus eſſet: moleſtè ferrem poſtea. itaque hodie Antii: cras ante meridiem domi. Tu velim, niſi te impediviſti, apud nos pridie kal. cum Pilia. Te ſpero cum Publilio confeciſſe. equidem kal. in Tuſculanum recurram. me enim abſente omnia cum illis tranſigi malo. Q. fratris epiſtolam ad te miſi, non ſatis humanè illam quidem reſpondentem meis litteris, ſed tamen quod tibi ſatis ſit, ut equidem exiſtimo. tu videbis.

s Iduum *alii.*

t etiam *alii.*

P. B.

EPISTOLA XLVIII.

CICERO ATTICO S.

HERI neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe, cùm diceres te in Tuſculanum venturum: quod utinam! iterum utinam! tuo tamen commodo. Lepta me rogat, ut, ſi quid ſibi opus ſit, accurram. mortuus enim v Babullius. Cæſar, opinor, ex uncia: etſi nihil adhuc: ſed Lepta ex triente. veretur autem ne non liceat tenere hereditatem, ἀλόγως omnino; ſed veretur tamen. is igitur ſi accierit accurram; ſin minùs, x haud ante quàm neceſſe erit. Tu Pollicem, cùm poteris. [16] Laudationem Porciæ tibi miſi correctam: ac eò properavi, ut ſi fortè aut Domitio filio, aut Bruto mitteretur, hæc mitteretur. id ſi tibi erit commodum, ma-

v Babulius *alii.*

x *alii delent* haud.

15. *Magiſtrum moleſtum.*] *Magiſtrum:* ſic etiam appellat eum in Fam. ep. 7. lib. IX. quia docebat Ciceronem, quonam modo ſe gereret adverſus Cæſarem, & quibus maxime rebus poſſet illius animum recolligere. *Moleſtum:* quòd apud Ciceronem frequentior erat, quàm ille, otii cupidus, voluiſſet. *P. Manut.*

16. *Laudationem.*] Hoc eſt alius epiſtolæ principium in vulgatis editionibus. *Cleric.*

17. At-

magnopere cures velim: & velim M. Varronis & [y] Lollii mittas laudationem; Lollii utique. nam illam legi. volo tamen reguſtare. quædam enim vix mihi credo legiſſe [z] me.

y *alii* Ollii.

z *alii non habent* me.

EPISTOLA XLIX.

CICERO ATTICO S.

[17] ATTICÆ primùm ſalutem, quam equidem [a] ruri eſſe arbitror. multam igitur ſalutem & Piliæ. De Tigellio ſiquid novi: qui quidem, ut mihi Gallus Fabius ſcripſit, μέμψιν ἀναφέρει mihi quandam iniquiſſimam, me Phameæ defuiſſe, cùm ejus cauſam recepiſſem: quam quidem receperam contra pueros Octavios Cn. filios non libenter: ſed & Phameæ cauſâ volebam. erat enim, ſi meminiſti, in conſulatûs petitione per te mihi pollicitus, ſi quid opus eſſet: quod ego perinde tuebar, ac ſi uſus eſſem. is ad me venit dixitque judicem operam dare ſibi conſtituiſſe eo die ipſo, quo [18] de Seſtio noſtro [19] lege Pompeja in conſilium [b] iri neceſſe erat. ſcis enim dies illorum judiciorum præſtitutos fuiſſe. reſpondi non ignorare eum, quid ego deberem Seſtio: quem vellet, alium diem ſi ſumpſiſſet, me ei non defuturum. ita tum ille diſceſſit iratus. puto me tibi narraſſe. non laboravi ſcilicet, nec hominis alieni injuſtiſſimam iracundiam mihi curandam putavi. Gallo autem narravi, cùm proximè Romæ fui quid audiſſem; [20] neque nominavi Balbum mino-

a rure *MSS.*

P. CCXXI.

b illi *alii*.

17. *Attica primùm.*] Hæc epiſtola jungitur ſuperioribus vulgò. *Cleric.*

18. *De Seſtio.*] De ambitûs reo, ut conjicio ex Brut. & ep. 18. lib. v. Fam. nam de vi multo ante fuerat abſolutus defendente Cicerone oratione, quæ exſtat. *Corrad.*

19. *Lege Pompeja.*] Judiciariâ, latâ a Pompejo in tertio Conſulatu: quam novam legem appellat initio lib. IV. de Finibus. Ea formam judiciorum breviorem ſtatuebat, ut datis teſtibus uno die atque eodem & accuſator & reus perorarent; ita ut duas horas accuſator, tres reus haberet. De Claris Oratoribus. De Finibus IV. Pedianus in Milonianam. *Popma.*

20. *Neque nominavi Balbum minorem.*] Non dixi, me id audiſſe a Balbo minore. Is enim, cum Tigellio familiariter uteretur, in conſuetudine cognoverat, illius animum offenſiorem eſſe Cicero-

norem. Habuit ſuum negotium Gallus, ut ſcribit. ait illum, [c] me animi conſcientiâ, quòd Phameam deſtituiſſem, de ſe ſuſpicari. quare tibi hactenus mando, 21 de illo noſtro ſi quid poteris exquiras: de me nequid labores. Eſt bellum aliquem libenter odiſſe; [d] 22 eſt; quemadmodum non omnibus ſervire. etſi mehercule, ut tu intelligis, magis mihi iſti ſerviunt, ſi obſervare ſervire eſt.

c me *delet Jun.*

d *alii* &.

EPISTOLA L.

CICERO ATTICO S.

ADMONITUS quibusdam tuis litteris, ut ad Cæſarem uberiores litteras [e] mittere inſtituerem, cùm mihi Balbus nuper in Lanuino dixiſſet, ſe & Oppium ſcripſiſſe ad Cæſarem, me legiſſe libros contra Catonem & vehementer probaſſe; conſcripſi de his ipſis libris epiſtolam Cæſari, quæ deferretur ad Dolabellam: ſed ejus exemplum miſi ad Oppium & Balbum; ſcripſique ad eos, ut tum deferri ad Dolabellam juberent meas litteras, ſi ipſi exemplum probaſſent. ita mihi reſcripſerunt, nihil umquam ſe legiſſe melius, epiſtolamque meam juſſerunt dari Dolabellæ. Veſtorius ad me ſcripſit, ut juberem mancipio dari ſervo ſuo, pro mea parte, Heterejo cuidam fundum Brinnianum; ut ipſe ei Puteolis rectè mancipio dare poſſet. eum ſervum, ſi tibi videbitur, ad me mittes. opinor enim ad te etiam ſcripſiſſe Veſtorium. De adventu Cæſaris idem, quod à te, mihi ſcriptum eſt ab Oppio & Balbo. Miror te nihildum cum Tigellio, [f] vel ut hoc ipſum, quantum acceperit: prorſus haveo ſcire, nec tamen floc-

e mitterem, inſtitueram *Vict. & alii.*

P. B.

f velut *alii.*

ni propter Phameam; eaque de re certiorem fecerat Ciceronem. *P. Manut.*

21. *De illo noſtro.*] Cognato ep. 92. lib. XII. ex eo vero poteris exquirere, quod quum & ipſe mihi ſoleat maledicere, ep. 36. h.l. non poteſt non eſſe libenter cum his, qui idem faciant. poteſt tamen etiam Balbum minorem ſignificare, a quo Cicero audiverat ſupra. *Corrad.*

22. *Et quemadmodum.*] Scripſi ex Decurtato, *eſt*, pro *&*. nam ad majorem ἔμφασιν hoc verbum repetivit, quaſi diceret, eſt bellum, quod modo ſcripſi, libenter aliquem odiſſe, quemadmodum & bellum eſt, non omnibus ſervire. *Boſius.*

23. Qua-

flocci facio. 23 Quæris quid cogitem de obviam itione; quid cenſes, niſi Alſium? & quidem ad Murenam de hoſpitio ſcripſeram: ſed opinor cum Matio profectum. Salluſtius igitur urgebitur. Scripto jam ſuperiore verſiculo Eros mihi dixit, ſibi Murenam liberaliſſimè reſpondiſſe. Eo igitur utamur. nam g Silius culcitas non habet. Dida autem, opinor, hoſpitibus totam villam conceſſit.

g Salluſtius *Manut.*

EPISTOLA LI.

CICERO ATTICO S.

h AD Cæſarem quam miſi epiſtolam, ejus exemplum fugit me tum tibi mittere; 24 nec id fuit quod ſuſpicaris, ut me puderet tui, ne ridiculè hemicillus: nec

h *alii addunt ſuperioribus.*

23. *Quæris quid cogitem.*] Alia epiſtola vulgò eſt. *Cleric.*

24. *Nec fuit id quod ſuſpicaris, ut me puderet tui, nec ridiculè hemicillus.*] Ex præſcripto Decurt. hæc ſunt, vulgò pro, *hemicillus*, legitur, *Micillus.* quidam libri habent, *næ ridiculè &c.* Lamb. legit, *quod ſuſpicaris quod ita ſcripſerim*; vel, *quod ſuſpicaris quod me puderet &c.* Junius legit, *ne ridiculè: mihi cillus &c.* Clericus pro *hemicillus* legendum ait *humilis*, ſcilicet apparerem. hoc eſt, ne inepte ſervire & verniliter adulari Cæſari viderer. Sic enim Ciceronem ſæpe hac voce uti. 1. Verr. 6. *Cum iſte repente ex alacri atque læto ſic erat humilis atque demiſſus, ut non modo populo Romano, ſed etiam ſibi ipſe condemnatus videretur.* De Orat. 23. *Summiſſus eſt & humilis.* 11. ad Attic. 21. *Humilis & abjecta oratio.* J.F. Gronov. Boſius edidit *hemicillus*; quod eſt convitium in eum, qui ſe prorſus ſubjicit & ſubmittit potentiori, ut apud Latinos aſinus & mulus. Ego vix crediderim Ciceronem hac uſum voce, Dorica ſolis poëtis cognita, aut ſeipſum tam vili nomine appellare voluiſſe. Itaque malim retinere *Micillus:* quod proverbii formâ dicitur in deſertorem patriæ; a Micillo Argolico, quem juſſit Hercules patriam deſerere, & ad Æſaris fluminis oſtia proficiſci. id vero facere adortum cives, quod contra patrias leges migrare voluiſſet capitis accuſarunt. ſed cum ferenda eſſet ſententia ſortesque educerentur, ſubvenit Hercules ac ſortes, quæ atri coloris erant, in candidum vertit. unde eſt Micillus abſolutus, qui mox juſſum Herculis exſecutus ad Æſarim fluvium pervenit, ibique urbem condidit Crotonem, ut refert Ovidius lib. xv. Metamorph. & alii. Hinc ergo ait Cicero, Noli putare me epiſtolæ ad Cæſarem exemplum ideo non miſiſſe, quod puderet eam tibi oſtendere, ne ridicule Micillus apparerem, & patriam exiſtimarer deſerere, cum ad illum nimis demiſſe & aſſentatorie ſcriberem. Non enim aliter ſcripſi ac ſi ſcriberem ad æqualem. Nam quod illius libros con-

nec mehercule ſcripſi aliter, ac ſi πρὸς ἴσον ὅμοιόνque ſcriberem. bene enim exiſtimo de illis libris, ut tibi coram. itaque ſcripſi, & ἀκολακεύτως, & tamen ſic, ut nihil eum exiſtimem lecturum libentiùs. De Attica nunc demum mihi eſt exploratum. itaque ei de integro gratulare. Tigellium totum mihi, & quidem quamprimùm: nam pendeo animi. [i] Narro tibi, Quintus cras. ſed ad me an ad te neſcio. [k] mî ſcripſit Romam VIII. kal. ſed miſi, qui invitaret: etſi hercle jam Romam veniendum eſt, ne ille antè advolet.

i *alii* narrabo.
k mihi *alii.*

EPISTOLA LII.

CICERO ATTICO S.

O [25] HOSPITEM mihi tam gravem! ἀμεταμέλητον. fuit enim perjucundè. ſed cùm ſecundis Saturnalibus [l] ad Philippum veſperi veniſſet, villa ita completa militibus eſt, ut vix triclinium, ubi cænaturus ipſe Cæſar eſſet, vacaret: [26] quippe hominum CIↃCIↃ. ſanè ſum commotus, quid futurum eſſet poſtridie: ac mihi Barba Caſſius ſubvenit: cuſtodes dedit. caſtra in agro: villa de-

l ad me veſp. *MSS.*

Pag. CCXXII.

contra Catonem laudavi, hoc non feci animo aſſentandi, ſed recto & ſincero: quia bene exiſtimo de illis libris. *Popma.* Crotonis conditor non *Micylus*, aut *Micyllus*, ſed *Myſcelos*, & nonnullis *Myſcellos* dictus eſt, ut pridem monuere viri doctiſſimi Micyllus, P. Leopardus & Nic. Heinſius. Itaque locum hunc etiam nunc in mendo cubare gravi, & vix ſine melioris libri præſidio eluendo lubens agnoſco. Balliol. & Helmſt. vulgatorum librorum ſcripturam retinent: *ne ridicule Micyllus.* & præſtat ab his non recedere, donec eruantur certiora. *Græv.*

25. *O hoſpitem.*] Timebat Cicero, ne Cæſar, quem hoſpitio excepturus erat, ſibi gravis & moleſtus hoſpes eſſet. ſed periculo facto eum facilem agnovit. idcirco ait, o mihi hoſpitem tam gravem! quaſi dicat, quem mihi valde gravem fore putabam, is mihi minime moleſtus fuit. itaque ſubjungit, ἀμεταμέλητον, quod eum non pœniteret hoſpitio illum accepiſſe. Hæc non eram ſcripturus, niſi viderem etiam in editione Victoriana peſſime hunc locum interpungi. *Boſius.*

26. *Quippe hominum* CCCCM.] Quis non vidiſſet hunc numerum contaminatum eſſe? quæ enim ſtultitia eſt credere Cæſarem tantum comitatum ſecum duxiſſe? In manuſcriptis exemplaribus ſunt notæ, de quibus ſæpe jam diximus: ſignificant autem hominum duo millia, quæ Ciceroni nimis magna multitudo videbatur: verebatur enim, ne eam ſua villa capere poſſet. *Victor.*

27. *Ad*

defenſa eſt. ille tertiis Saturnalibus apud Philippum [27] ad horam VII. nec quemquam admiſit. rationes opinor cum Balbo. inde ambulavit in litore. Poſt horam VIII. in balneum: tum audivit de Mamurra: [m] vultum non mutavit: unctus eſt; [28] accubuit; [29] ἐμετικὴν agebat. itaque & edit & bibit ἀδεῶς & jucundè; opiparè ſanè & apparatè: nec id ſolùm, [30] *ſed bene cocto, & Con-*

m *vultum addiderunt Lamb. & Boſius.*

27. *Ad* VIII. *Non. nec quenquam admiſit.*] Mirum eſt quàm multis perverſionibus inquinata eſſet hæc valde bella & ſuavis epiſtola: cum in vetuſtis exemplaribus, ut arbitror, integra & incorrupta maneret. In illis eſt, *ad h.* VII. Id eſt, ad horam ſeptimam: & paulò pòſt, ubi in vulgatis erat, *poſt hæc in balneum:* eadem exemplaria habebant, *poſt h.* VIII. *in balneum.* factæ autem ſunt hæ maculæ ab illis, qui omnia, quæ non intelligebant, ſubvertebant. *Victor.*

28. *Accubuit.*] Ut ederet. Poſt unctionem accumbebant veteres in lecto: cibi capiendi gratiâ. Martialis: *Sufficit in nonam nitidis octava palæſtris: Imperat extructos frangere nona toros.* Ungebantur autem ſtatim poſt balneum: uncti ſtatim accumbebant. In Vatinium: *Cui de balneis exeunti, præter te, umquam toga pulla data eſt?* Ne putemus Cæſarem ſolum accubuiſſe in Ciceronis villa: nam & Ciceronem ipſum, & præterea Philippum & Balbum, fortaſſe etiam Caſſium, in eodem triclinio cum eo cœnatos eſſe credibile videtur. *P. Manut.*

29. Ἐμετικὴν *agebat.*] *Egerat* Pantagathus. *Urſin.*

30. *Sed bene cocto, & condito ſermone bono, &, ſi quæris libenter.*] Exiſtimo hæc eſſe verba Lucilii poëtæ. Nam ſi diligenter attendas, agnoſces eſſe phraſim numeroſam. Mihi ſanè videtur integer eſſe hexameter, & duo poſtremi pedes prioris verſus: dictionem enim *condito* facio initium perfecti verſus, quatuorque antecedentes, ſpondeum ſcilicet illum & dactylum finem præcedentis, qui totus adductus non eſt. Nam quòd, *s*, intereat in verbo *quæris*, frequens eſt apud priſcos poëtas, qui impolitiores erant. Eadem ferè Cicero in II. de Finibus adducit, *Semper Lælius bene. Quid bene? dicet Lucilius, horto condito. ſed cedò caput cœnæ, ſermone bono. quid ex eo, ſi quæris libenter: veniebat enim ad cœnam, ut ſatiaret deſideria naturæ.* An autem aliquid in alterutro mendi ſit facilius ſuſpicari poſſum, quàm in utro id ſit oſtendere. *Victor. Sed bene cocto conditoque pavone, bono & ſingulari accipenſere.*] Ita Pantagathus pro, *ſed bene cocto, condito ſermone bono, ſi quæris libenter.* infra etiam, *eandem ad me quam revertere*, legebat pro, *eodem ad me cum revertere.* Urſin. *Sed bene cocto, & condito ſermone bono, & ſi quæris libenter.*] Pantagathus, *ſed bene cocto conditoque pavone, bono & ſingulari accipenſere.* minus rectè. verſus potius diſtinguendi erant *bene cocto, & condito ſermone bono, & ſi quæris, libenti*, ut emendabat Gulielmius. *Cleric.* Vide Mercurial de Art. Gymn. lib. I. pag. 57.

Condito ſermone bono, & [31] ſi quæris, libenter. præterea tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copioſè. libertis minùs lautis ſervisque nihil defuit. nam lautiores eleganter [n] accepti. quid multa? [32] homines viſi ſumus. [33] hoſpes tamen non is, cui diceres, amabo

n accepi *MS.*

31. *Et ſi quæris libenter.*] Poſtrema littera in *Quæris*, ut carminis ratio conſtet, elidenda eſt. cujusmodi multas apud veteres eliſiones invenias. Verum ut de ipſa locutione dicam non nihil, *Si quæris*, ad ornatum facere mihi potius vimque orationis, quàm ad ſententiam videtur: quæ quidem, ſublato illo, manet tamen, tantum ſegnior & languidior. Quam etiam vim, *ſiquid vis* epiſt. 11. lib. VII. videtur habere. Sic enim ibi: *Tironem Patris ægrum reliqui, adoleſcentem ut noſti, adde etiam, ſi quid vis, probum.* Quid enim hic ſignificet, *ſiquid vis?* Mihi familiaris quædam vulgoque uſitata dicendi conſuetudo videtur, cujusmodi in noſtro materno ſermone non diſſimilis. quæ abeſſe poſſit ſine jactura ſententiæ, ſed non elegantiæ ac leporis. Sed ut ad *Quæris* redeam; & ipſum etiam non nunquam abundare videtur. ut in illo, lib. II. *Quid quæris? acueram me ad exagitandam hanc ejus legationem.* Et eodem libro: *Quid quæris? primum ita me pupugit, ut ſomnum ademerit.* Et in fine hujus epiſtolæ: *Quid quæris? delectatus eſt, & libenter fuit.* Quod valet. *Quid dicas?* vel, *Quid quæris plura?* & apte adhibetur, cum ad finem properamus, ſicut *Quid multa?* Paulo diverſum eſt illud ad Sulpicium epiſtola, *Accipio excuſationem*, ſed & ipſum, qua de ſententia, redundans: *Noli quærere; ita mihi pulcher hic dies viſus eſt, ut ſpeciem aliquam mihi viderer videre, quaſi reviviſcentis Reip.* Quod hodie vulgo imperiti *Noli dicere aliud.* Puto etiam cogitandum, an eodem pertineat, quod eſt ad Cælium, epiſtola Magno dolore. *Velim quæras, quot ille dies ſuſtinuerit. in urbe dum fuit, quam acerbos ſibi, quam mihi ſocero non honeſtos.* Quo in loco velim quæras, quid ſignificet, neſcio, niſi familiarem quandam vulgoque tritam loquendi conſuetudinem, non ſine elegantia & emphaſi. *Malaſp.* *Sed bene cocto.*] Verſus eſt Lucillii: *Sed bene cocto, & condito ſermone bono, & ſi quæris, libenter*, De Finibus II. *Popma.*

32. *Homines.*] Ineſt interdum laus in hoc verbo, ut hic, & ep. 2. lib. II. Ἡρώδης *ſi homo eſſet, eum potius legeret, quam unam litteram ſcriberet.* Nero Imperator, novis ædibus poſt urbis incendium exſtructis, tandem ſe quaſi hominem ajebat habitare cœpiſſe. *P. Manut.*

33. *Hoſpes tamen novis qui diceres.*] Parva omnino res fuit, quæ anſam dedit librariis errandi, quòd ſcilicet *qui* dandi caſu ſic ſcriptum in priſcis exemplaribus erat, propter earum litterarum affinitatem ſolitis antiquis ſæpe alteram pro altera capere: nullæ autem erant in illis maculæ: nam *non is* habebant, ubi excuſi libri mendoſe, *novis:* ſed uno quamvis parvo mendo & erraro producto, plura paulatim & magna gignuntur. Senſus horum ver-

bo te, eodem ad me cùm revertêre. ſemel ſatis eſt. σπουδαῖον οὐδὲν in ſermone: φιλόλογα multa. quid quæris? delectatus eſt & libenter fuit. Puteolis ſe ajebat unum diem fore, alterum ad Bajas. Habes hoſpitium, ſive ἐπισταθμίαν odioſam, mihi, ° dixi, non moleſtam. Ego paulliſper hîc, deinde in Tuſculanum. Dolabellæ villam cùm præteriret, omnis armatorum copia, dextrâ ſiniſtrâ ad equum, nec uſquam alibi. hoc ex Nicia. ° *alii* duxi.

verborum tam planus & apertus eſt, ut declaratione non egeat: neque hæc caſtigatio, ut arbitror, confirmatione. Solemus & nos quibus delectamur hoſpites, quique nobis cari ſunt, his ferè verbis abeuntes rogare, ut cum per ea loca iter faciant hoſpitii memores ſint: ad noſque domum revertantur. *Victor.*

M. TULLII CICERONIS P. B.

EPISTOLARUM

AD

ATTICUM,

LIBER QUARTUSDECIMUS.

ARGUMENTUM.

Tris amplius menſes nullæ exſtant ſcriptæ litteræ; ex tertiis videlicet Saturnalibus, quæ fuerunt XII. *Kal. Jan. ad poſt Id. Martias, quo die Cæſar occiſus eſt. Occiſus eſt autem, ut Vellejus ait, cum quinque menſes poſt reditum ex Hiſpania Romæ fuiſſet. Scriptæ ſunt autem hæ, M. Antonio & P. Cornelio Dolabella Coſſ. Nam is, interfecto Cæſare, faſces ſtatim, ut ait Paterculus, & inſignia Conſulatûs ſibi arripuit, antea deſignatus ab illo, quem ſibi ſubſtitueret, in Parthos proficiſcens. Continent vero potiſſimum Reip. tempeſtates, quæ, illo cæſo, conſecutæ ſunt. Cicero quidem primis illis* die-

diebus, cum Senatum in ſuam ſententiam perduxiſſet, ut communis concordiæ cauſſâ, injuriarum memoria ſempiterna oblivione deleretur; Româ egreſſus eſt in ſuas villas; unde dedit has litteras, modo ſpei, modo deſperationis plenas. Privatim vero continent querelam de ementitis actis Cæſaris: factum Dolabellæ: de Amatio humillimæ ſortis homine, qui auſus fuerat in C. Marii nomen invadere, ſeque pro nepote illius gerere: & domeſtica quadam privatius. Data ſunt poſt Id. Mart. ad XVI. *circiter Kal. Junii.* Malaſpina.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.

a Reverti a aut deverti *alii.*

b nemini *alii.*

c ſatis incertum *MS.*

DIVERTI ad illum, de quo tecum manè: nihil perditius: explicari rem non poſſe. etenim ſi ille tali ingenio exitum non reperiebat, quis nunc reperiet? quid quæris? periiſſe omnia ajebat, quod haud ſcio an ita ſit: verùm ille gaudens: [1] affirmabatque minùs diebus XX. tumultum Gallicum: in ſermonem ſe poſt idus Mart. præterquam [2] Lepidi, veniſſe [b] neminis: ad ſummam, non poſſe iſthæc ſic abire. ô prudentem Oppium, qui nihilo minus illum deſiderat. ſed loquitur nihil, quod quemquam bonum offendat. ſed hæc hactenus. Tu, quæſo, quidquid novi (multa autem exſpecto) ſcribere ne pigrere. in his de Sexto [c] ſatiſne certum; maximè autem de Bruto noſtro; de quo quidem

1. *Affirmabatque.*] Codices vulgati *affirmatque*, præſenti tempore: Scidæ & Tornæſ. *affirmabatque*, quod melius convenit cum ſuperioribus verbis, *reperiebat*, &, *ajebat*; atque ità edidit Boſius. *Cleric.* Balliolenſis ſtat pro vulgato *affirmatque.* & ſic omnino legendum, *gaudet affirmatque*, aut copula expungenda, *gaudens affirmabat.* Grævius.

2. *Lepidi.*] Faërni liber *Lepido*, prorſus ut Manutio videtur eſſe legendum. Reliqui omnes, *Lepidi*, ut inclinet animus *Neminis* poſſe legi: ſitque, Neminis in ſermonem veni, præterquam Lepidi: pro eo quod eſt, cum Nemine. Nec ignoro *Neminis* de nemine quoque valere. ſed nihil officit. *Venire in ſermonem alicui* mihi non ſatisfacit. *Neminis* autem Plautus in Captivis dixit: *Neminis Miſereri certum eſt, quia mei miſeret nemo.* Item Cato, ut eſt apud Feſtum: *Lapideo corde ſunt multi, quos non miſeret neminis.* Malaſp. *Lepidi veniſſe neminis.*] Ita legendum puto. non ut quidam mutant, *Lepido veniſſe nemini.* Dicebat enim Matius poſt Cæſarem interfectum ſe cum nemine de rep. locutum, præterquam cum M. Lepido Magiſtro equitum. *In ſermonem venire*, ut ep. 23. lib. XXIII. *Da te in ſermonem*; &, *In colloquium venire*, Salluſt. Jugurtha. *Popma.*

3. *Cum,*

dem ille, ad quem diverti, Cæſarem ſolitum dicere, MAGNI REFERT, HIC QUID VELIT: SED QUIDQUID [d]VOLT, VALDE VOLT: idque eum animadvertiſſe, [3]cùm pro Dejotaro Niceæ dixerit, valde vehementer eum viſum & liberè dicere: atque etiam (ut enim quidque ſuccurrit, libet ſcribere) proximè cùm Seſtii rogatu apud eum fuiſſem, exſpectaremque ſedens quoad vocarer, dixiſſe eum, EGO DUBITEM, QUIN SUMMO IN ODIO SIM, CUM M. CICERO SEDEAT, NEC SUO COMMODO ME CONVENIRE POSSIT? ATQUI SI QUISQUAM EST FACILIS, HIC EST: TAMEN NON DUBITO, QUIN ME MALE ODERIT. Hæc & ejuſmodi multa. Sed ad propoſitum. quidquid erit non modò magnum, ſed etiam parvum, ſcribes. equidem nihil intermittam.

d VOLET VALDE VOLET *MS.*

Pag. CCXXIII.

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

DUAS à te accepi epiſtolas heri. ex priore [4]theatrum Publiumque cognovi; bona ſigna conſentientis mul-

3. *Cum pro Dejotaro Niceæ dixerit.*] Narrat etiam in Oratore Cicero Brutum defendiſſe cauſam Dejotari Regis: quare videtur tuendum occupaſſe Græcos Plutarchi codices: is enim in Bruto tradit illum ſuſcepiſſe patrocinium Libyæ regis, cauſamque ejus conſtanter egiſſe: quem cum innocentem oſtendere non potuiſſet, magnitudineque criminum regis victus eſſet, precibus tamen & interceſſionibus conſervavit illi non parvam partem regni. hæc ipſius verba ſunt: Καὶ δὴ καὶ τῷ τῶν Λιβύων βασιλεῖ προσηγορῶν μὲν ἡττᾶτο τοῦ μεγέθους τῶν κατηγοριῶν, δεόμενος δὲ καὶ παραιτούμενος περὶ τούτου πολὺ αὐτῷ διέσωσε τῆς ἀρχῆς: nec enim Africa regem habuit: nec qui erant ejus regionis reges cauſam capitis dixerunt apud Cæſarem, quod ſciam *Victor.* *Cum pro Dejotaro Nicaa dixerit.*] *Diceret* Longolii liber, quod magis placet. *Urſin.*

4. *Theatrum, Publiumque cognovi.*] Plauſum ſignificat, qui P. Dolabellæ datus eſt, theatrum ingredienti. cum enim perditi homines (ut eſt in prima Philippica & apud Suetonium in Julio) columnam prope xx. pedum lapidis Numidici in honorem mortui Cæſaris in foro poſuiſſent & inſcripſiſſent, Parenti patriæ, ut Suetonius tradit, Dolabella columnam evertit, & ex iis alios cruci affixit, alios de Capitolio præcipitavit: quod infra epiſt. 15. declaratur his verbis: *O mirificum Dolabellam meum. jam enim dico meum: antea, crede mihi, ſubdubitabam. magnam ἀναθεώρησιν res habet. de ſaxo, in crucem columnam tollere, locum illum ſternen-dum*

multitudinis. plauſus verò L. Caſſio datus, etiam facetus mihi quidem viſus eſt. Altera epiſtola de Madaro ſcripta, apud quem nullum [5] φαλάκρωμα· [e] tu puta: proceſſi enim, ſed [f] minùs. diutius ſermone enim ſum retentus. [6] Quod autem ad te ſcripſeram, obſcurè fortaſſe,

e ut putas *Grav. & alii.*
f *alii* minus diu: ſerm.

dum locare. quid quæris? heroica. & in Fam. ep. I. lib. XII. *Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie, ut ego quidem & urbi & otio diffiderem urbano; ſed ita compreſſum eſt a Dolabella meo, ut mihi videamur omne jam ad tempus ab illo duntaxat ſordidiſſimo periculo tuti futuri.* De theatri autem plauſu, quo magis perſpicuum ſit, verba ſubjiciemus ex Philippica prima: *Dicerem*, inquit, *Dolabella, qui rectè factorum fructus eſſet, niſi te paullisper eſſe expertum videremus. quem potes recordari in vita tibi illuxiſſe diem lætiorem, quàm cum, expiato foro, diſſipato concurſu impiorum, principibus ſceleris pœna affectis, te domum recepiſti? cujus ordinis, cujus generis, cujus denique fortunæ ſtudia tum laudi & gratulationi tuæ ſe non obtulerunt? recordare quæſo Dolabella conſenſum illum theatri, cum omnes earum rerum obliti, propter quas tibi fuerant offenſi, ſignificaverunt, ſe beneficio novo memoriam doloris veteribus abjeciſſe.* P. Manut. *Publiumque.*] Publiique mimi dicacitatem, verſus & ſales Macrob. lib. II. Satur. & Gel. lib. XVII. c. 14. is erat tragicis comicisque vehementior ingeniis, ut inquit Senec. lib. I. c. II. de Tranquil. vitæ. ſic mimorum dicta ep. ſeq. Publium vero Dolabellam ſignificare non poteſt, vel quia nunquam Publium vocat: vel quia nondum is fecerat id, cujus cauſâ plauſus eſt datus, nam ſic intellige: Cicero meminit tandem ep. 17. h. l. & ſane poſt ſublatum Marium id fecit, & abſente Antonio Philip. I. atqui Marius ſublatus eſt multis diebus poſt hanc epiſtolam ſcriptam, & præſente Antonio ibid. & ep. 6. h. l. & ep. 5. h. l. inquit, libertorum conjuratio facile opprimeretur, ſi recta ſaperet Antonius. *Corrad.*

5. *Φαλάκρωμα: tu puta.*] Editiones vulgatæ *σαλάκωμα, ut putas.* Boſius ex Decurt. *φαλάκρωμα: tu puta.* Cleric. Editio P. Victorii quoque præ ſe fert, *φαλάκρωμα.* *Σαλάκωμα* quod eſt in MSS. ferri non poteſt. *Σαλακὼν* quidem Heſychio eſt *πτωχὸς ἀλαζὼν*, qui *oſtentator pecunioſus* auctori ad Heren. IV, 50. dicitur. Sed hinc non poteſt derivari *σαλάκωμα.* Verum a *σαλακὼν* deſcendit *σαλακωνία*, & *σαλακωνίζειν*, & *σαλακωνεία.* Ergo *σαλακωνία* vel *σαλακώνισμα* legendum. Heſych. *Σαλακωνία ἡ ἐν πενίᾳ ἀλαζονία.* Menander ad Glyceram: *Οἶσθα γάρ μου τὸ συνηθές. ἀσθενείας, ἃς οἱ μὴ φιλοῦντες με τρυφὰς καὶ σαλακωνίας καλεῖν εἰώθασι.* *Noſti meas conſuetas infirmitates, quas qui non amant me delicias & oſtentationes vocare conſueverunt.* Eſt autem *apud quem nulla σαλακωνία*, apud quem non exceptus ſum molliter & luxurioſe, ut ab oſtentatore pecuniæ & lautitiarum, quemadmodum tu exiſtimas. *J. F. Gronov.*

6. *Quod autem ad te ſcripſeram, obſecro fortaſſe &c.*] Non legimus *obſcurè*, quod Germani etiam ex vetuſto illo codice adnotarant. Ex vulgata lectione nullum idoneum ſenſum eliciebamus: nec verba

[d]ixiſſe, id ejuſmodi eſt; ajebat Cæſarem ſecum, quo tempore Seſtii rogatu veni ad eum, cùm [g] exſpectarem ſedens, dixiſſe: EGO NUNC TAM SIM STULTUS, UT HUNC IPSUM FACILEM HOMINEM PUTEM MIHI ESSE AMICUM, CUM TAMDIU SEDENS MEUM COMMODUM EXSPECTET? Habes igitur *Φαλάκρωμα* inimiciſſimum otii, id eſt, Bruti. In Tuſculanum hodie; Lanuvii cras; inde Aſturæ cogitabam. Piliæ paratum eſt hoſpitium: ſed vellem Atticam; (verùm tibi ignoſco) quarum utrique ſalutem.

g ſpectarem *alii*.

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

[7] TRANQUILLÆ tuæ quidem litteræ; quod utinam diutius! nam Matius poſſe negabat. Ecce autem ſtructores noſtri [8] ad frumentum profecti, cùm inanes rediiſſent, rumorem afferunt magnum, Romæ domum ad Antonium frumentum omne portari: *πανικὸν* certè: ſcripſiſſes enim. [9] Corumbus Balbi nullus adhuc; & mihi notum nomen. Bellus enim eſſe dicitur architectus. Ad obſignandum tu adhibitus non ſine cauſa videris. volunt enim nos ita putare. neſcio cur non animo quoque ſentiant. ſed quid hæc ad nos? odorare tamen Antonii *διάθεσιν*· quem quidem ego epularum magis arbitror rationem habere quàm quidquam mali cogitare. Tu, ſi quid pragmaticon habes, ſcribe: ſin

P. B.

ba ſatis, niſi fallimur, inter ſe cohærebant: explicat apertius, quod ſuprà obſcurè & *ἀσαφῶς* narraverat. *Victor.*

7. *Tranquillæ tuæ quidem litteræ.*] Ita Faërnus ex antiquo libro *Urſin.*

8. *Ad frumentum.*] *Ad frumentum* eſt, ut ex lege frumentaria Clodii acciperent de publico. Suet. Jul. 41. *J. F. Gronov.*

9. *Torumbus Balbi nullus adhuc.*] Locus ſententia & verbis obſcurus: vetuſtiores codices, quod etiam Germani adnotarunt, *Corumbus:* non tamen quem intellectum hæc verba habeant liquidò affirmarim. Interpres Thucydidis, cum hunc locum è primo libro exponeret *ἐνέρτειν κρωβύλε*, loquens de quibusdam capillorum plicaturis, Corymbum eſſe tradidit plicaturam eam, quæ mulierum eſſet. hæc ejus verba: *Κρωβύλος δέ ἐστιν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν ἀπὸ ἑκατέρων εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον· ἐκαλεῖτο δὲ τῶν μὲν ἀνδρῶν*

ſin minùs, populi [10] ἐπισημασίαν & mimorum dicta perſcribito. Piliæ & Atticæ ſalutem.

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

h Numquid *Lamb.*

i nulla *alii.*

k ſiquidem *MSS. multi & edd.*

h NUNC quid putas me Lanuvii? at ego te iſtic quotidie aliquid novi ſuſpicor. tument negotia. nam [11] cùm Matius, quid cenſes ceteros? equidem doleo, quod numquam in i ulla civitate accidit, non una cum libertate rempublicam recuperatam. horribile eſt quæ loquantur, quæ minitentur; ac vereor Gallica etiam bella; ipſe Sextus quò evadat. ſed omnia licet concurrant, idus Martiæ conſolantur. noſtri autem ἥρωες, [12] quod per ipſos confici potuit, glorioſiſſimè & magnificentiſſimè confecerunt. reliquæ res opes & copias deſiderant, quas nullas habemus. Hæc ego ad te, ut ſi quid novi (nam quotidie aliquid exſpecto) confeſtim ad me: &, ſi novi nihil, noſtro more tamen ne patiamur intermitti litterulas. k equidem non committam.

EP

δρῶν κροβύλος, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν δὲ παίδων, σκορπίος. An de hujuscemodi capitis ornatu & corymbo hic ſermo ſit ignoro. *Victor.*

10. Ἐπισημασίαν.] Quia populus, cum in theatrum, aut alias ſpectandi gratiâ convenisset, quid de civibus ſentiret, plauſu & acclamatione ſignificabat: ut ep. 19. lib. II. *Populi ſenſus maxime in theatro & ſpectaculis perſpectus eſt. nam gladiatoribus qua dominus, qua advocati ſibilis conſciſſi.* & epiſt. 15. lib. I. *Ludis & gladiatoribus mirandas ἐπισημασίας ſine ulla paſtoricia fiſtula auferebamus.* & pro Sextio: *Tribus locis ſignificari maxime poteſt populi Rom. judicium ac voluntas, concione, comitiis, ludorum gladiatorumque conſeſſu.* P. Manut.

11. *Cum Matius.*] Neget pacem fore, ep. ſup. & id gaudeat, ep. 1. h. l. Cæſariſque mortem tam graviter ferat ep. 28. lib. XI. Fam. *Corrad.*

12. *Quod per ſe ipſos confici potuit.*] *Se* delendum eſt, & ex vetuſtis libris, & ex natura reciprocorum. Neque enim ſatis apte utrumque jungi videtur. Alterum enim ad rem, alterum ad perſonas refertur. Id quod erit manifeſtum, ſi utrumque ſeparatim legatur. Nam hujus orationis: *Quod per ſe confici potuit;* ſenſus ille eſt: quod naturâ comparatum eſt, ut confici poſſet. Illa vero, Quod per ipſos ad ἥρωας ſine dubio refertur: quæ & vera eſt. Itaque ſubdititium puto pronomen *ſe*. Malaſp.

13. Qu-

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

SPERO tibi jam eſſe ut volumus; 13 quoniam qui- l quam
dem ἠσίτησας, l cùm leviter commotus eſſes: ſed alii.
tamen velim ſcire quid agas. Signa bella, quòd Calve- m ſe deeſt
na moleſtè fert, m ſe ſuſpectum eſſe Bruto. illa ſigna in MS.
non bona, ſi cum n ſignis legiones veniunt è Gallia. Pag.
quid tu illas putas, quæ fuerunt in Hiſpania, nonne CCXXIV.
idem poſtulaturas? 14 quid, quas Annius transportavit? n inſignes MS.

Ca-

13. *Quoniam quidem ἐσίγησας quàm leviter commotus.*] Cum diu Græcum verbum deſideratum eſſet inani ſpatio relicto, Germani primi ἐσίγησας reſtituerunt, quos non reprehendimus, cum ipſi etiam id fecerimus: & ſanè ita ferè habent noſtri antiquiores codices: in illis enim eſt ΙΣΕΙΓΗΣΑC· ut, ſi ita legendum eſt, in prima tantum littera peccatum ſit. Nam, ut non multo antè admonuimus, ει ſæpe in Latinis exemplaribus pro ι poſitum invenitur; ut hic jam uſitatus error minus perturbare debeat. ſed quod magis conſiderandum eſt, cur Græca hic voce uſus ſit non videmus: animadvertimus enim nunquam ferè Ciceronem Græcas voces in Romano ſermone uſurpare, niſi cum Latinas non habet, quæ id quod vult plenè & perfectè exprimant. Poterat autem hoc egregiè Latino verbo explicare & reddere. Prætereà ſenſus parum nobis planus & apertus videtur: cujus rei cauſam fortaſſe in ſe habet perverſio aliqua in hac ipſa dictione: quod tamen non adfirmamus: placuit tamen ingenuè fateri, quod nobis non parvum ſcrupulum injecit. *Victor.*

14. *Quid eas, quas Annius transportavit?*] Hæc verba & ſequentia tam familiariter ſcripta ſunt, ut vix niſi a familiari capi poſſint. Nomina enim ſubjectitia ſunt. *Annium* lego, ut omnes MSS. exhibent; intelligo Antonium, conciſo nomine, qui legiones in Græciam transportaverat ad inſtitutum expeditionis Parthicæ. Poſtea vero ludens ἐπιδιορθώσει, *Caninium*, inquit, *volui:* quo nomine illudit Antonio, ſermone Cæſari. Illum enim Caninium vocat, quòd epularum magis rationem habere eum arbitraretur, ut canem, quàm quicquam mali cogitare, ut ſuperiore epiſt. dicebat: Cæſari vero illudit, quum legiones per Caninium transportatas dicit. Perſtringit enim C. Caninium Rebilum: qui quum mortuus eſſet Q. Fabius Maximus Conſul pridie Kalend. Januarias, exoravit Cæſarem, ut in reliquum illius diei horâ ſeptimâ Conſul renunciaretur. Cicero lib. VII. epiſtolâ ad Curium, *Caninio Coſ.* inquit, *ſcito neminem prandiſſe. nihil tamen eo Coſ. mali factum eſt: fuit enim mirificâ vigilantiâ, qui toto ſuo conſulatu ſomnum non viderit.* Exſtant de hoc Cos. multa Ciceronis dicta. Sic ludibundus dicit legiones per Cos. hunc transportatas.

Caninium volui, ſed μνημονικὸν ἁμάρτημα. 15 Ab alea-
tore Φυρμὸς πολύς. nam iſta quidem Cæſaris liberto-
rum conjuratio facilè opprimeretur, ſi recta ſaperet
Antonius. Meam ſtultam verecundiam, qui legari no-
luerim

tatas. Sequitur excuſatio de ſuffecto nomine, per errorem fa-
ctum eſſe: μνημονικὸν, inquit, ἁμάρτημα, *verumtamen non me*
culpâ, ſed alienâ ortum: puta illius, qui tamquam aleator re
tot ac tantas uſque adeo conturbavit, ut ne mihi quidem jam ſi
integra nominum memoria, quæ in iſto talario vel teſſerario
conſeſſu fuerunt occupata. Hic multiplex Ciceronis ludus, a quo
poſtea ad ſimplicem narrationem devenit. *Junius.*

15. *Ab aleatore* φυρμὸς πολύς.] Ita habent cuncti & excuſi &
manuſcripti codices quos vidimus, exceptis Germanicis, qui, *a*
balneatore, habent: nos, cum in nullis ita ſcriptum antiquioribus in-
venerimus, receptam lectionem mutare noluimus: error tamen
facilis in alterutram ex altera dictionem. Si compertum nobis
eſſet quem intelligeret, poſſemus fidentius ex ejus vita & mori-
bus confirmare, quæ ſincerior lectio ſit: quod cum ignoremus,
utramque voluimus teſtatam relinquere, ut, cum hoc certius factum
fuerit, poſſit unuſquiſque eam, quæ magis congruens illi eſt, eli-
gere. *Victor.* *Ab aleatore.*] A M. Antonio, qui Licinium Len-
culam, de alea condemnatum, colluſorem ſuum reſtituit, ut, quæ
in alea perdiderat, beneficio legis diſſolveret. Philip. II. atque
ratio, quæ ſequitur, id etiam magis demonſtrat. al. *a balneatore*,
ut forte ſignificetur Viſeius Antonianus, qui balneator Iſauri fue-
rat. Philip. XIII. *Corrad.* Excudendum curavi, *a balneatore*, ut est
in omnibus noſtris. videtur vero Cicero ſignificare Antonium,
qui tum omne ſuum ſtudium & operam ponebat in conviviis agi-
tandis. *Balneatorem* autem dixit pro convivatorem. nam cum
olim moris eſſet, ut prius convivæ ſe lavarent, quam ad epulas ad-
mitterentur, ſolebant magiſtri conviviorum iis balnea præbere,
quos ad cænam aut ad prandium vocabant. inde Horatius aquam
præbere dixit pro convivio accipere. De conviviis Antonii ſic
idem auctor epiſtola 3. libri hujus: *Odorare tamen*, inquit, *An-*
tonii διάθεσιν, *quem quidem ego epularum magis arbitror rationem ha-*
bere quàm quicquam mali cogitare. Boſius. Qui ſæpe convivantur
balneatores dici poſſe, quòd lavarentur priuſquam convivarentur,
mirum quî ulli potuerit in mentem venire. Romani omnes nun-
quam cænabant niſi loti, hoc eſt, quotidie lavabantur, ſive ſoli
cænarent, ſive convivarentur, quod norunt quoque qui nondum
ære lavantur. Retineo veterum librorum ſcripturam, quam &
Ball. & Helmſt. tuetur, *ab aleatore.* Nullus dubito Antonium in-
telligi, qui ut conviviis ſic aleæ fuit deditus, quamvis nemo hoc
ei exprobrarit, ut Julius Cæſar amicus Antonii contumelioſius a-
dicitur a Catullo, quamvis hujus vitii reus non agatur ab hiſtori-
cis. Vitioſa hæc lectio *a balneatore*, quam nonnulli docti viri in
membranis invenerunt. orta eſt a depravatione librariorum, qui
primi ſcripſerunt *a baleatore*, quod cum non intelligerent, refi-
xerunt id in *a balneatore*, Grævius. Φυρμὸς πολύς.] Confuſio mul-
ta

luerim [o] ante res prolatas, ne deſerere viderer hunc rerum tumorem; [16] cui certè ſi poſſem mederi deeſſe non deberem. ſed vides magiſtratus, ſi quidem illi magiſtratus: vides tamen tyranni ſatellites in imperiis; vides ejusdem exercitus; vides in latere veteranos; quæ ſunt εὐρίπιςα [p] omnia: eos autem, qui orbis terræ cuſtodiis [17] non modò ſepti, [18] verùm etiam magni eſſe de-

o auctores præclaros alii.

p omnia deeſt in aliis.

ta, perturbatio magna. φυρκτὸς. ep. 9. lib. VI. *Corrad.* Forte ſcribendum φιμὸς πολὺς. φιμὸς enim eſt pyrgus, fritillum, in quod teſſeras mittebant aleatores. Horat. lib. II. Serm. 7. *Qui pro ſe tolleret atque Mitteret in phimum talos.* Sic MSS. Vetus Scholiaſtes ad iſta Juvenalis in XIV. Satyra: *Parvoque eadem movet arma fritillo. Fritillum*, inquit, *Pyxis cornea, qua ſimum dicitur Græce.* Pithoeus.

16. *Cui certè ſi poſſem mederi, odiſſe non deberem.*] Veteres codices *deſſe non deberem.* Nos caſtigavimus *deeſſe*: animadvertimus enim in infinitis penè locis ex duabus vocalibus conjunctis alteram ſuppreſſam eſſe. Hujus rei plura habemus exempla: unum non longè petitum. nam in hac ipſa epiſtola *cuſtodis* pro *cuſtodiis* iidem codices habebant: quod cum aliquis non animadvertiſſet, *cuſtodes* caſtigavit, an corrupit? quis enim non videat, antiquis maximè exemplaribus ſuffragantibus, *cuſtodiis*, legendum eſſe? Fatetur ſuum officium fuiſſe, ſi mederi poſſet, non deeſſe reip. & illi rerum tumori, qui excitatus eſſet: quàm tamen remedia difficilia ſint explicat. Sæpe ſic loquitur, ut hoc ipſo in libro, cum eandem ſententiam exponeret: *Impendentis periculi nonnihil vitare videor, ſed caſurus in aliquam vituperationem, quòd reip. defuerim tam gravi tempore.* Ex vulgata lectione nihil niſi ineptum & frigidum intelligi poterát. *Victor.*

17. *Non modo ſepti.*] *Non modo* hic ſignificat *non modo non*, ut ſupra epiſtola 2. lib. IV. *Id non modo negligentia mea, ſed ne occupationi quidem tribuas.* & in Oratore, *Nam ut in epularum apparentia non ſit ſpurcum ſolum, ſed etiam elegantem dici volet*: id eſt, non ſolum non ſpurcum. Tibullus quoque:

Jam modo non poſſum contentus vivere parvo,
Nec ſemper longa deditus eſſe via;
Sed canis æſtivos ortus vitare ſub umbra
Arboris, ad rivos prætereuntis aquæ.

Eadem loquendi ratione mox hic auctor ſubjicit, *tantum non*, pro *non tantum non*. Boſius.

18. *Verùm etiam vagi eſſe debebant.*] Veram & certam hic eſſe Manut. conjecturam declarat hæc ſcriptura Decurt. *vagiſſe*, ubi omiſſa tantùm eſt una littera: ſcribi enim debuit, *vagi eſſe*, ut conjecerat Manut. In Tornæſ. aliquantò depravatius eſt, *magiſſe.* prius legebatur, *magni debebant eſſe*, quod non placebat Manut. Beſſarion. liber, *magis edebant.* Cleric: *Verumetiam vagi eſſe.*] Non repudianda veterum librorum lectio: *verum etiam magni eſſe debebant.* hoc eſt, qui non modo omnium mortalium ſtudiis, quia ſcilicet orbem

q tantummodo *MSS.* & *alii.*

debebant, [q] tantum non laudari atque amari, ſed parietibus contineri. atqui illi quoquo modo beati; civitas miſera. Sed velim ſcire quid adventus Octavii. num qui concurſus ad eum, num quæ νεωτερισμοῦ ſuſpicio. non puto equidem: ſed tamen quidquid eſt ſcire cupio. Hæc ſcripſi ad te proficiſcens Aſturâ III. idus.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

r quidque de *MS.*

PRIDIE idus Fundis accepi tuas litteras cænans. primùm igitur melius eſſe: deinde meliora te nunciare. odioſa illa enim fuerant legiones venire. [19] Nam de Octavio ſuſque deque. exſpecto [r] quid [20] de Mario: quem quidem ego ſublatum rebar à Cæſare. Antonii colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incommodum. ſed tamen adhuc me nihil delectat præter idus Mart. [21] nam, quoniam Fundis ſum cum Ligure

[s] no-

bem terrarum liberarunt, defenſi, ſed etiam illuſtres & rerum potentes eſſe debebant. *J. F. Gronov.* Omnino aſſentior Gronovio, ſuffragantibus Balliol. & Helmſt. Nam vagus in malam partem accipitur, & ineptiſſime opponitur hoc quidem in loco cuſtodiis ſepto. Brutus & Caſſius in epiſtola ad Antonium apud Cic. XI. Fam. 3. *Nos in hac ſententia ſumus, ut te cupiamus in libera repub. magnum atque honeſtum eſſe.* Noſter in Orat. pro Quint. *Artes, quibus tu magnus es, tibi concedo.* Grævius.

19. *Nam de Octavio ſcis quæ exſpecto.*] Antiqui etiam noſtri *ſuſque deque* habent: nam hoc antè nos Germani animadverterunt: voluimus tamen noſtrorum etiam codicum conſenſum & autoritatem producere, quo pluribus quaſi teſtibus vulgata & corrupta lectio convincatur & penitus deleatur. Suſque deque Sex. Pompejus plus minusve ſignificare tradit: quo modo alii non ineruditius exponant, & manifeſtum eſt. *Victor.*

20, *De Mario.*] Hic a Cæſare relegatus, quòd impudenti mendacio C. Marii ſepties conſulis nepotem ſe eſſe dictitabat, qui re vera Erophilus eſſet Equarius medicus: poſtea reverſus in urbem Cæſare interfecto, cùm de interficiendo ſenatu conſilium cepiſſet, pœnas dedit. hoc Cicero ſignificat Philip. I. cùm dicit: *Liberatus cædis periculo ſenatus, uncus impactus eſt fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaſerat.* & Valerius in lib. IX. & Appianus lib. III. *P. Manut.*

21. *Nam quoniam Fundis ſum cum Ligure noſtro ſtructore, &c.*] Nos ex antiquis exemplaribus legimus, *cum Ligure noſtro, diſcretior Seſtulii fundum, &c.* Erat enim fortaſſe hic Seſtulii fundus

in

ſnoſtro, diſcrucior, tSeſtilii fundum à verberone Curtilio poſſideri: quod cùm dico, de toto genere dico. Quid enim miſerius, quàm ea nos tueri, propter quæ illum oderamus? Etiamne conſules & tribunos plebis in biennium, quos ille voluit? nullo modo reperio, quemadmodum poſſim πολιτεύεσθαι. 22 nihil enim tam σόλοικον, quàm 23 τυραννοκτόνους in cœlo eſſe, tyranni facta defendi. ſed vides conſules, vides reliquos magiſtratus, ſi iſti magiſtratus: vides languorem bonorum. exultant lætitiâ in municipiis. dici enim non poteſt, vquanto opere gaudeant, ut ad me concurrant, ut audire cupiant verba xmea ea de yre; nec ulla interea decreta. ſic enim πεπολιτεύμεθα, ut victos metueremus. Hæc ad te ſcripſi 24 appoſitâ ſecundâ menſâ: plura & πολιτικώτερα poſtea: & tu, quid agas, quidque agatur.

P. B.
s noſtro ſtructore diſcr. *edd. vett.*
t Sextilii *Grav.*
v *alii* quantopere.
x mea de re *MSS. & alii.*
y rep. *edd. vett.*

EPI-

in illis locis, ut animo æquo videre non poſſet illum à verberone Curtilio injuſte poſſideri. *Deſcrucior* tamen potius eſt in illis; quod etiam in aliis vocibus obſervavimus: ut in *Deverſorium* & *Devertor*; ita enim ſemper in antiquis libris ſcriptum offendimus. quod cum factum eſſet in prima hujus libri dictione (*Deverti* enim in illis eſt) diu *Reverti* mendoſe lectum eſt: contrà in iiſdem *Dilectus*, pro *Delectus*, cum de delectibus militum ſermo eſt, ſcriptum reperi. Quod autem *Seſtulii fundum* legendum ſit, confirmant etiam hæc verba non multò pòſt poſita: *At ego, cum tibi de Curtilio Seſtulianoque fundo ſcripſi, de Cenſorino, de Meſſala, de Planco, de Poſthumio, de genere toto, &c.* Victor.

22. *Nihil enim tam σόλοικον.*] Vitioſum, abſurdum, ut σολοικισμὸς in oratione ep. 16. lib. I. vel potius σόλοικον, ut ἀβδηριτικὸν. ep. 7. lib. VII. & ep. 15. lib. IV. quod & ipſi adminiſtrandæ Reip. imperiti fuerint σόλοικοι præſertim Cyprii, qui ἐνιαυτὸν ἐλεύθεροι γενόμενοι, αὖθις ἐκ νέης κατεδεδούλωντο, ut ſcribit Herodot. ἐν τῇ τερψιχ. *Corrad.*

23. Τυραννοκτόνους *in cælo eſſe.*] Dauſquejus, v. cl. putat deeſſe negationem, *non in cælo &c.* aut ſcribendum *in ſalo eſſe.* ſed prior lectio ei præſtabilior. Grut. vetat nos diſcedere à vulgato; tanquam in qua nihil ſit abſurdi; imò quæ auctori contraria ſit futura, additâ negativâ; ut liquet ex variis earum Epiſtolarum locis & orationib. Philippicis. cum enim approbatur nex tyranni, improbantur item ejus facta, ſcripta, dicta, promiſſa, populo odioſa. *Cleric.*

24. *Appoſita ſecunda menſa.*] An in menſa ſcripſit? Sic XIV. ep. 21. *Hæc ſcripſi, ſeu dictavi, appoſita ſecunda menſa, apud Veſtorium.* Caſaub.

 25. *Ca-*

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

z idnum *alii.* POSTRIDIE [z]idus Paullum in [25]Cajeta vidi. [26]is mihi de Mario & de republica alia quædam ſanè peſſima. à te ſcilicet nihil: nemo enim meorum. ſed Brutum noſtrum audio viſum ſub Lanuvio. ubi tandem eſt futurus? nam cùm reliqua, tum de hoc ſcire haveo omnia. Ego è Formiano exiens XVII. kal. ut inde altero die in Puteolanum, ſcripſi hæc. [27]A Cicerone mihi litteræ ſanè πεπινωμέναι [a]& bene longæ. cetera au-

a & longæ *MS.*

25. *Cajeta.*] Al. *in Cajeta*, ut ep. 3. lib. VIII. & Cajetæ prædium habuiſſe videtur Cicero ep. 3. lib. XIV. *Corrad.* Victorius in poſtrema editione ſcripſit, *in Cajetano.* ſed veteres libri noſtri, *in Cajeta:* ac ſane Cajetam Cicero vocare ſolebat villam quam habuit in agro Cajetano, ut epiſtola quarta libri primi, *Cajetam ſiquando abundare cœpero, ornabo.* & epiſtola 3. lib. VIII. *Navis & in Cajeta eſt paràta nobis, & Brundiſii.* Boſius. Cajeta portus inter Fundos & Formias oppida Plinius lib. III. *Dein lacus Fundanus, Cajeta portus, oppidum Formiæ.* Cum ergo Cicero Fundis iret in Formianum, vidit in Cajeta L. Æmilium Paullum in conſulatu collegam C. Marcelli ſub initium Belli Civilis. *Popma.* *In Cajeta* tuetur quoque Balliol. & Helmſt.

26. *Is mihi de Matio & de rep. &c.*] Antiqua exemplaria *de Mario*: quam ſinceram eſſe lectionem puto. Hujus hiſtoriam narrat Valerius Maximus libro IX. cap. de Herophilo medico equario: paulò ſuprà: *Quid de Mario? quem quidem ego ſublatum rebar à Cæſarè.* Item in prima Philippica: *Liberatus cædis periculo paucis poſt diebus Senatus: uncus impactus eſt fugitivo illi, qui in C. Mariì nomen invaſerat.* Victor.

27. *A Cicerone mihi littera πεπυκνωμέναι & bene longa.*] Caſtigavimus autoritate vetuſtorum codicum πεπιγνωμέναι, & paucis poſt dictionibus πῖνος: Quod ſentiremus de hac dictione antè diximus: ubi locus etiam Damaſcii adductus eſt, quem Suidas citat. *Idem.* Πεπινωμέναι.] Sic legendum & ita ſcriptum eſſe in codicibus Memm. & Tornæſ. aſſerit Lambinus, eamque ſcripturam & Corradus notat. Victorius auctoritate mſſ. pro πεπυκνωμέναι, quod & etiamnum in vulgatis editionibus legitur, ſubſtituit πεπιγνωμέναι. receptam tuetur Dauſquejus. ut enim ſcribitur Iliad. H. ϛίχες εἵατο πυκναὶ, *crebri denſique ordines*; ſic litteræ πεπυκνωμέναι ſunt confertæ, non inanes, aut raris verſibus. Eodem laudis genere lib. XV. ep. 16. Tullius filius ſuum ornat: *Tandem à Cicerone tabellarius: & mehercule littera πεπυκνωμένως ſcripta &c.* Pari modo loco ſubjectiore ſcripſerit Dauſquejus: τὸ πυκνὸν *litterarum ſignificat doctiorem*; & ad ſpiſſitudinem verſuum in litteris retulerit. quæ ſi cui

autem vel fingi poſſunt: 28 πῖνος litterarum ſignificat doctiorem. nunc magnopere à te peto, de quo ſum nuper tecum locutus, ut videas nequid ei deſit. id cùm ad officium noſtrum pertinet, tum ad exiſtimationem & dignitatem: quod idem intellexi tibi videri 29 omnino. Si ergo eſt, volo menſe Quintili in Græciam. ſint omnia faciliora. ſed cùm ſint ea tempora, ut certi nihil eſſe poſſit, quid honeſtum mihi ſit, quid liceat, quid expediat; quæſo da operam, ut illum quàm honeſtiſſimè copioſiſſiméque tueamur. hæc & cetera, quæ ad nos pertinebunt, ut ſoles, cogitabis: ad b meque aut quod ad rem pertineat; aut, ſi nihil erit, quod in buccam venerit, ſcribes.

Pag. CCXXV.

b me aut MS.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

TU me jam rebare, cùm ſcribebas, 30 in c actis eſſe noſtris: & ego accepi XVII. kal. in diverſoriolo Sinueſſano

c alii agris.

cui minus ridet interpretatio, τὸ πυκνὸν litterarum ſecuram & robuſtam interpretari fas erit. ut Iliad. B. πυκινὴν ἠρτύνετο βουλήν. ubi Euſtathius: Πυκινὴ δὲ βουλὴ ἡ στερεὰ, ἐκ μεταφορᾶς τῶν πυκνῶν σωμάτων, ἃ δυσπαθέστερα τῶν ἀραιῶν. Cleric.

28. Πῖνος *litterarum.*] Vide ad ep. 6. lib. XII.

29. *Si ἀγὼν eſt, volo menſe Quintili in Græciam.*] Scidæ, *ſi ago eſt*, unde Boſius conjicit, *ſi ἀγὼν eſt.* Lamb. legit, *omnino legatus volo menſe Quintili in Græciam.* vulg. *ſi ergo eſt &c.* Cleric. Miror tam frequentes conjecturas tam incertas pro verbis Ciceronis venditari & in contextu ſubjici. Iſtum ἀγῶνα nulli norunt libri. Balliol. æque ut alii *ſi ergo eſt volo.* Non repudianda eſt hæc omnium fere codicum ſcriptura, neque deſideratur hic aliquid ut Manutius putat, ſed conciſe Cicero hic locutus eſt, ut fere ſemper in his epiſtolis, & ſic, ut non facile ab aliis intelligeretur, ſi in alius quam Attici manus hæ incidiſſent epiſtolæ. *Si ergo eſt* ſcilicet unde utar, in Græciam proficiſcar. Si argentum mihi ſuppetierit in ſumptus itineris, in Græciam contendam. Sic & hunc locum lætor intellexiſſe magnum doctorem meum J. F. Gronovium, qui expoſuit olim in ſcholis domeſticis: ſi parata pecunia eſt volo menſe Quintili. *Gravius.*

30. *In actis eſſe noſtris.*] In littoralibus; agris ſive prædiis mari finitimis, ut Cluveano aut Puteolano: quæ petebat exiens e Formiano; ad proximum oppidum Sinueſſam. Acta pro littore in Verrinis & Virgilii Æneid. V. *Popma.*

nueſſano tuas litteras. 31 De Mario probè : etſi doleo L. Craſſi nepotem. optimè tam etiam Bruto noſtro probari Antonium. nam quòd d Juniam ſcribis moderàtè & amicè ſcriptas litteras attuliſſe., mihi Paullus dedit ad ſe à fratre miſſas : quibus in extremis erat ſibi inſidias fieri; ſe id certis auctoribus comperiſſe. hoc nec mihi placebat & multo illi minùs. 32 Reginæ fuga mihi e non moleſta. ſed Clodia quid egerit ſcribas ad me velim. De Byzantiis curabis ut cetera ; & Pelopem ad te f arceſſes. Ego , ut poſtulas , 33 Bajana negotia chorumque illum , de quo ſcire vis , cùm perſpexero , tum ſcribam ; ne quid ignores. Quid Galli, quid Hiſpani, quid Sextus agat , vehementer exſpecto. ea ſcilicet tu declarabis , qui cetera. Nauſeolam tibi tum cauſam otii dediſſe facilè patiebar. 34 videbar enim mihi legenti tuas litteras g requieſſe paulliſper. De Bruto ſemper ad me omnia perſcribito , ubi ſit, quid cogitet: quem

d Cluviam *aut* divinam *alii.*

e non *deeſt in MS.*

f arceſſis *alii.*

g nequiſſe *MS.*

31. *De Mario.*] Amatium vocat Appian. lib. III. Chamacem Liv. lib. CXVI. qui ſe Marii filium eſſe dicebat: unde nunc Cicero Marium εἰρωνικῶς vocat, ut ep. 41. lib. XII. Herophilum equarum Medicum fuiſſe ſcribit Val. Max. lib. IX. cap. 16. qui ſe Marii nepotem eſſe profitebatur. *Corrad.* Pſeudomarium intelligit, qui ab Antonio interfectus eſt. *Boſius.*

32. *Reginæ.*] Cleopatræ, Ægypti reginæ : quam Cæſar amavit, filiumque natum appellare ſuo nomine paſſus eſt : de quo intelligi puto ep. 20. *De regina velim , atque etiam de Cæſare illo.* Præterea, quam hic Reginam appellat, eam eſſe Cleopatram , argumento eſt etiam illud ep. 16. lib. XV. *Reginam odi : me jure facere ſcit : ſponſor promiſſorum ejus Hammonius.* Nam Hammonio & Ptolemæus , pater Cleopatræ , uſus fuerat legato , cum id ageret , ut a ſenatu in regnum reſtitueretur : ut eſt in epiſtola ad Lentulum : *Hammonius regis legatus aperte pecuniâ nos oppugnat.* P. Manut.

33. *Bajana negotia.*] Quid agant & conſulant Bajis Hirtius, Panſa, Dolabella & alii. ep. 2, 11. *Popma.* Hæc dixit Tullius per Ironiam. Nulla ibi negotia : ſed eſt ἀπραγόπολις , civitas otioſorum, Suet. Aug. 98. Hinc Stat. IV. Sylv. 7. *deſides Bajæ.* quia ibi homines otiantur. *J. F. Gronov.*

34. *Videbar.*] Al. *videbare.* recte. nam ex litteris conjectanti abiiſſe nauſea videbatur ep. 10. h. l. *Corrad.* Recte Corradus *videbare.* Sententia totius loci hæc eſt. Te faſtidio ciborum & propenſione ad vomitum leviter tentatum abſtinuiſſe propterea a negotiis, & corpori curàndo vacaſſe non ægre ferebam. Videbar enim mihi agnoſcere in tuis litteris , te novo quodam impetu poſt receptas vires ad ſcribendum veniſſe. Stat. IV. Sylv. 4.

—— vires inſtigat alitque
Tempeſtiva quies , major poſt otia virtus. J. F. Gronov.

35. Qu-

quem quidem ego ſpero jam tutò vel ſolum tota urbe vagari poſſe. [h] verumtamen. — h *alii* verumt. de rep.

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

[i] DE republica multa cognovi ex tuis litteris, quas quidem [k] multijuges accepi uno tempore à Veſtorii liberto. ad ea autem quæ requiris brevi reſpondebo. Primùm vehementer me Cluviana delectant. Sed quòd quæris quid [l] arceſſierim Chryſippum; tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæque rimas agunt. itaque non ſolùm inquilini, ſed mures etiam migraverunt. hanc ceteri calamitatem vocant: ego ne incommodum quidem. ô Socrates [m] & Socratici viri! numquam vobis gratiam referam. Dii immortales, quàm mihi iſta pro nihilo! ſed tamen ea ratio ædificandi initur, conſiliario quidem & auctore Veſtorio, ut hoc damnum quæſtuoſum ſit. Hîc turba magna eſt, eritque, ut audio, major. Duo quidem [35] quaſi deſignati conſules. ô Dii boni! vivit tyrannis, tyrannus occidit? ejus interfecti morte lætamur, cujus facta defendimus? itaque quàm ſeverè nos M. Curtius accuſat; ut pudeat vivere: neque injuriâ. nam mori millies præſtitit quàm hæc pati, quæ mihi videntur habitura etiam vetuſtatem. & Balbus hic eſt multumque mecum: ad quem à Vetere litteræ datæ pridie kal. Januar. [36] cùm à

i De rep. *iidem hic delent.* P. B.
k multijugis *Vict.*
l arceſſerim *alii.*
m ô *MS. & alii.*

35. *Quaſi deſignati.*] Acerbe notat Hirtium & Panſam, quod eſſent deſignati Conſules non populi ſuffragiis, ut in libera rep. ſolebat, ſed a Cæſare profecturo ad bellum Parthicum ep. 6. & lib. xv. ep. 5. *Popma.*

36. *Cum à ſe Catilius circumſederetur.*] Scribendum *Cæcilius*: quod etiam Germani ex vetere (ut opinor) ſuo codice viderunt: intelligit autem C. Antiſtium veterem, qui litteras ad Balbum miſit, quibus loquebatur de bello quod contra Cæcilium Baſſum gerebat in Syria. Quis autem hic fuerit Cæcilius diligenter narrat Dion libro Romanarum Hiſtoriarum xxxxvii. & qua ratione cum ex adverſo prælio Pompeji fugiſſet, in Syriam venerit, magnaſque ibi copias pararit, & juſti exercitus dux factus ſit. Tradit tamen Alchandonium Arabem eum ex obſidione exemiſſe, illum qui contra Parthos Luculli rebus favit. Parthos autem, quamvis & ipſi à Baſſo acciti cum magnis copiis ad eum veniſſent, nihil tamen memoria dignum feciſſe: parvoque tempore propter hyemem man-

à ſe Cæcilius [37] circumſederetur & jam teneretur; veniſſe cum maximis copiis [n] Pacorum Parthum: ita ſibi eſſe eum ereptum, multis ſuis amiſſis: in qua re [o] accuſat Volcatium. ita mihi videtur bellum illud inſtare. ſed [38] Dolabella & Nicias viderint. idem Balbus meliora de Gallia. XXI. die litteras habebat; Germanos illaſque nationes re audita de Cæſare legatos miſiſſe ad Aurelium, qui eſt præpoſitus ab Hirtio, ſe, quod imperatum eſſet, eſſe facturos. quid quæris? omnia plena pacis, aliter ac mihi Calvena dixerat.

n Parthorum, ita *MS.*
o accuſa *MS.*

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

[39] ITANE vero? hoc meus & tuus Brutus egit, ut Lanuvii eſſet? ut Trebonius itineribus deviis proficiſceretur in provinciam? ut omnia facta, ſcripta, dicta, promiſſa, cogitata Cæſaris plus valerent quàm ſi

Pag. CCXXVI.

manſiſſe. Hujus Baſſi meminit Cicero in oratione pro Dejotaro: (Cælius) depravatè pro (Cæcilius) ibi ſcriptum eſt. Inter alia autem crimina dixerat accuſator Regem ad eum nuncios miſiſſe: Verba Ciceronis hæc ſunt: *At miſit ad Cæcilium neſcio quem: ſed eos quos miſit, quòd ire noluerunt, in vincula conjecit.* Infrà, *Sed tamen cum ad Cæcilium mittebat, utrum cauſam illam victam eſſe neſciebat, an Cæcilium iſtum magnum hominem putabat? quem profectò is; qui optimè noſtros homines novit, vel quia non noſſet, vel ſi noſſet, contemneret.* Præterea D. Brutus in epiſtola ad Brutum & Caſſium, *Quia ubi conſiſtamus, non habemus, præter Sex. Pompejum & Baſſum Cæcilium, qui mihi videntur hoc nuncio de Cæſare allato firmiores futuri.* Victor.

37. *Circumſederetur.*] Q. Cæcilius Baſſus, Pompejanarum partium dux, paulo ante Cæſaris necem excitaverat bellum in Syria cum duabus cohortibus, occupata Apamea urbe, in qua a C. Antiſtio vetere obſeſſus auxiliis Pacori Parthorum regis & Alchandonii Arabis obſidione eſt liberatus. Dion lib. XLVII. Strabo lib. XVI. *Popma.*

38. *Dolabella & Nicias*] Dolabellæ enim Syria provincia & Parthicum bellum erat decretum, ad quod Curtium Niciam Grammaticum familiarem ſuum ſecum duxit ep. 26. lib. XIII. & 21. lib. XV. Appianus lib. III. *Idem.*

39. *Itane vero.*] Indignatur percuſſores Cæſaris M. Brutum Lanuvii deſidere otioſum, nec in urbe tutò eſſe poſſe; C. Trebonium quaſi fugientem in Aſiam provinciam proconſule ire: de qua profectione exſtat ipſius epiſtola Fam. lib. XII. *Idem.*

40. Me-

ſi ipſe viveret? 40 meminiſti me clamare, illo ipſo primo 41 Capitolino die, ſenatum in Capitolium à prætoribus vocari? dii immortales! quæ tum opera effici potuerunt, lætantibus omnibus bonis, etiam ſat bonis, fractis latronibus? 42 Liberalia tu accuſas. quid fieri tum potuit? jam pridem perieramus. meminiſtine te clamare, cauſam periiſſe, 43 ſi funere elatus eſſet? at ille etiam in foro combuſtus laudatuſque miſerabiliter: ſervique & egentes in tecta noſtra cum p facibus immiſſi. quæ

p alii faſcibus.

40. *Meminiſti me clamare.*] Faërnus & Ant. Auguſtinus *Meminiſti me clamare.* Sed repugnat locus ſimilis in epiſtola xv. *Nonne meminiſti clamare te, omnia periiſſe, ſi ille funere elatus eſſet.* Urſin.

41. *Capitolino die.*] Quo ſtatim a Cæſaris nece in Capitolium ſe receperunt, tunc enim Brutus & Caſſius prætores ſenatum vocare debuerant: quo neglecto magnam occaſionem liberandæ reipublicæ amiſerunt. ep. 12 & 14. *Illam ſeſſionem Capitolinam mihi non placuiſſe.* Popma.

42. *Liberalia.*] xv. Cal. Apr. nam *tertia poſt Idus lux eſt celeberrima Baccho.* Ovid. lib. III. Faſt. hinc Cicero Philipp. II. ſic loquitur: *Neque te illo die, neque poſtero vidi. poſt diem tertium veni in ædem Telluris: ubi jeci fundamenta pacis, Athenienſiumque renovavi vetus exemplum.* Philip. I. eo die defendendi fuerunt veterani ep. 16. h.l. *Corrad.* *Liberalia tu accuſas.*] XVI. Kal. April. quo die ſenatu in ædem Telluris convocato factum eſt Senatusconſultum de præmiis veteranorum, multaque alia decreta: ſed pro ſalute reip. nihil actum ep. 14. Philip. I. *Popma.*

43. *Si funere elatus eſſet.*] Cæſar, etſi fuerat animus conjuratis corpus occiſi in Tiberim trahere, bona publicare, acta reſcindere, ſed metu M. Antonii Conſulis & magiſtri equitum Lepidi deſtiterunt, Suet. elatus eſt igitur quamvis leges prohiberent tyrannos ſepeliri. Appian. lib. III. *Corrad.* *Funere elatus.*] Perſpicuum eſt, Cæſarem intelligi. etiam ep. 14. *Recordare*, inquit, *tua.* nonne meminiſti clamare te, omnia periiſſe, ſi ille funere elatus eſſet? ſapienter id quidem: itaque, ex eo quæ manarint, vides. Scribit Suetonius, animum fuiſſe conjuratis occiſi corpus in Tiberim trahere, bona publicare, acta reſcindere; ſed metu Antonii conſulis & magiſtri equitum Lepidi deſtitiſſe. & Plutarchus Bruti conſilium reprehendit, qui Antonio, roganti ut Cæſar funere efferretur, conceſſerit, Caſſio contradicente. nam Antonius, cum eum miſerabiliter laudaret, explicata veſte cruenta & ictibus perforata, ita populum commovit, ut cum facibus ad tecta conjuratorum accurrerit: unde illud in II. Philippica: *Tu funeri tyranni ſceleratiſſime præfuiſti: tua illa pulchra laudatio, tua miſeratio, tua cohortatio: tu, tu illas faces incendiſti, & eas, quibus ſemiuſtulatus ille eſt, & eas, quibus incenſa L. Bellieni domus deflagravit.* P. Manut.

 44. Tu

quæ deinde? ut audeant dicere, TUNE CONTRA CÆSARIS NUTUM? hæc & alia ferre non poſſum. itaque 44 γῆν q πρὸ γῆς cogito. Tua tamen ὑπηνέμιος. Naucia jamne planè abiit? 45 mihi quidem ex tuis litteris conjectanti ita videbatur. 46 redeo ad Tebaſſos, Scævas, Frangones. hos tu exiſtimas confidere ſe illa habituros, ſtantibus nobis? in quibus plus virtutis putarunt quàm experti ſunt. pacis iſti ſcilicet amatores & non latrocinii auctores? at ego cùm tibi de Curtilio ſcripſi r Seſtilianoque fundo, ſcripſi de Cenſorino, de 47 Meſſala,

q pro *alii.*

r Seſtilianoque *Vict.*

44. Γῆν πρὸ γῆς *cogito.*] Non Græciam, ſed longinquam & vagam peregrinationem animo ſpectat, ut de loco ſemper in locum proximum tranſeat, ſicuti illa apud Æſchylum Io, quæ percita œſtro, huc illuc vaga ferebatur. ſatis enim mihi certum eſt, ad illud Æſchyli Ciceronem reſpexiſſe:

——— οἰςρόπληξ δ' ἐγὼ
Μάςιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.

eſt enim ei, præſertim in his epiſtolis ad Atticum, familiare in primis atque uſitatum, duo vel tria verba ex aliquo vetere poëta ſuam ad ſententiam transferre; qui, ne non intelligeret Atticus, homo admodum in Græca lingua exercitatus, apprimeque ſciens, minime vereretur. Atque hunc ipſum, quem recitavi, locum Æſchyli videtur imitatus Alciphro in ea epiſtola, quam Leontii meretriculæ nomine ad Lamiam ſcripſit. φεύξομαι, inquit, γῆν πρὸ γῆς. *P. Manut.*

45. *Mihi quidem ex tuis litteris conjectanti ita videbatur.*] *Tum lectanti* eſt in vetere libro, pro *conjectanti*, ut *tum lectitanti* fortaſſe ſit legendum. *Urſin.*

46. *Redeo ad Thebaſſos, Suevos, Francones.*] Quam nos lectionem ſecuti ſumus ex antiquis exemplaribus eruimus. Opinio autem noſtra eſt hæc eſſe nomina veteranorum, qui ex haſta & largitione Cæſaris magnas opes ſibi acquiſiviſſent: & in fundos poſſeſſionesque adverſariorum invaſiſſent: quorum amittendi metu rem turbari cuperent, & omnia potius commiſceri quàm pati opimam illam prædam ſibi è manibus eripi. *Victor. Redeo ad Tebaſſos, Scævas, Frangones.*] Hanc lectionem ex antiquis exemplaribus eruit Victorius. Junius ex mſſ. Pal. *Redeo ad te: Haſſos, Suevos, Francones &c.* vulg. *Redeo ad te: Baſſos, Scævas, Frangones.* Beatus Rhenanus lib. II. Rerum Germanicarum indicat fuiſſe in mſ. Lauriſhemenſi; *Redeo ad te Baſſos, Scacnas, Frangones*; ex quibus fingebat, *Redeo ad Betaſios, Atuas, Vangiones.* Cleric. Ph. Cluverius lib. II. Germaniæ cap. 2. tentabat legere *ad tuos Baſſos, Scævas, Fangones.* Gronov.

47. *Meſſalla.*] Contra veteres libros opinor legendum eſſe, *Muſtela.* nam neque mutatio magna fit; & inter Antonii ſodales Muſtelam, non Meſſallam, invenio. primum hic epiſt. 10. lib. XVI. *Anagnini*, inquit, *ſunt*, *Muſtela* ταξιάρχης, *& Laco*, *qui pluri-*

mum

ſala, de Planco, [48] de Poſtumio, de genere toto. melius fuit periiſſe illo interfecto, quod [s] numquam acciſſet quàm hæc videre. Octavius Neapolim venit xiiii. kal. ibi eum Balbus manè poſtridie; eodemque die mecum in Cumano, illum hereditatem aditurum. [49] ſed, ut ſcribis, ῥοιζόθεμιν magnum cum Antonio. Buthrotia mihi tua res eſt, ut debet, eritque curæ. [t] Quod quæris, jamne ad centena Cluvianum: adventare videtur: ſed primo anno [50] LXXX. deterſimus. Q. pater

s utinam acc. X F4 Gronov.

t Quid quæris alii.

mum bibit. Et Philipp. II. *Quid habes, quod mihi opponas, homo diſerte? ut Muſtela Tamiſio & Tironi Numiſio videris.* Et in eadem poſt: *Inter omnes conſtabat, neminem eſſe reſalutatum, præſertim cum duos ſecum Anagninos haberet, Muſtelam & Laconem: quorum alter gladiatorum eſt princeps, alter poculorum.* Et Philip. XII. *Nolite Tironas quidem Numiſios, & Muſtelas, Saxaſve contemnere.* Et XIII. *Tironem, Muſtelam, Petiſſium.* P. Manut.

48. *De Poſtumio.*] Hi omnes, quos hic nominat, ſunt Cæſariani, a quibus Pompejanorum bona poſſidentur, ut a Curtilio Verberone fundus Sextilii. Sed legend. *Muſtela, Planco, Poſtumo.* & eſt Cenſorinus, quem poſt Cæſaris interitum Antonius Græciæ præfecit, Plutarch. Muſtela gladiator, Antonii ſodalis ep. 10. lib. XVI. Philip. II. Plancus Burſa, frater Planci Oratoris, exſul reſtitutus a Cæſare, lib. VI: epiſt. I. Famil. ep. 2 & 10. lib. IX. Philip. V. Poſtumus Curtius præfectus equitum apud Cæſarem, ep. 3. lib. IX. de Bello Civili I. *Popma.*

49. *Sed, ut ſcribis, ῥιζόθεμιν magnam cum Antonio.*] Unâ tantum litterâ diverſa eſt antiqua lectio: quamvis eam quoque aliquantulum vitioſam eſſe putem. nam vulgata & ipſa mihi parum ſatisfacit. Videndum eſt an debeat emendari ῥηξόθεμιν, ut ſignificare voluerit concertationem Octavii cum Antonio de Cæſaris hæreditate, cujus ille magnam partem averterat: nam, antequam armis contenderunt, jure & legibus diſceptarunt. Probat hic igitur Cicero (ſi ita legas) judicium Attici, qui inter illos magnam litem erupturam ſcripſerat, ſive fortaſſe per hoc verbum rem ad arma venturam, & contemptis fractisque legibus armis illos dimicaturos ſignificarat, & orituram inter eos juris fractionem & diſſolutionem. Multa ſanè componunt & complicant nomina cum hac voce Græci. nam ῥηξήνορα dicunt, & ῥηξίνορα, & ῥηξίφλοια: quare non mirum eſſet eos etiam ῥηξόθεμιν formaſſe: in eam tamen adhuc non incidi, nec ullam rem certiorem adferre poſſum, ſive de ſinceritate, ſive de ſententia hujus aut illius lectionis. *Victor.* Ῥοιζόθεμιν.] Veteres libri ſic referunt PIZOΘEMIN. Victor. edidit ῥηξόθεμιν, ut Boſ. ſcribendum potiùs videatur ῥηξίθεμιν. cùm tamen propius ad veterem ſcripturam accedens reponendum cenſeat ῥοιζόθεμιν; facile enim librarius alteram omiſit, qua diphthongus conflabatur. Victorii lectionem ſequitur vulgata editio. Junius ex conjectura ῥήξει θέμιν. Cleric.

50. LXXX. *deterſimus.*] Ex Cluvianis bonis poſthac centena ſeſtertia

pater ad me gravia de filio, [v] maximè quòd matri nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus. ardentes in eum litteras ad me miſit. ille autem quid agat, ſi ſcis, neque dum Româ es profectus, ſcribas ad me velim; & hercule, ſi quid aliud. vehementer delector tuis litteris.

v *matri quod max.* MS. E. A.

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

NUDIUS TERTIUS dedi ad te epiſtolam longiorem: nunc ad ea, quæ proximè. Velim [x] mehercule, Aſturæ Brutus. ἀκολασίαν iſtorum ſcribis. an cenſebas aliter? equidem etiam majora exſpecto. cùm equidem concionem lego, DE TANTO VIRO, [51] DE CLARISSIMO CIVI, ferre non queo: etſi iſta jam ad riſum. ſed memento; ſic alitur conſuetudo perditarum concionum; ut noſtri illi, non heroës, [52] ſed dii futuri quidem in gloria ſempiterna ſint, [53] ſed non ſine invidia, ne ſine periculo quidem. verùm illis magna conſolatio, conſcientia maximi & clariſſimi facti: nobis quæ, qui interfecto rege, liberi non ſumus? ſed hæc fortuna viderit, quoniam ratio non gubernat. De Ci

x *alii* mehercle.

ſtertia in ſingulos annos capiam: ſed primo anno octoginta ſeſtertia habui; cum tabernæ nondum eſſent refectæ. ep. 7. & 39. lib XIII. *Detergere* eſt capere leviter, ex bonis non ſatis conſtitutis & purgatis ſummatim delibare. *Popma.*

51. *De clariſſimo cive.*] Noſtri fere *Civi*, quemadmodum & Petri Victorii: de quo Caſus fine, ſupra quædam diximus. Quibus ut quaſi cumulum adjungam; Priſcianus quinque exempla ex Cicerone laudavit, in quibus *Civi* ab eo dictum eſt, pro *Cive*: quæ tamen ille queritur ab imperitis ſua quoque ætate corrupta fuiſſe. Ea vero ſunt, Verrina IV. *Quod civis Romanus a Siculo petit: Siculus judex datur: Quod Siculus a civi Romano, civis Romanus datur.* Paulo infra: *Quid dicam de C. Virgilio tali civi & viro?* Item pro Sextio: *Quid auſus eſſet pro civi, pro benemerenti civi?* Idem VI. Philip. *Sed in principe civi non eſt ſatis.* Malaſp.

52. *Sed dii.*] Ut pene habiti ſunt Harmodius & Ariſtogiton. Thucyd. lib. VI. Plin. lib. XXXIV. cap. 8. Val. Max. lib. II. c. 5. & Pauſan. *Corrad.*

53. *Sed non ſine invidia, ne ſine periculo quidem.*] Integrior eſt ſcriptura veterum codicum, quàm public. editionum, ideo ex illorum fide ſic edidit Boſius: vulgò tria illa verba deſunt. *Cleric.*

54. Nam

iceröne, quæ ſcribis, jucunda mihi ſunt: velim ſint roſpera. quod verò curæ tibi eſt, ut ei ſuppeditetur d uſum & cultum copioſè, per mihi gratum eſt; idne ut facias te etiam rogo. De Buthrotiis & tu ectè cogitas, & ego non dimitto iſtam curam. ſuſciiam omnem etiam actionem; quam video quotidie aciliorem. De Cluviano, quoniam in re mea me iſum diligentiâ vincis, res ad centena perducitur. ruina rem non fecit deteriorem, haud ſcio an jam ructuoſiorem. 55 Hîc mecum Balbus, Hirtius, Panſa. nodò venit Octavius, & quidem in proximam villam hilippi, mihi totus deditus. Lentulus Spinther hodie pud me: cras manè vadit.

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S.

Pag. CCXXVII.

O Mi Attice, vereor, ne nobis idus Mart. nihil dederint 56 præter lætitiam & odii pœnam ac doloris.

54. *Nam rem non fecit deteriorem.*] Antiqua exemplaria *una.* ios conjecturâ ducti ſenſu optimè (niſi fallor) quadrante, ex veibus ut minus inquinatis veſtigiis *ruina* caſtigavimus, ut intellit ruinam tabernarum, quas ita reædificare Cicero cogitabat, ut mnum, quod ruina importarat, ſibi quæſtum adferret: ita nim ſuprà inquit, cum de inſtauratione earum ageret, *Sed tamen a ratio ædificandi initur (conſiliario quidem & auctore Veſtorio) ut hoc amnum quæſtuoſum ſit.* Victor.

55. *Hic.*] In Cumano ep. ſup. vel in Cluviano, quod etſi Puteois erat ep. 9. h. l. erant tamen hæc loca ita vicina, ut Cicero unc videatur fuiſſe in Cumano, quum id ipſum dicat ep. ſup. onjungit ep. 18. h. l. *Corrad.*

56. *Præter lætitiam & odii pœnam & doloris.*] Germani quoque œnam legunt: præterea cuncti manuſcripti *penam*: ſine diphthongo tamen. ita etiam noſter melior, ſed mendoſè, ut puto: *plenam* enim legendum omnino exiſtimo, pendereque hoc nomen à oce illa *lætitiam*, cum queratur cædem Cæſaris nihil ipſis attuliſſe præter lætitiam, ſed nec eam ſinceram meramque, verùm plenam odii & doloris. Rem autem, qua aliquis refertus eſſet, ſecundo, & non ſeptimo caſu, ut poſtea cœptum eſt, ſolitum eſſe Ciceronem ponere, teſtatur Quintilianus lib. IX. ut diceret, *Plenum vini*, & non *vino*. Ex vulgata & recepta lectione nullum ullò commodiorem ſenſum elicere poſſumus: qui poteſt, ipſe nos doceat. Paulò autem pòſt *iſtim* habent veteres codices, ubi xcuſi (iſtinc) quod quamvis plurimis locis in priſcis epiſtolarum exem-

y iſtim MSS.

loris. quæ mihi y iſtinc afferuntur? quæ hic video! ὦ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δέ. Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honeſtam judicem. multa illis Cæſar, neque me invito: etſi Latinitas erat non ferenda: 57 veruntamen. ecce autem Antonius,

exemplaribus obſervarimus (ut non facile in eadem voce ſemper vitium eſſe credendum ſit) tamen nunquam ita ſcripſimus: de hoc autem alibi longius locuti ſumus. *Victor. Et odii pœnam ac loris.*] Vict. edidit: *odii plenam*, quam lectionem cum multis causis non probat Boſius, tum quod in Decurt. Torn. & Crus. perſpicue exaratum eſt *odii pœnam*; quam lectionem retinet & Lamb. *Cleric.*

57. *Veruntamen autem ecce Antonius &c.*] Pulcherrimum ſenſum & elegantem modum dicendi, à Ciceroneque crebro uſurpatum, perturbatus ordo duarum dictionum fœdabat: eum purgavimus ad autoritatem veterum codicum, ratione etiam accedente. (Ecce autem de rebus magnis & repentinis ſolitum dici notum eſt, & ab antiquis grammaticis declaratum: quare de hoc inane eſt amplius verba facere. Illud potius adnotandum eſſe admonemus, *veruntamen* hic alio ſignificatu ſumtum eſſe, quàm paſſim capiatur. Hic enim hanc vim habet, Cum antea expoſuerit Siculis Cæſarem multa commodaviſſe, neque ſe invito, (gaudebat enim eos, qui ſecum aliqua neceſſitudine conjuncti eſſent, beneficiis cumulari) *Quamvis*, inquit, *latinitas erat non ferenda: veruntamen.* Quaſi dicat: Cum Cæſar ita facere animum induxerit, illisque omnino gratificari voluerit, æquo animo ferendum: & quidque ei, cui reſiſti non poteſt, concedendum. Cum vero ſtatim ſubjicit, *ecce autem* infert, docet Cæſaris beneficia in Siculos præ Antonii effuſione quaſi nihil eſſe. Invenitur etiam aliis locis ita locutus eſſe Cicero: ut lib. XVI. *De Q. Filio gaudeo tibi meas litteras prius à tabellario meo quàm ab ipſo redditas, quanquam is te non fefelliſſet: veruntamen. Sed exſpecto quid ille tecum.* Dixiſſet enim, ſi plenè locutus eſſet, Veruntamen hoc melius & commodius fuit: eſt autem hic modus dicendi, in quo multa ſupprimuntur & reticentur. Hoc etiam libro non multo antèa: *De Bruto ſemper ad me omnia perſcribito, ubi ſit, quid cogitet: quem quidem ego ſpero jam tutò vel ſolum tota urbe vagari poſſe: veruntamen. De Rep. &c.* tanquam enim ſe corrigit, quod tutò Brutum tota urbe vagari poſſe aſſeveraſſet, ut ſi dixiſſet, De hoc melius cogitandum eſt, nec ſe tanto periculo fortaſſe committendum. Inprimis etiam epiſtola XIII. lib. *Tuas litteras hodie exſpectabam: nihil equidem ut ex iis novi: quid enim? veruntamen. Oppio & Balbo epiſtolas &c.* nam hic etiam aliquid intelligitur: Quamvis, inquit, nihil ex tuis litteris novi exſpectabam: veruntamen ſiquid forte accidiſſet pro opinionem meam ſcire volebam: quamvis enim exiſtimem te nihil habere, tamen quis ſcit an aliquid ortum ſit? ideo non penitus ſpe excludebar fore in illis aliquid novi. Sed hujus ſermonis alia nec pauca haberemus exempla, quæ nunc omittemus: ſatis enim hæc eſſe arbitramur ad declarandam ejus vim. *Victor.*

58. Ve-

acceptâ grandi pecunia, fixit legem, à dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani: cujus rei, vivo illo, mentio nulla. [z] Quid? Dejotari noſtri cauſa non [z] Quid de
ſimilis? dignus ille quidem omni regno, ſed non per Dej. *MS.*
Fulviam. ſexcenta ſimilia. [58] verùm illuc referor: tam claram, tamque teſtatam rem, tamque juſtam Buthrotiam non tenebimus aliqua ex parte? & eo quidem magis, quo [a] iſte plura? Nobiſcum hîc perhonorificè [a] iſta *MS.*
& [b] amicè Octavius: quem quidem ſui Cæſarem ſalu- [b] peramicè *alii.*
tabant, Philippus non: itaque ne nos quidem: quem nego poſſe bonum civem: ita multi circumſtant, qui quidem noſtris mortem minitantur. [59] negant hæc ferri poſſe. quid cenſes, cùm Romam puer venerit, ubi noſtri liberatores [c] tuti eſſe non poſſunt? qui quidem [c] tutò *alii.*
ſemper erunt clari; conſcientiâ verò facti ſui etiam beati. ſed nos, niſi me fallit, jacebimus. itaque *exire hinc, ubi* [60] *nec Pelopidarum*, inquit. haud amo vel hos deſignatos, qui etiam declamare me coëgerunt; ut ne apud aquas quidem acquieſcere liceret. ſed hoc meæ nimiæ facilitatis. nam id erat quondam quaſi neceſſe: nunc,

58. *Verùm illuc referor.*] Lamb. forte legendum dicit: *verùm me illuc refero*; vel ut vulgò, *verùm illuc refero*, ut ſubaudiatur, *hæc quæ dixi*. Cleric.

59. *Negant hæc ferri poſſe.*] Inulta, quæ in Cæſarem fuerunt perpetrata. Vulgatam itaque lectionem retineo. Probat enim Tullius iſtos minitari mortem à ſermone ipſorum. *Junius.* Recte Junius. Nimius eſt Boſius in conjiciendo & conjecturas ſuas pro ipſis Tullianis venditando. Cum editi & manu exarati Codices pleique: *neque hæc ferri poſſe*, ſed optime Tornæſianus & Cruſellinus codd. ut & P. Manutii editio (quamvis legat in notis *negat*, & referat ad Octavium) *negant hoc ferri poſſe*, ſcilicet, Pompejani qui circa Octavium ſunt, qui noſtris mortem minantur, & negant ferri poſſe, ut impunita ſit cædes Cæſaris. *Grævius.*

60. *Nec Pelopidarum.*] Locus ex Attii Tragœdia, quæ inſcribitur Atreus. eum locum recitavit integrum ep. 12. lib. xv. & item in epiſtola ad Curium: *Evolare cupio, & aliquò pervenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.* Et ad eundem, non integro verſu: *Quod tu pedibus es conſecutus, ut ibi eſſes, ubi nec Pelopidarum, noſti cætera; nos idem propemodum conſequimur alia ratione.* Huc etiam ſpectavit Philippica XIII. cum dixit: *Moveri ſedibus huic urbi melius eſt, atque in alias, ſi fieri poſſit, terras demigrare, unde Antoniorum nec facta, nec nomen audias; quam illos, Cæſaris virtute ejectos, Bruti retentos, intra hæc mœnia videre.* Et Pelopidæ καταχρηστικῶς vocantur, homines, qui res turpes honeſtis anteponunt: qualis erat M. Antonius. *P. Manut.*

91. Quo-

nunc, [61] quo modo ſe res habet, [62] non eſt item. Quàm dudum nihil habeo quod ad te ſcribam: ſcribo tamen, non ut [d] delectem his litteris, ſed ut eliciam tuas. tu, ſi quid erit de ceteris; de Bruto utique quidquid. Hæc conſcripſi x. kal. accubans apud Veſtorium, hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatum.

d delecter *alii.*

F. B.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

SEPTIMO denique die litteræ mihi redditæ ſunt, quæ erant à te XIII. kal. datæ: quibus quæris, atque etiam me ipſum neſcire arbitraris, utrum magis tumulis proſpectuque, [63] an ambulatione *ἀλιτενεῖ* delecter. eſt me-

61. *Quoquomodo ſe res habet, non eſt item. Quamdudum nihil habeo &c.*] Vulg. aliter diſtinguit, *quoquomodo ſe res habet. non eſt item, quamdudum. Nihil habeo.* Cleric.

62. *Non eſt item. Jamdudum.*] Cum Cæſar viveret, inquit, quaſi neceſſe erat me declamare ut gratificarer Hirtio & Panſæ, deſignatis Conſulibus id petentibus. Nunc licet respublica minime ſit libera, tamen non cogor declamare in gratiam Cæſarianorum, ſed meæ facilitatis eſt, quòd iis rogantibus hoc concedo; atque etiam id facio apud Bajanas aquas, ubi illi voluptatis cauſâ verſantur. *Popma.*

63. *An ambulatione ἀλιτενεῖ delecter.*] Valde mancus quondam hic locus legebatur, deficiente hic Græca voce, & paulò infrà tribus Homericis verſibus. Ipſi penè integrum & incorruptum in vetuſtioribus exemplaribus eum invenimus: inerant enim in carminibus Homeri minutæ quædam perverſiones, vel illuſiones potius, quæ facilè tolli poſſent & corrigi, ut mirer tamdiu illum jacuiſſe & intellectum non eſſe. Germani tamen & ipſi animadverterunt, primique locum reſtituerunt, quorum lectio cum noſtra antiqua penitus congruit. Quæſierat autem à Cicerone Atticus rem, de qua ipſe valde anceps erat, ubi major ſcilicet delectatio eſſet, in tumulis proſpectuque, an in ambulatione ἀλιτενεῖ. Fatetur Cicero utriusque loci tantam eſſe amœnitatem, ut ipſe quoque dubitet utra anteponenda ſit: non tamen hanc eſſe quæſtionem ejus temporis docet, tantis enim malis urgeri rempub. & tam gravia pericula optimo cuique inſtare, ut penitus ſibi ex animo & villæ & hujuscemodi delectationes exciderint. Accommodat autem ad hanc ſententiam egregiè verba Ulyſſis, pronunciata ab eo Λ. I. Cum enim miſſus eſſet orator ab Agamemnone cum Phœnice & Ajace ad Achillem, ut eum illi reconciliarent, & iis afflictis rebus Græcorum ſubvenirent: viſa Achilles & ſalu-

mehercule, ut dicis, utriusque loci tanta amœnitas, ut dubitem, utra anteponendâ ſit.

—— ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν.
Α'λλὰ λίην μέγα πῆμα, διοτρεφὲς, εἰσορόωντες
Δείδιμεν. ἐν δοιῇ δὲ σαωσέμεν, ἢ ἀπολέσθαι.

quamvis enim tu magna & mihi jucunda ſcripſeris de D. Bruti adventu ad ſuas legiones, in quo ſpem maximam video: tamen, ſi eſt bellum civile futurum, quod certè erit; ſi Sextus in armis permanebit, quem permanſurum eſſe [e] certè ſcio; [64] quid nobis faciendum eſt ignoro.

e certò alii.

nobili legatione, juſſit Patroclum majoribus poculis unicuique miniſtrare. Ipſe quoque magna vi carnis deprompta & aſſata menſam multis dapibus onerare & refertam habere cœpit. Ulyſſes autem inde initium orationis ſuæ ſumpſit: laudatâ enim ejus copiâ & ſplendore inquit: Α'λλ' οὐδ' αὐτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν. Quamvis, inquit, ſplendidæ ſint epulæ, non tamen nobis dulcis convivii opera curæ & cordi ſunt: ſed cum magnum detrimentum ingensque exitium vicinum videamus, timemus, in dubioque ſumus de ſalute, vel interitu navium totiusque claſſis. Quemadmodum igitur Ulyſſes tunc tempus non eſſe dicit inſtruendarum epularum, nec ſe animum ad dapes applicare poſſe: ita hic Cicero ſe nihil de honeſtis illis voluptatibus delectationibusque hoc tempore cogitare poſſe propter ingruentia mala & pericula affirmat: illa enim tranquillum tempus requirere, hoc autem eſſe turbulentiſſimum. ἀλιτενὴς autem humilis: quemadmodum mare dicitur ἀλιτενὲς, quod profunditatem non habet. Polybius lib. IV. Hiſtoriarum, Καλεῖται δὲ τὸ μὲν τῆς Μαιώτιδος στόμα Κιμμερικὸς βόσπορος ὃ τὸ μὲν πλάτος ἔχει περὶ τριάκοντα στάδια. τὸ δὲ μῆκος ἑξήκοντα στάδια, πᾶν δέ ἐστιν ἀλιτενές. Appianus: Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι ἐξέδραμον ἐπὶ τὰ τῶν Ῥωμαίων μηχανήματα οὐ κατὰ γῆν (οὐ γὰρ ἦν δίοδος) οὐδὲ ναυσὶν, (ἀλιτενὴς γὰρ ἦν ἡ θάλασσα) ἀλλὰ γυμνοὶ οἱ μὲν ἄχρι τῶν μαζῶν βρεχόμενοι οἱ δὲ διένεον. Humilis autem planaque regio & ambulatio opponitur tumulis locisque proſpectum habentibus. *Victor.*

64. *Quid nobis faciendum eſt ignoro.*] *Faciendum ſit* fortaſſe ſcripſit Cicero. *Corrad.* Non ſemel jam docuimus, & Grammaticorum præceptis, & uſu veterum ſcriptorum, rogandi nomina, cum nihil interrogant, ex modis ſibi ſubjunctivum aſciſcere: præſertim ſi verbis jungantur, ſcientiam vel inſcitiam ſignificantibus, ut *ſcis quid conere.* Et, *Nec jam quid agam ſcio:* Et, *Parum intelligo, quid me velis ſcribere.* Quare vel hæc ratio lexque Grammaticorum perpetua non eſt, vel *ſit* eſt legendum hoc loco. In quo tamen hærere ſoleo nonnunquam & aſſenſionem ſuſtinere: cum animadvertam *Quid*, indicandi quoque modo, junctum non raro a Cicerone aliisque fuiſſe. Nam ſupra lib. XIII. *Vides* (inquit) *propinquitas quid habet.* Et lib. X. ep. 10. *Vides, quam turpe eſt.* Quibus in locis, quemadmodum & hic, veteres libri con-

 ſen-

ignoro. neque enim jam licebit, quod Cæſaris bellò licuit, neque huc, neque illuc. quemcumque enim hæc pars perditorum lætatam morte Cæſaris putabit, (lætitiam autem apertiſſimè tulimus omnes) hunc in hoſtium numero habebit: quæ res ad cædem maximam ſpectat. reſtat, ut in caſtra Sexti, aut, ſi fortè, Bruti nos conferamus. res odioſa & aliena noſtris ætatibus, & incerto exitu belli: & neſcio quo pacto tibi ego poſſim, mihi tu dicere,

65 Τέκνον ἐμὸν, οὔτοι δέδοται πολεμήϊα ἔργα,
Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο.

ſed hæc fors viderit, ea, quæ talibus in rebus plus quàm ratio poteſt. nos autem id videamus, quod in Pag. CCXXVIII. nobis ipſis eſſe debet, ut, quidquid acciderit, fortiter & ſapienter feramus, & accidiſſe hominibus meminerimus; noſque cùm multùm litteræ, tum non minimùm idus quoque Mart. conſolentur. Suſcipe nunc meam deliberationem, quâ ſollicitor: ita multa veniunt in mentem in utramque partem. proficiſcor, ut conſtitueram, legatus in [f] Græciam? cædis impendentis periculum nonnihil vitare videor, ſed caſurus in aliquam vituperationem, quòd reipublicæ defuerim tam gravi tempore. 66 ſin autem manſero, [g] fore me quidem video in diſcrimine; ſed accidere poſſe ſuſpicor, ut prodeſſe poſſim reipublicæ. Jam illa conſilia privata ſunt, quòd ſentio valde eſſe utile ad confirmationem Ciceronis, me illuc venire: nec alia cauſa profectionis mihi ulla

[f] *alii delent in terrog. notam.*

[g] equidem vid. *edd. vett.*

ſentiunt. Et lib. IX. ep. 12. *Quæſo ſcribas quid nobis faciendum aut non faciendum putas.* Quin Plautus in Aulularia: *Scio quid mihi dictura es: hanc eſſe pauperem; hac pauper placet.* Et in Bacchid.

Scio quid ago. P. Et pol ego ſcio quid metuo.

Sunt & alia pro Indicandi modo teſtimonia: ſed plura pro Subjungendi. *Malaſp.*

65. Τέκνον ἐμὸν &c.] Verba ſunt Jovis ad Venerem Ιλιάδος έ. ſed, quod Homerus de rebus amatoriis dixit, γάμοιο, Cicero, ut inſerviret ſenili perſonæ, dixit λόγοιο. ſenum enim opera ſunt ſermones. *P. Manut.*

66. *Sin autem manſero, fore me quidem video in diſcrimine.*] Eandem ſcripturam referunt Decurt. & Cruſell. quam & Tornæſianus: ex cujus fide Lamb. jamdudum docuit ita legendum eſſe, *fore me quidem video in diſcrimine.* vulg. *ſin autem manſero: equidem video in diſcrimine.* Cleric.

67. Cum

uſa fuit tum, 67 cùm conſilium cepi legari ab Cæſare. tota igitur hac de re, ut ſoles, ſi quid ad me pertinere putas, cogitabis. Redeo nunc ad epiſtolam tuam. ſcribis enim eſſe rumores, me, ad lacum quod habeo, venditurum: minuſculam verò villam h utique Quinto traditurum, 68 vel impenſo pretio, quò introducatur, ut tibi Quintus filius dixerit, dotata Aquillia: ego verò de venditione nihil cogito, niſi quid, quod magis me delectet, invenero. Quintus autem de emendo nihil curat hoc tempore. ſatis enim torquetur debitione dotis: in qua mirificas i Egnatio gratias agit. à ducenda autem uxore ſic abhorret, ut libero lectulo neget eſſe quidquam jucundius. Sed hæc quoque hactenus. redeo enim ad miſeram, ſeu nullam potiùs rempublicam. M. Antonius ad me ſcripſit de reſtitutione Sex. Clodii: quàm honorificè, quod ad me attinet, ex ipſius litteris cognoſces; (miſi enim tibi exemplum) quàm diſſolutè, quàm turpiter, quámque ita pernicioſè, ut nonnumquam Cæſar deſiderandus eſſe videatur, facilè exiſtimabis. quæ enim Cæſar numquam neque feciſſet, neque paſſus eſſet, ea nunc ex falſis ejus commentariis proferuntur. ego autem Antonio facillimum me præbui. etenim ille, quoniam ſemel induxit animum ſibi licere quod vellet, feciſſet nihilo minus me invito. itaque mearum quoque litterarum miſi tibi exemplum.

h utique *non eſt in MS.*

i Q. Egn. *Vict.*

P. R.

ANTONIUS CONSUL S. D. M. CICERONI.

OCCUPATIONIBUS *eſt factum meis & ſubita tua profectione, ne tecum coram de hac re agerem.* 69 *quam*

67. *Cum conſilium cepi legari a Cæſare.*] Noſtri, *tum, cum conſilium.* Eſt hic etiam notandum, Infinitum pro gerundi modo poſitum eſſe, quo modo itidem Cæſar in Comment. *Poſtero die conſilium ceperunt ex oppido profugere.* Item Cicero II. de Orat. *Si omnem vim oratoris in argumentis poſuiſſem, tempus eſſet jam de ordine argumentorum dicere.* Helleniſmus eſt, haud ſane frequens auctoribus. *Malaſp.*

68. *Vel impenſo pretio.*] Impenſum pretium eſt ingens, profuſum, immoderatum; cujus ſcilicet magnitudinem emptor non expendit, nec reformidat. Cæſar de Bello Gall. lib. IV. *Impenſo parant pretio.* Livius lib. II. *Quod impenſo venibant pretio.* Horatius Serm. lib. II. Sat. 3.

Luſcinias ſoliti impenſo prandere coëmptas.

 Si-

69 *quam ob cauſam vereor, ne abſentia mea levior ſit apud te. quòd ſi bonitas tua reſponderit judicio meo, quod ſemper habui de te, gaudebo. A Cæſare petii, ut Sex. Clodium reſtitueret: impetravi. erat mihi in animo etiam tum ſic uti beneficio ejus, ſi tu conceſſiſſes. quo magis laboro, ut tua voluntate id per me facere nunc liceat.*

k *miſeria* MS.

quòd ſi duriorem te ejus [k] *miſeræ & afflictæ fortunæ præbes; non contendam ego adverſus te. quamquam videor debere tueri commentarium Cæſaris. ſed mehercule, ſi humaniter, & ſapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem profectò te præbebis: & voles* 70 *P. Clodium,*

l *optimâ in ſpe* MS.

[l] 71 *in optima ſpe puerum repoſitum, exiſtimare, non te inſectatum eſſe, cùm potueris, amicos paternos. patere, obſecro te, pro republica videri geſſiſſe ſimultatem cum patre ejus. non contempſeris hanc familiam. Honeſtiùs enim & libentiùs deponimus inimicitias, reipublicæ nomine ſuſceptas, quàm contumaciæ. Me deinde ſine ad hanc opinionem jam nunc dirigere puerum, & tenero animo ejus perſuadere, non eſſe tradendas poſteris inimicitias. quam-*

P. CCXXIX.

quam tuam fortunam, Cicero, ab omni periculo abeſſe certum habeo: tamen arbitror malle te quietam ſenectutem & honorificam potiùs agere quàm ſollicitam. Poſtremo meo jure te hoc beneficium rogo. nihil enim non

tuâ

Similiter *Impenſa libido* eſt vehemens & immoderata, nihil penſi habens, Lucret. lib. v. *Impenſæ preces* pertinaces & inſtantes, ſine reſpectu; Sueton. Tiberio. *Popma.*

69. *Quàm ob cauſam vereor, ne abſentia mea levior ſit apud te.*] Sic habent omnes libri veteres, quos vidi, &, ut opinor, quos non vidi. Err. Stephanus tamen arbitratur legendum, *non vereor ne abſ.* quia ſcilicet negotiis & occupationibus impeditus ſit, ne coram agere cum Cicerone poſſet, & ita excuſandus. ſed ego reſponderim, Antonium vereri, ne ſua abſentia minus auctoritatis habeat apud Ciceronem, quia cum Cicerone coram non agat, ſed per litteras, ſequitur enim, *quam ob cauſam, vereor, &c.* id eſt, quia tecum coram non ago. Quare nihil mutandum. *Lambin.*

70. *P. Clodium.*] Antonii privignum P. Clodii filium, quo cum inimicitias Cicero graviſſimas geſſerat: privignum autem, quia Fulviam ejus matrem Antonius duxerat uxorem. *P. Manut.*

71. *In optima ſpe puerum repoſitum.*] Spem fefellit, non ſolum amori meretricis vulgatiſſimæ turpiter deditus, verum etiam erubeſcendo mortis genere conſumptus. abdomine enim avide devorato fœdæ ac ſordidæ intemperantiæ ſpiritum reddidit. Val. l. III. c. 5. *Idem.*

72. Ne-

tuâ cauſâ feci. Quòd ſi non impetro, per me Clodio daturus non ſum: ut intelligas, quanti apud me auctoritas tua ſit, atque eo te placabiliorem præbeas.

CICERO ANTONIO COS. S.

QUOD *mecum per litteras agis, unam ob cauſam mallem coram egiſſe. non enim ſolùm ex oratione, ſed etiam ex vultu, & oculis, & fronte (ut ajunt) meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. nam cùm te ſemper amavi, primùm tuo ſtudio, poſt etiam beneficio provocatus; tum his temporibus reſpublica te mihi ita commendavit, ut cariorem habeam neminem. litteræ verò tuæ,* [m] *cùm amantiſſimè, tum honorificentiſſimè ſcriptæ, ſic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, ſed accipere à te, ita petente, ut inimicum meum,* [72] *neceſſarium tuum, me invito ſervare nolles, cùm id nullo negotio facere poſſes. Ego verò tibi iſtuc, mi Antoni, remitto; atque ita, ut me à te, cùm his verbis ſcripſeris, liberaliſſimè atque honorificentiſſimè tractatum exiſtimem:* [n] *idque cùm totum, quoquo modo ſe res haberet, tibi dandum putarem; tum do etiam humanitati & naturæ meæ. nihil enim umquam non modò acerbum in me fuit, ſed ne paullò quidem triſtius aut ſeverius, quàm neceſſitas reipublicæ poſtulavit. Accedit, ut ne in ipſum quidem Clodium meum inſigne odium fuerit umquam: ſemperque ita ſtatui, non eſſe inſectandos inimicorum amicos, præſertim humiliores; nec his præſidiis noſmet ipſos eſſe ſpoliandos. Nam de puero Clodio tuas* [o] *partes eſſe arbitror, ut ejus animum tenerum, quemadmodum ſcribis, his opinionibus imbuas, ut ne quas inimicitias reſidere in familiis noſtris arbitretur. contendi cum P. Clodio, cùm ego publicam cauſam, ille ſuam defenderet. noſtras* [p] *concertationes reſpublica dijudicavit. ſi viveret, mihi cum illo nulla contentio jam maneret. Quare, quoniam hoc à me ſic petis, ut,* [73] *quæ tua poteſtas eſt, ea neges te me invito*

m *tum* alii.

P. B.

n *itaque* alii.

o *partis* alii.

p *contentiones* alii.

72. *Neceſſarium tuum.*] Propter uxorem & privignum, ep. ſup. vel propter diſciplinam. Philip. II. & Suet. de Clar. Rhet. *Corrad.*

73. *Quæ tua poteſtas eſt.*] Falluntur, non tam judicio quàm ſcripturæ labe, qui putant hic ejus generis eſſe parentheſin, cujuſmodi apud hunc ipſum lib. VII. illa eſt: *Atqui certe ille agere debuit: & ſi eſſet factum, (quæ tua humanitas eſt) adſcripſiſſet.* Hic ni-

vito uſurum; puero quoque hoc à me dabis, 74 ſi tibi videbitur: non quò aut ætas noſtra ab illius ætate quidquam debeat periculi ſuſpicari, aut dignitas mea ullam contentionem extimeſcat: ſed ut nosmet ipſi inter nos conjunctiores ſimus quàm adhuc fuimus. interpellantibus enim his inimicitiis animus tuus mihi magis patuit quàm domus. Sed hæc hactenus. illud extremum; ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, ſemper ſine ulla dubitatione ſummo ſtudio faciam. hoc velim tibi penitus perſuadeas.

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

75 ITERANDUM eadem iſta mihi. coronatus Quintus noſter Parilibus? Parilibus? ſolusne? etſi addis Lamiam:

nihil eſt ejusmodi, & ordo eſt: Ut neges te uſurum ea poteſtate, quæ poteſtas tua eſt, porro poteſtatem eſſe alicujus, Jus eſſe ſignificat. Sic pro Domo ſua: *De agris ratum eſt: Fuit enim populi poteſtas.* Non valde diverſum eſt illud Philippica II. *Sed videlicet, meam gratiam voluit eſſe, in quo ne ipſius quidem ulla eſſe potuit lege lata.* hoc eſt, ut beneficium a me proficiſceretur mihique gratia deberetur. *Malaſp.*

74. *Si tibi videtur.*] Junius ex duorum mſſ. Palat. fide alia adjicit verba, quæ deſunt in omnibus editionibus poſt hæc verba, legitque hoc modo: *Si tibi videbitur, ut animum ejus conciliatum mihi reddas; non quo &c.* Cleric.

75. *Iterandum eadem iſta mihi.*] Cum Cicero ſit qui interroget, Atticusque certiorem eum fecerit de hac re, *Iterandum ſcilicet tibi eadem iſta intelligo.* id eſt oportet ut iteres, & eadem iſta repetas. Sic loquitur in II. libro Tuſculanarum: *Iterandum eadem iſta mihi: non enim intellige quid ſummum dicas eſſe, quid breve.* Parilibus autem Romam eſſe conditam notum, eſſeque eum diem ad XII. Kalend. Maji. Ludosque ea die celebrari ſolitos urbano populo, & peregrinis etiam per urbem vagantibus coronatis cum tibiis cymbalisque & omni genere luſûs laſciviæque; docet hoc Athenæus VIII. Δειπνοσοφιστῶν, his verbis: Τούτων ἔτι πολλῶν λεγομένων τότε ἐξάκουστος ἐγένετο κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν αὐλῶν βόμβος καὶ κυμβάλων ἦχος, ἔτι τε τυμπάνων κτύπος μετὰ ᾠδῆς ἅμα γινόμενος· ἔτυχε δὲ οὖσα ἑορτὴ τὰ Παρίλια μὲν πάλαι καλούμενα νῦν δὲ Ῥωμαῖα τῇ τῆς πόλεως τύχῃ ναοῦ καθιδρυμένου ὑπὸ τοῦ πάντ' ἀρίστου καὶ μουσικωτάτου βασιλέως Ἀδριανοῦ: ἐκείνην τὴν ἡμέραν κατ' ἐνιαυτὸν ἐπίσημον ἄγουσι πάντες ἑορτὴν οἱ Ῥώμην κατοικοῦντες καὶ οἱ ἐνεπιδημοῦντες τῇ πόλει. Victor. *Itera dum eadem iſta mihi.*] Ita Faërnus; & *iſtæc* pro *iſta*, id eſt, ut tu iteraſti Palilib. Palilib. *Urſin.*

miam: quod demiror equidem: ſed ſcire cupio, qui fuerunt alii: quamquam ſatis ſcio, niſi improbum neminem. [q] explanabis igitur hoc diligentiùs. ego autem caſu cùm dediſſem ad te litteras VI. kalend. ſatis multis verbis, tribus fere horis poſt accepi tuas, & magni quidem ponderis. itaque [r] joca tua plena facetiarum, [76] de hæ-

q exploraбis *alii.*

r loca *alii.*

Urſin. *Iteradum eadem iſta mihi*, hoc eſt, repete quæſo & rurſus dic, quæ dixiſti: ſunt enim talia, ut vix credam me audiſſe. Formula dicendi, qua utebantur in rebus nec opinatis ex Iliona Ennii Cic. IV. Acad. 27. ſic *memoradum*, Plaut. Pœn. IV, 2, 44. *J. F. Gronov.*

76. *De hæreſi Veſtorina & de Phario nummo.*] Boſio teſte depravatiſſimè vulgò legitur, *de Pharionum more Puteolano*, quod tamen ſequutus eſt Junius; pro, *de Phario nummo re Puteolano*, ut ex Decurtato edidit Boſius. *Cleric.* Lege cum editis: *De Pharionum more Puteolano.* Pharionum intellige vel emendorum & vendendorum, vel apparandorum. Inde enim jocum petierat Atticus. Sunt autem Fariones genus piſcium. Auſon. Moſella:

Teque inter ſpecies neutrumque & utrumque
Qui nec dum Salmo, nec jam Salar, ambiguuſque
Amborum medio Fario intercepte ſub ævo.

J. F. Gronov. Applauderem ſane huic explanationi, ſi *Fario* vel *Phario* piſcis eſſet marinus & Latio notus. Sed cum apud Puteolanos Fariones inveniri nemo veterum ſcribat, puto etiam nunc veram hujus loci aut ſententiam aut ſcripturam latere. Si tamen & mihi licet in re obſcura capillos promittere, ariolor Atticum luſiſſe in voce *Puteolanus*, & cum MSS. omnes habeant *Pherionum*, non *Pharionum*, ſcripſiſſe Ciceronem: *De hæreſi Veſtoriana, & de Veſtorianorum more Puteolano.* hoc eſt, de fœneratorum, qualis eſt Veſtorius, impudentia in quærenda pecunia & lucro, qua ſunt fœneratores, qui ad puteal verſantur. *Puteal* enim fœneratorum locum Romæ fuiſſe nemo paullo humanior ignorat. Hinc Ovidius:

Qui puteal Janumque timet celereſque Kalendas.

Et Cicero pro Sextio: *Putealis & fœneratorum gregibus inflatus.* Ad hoc *Puteal* alludit ambiguitate vocis Puteolanus. Nam cum Cicero ſcripſiſſet ep. 12. hujus libri, ſe apud Veſtorium, qui fœnerator Puteolanus erat, accubuiſſe, reſcripſit Atticus jocans *de more Puteolano Veſtorianorum.* hoc eſt, de impudentia non tantum Puteolani Veſtorii, ſed omnium fœneratorum, qui ad puteal fœnus exercent. Cic. IX. ad Fam. ep. 8. *Noſti os ejus adoleſcentioris academia.* Grævius. Indignum eſt ita hærere viros doctos in re ſatis manifeſta. Quum enim fere conſentiant ſibi veteres libri in vulgato illo *Pherionum*, quid? niſi clamant legi oportere *Phetrorum* vel *Phetriorum* vel *Phetrianum*, quorum collegia & per omnem Campaniam & Puteolis fuerunt celebratiſſima, hodieque monumentis teſtata, quorum unum ex urbe Neapoli eſt apud Gruterum 418, 6. *C. Herbacio. Maec. Romano. de. Mar.... II. viro al... Licia. quaeſt. cur ſacra. pecun. cur. II. frum. compar. ſe. vivo. fecit.*

 qui.

F. ccxxx. hæreſi Veſtorina, & de Phetriorum more Puteolano; riſiſſe me ſatis nihil eſt neceſſe ſcribere. πολιτικώτερα illa videamus. Ita Brutos a Caſſiumque defendis, quaſi eos ego reprehendam: quos ſatis laudare non poſſum. rerum ego vitia collegi, non hominum. ſublato enim tyranno tyrannida manere video. nam quæ ille facturus non fuit ea fiunt, ut de Clodio: de quo mihi exploratum eſt, illum non modò non facturum, ſed etiam ne paſſurum quidem fuiſſe. 77 ſequetur Rufio Veſtorianus, Victor numquam ſcriptus, ceteri, quis non? cui ſervire ipſi non potuimus, ejus libellis paremus. Nam liberalibus quis potuit in ſenatum non venire? 78 fac id potuiſſe aliquo modo: num, etiam cùm veniſſemus, liberè potuimus ſententiam dicere? nonne omni ratione veterani, qui armati aderant, cùm præſidii nos nihil haberemus, defendendi fuerunt? illam 79 ſeſſionem Capi-

a Caſſioſque alii.

qui. ob. promiſſ. venat. Phetris. diviſit. quina. mil. num. Adde Capaccium Hiſtor. Neapolit. lib. I. pag. 74. & ſeqq. ac lib. II. pag. 238 Et ſunt alia plura. Quid poteſt accommodatius ad jocandum cum iis conjungi quam hæreſis? *Gronov.*

77. *Sequetur Rufio.*] C. Sempronius Rufus, qui paullo ante Cæſarianum civile bellum accuſatus a M. Tuccio & damnatus exulabat, ut colligitur ex ep. 8. lib. VIII. ad Cœlium, & ex hoc loco, cum ait, Reſtituto Sex. Clodio exſule ex falſis commentariis Cæſaris, ſequetur & Rufio, quem Cæſar nunquam ſcripſit ſe velle reſtitui, & ſine diſcrimine omnes, quos Antonius voluerit, reſtituentur. Vocatur autem Rufio Veſtorianus per jocum aut contemptum. Rufio quidem a cognomine ſuo Rufus, Veſtorianus ob diuturnam & acerbam cum Veſtorio controverſiam, de qua ante ep. 2. lib. V. & dicta ep. 8. ſicut contra ob amicitiam Gracchorum Junius Gracchanus cognomentum habuit, & C. Avianus Philoxenus dictus fuit a Flacco Ruiano familiari ſuo, ut eſt Fam. epiſt. lib. XIII. *Popma.*

78. *Fac id potuiſſe aliquo modo fieri.*] Quam nos ſecuti ſumus lectionem, eam auxilio vetuſtorum codicum reſtituimus, in quibus poſtremæ harum dictionum nullum veſtigium: ex noſtra hunc elicio ſenſum valde accommodatum, ut arbitror, & elegantem. cum enim dixiſſet, *Quis potuit Liberalibus in ſenatum non venire?* quaſi hoc fuerit valde durum & acerbum tantopere cogi ſenatores, ut nullus etiam veræ excuſationi locus eſſet: verumtamen concedamus, inquit, id oportuiſſe, & rectum fuiſſe, quod gravius & violentius fuit: num etiam cum veniſſemus, liberè potuimus ſententiam dicere? Ex vulgata non adeo planum & verum, niſi nos forraſſe nimis noſtra, vel antiqua potius & incorrupta amamus. *Victorius.*

79. *Seſſionem.*] Moram & ignaviam. nam, ſedere, quandoque

pītolinam mihi non placuiſſe tu teſtis es. quid ergo? iſta culpa Brutorum? minimè illorum quidem; ſed aliorum brutorum; qui ſe cautos ac ſapientes putant: quibus ſatis fuit lætari; nonnullis etiam gratulari; nullis permanere. ſed præterita omittamus: iſtos omni cura præſidioque tueamur: &, quemadmodum, tu [x] præcipis, contenti idibus Mart. ſimus: quæ quidem nostris amicis, divinis viris, aditum ad cælum dederunt, libertatem populo Romano non dederunt. Recordare tua: nonne meminiſti clamare te, omnia periiſſe, ſi ille funere elatus eſſet? ſapienter id quidem: itaque ex eo quæ manarint vides. Quæ ſcribis kalendis Juniis Antonium de provinciis relaturum, ut & ipſe Gallias habeat, & utriſque dies prorogetur: licebitne decerni liberè? ſi licuerit; libertatem eſſe recuperatam lætabor: ſi non licuerit; quid mihi attulerit iſta domini mutatio præter lætitiam, quam oculis cepi juſto interitu tyranni? 80 Rapinas ſcribis ad Opis fieri: quas nos quoque tum videbamus. [y] næ nos & liberati ab egregiis viris, nec liberi ſumus. ita laus illorum eſt, culpa noſtra. & hortaris me, ut hiſtorias ſcribam? ut colligam tanta eorum ſcelera, à quibus etiam nunc 81 obſidemur? poteróne eos ipſos non laudare, 82 qui te obſignatorem [illegible]

x petis *alii.*

P. B.

y *alii* nec *aut* ne.

[illegible] que valet nihil agere, tempus otioſe terere: ut ep. 43. lib. XII: *Quid enim ſedere totos dies in villa iſta?* Et apud Terentium, ut opinor, *Virginem tam grandem ſedere domi?* Reprehendit Brutum & Caſſium, qui illo ipſo primo Capitolino die ſequatum in Capitolium non vocarint, ſed otioſi tempus conſumpſerint. epiſt. 10. *P. Manut.*

80. *Rapinas ſcribis ad Opis fieri.*] Ad Opis ædem, ubi erat ſepties millies H-S. Philip. II. & Paterc. ubi vero eſſet, P. Victor reg. 8. *Corrad.* *Rapinas ſcribis ad Opis.*] Direptionem pecuniæ publicæ ex æde Opis fieri. Nam Cæſar ingentem vim pecuniæ, utpote ſepties millies ſeſtertiûm, in templo Opis depoſuerat, uſuras ea ad bellum Parthicum quod cogitabat. illo interfecto Antonius eam pecuniam ad ſe tranſtulit & diſtribuit quibus voluit. Philipp. 1, 2. & 5. Appianus lib. III. *Popma.*

81. *Obſidemur.*] Quaſi dicat: facerem cum periculo: nam liberi nondum ſumus: etiam nunc dominos habemus. intelligit autem Antonium. &, Obſidemur, μεταφορικῶς. nam, qui obſidentur, liberi non ſunt: liberati autem, qui ex obſidione exempti. itaque in epiſtola ad D. Brutum, *Cum te*, inquit, *incluſo ſpem maximam omnes habuiſſent in tua virtute, florente Antonio: quis erat qui quidquam timeret, profligato illo, te liberato?* P. Manut.

82. *Qui te obſignatorem adhibuerunt.*] Ciceroni aliquid teſtamento re-

rem adhibuerunt? 83 nec mehercule me rauduſculum movet: ſed homines benivolos, qualeſcunque ſunt, grave eſt inſequi contumeliâ. ſed de omnibus meis conſiliis, ut ſcribis; exiſtimo exploratiùs nos ad kalendas Junias ſtatuere poſſe: ad quas adero, 84 & omni ope atque operâ enitar, adjuvante me ſcilicet auctoritate tua & gratia, & ſumma æquitate cauſæ, ut de Buthrotiis ſenatus conſultum, quale ſcribis, fiat. Quod me cogitare jubes cogitabo equidem: etſi tibi dederam ſuperiore epiſtola cogitandum. tu autem, quaſi jam recuperata republica, 85 vicinis tuis Maſſilienſibus ſua reddis. hæc armis, quæ, quàm firma habeamus, ignoro, reſtitui fortaſſe poſſunt, auctoritate non poſſunt.

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

x ad *alii*. EPISTOLA brevis, quæ poſtea x à te ſcripta eſt, ſanè mihi fuit jucunda, de Bruti ad Antonium, & de

relictum fuerat a quibusdam, qui Cæſaris partes fovebant; quod intellexerat ab Attico, qui adhibitus fuerat ad obſignanda eorum teſtamenta. eo ergo beneficio cum illis obſtrictus eſſet, non poterat illos in hiſtoriis non laudare, niſi omnino ingratus videri vellet. *Boſius.*

83. *Nec me hercule Rauduſculus movet.*] Veteres codices *me Raudvſculum movet.* prorſus incertum eſt quid intelligat: ſemper de hac re breviter & obſcurè loquitur: diximus quædam de hac voce lib. IV. harum epiſtolarum in illo loco: *Nam de Rauduſculo* [Greek, illegible] *&c.* nihil aliud adhuc habemus, quod hoc negotium aperiat & explanet. *Victorius.*

84. *Et omni ope atque operâ enitar.*] Melius Balliol. *Ut omni ope atque opere enitar.* forte perperam repetitum eſt *e*, ut Cicero ſcripſerit: *Ut omni ope atque opere niti.* ſic alibi dixit *ſummo opere niti.* Grævius.

85. *Vicinis tuis.*] Nam Attica, unde dictus eſt Atticus, & Phocis, unde profecti ſunt Maſſilienſes, ſunt vicinæ, vel vicinis alicui tuo prædio, quamvis ea de re nihil legerimus. *Corrad.* *Maſſilienſibus.*] Vicinos Attici vocat Maſſilienſes, non quòd Atticus prædia haberet prope Maſſiliam, ſed quòd illis agri eſſent in Epiro finitimi prædiis Attici. eos vero Cæſar militibus aſſignarat. *Boſius.* Perperam confundit Corradus Phocenſes cum Phocæenſibus æque ut Manutius. Maſſilienſes vicini dicuntur Attici, vel quòd Atticus prædium aliquod in Allobrogibus aut Gallia propter Maſſilienſium fines poſſideret, vel, quod magis puto, quòd Maſſi-

de ejuſdem ad te litteris. poſſe videntur eſſe meliora quàm adhuc [y] fuerunt. ſed nobis ubi ſimus, & quò nos conferamus, providendum eſt. ô mirificum Dolabellam meum! jam enim dico meum; antea, crede mihi, ſubdubitabam. [86] magnam ἀναθεώρησιν res habet: [87] de ſaxo; in crucem; columnam tollere; locum illum ſternendum locare. quid quæris? heroica. [88] ſuſtuliſſe mihi videtur ſimulationem deſiderii, adhuc quæ ſerpebat in dies; & inveterata, verebar, ne periculoſa noſtris tyrannoctonis eſſet. nunc prorſus aſſentior tuis litteris ſperoque meliora: quamquam iſtos ferre non poſſum: qui, dum ſe pacem velle ſimulant, acta nefaria defendunt. ſed non poſſunt omnia ſimul. incipit res meliùs ire quàm putaram. nec verò diſcedam, niſi cùm tu me id honeſtè putabis facere poſſe. Bruto certè meo nullo loco deero: idque, etiam ſi mihi cum illo nihil fuiſſet, facerem propter ejus ſingularem incredibilemque virtutem. Piliæ noſtræ villam totam, quæque in villa ſunt, trado, in Pompejanum ipſe proficiſcens kalend. Majis. quàm velim Bruto perſuadeas, ut Asturæ ſit.

[y] fuerint alii. P. CCXXXI.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

QUINTO non. conſcendens ab hortis Cluvianis in phaſelum [z] epicopum has dedi litteras, cùm Piliæ noſtræ

[z] epiſcopum alii.

...lienſium legati in vicinia ædium Attici in urbe verſarentur, & domum conductam haberent. *J. F. Gronov.*

86. *Magnam ἀναθεώρησιν.*] Magnam & præclaram rem geſſit Dolabella; quod eos, qui Cæſari columnam in foro erexerant, liberos quidem homines de ſaxo Capitolino præcipitaverit, ſervos in crucem egerit. Qua de re Philip. 1. ad Caſſium ep. 1. Suetonius & alii. *Popma.* Ἀναθεώρησις eſt diligens rei & omnis ejus circumſtantiarum contemplatio. Sic accipe apud Plutarchum: Πολλὴν ἀπὸ βραχείας λέξεως ἀναθεώρησιν. *Caſaub.*

87. *De ſaxo, in crucem.*] Ant. Auguſtinus, *de Saxo vel cruce*, rectius: quam infra dixit, *propoſita cruce vel Saxo. Cruce*, in quam tollatur, *ſaxo*, de quo dejiciatur. *Urſin.*

88. *Suſtuliſſe mihi videtur ſimulationem deſiderii.*] Plebs enim ſimulabat ſe iſtu facere deſiderio Cæſaris occiſi, cum interim perturbationem reip. & direptionem urbis moliretur. Quam ſimulationem deſiderii vocat *infinitum malum* Philip. 1. & *malum urbanum* ep.

noſtræ villam ad Lucrinum [89] villicosque procuratores tradidiſſem. ipſe autem eo die in [90] Pæti noſtri tyrotarichum imminebam; perpaucis diebus in Pompejanum: poſt in hæc Puteolana, & Cumana regna [a] renavigaro. [91] ô loca ceteroqui valde expetenda, interpellantium autem multitudine pæne fugienda! Sed ad rem ut veniam, ô Dolabellæ noſtri magnam ἀριςείαν! quanta eſt ἀναθεώρησις; equidem laudare eum & hortari non deſiſto. rectè tu omnibus epiſtolis ſignificas, quid de re, quid de viro ſentias. mihi quidem videtur Brutus noſter jam vel [92] coronam auream per forum ferre poſſe. [93] quis

[a] ita Boſ. alii renavigare.

ep. 1. ad Caſſium. *Popma.* Recte Popma. Non enim hæc pertinent ad Dolabellam ſed ad plebem, ſub ſpecie deſiderii ſimulati novas res molientem, quod oſtendunt ſequentia: *quæ ſerpebat indies.* Non enim hæc intelligi poſſunt de Dolabella. *Grævius.*

89. *Villicosque procuratores tradidiſſem.*] Pignorius accurate illo ſuo commentario, de Servis, emendandum putat, *Villicosque & procuratores.* Cleric.

90. *In Pæti noſtri tyrotarichum.*] Cogitabam eo die cœnare apud Papyrium Pœtum, qui me patina tyrotarichi accipere ſolitus eſt; qua de re ita in epiſtola ad eundem Pœtum lib. IX. *Quem tu mihi Pompilium? quem denarium narras? quam tyrotarichi patinam?* Cujus loci ſenſum puto eſſe; Quem tu mihi Pompilium ruſticum apud te cœnare? quem denarium in ſumptum facere narras? quam tyrotarichi patinam convivis ponere. Eſt autem *Tyrotarichus* obſonium vile & ruſticorum, quod caſeo & ſalſamentis conſtabat. *Popma.*

91. *O loca ceteroqui valde expetenda.*] Balliol. Helmſt. & edd. vett. *o loca cetera, quam valde expetenda.* quam lectionem cur repudiarint poſteriores editores, niſi meliores libri id ſuaſerint, cauſſam nullam video. Male quidem diſtinguitur in editis. Vereorque præterea ne gloſſa contaminarit hunc locum. Sic autem videtur Cicero reliquiſſe. *o loca cetera quam expetenda.* *Cetera* non jungendum cum τὸ *loca*, ut faciunt editores, ſed *cetera* eſt, ut vulgo loquuntur, *quoad cetera.* Liv. lib. I. *Ergo virum cetera egregium ſecuta.* Idem: *Proximum regnum cetera egregium, ab una parte haud ſatis proſperum.* Horat.

Excepto quod non ſimul eſſes cetera lætus.

ſic & *ceterum.* In lib. II. ad Q. Fr. ep. 18. *Ego me in Cumano & Pompejano, præterquam quod ſine te, ceterum ſatis commode oblectabam.* Porro *loca quàm expetenda* ſunt valde expetenda. vide quæ notavi ad epiſtolam 9. hujus libri. Non tamen nego *quàm* interdum cum *valde* jungi, licet frequentius poſtponatur. Brutus ad Cicer. *Valde quàm paucos habet.* Grævius.

92. *Coronam auream per forum ferre poſſe.*] Quam qui ferunt, quamvis tuti videantur, neceſſe eſt tamen a latronibus timeant: vel quod ſit dignus triumpho, quo decreto, aurum etiam corona-

93 quis enim audeat laudare, propoſita cruce [b]aut faxo? præſertim tantis plauſibus, tanta approbatione infimorum? Nunc, mi Attice, me fac ut expedias. cupio, cùm Bruto noſtro affatim ſatisfecerim, excurrere in Græciam. magni intereſt Ciceronis, vel mea potiùs, vel mehercule utriusque, me intervenire diſcenti. nam epiſtola Leonidæ, quam ad me miſiſti, quid habet, quæſo, in quo magnopere lætemur? numquam ille mihi ſatis laudari videbitur, cùm ita laudabitur; *Quomodo nunc eſt.* non eſt fidentis hoc teſtimonium, ſed potiùs timentis. 94 Herodi autem mandaram, ut mihi *κατὰ μίτον* ſcriberet: à quo adhuc nulla littera eſt. vereor, ne nihil habuerit, quod mihi, cùm [c]cognoſſem, jucundum

[b] *alii* vel.

P. B.

[c] cognoſcerem *MS.*

narium decernitur. orat. in Piſ. & aureæ erant triumphales coronæ. Gell. lib. v. c. 6. niſi quis malit ad ludos referre, quos & faciebant & ſpectabant coronati. & ludi Bruti his temporibus inſtabant ep. 4. lib. XVI. *Corrad.* Vera eſt explicatio hujus loci, quæ medium locum tenet. ceteræ ſunt ineptæ. Dignus eſt, inquit, Brutus, qui triumphali corona, propter cædem tyranni, ornatus incedat publice. *Gravius.*

93. *Quis enim audeat violare, propoſita cruce aut ſaxo.*] Hæc eſt recepta lectio, quam vetere meliorem judicavimus: illa autem *laudare* habet: quod etiam Germani reperiſſe in antiquo codice videntur: adnotant enim eam in ſui libri margine. vitioſos igitur hac parte omnes antiquos puto. *Victorius.* Videtur utrumque delendum, ut ſit oratio conciſa. *Quis enim audeat* ſc. morari Brutum, aut ei moleſtus eſſe, cum ſciat, ſi id fecerit, fore, ut homo ſervus tollatur in crucem, liber ſaxo Tarpejo ſaliat. *J. F. Gronov.*

94. *Herodi autem mandatum ut mihi κτειμμάτων ſcriberet.*] Hæc eſt vulgata lectio. Antiqua autem, *mandaram ut mihi* ΚΑΤΑΜΙΤΩΝ. omitto quemadmodum alii emendarint; qui veteribus libris aut non inſpectis aut neglectis eam, quam huic ſententiæ lectionem quadrare arbitrati ſunt, reſtituerunt: multi enim in hoc laborarunt. omnes autem has turbas difficultatesque peperiſſe judicamus unius litteræ perverſionem: ſi enim ο parvum in poſtrema ſyllaba, & non magnum, ut perperam factum eſt, poſitum fuiſſet, omne mendum abfuiſſet, & eadem ſententia ex veris Ciceronis verbis elici potuiſſet. *κατὰ μίτον* autem [illegible] ſignificat, quaſi filatim: *μίτον* enim filum. Adducit Varinus in magno illo ſuo Lexico Pherecratem, qui ita locutus ſit, *κατὰ μίτον τὰ πράγματα ἐκλογίζομαι.* Hoc pacto conſervatur priſcorum exemplariorum autoritas. nam etiam Germanica ΚΑΤΑΜΙΤΩΝ habere certum eſt: illi enim ita in margine codicis, quem excuderunt, adnotarunt: & ſenſus præclare convenit, & cum multorum judicio concordat, qui aut *κατὰ λεπτὸν*, aut ſimili quopiam modo, non incommodè, ſi ſententiam tantùm ſpectes, emendabant. *Victorius.*

95. *Nec*

dum putaret fore. Quòd ad Xenonem ſcripſiſti valde mihi gratum eſt. nihil enim deeſſe Ciceroni, cùm ad officium, tum ad exiſtimationem meam pertinet. Flammam Flaminium audio Romæ eſſe. ad eum ſcripſi, me tibi mandaſſe per litteras, ut de Montani negotio cum eo loquerere: & velim cures epiſtolam, quam ad eum miſi, reddendam; & ipſe, quod commodo tuo fiat, cum eo colloquare. puto, ſi quid in homine pudoris eſt, præſtaturum eum, [95] ne pro ſe quodam modo dependatur. De Attica pergratum mihi feciſti, quòd curaſti, [d] ut ante ſcirem rectè eſſe quàm non bellè fuiſſe.

d ut *deeſt in edd. vett.*

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

[96] IN Pompejanum veni v. nonas Maj. cùm pridie, ut antea ad te ſcripſi, Piliam in Cumano collocaviſſem.

95. *Nec ſero quodammodo dependatur.*] Ea eſt omnino in antiquioribus, quos vidimus, codicibus lectio, ut modica immutatione *ne pro ſe quodammodo* caſtigari poſſit: quod fecimus vulgatæ perverſione & maculis offenſi: unius enim tantùm litteræ ſeriem permutavimus: & ita hanc meliorem, niſi fallor, & ſinceriorem lectionem confecimus. *Victorius.* In Balliol. & Helmſt. iſta litter[a] quam in ſuis codicibus deſiderari queritur Victorius, invenitur, quamvis & ipſa perverſe ſcripta ſit. in iis enim pro *ſerò* legitur *ſpero*. Grævius.

96. *In Pompejanum veni v. Kal. Maji.*] Si vel Kal. Maji profectus ep. 17. h. l. vel v. Non. Maji conſcendit, ep. ſup. non potuit in Pompejanum venire v. Kal. Maji, quoniam dies hæc multo eſt illis ſuperior. Quare non vereor, quin legendum ſit, v. Non. Maji, ut quo die conſcendit, eodem in Pompejanum venerit. vel utrobique legatur: VI. *Non. Maji*, ut paulo poſt, pridie, recte ſi[t] poſitum. *Corrad.* *In Pompejanum veni, v. K. Maji.*] Recte ratiocinatur Conradus, v. *Non.* eſſe reponendum. Nam ſi v. No[n.] conſcendit, ut proxima ſuperiore epiſtola ſcribitur, in Pompejanum profecto v. K. Maji venire non potuit, cum hic dies il[lis] antiquior ſit. Sed & veteres libri, in quibus Antonianus, v. No[n.] habent: ut quo die ex hortis Cluvianis profectus eſt, eodem i[n] Pompejanum transmiſerit, pranſus fortaſſe apud Paetum, aut ill[o] certe prætereundo. Sed emergit difficultas ex verbis, quæ ſunt ſcripta ſupra, in epiſtola ab hac tertia, hujus generis: *Piliæ noſtræ villam totam, quæque in illa ſunt, trado, in Pompejanum ipſe proficiſcens K. Mai.* Si enim v. Non. conſcendit, pridie Kalendæ eſſ[e]

nom

ſem. ibi mihi cænanti litteræ tuæ ſunt redditæ, quas dederas Demetrio liberto prid. kal. in quibus multa ſapienter, ſed tamen talia, quemadmodum tute ſcribebas, ut omne conſilium in fortuna poſitum videretur. itaque his de rebus 97 ex tempore & coram. De Buthrotio negotio, utinam quidem Antonium conveniam! P.CCXXXII. multùm profectò proficiam. ſed non arbitrantur eum à Capua declinaturum. quò quidem, metuo, ne magno reipublicæ malo venerit. quod idem L. Cæſari videbatur, quem pridie Neapoli affectum graviter videram. quamobrem iſta nobis ad kal. Jun. tractanda & perficienda ſunt. ſed hactenus. Q. filius ad patrem acerbiſſimas litteras miſit: quæ ſunt ei redditæ, cùm veniſſemus in Pompejanum: quarum tamen erat caput, Aquilliam novercam non eſſe laturum. ſed hoc tolerabile fortaſſe; illud verò, ſe ab Cæſare habuiſſe omnia, nil à patre, reliqua ſperare ab Antonio. ô perditum hominem! ſed μελήσει. Ad Brutum noſtrum, ad Caſſium, ad Dolabellam epiſtolas ſcripſi. earum exempla tibi miſi, non ut deliberarem reddendæne eſſent, (planè enim judico eſſe reddendas) ſed quòd non dubito, quin tu idem exiſtimaturus ſis. Ciceroni meo, mi Attice, ſuppeditabis quantum videbitur, meque hoc tibi onus imponere patiere. quæ adhuc feciſti mihi ſunt gratiſſima. Librum meum illum ἀνέκδοτον nondum, ut volui, perpolivi. iſta verò, quæ tu contexi vis, aliud quoddam ſeparatum volumen exſpectant. ego autem (credas mihi velim) minore periculo exiſtimo contra illas nefarias partes, vivo tyranno, dici potuiſſe quàm mortuo: ille enim neſcio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter. nunc, quacumque nos commovimus, ad Cæſa-

ris

non potuerunt, ſive ex inſtitutione Numæ Nonæ numerentur, ſive Cæſaris. Solvi poteſt hic nodus, quia ſi quis ea verba diligenter attendat, intelliget M. Tullium, non tam eo die profectum, quàm proficiſci in animo habuiſſe: quod tamen biduo poſt facit. Quod, ſi cui dubium ſit, an utro atque eodem die, & ex Cumano ſolvi, & in Pompejanum poſſit appelli, is ſciat, curſum adeo eſſe brevem, ut paucis horis confici poſſit. Sunt enim hæc loca in eodem ſinu. *Maleſp.*

97. *Ex tempore & coram.*] *Ex tempore* hic ſignificat pro temporis ratione. Sic lib. IX. ep. 2. *Cum ſciemus tum ex re & ex tempore conſilium capiemus.* Officiorum III. *In quibus ex tempore officium quæritur.* Popma.

98. *Etſi*

ris non modò acta, verùm etiam cogitata revocamur. De Montano, quoniam Flamma venit, videbis. puto rem meliore loco eſſe debere.

P. B.

CICERO DOLABELLÆ COS. SUO S.

98 ETSI *contentus eram, mi Dolabella, tuâ gloriâ, ſatisque ex ea magnam lætitiam voluptatemque capiebam; tamen non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgo hominum opinio ſocium me adſcribat tuis laudibus.* 99 *neminem conveni; convenio autem quotidie plurimos: ſunt enim permulti optimi viri,* 1 *qui, valitudinis cauſâ, in* [e] *his locis conveniunt; præterea*

e *hac loca.* alii.

98. *Etſi contentus eritm.*] Gratulatur Dolabellæ, quod columnam, ab infima plebe erectam Cæſari mortuo, evertiſſet, perditis hominibus, qui eam erexerant, in crucem actis, vel de rupe Tarpeja dejectis. qua de re vide ep. 15. & 16. & Fam. ep. 2. lib. XI. & 1. lib. XII. Suet. in Julio, & Lactantium lib. 1. cap. 15. *P. Manut.*

99. *Neminem conveni.*] Pendet hic ſenſus, & nihil ſequitur, quod conveniat his verbis *neminem conveni.* Sententia enim poſtulabat, ut verba ſequentia ſic ſe haberent: *neminem conveni, (conveni autem plurimos, &c.) qui non, cum te ſummis laudibus in cælum extuliſſet, mihi continuo maximas egerit gratias.* Huic, ut rebantur, incommodo ut mederentur editores, veterum librorum ſcripturam interpolarunt, & ultima ſic refinxerunt: *Neminem conveni, (conveni autem plurimos) quin omnes, &c. mihi continuo maximas gratias agunt.* Sed ne ſic quidem ad conſuetudinem vulgarem Latine loquentium hæc oratio eſt accommodata. Male receditur a ſcriptis codicibus. Nam apud veteres inveniuntur tales orationes nonnunquam, in quibus ſenſus ſuspenditur, nihilque reperitur, quod verbis in initio poſitis poſt inſertam longiorem parentheſin reſpondeat, ita ut a vulgata conſuetudine longius abeant. ſuperius in lib. IX. ep. 5. *Ego igitur, ſi quis apud Homerum, cum ei & mater & dea dixiſſet, αὐτίκα γάρ τοι, &c. ego vero hac officia mercanda vitâ puto.* Vides nihil ſequi *ego igitur* quod ſententiam efficiat, ſed interjectis aliquot verſibus, perinde ac ſi illa verba non exſtarent, Tullium ſcribere, *ego vero hæc officia.* Juſtinus XII, 14. *Auctor inſidiarum Antipater fuit, qui cum cariſſimos amicos ejus interfectos videret, Alexandrum Lynciſtum generum ſuum occiſum,* & quæ ſequuntur plura, quæ tamen non ſignificant, quid fecerit Antipater, *cum cariſſimos amicos ejus interfectos videret.* Multis interſertis tandem nulla habita iſtorum verborum ratione, *igitur,* inquit, *ad occupandum regem, Caſſandrum filium dato veneno ſubornat.* Sunt & alia apud ſcriptores optimos talium pendentium ſententiarum exempla. *Grævius.*

1. *Qui valetudinis cauſa in hac loca veniant.*] In libro etiam

M.

ea ex municipiis frequentes neceſſarii mei; qui omnes, cùm te ſummis laudibus ad cælum extulerunt, mihi continuè maximas gratias agunt. negant enim ſe dubitare, quin

M. Varronem hæc & lepida & gravis epiſtola ad Dolabellam Coſ. incluſa eſt: ex diſſimillimo enim genere conflata eſt: nam & jocatur cum eo familiariſſime, & acutiſſimis ſtimulis ad virtutem & dignitatem cohortatur. Primis autem ejus verſibus non parva varietas eſt in ea, quam ad Dolabellam ſcripſit, & in hac, quod ejus exemplum eſt ad Atticum miſſum, ut ipſe quoque legeret. neutram mihi placuit lectionem repudiare: nam utraque à me in veterrimis & probatiſſimis exemplaribus inventa eſt, & utramque elegantem & ſplendidam puto, & quæ magis verbis quàm ſententiâ diſcrepent. Cur autem hujus magis libri teſtimonio quàm illius fidem haberem? cum utrumque fidelem expertus ſim & utrumque etiam, etſi rarius, tamen quandoque fallere. Res omnino non magni eſt momenti: ne tamen aliquis hoc negligentiâ à nobis commiſſum exiſtimaret, hoc narraſſe volui. locus ipſe de quo loquimur, ne nunc longiores nulla neceſſitate ſimus, eas inter ſe conferentibus patebit. *Victorius.* Faërni liber, Poggii, Antonianus, Romanus, reliqui, *In his locis.* In quo conſentiunt cum libris Petri Victorii. Qui *in hæc loca* excuderunt, ii mihi videntur hunc locum, ad exemplar ejus, quæ eſt in libro epiſtolarum ad Varronem, quaſi ad regulam revocaſſe. quos ego, cum utraque Latina atque elegans ſit, nec facile dijudicari poſſit utra verior, non ſane laudo. Quid ſi neutra falſa ſit? Si enim hæc ad Atticum miſſa, exemplum eſt; quid cauſſæ eſt in exſcribendo, cur non aliquid vel deditâ operâ, vel caſu, dum totas περιοχὰς perſequitur, mutare potuerit, quod idem valeat? ita ut, cum duo remanſerint quaſi exemplaria, unum domi retentum, alterum ad Atticum miſſum, exemplar quod eſt in libro ad Varronem, ab uno exceptum fuerit, hoc ab altero? Quod ſiquis mihi objiciat, ſcribarum illud munus exſcribendi fuiſſe: dicimus, tum nos illorum ſcripturam, quamvis elegantiſſimam, repudiaturos, cùm perſpectum habuerimus, utrum exempla ſint, an vero exemplum. Uſos vero hac ipſa communium præpoſitionum licentia antiquos eſſe paſſim, & in eorum ſcriptis animadvertimus, & Servius Honoratus in eo Virgilii Æneid. lib. primo: *Rapuitque in fomite flammam,* notavit, hæc quoque ex Cicerone adducens: *Quod ille in capite ab hoſtium duce acceperat.* Et ex Verrina III. *Etſi fortes fueritis in eo, quem nemo ſit auſus defendere &c.* Verum hæc defendi fortaſſe quoquo modo poſſint; illa non item, quæ ſunt in lib. de Natura Deorum talia: *Multas præterea belluas in Deorum numero reponas.* Et eodem libro a caſu in caſum tranſiens ſub uno verbo: *Nec vero hoc in te uno convenit, domeſticis moribus ac noſtrorum hominum urbanitate limato; ſed cùm in reliquos veſtros, tum in eum maxime, qui iſta peperit, hominem ſine arte, ſine litteris inſultantem in omnes; ſine acumine ullo, ſine auctoritate, ſine lepore.* Qua ratione & Terentius, *Coivimus in Piræo.* Malaſp.

quin tu, meis præceptis & conſiliis obtemperans, præſtantiſſimum te civem & ſingularem conſulem præbeas. quibus ego quamquam veriſſimè [f] poſſum reſpondere, [g] quæ facias, [h] tuo judicio & tua ſponte facere, nec cujusquam egere conſilio: tamen neque planè aſſentior, ne imminuam tuam laudem, ſi omnis à meis conſiliis profecta videatur, neque valde nego. ſum enim avidior, etiam quàm ſatis eſt, gloriæ. & tamen non alienum eſt dignitate tua, quod ipſi Agamemnoni, regum regi, fuit honeſtum, habere aliquem in conſiliis capiendis Neſtorem. mihi verò glorioſum, te juvenem conſulem florere laudibus, quaſi alumnum diſciplinæ meæ. L. quidem Cæſar, cùm ad eum ægrotum Neapolim veniſſem, quamquam erat oppreſſus totius corporis doloribus; tamen ante, quàm me planè [i] ſalutavit, ô mi Cicero, inquit, gratulor tibi, cùm tantum vales apud Dolabellam, quantum ſi ego apud [2] ſororis filium valerem, jam ſalvi eſſe poſſemus. Dolabellæ verò tuo & gratulor & gratias ago: quem quidem, poſt te conſulem, ſolum [k] poſſum verè conſulem dicere. dein multa de facto ac de re geſta. tum nihil magnificentius, nihil præclarius actum umquam, nihil reipublicæ ſalutarius: atque hæc una vox omnium eſt. A te autem peto, uti me hanc quaſi falſam hereditatem alienæ gloriæ ſinas cernere; meque aliqua ex parte in ſocietatem tuarum laudum venire patiare. quamquam, mi Dolabella, (hæc enim jocatus ſum) libentiùs [l] omnes meas, ſi modò ſunt aliquæ meæ laudes, ad te [m] transfuderim; quàm aliquam partem exhauſerim ex tuis. [3] nam cùm te ſemper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuiſti; tùm his tuis factis ſic incenſus ſum, ut nihil umquam in amore [n] fuerit ardentius. Nihil eſt enim, mihi crede, virtute formoſius, nihil pulchrius, nihil amabilius. ſemper amavi, ut ſcis, M. Brutum, propter ejus ſummum ingenium, ſuaviſſimos mores, ſingularem probitatem atque conſtantiam: tamen idibus Mart. tantum acceſſit ad amorem, ut mirarer locum fuiſſe augendi in eo, quod mihi jampridem cumulatum etiam videbatur. quis erat, qui putaret ad eum ame-

f *poſſim* alii.
g *te quæ* alii.
h *te tuo* alii.
i *ſalutaret* MS.
Pag. CCXXXIII.
k *poſſumus* alii.
l *omnis* Cleric.
m *transtulerim* MSS. *transferam.* alius MS.
n *me fuerit* edd. quæd.

2. *Sororis filium.*] M. Antonium, collegam Dolabellæ in conſulatu; cujus mater L. Cæſarem, fratrem ſuum, proſcriptum poſteà ſervavit. App. lib. IV. de Bel. Civ. *P. Manut.*

3. *Nam tum te ſemper tantum dilexerim.*] *Dilexi* Faërnus. *Urſin.*

4. O

amorem, quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere? tantum acceſſit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexiſſe. Quare quid eſt, quòd ego te horter, ut dignitati & gloriæ ſervias? °proponam tibi claros viros, quod facere ſolent, qui hortantur? neminem habeo clariorem quàm te ipſum. te imitere oportet, tecum ipſe certes. P ne licet quidem tibi jam, tantis rebus geſtis, non tui ſimilem eſſe. quod cùm ita ſit, hortatio non eſt neceſſaria; gratulatione magis utendum eſt. contigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, ut ſumma ſeveritas animadverſionis non modò non invidioſa, ſed etiam popularis eſſet, & cùm bonis omnibus, tum infimo cuique gratiſſima. Hoc ſi tibi fortunâ quâdam contigiſſet, gratularer felicitati tuæ: ſed contigit magnitudine cùm animi, tum etiam ingenii atque conſilii. legi enim concionem tuam. nihil illâ ſapientius. ita pedetentim q tum acceſſus à te ad cauſam facti; tum receſſus, ut res ipſa maturitatem tibi animadvertendi omnium r conceſſu daret. Liberaſti igitur & urbem periculo, & civitatem metu: neque ſolùm ad tempus maximam utilitatem attuliſti, ſed etiam ad exemplum. quo facto, intelligere debes, in te poſitam eſſe rempublicam, tibique non modò tuendos, ſed etiam ornandos illos viros, à quibus initium libertatis profectum eſt. Sed his de rebus coram plura propediem, ut ſpero. Tu, quoniam rempublicam noſque conſervas, fac, ut diligentiſſimè te ipſum, mi Dolabella, cuſtodias.

o *proponas* alii.

p *nec* alii, aut *non*.

P. B.

q alii addunt *&* *gradatim*.

r *conſenſu* alii.

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

SÆPIUS me jam agitas, quòd rem geſtam Dolabellæ nimis in cælum videar efferre. ego autem, quamquam ſanè probo factum, tamen ut s tanto opere laudatem adductus ſum tuis unis & alteris litteris. ſed totum ſe à te abalienavit Dolabella, ea de cauſa, quâ me quoque ſibi inimiciſſimum reddidit. t ô hominem pudenden-

s *tantopere* alii.

O hominem impudentem.] Veteres libri, *pudentem*: quod *εἰρωνικῶς* dictum eſſe oportet. nam quod & Opem ab eo petierit, dixit, alludit ad ingentem illam vim pecuniæ publicæ, quam Conſules diripuerunt ex æde Opis, de qua in Philippicis his verbis: *Scelerum*

dentem! kal. Jan. debuit; adhuc non ſolvit, præſertim cùm ſe maximo ære alieno [5] Faberii manu liberarit, [6] & Opem ab eo petierit. licet enim jocari, ne me valde conturbatum putes. atque ego ad eum IIX. idus litteras dederam bene manè: eodem autem die tuas litteras veſperi acceperam in Pompejano, ſanè celeriter, tertio abs te die. ſed, ut ad te eo ipſo die ſcripſeram, ſatis aculeatas ad Dolabellam litteras dedi: quæ ſi nihil profecerint, puto fore, ut me præſentem non ſuſtineat. Albianum te confeciſſe arbitror. De [t] Patulciano nomi-

Pag. CCXXXIV.

t Petulc. alii.

rum magnitudo, conſcientia maleficiorum, direptio ejus pecuniæ, cujus ratio in æde Opis confecta eſt, hanc tertiam decuriam excogitavit. ſed & aliis quibusdam locis hanc rem tangit. *Victorius.*

5. *Taberii manu.*] Ita reſcripſi pro *Faberii:* quod nomen frequens in his epiſtolis librarios induxit, ut illud hic quoque reponerent, loco *Taberii.* ſic enim Appianus nominat ſcribam Cæſaris, cujus manu Antonius abutebatur, & pro lubitu mutabat aut addebat in Cæſaris Commentariis: qua occaſione Dolabella magnam partem ejus pecuniæ, quam Cæſar in templo Opis cuſtodiæ cauſâ depoſuerat, accepit, quaſi a Cæſare ipſi adſcriptam & attributam: cum tamen id Antonius manu Taberii ſcribæ effeciſſet, quo collegam, magno ære alieno oppreſſum, ſibi obnoxium fidumque faceret. Hinc jocus Ciceronis, Dolabellam ſe maximo ære alieno Taberii manu liberaſſe, & Opem ab eo petiiſſe. Meminit ep. 14. lib. XVI. Philip. I, 2, & 8. Vellejus lib. II. & Appianus lib. III. apud quem Antonius in ſermone habito cum Octavio diluens iſtius pecuniæ diſſipationem, dicit eam tanquam bona tyranni diviſam eſſe in magiſtratus & poteſtates, excepto Dolabella & fratribus ſuis, quaſi illis a Cæſare fuiſſet aſſignata. *Popma.*

6. *Et opem ab eo petierit.*] Alludit ad ingentem illam vim pecuniæ, quam, a Cæſare de Pompejanorum bonis redactam, & ad ædem Opis cuſtodiæ cauſſâ poſitam, Antonius diripuit, poſteaque ſe diſtribuiſſe dixit e Cæſaris libellis, uſus in eo Faberii manu. Philippica II. Maximo te, inquit, ære alieno ad ædem Opis liberaſti: per easdemque tabulas innumerabilem pecuniam diſſipaviſti. Eâ igitur pecuniâ emptus ab Antonio Dolabella, gravi ſe alieno ære liberavit. ep. 14. lib. XVI. *Dolabella*, inquit, *cum remp. me auctore defendere cœpiſſet, non modo eam deſeruit emptus pecunia, ſed etiam, quantum in ipſo fuit, evertit.* Et oratione prima in Antonium: *Per deos immortales: te enim intuens, Dolabella, qui mihi cariſſimus es; non poſſum de utriusque veſtrûm errore reticere. credo enim, vos homines nobiles, magna quadam ſpectantes, non pecuniam, ut quidam nimis creduli ſuſpicantur, ſed caritatem civium & gloriam concupiſſe.* Et Paterculus Hiſtoriæ ſuæ lib. II. *Septies millies H-S. depoſitum à C. Cæſare ad ædem Opis, occupatum ab Antonio, corruptis ejusdem commentariis; atque omnia pretio temperata, vendente remp. conſule.* lib. IIX. *P. Manut.*

7. Sup-

mine, quòd mihi 7 ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt & ſimile tuorum omnium. ſed ego 8 Erotem ad iſta expedienda factum mihi videbar reliquiſſe: cujus non ſine magna culpa v vacillarunt.. ſed cum ipſo videro. De Montano, ut ſæpe ad te ſcripſi, erit tibi tota res curæ. Servius proficiſcens, quòd deſperanter tecum locutus eſt, minimè miror; neque ei quidquam in deſperatione concedo. Brutus noſter, ſingularis vir, ſi in ſenatum non eſt kal. Juniis venturus, quid facturus ſit in foro neſcio. ſed hoc ipſe meliùs. Ego ex his, quæ parari video, non multum idibus Martiis profectum judico, itaque de Græcia quotidie magis & magis cogito. nec enim Bruto meo exilium, ut ſcribis ipſe, meditanti, video quid prodeſſe poſſim. Leonidæ me litteræ non ſatis delectarunt. De Herode tibi aſſentior. x Saufeji legiſſe vellem. Ego ex Pompejano VI. idus Maj. cogitabam.

v vacillatum *alii.*

x Saufejum *alii.*

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

9 NON. Maj. cùm eſſem in Pompejano, accepi binas à te litteras, alteras ſexto die, alteras quarto. ad ſu-

7. *Suppeditatus es.*] Legendum putat Montagnanus, *ſuppetiatus es*; ſed prius retinet Junius. Lambinus dicit codicem Tornæſianum habere, *ſuſpendiatus eſt*, mendoſè prorſus; ipſe verò legendum fortaſſe conjicit, *quod mihi abs te expeditum eſt:* vel, *quod mihi ſuppeditatum eſt.* Cleric. *Suppeditatus es.*] Participium patiendi cum agendi ſignificatione, *Suppeditatus es* pro ſuppeditaſti: ſicut *Muneratus eſt* lib. VIII. *Deſitus eſt*, ad Pætum; *Communicatus*, *Fluctuatus eſt* pro communicavit, fluctuavit, & alii alia. *Popma.*

8. *Ego Erotem ad iſta.*] Ego Erotem diſpenſatorem meum ad iſta nomina exigenda aptiſſimum & quaſi a natura factum mihi videbar Romæ reliquiſſe: ſed ejus negligentiâ quòd non exegit, ad diem non ſolverunt. Vacillant debitores, qui facultatibus lapſi ſolvendo non ſunt, qua notione in vulgari ſermone hoc verbo utimur de debitoribus ad inopiam redactis, ut ſolutionem præſtare nequeant; aut ad diem non reſpondeant. *Idem.*

9. *Nonis Mai. cum eſſem in Pompejano.*] Lente mihi ac pæne faſtidioſe cogitanti peccatum videtur in ordine epiſtolarum: hancque ſuperiori proximæ proponendam. Argumento utor hoc. Nonis hæc ſcripta eſt: illa VII. Id. data. hoc ex illis verbis cognoſcitur; *Atque ego ad eam* VIII. *Id. litteras dederam bene mane: eodem autem die tuas litteras veſperi acceperam.* Primum enim dicit *De-*

 de-

ſuperiores igitur priùs. Quàm mihi jucundum, opportunè tibi y Barnæum litteras reddidiſſe. Tu verò cùm Caſſio, ut cetera. quàm commodè autem, quod id ipſum, quod me mones, quatriduo ante ad eum ſcripſeram, exemplumque mearum litterarum ad te miſeram. [10] ſed cùm Dolabellæ ἀτιστίᾳ (ſic enim tu ad me ſcripſeras) magna deſperatione affectus eſſem, ecce tibi & Bruti & tuæ litteræ. ille exilium meditari. nos autem [11] alium portum propiorem huic ætati videbamus: in

y Barnæum *alii.*

deram, quo alius ſignificatur ab eo, quo tum ſcriberet, dies: dein ejus litteras veſperi accepiſſe; ut dare quidquam ad ea, niſi poſtridie, vix potuerit. Adde quod ſic litteras concludit: *Ego ex Pompejana* VIII. *Id. Mai. cogitabam:* ut neceſſario ante diem illam datæ fuerint. Scriptæ igitur videntur VII. Id. qui dies poſt Nonas ſit; quod argumento eſt, litteras præpoſtero ordine, ut diximus, collocatas fuiſſe. Verum moleſtiam exhibent, quæ ſunt infra, hac eadem epiſtola: *Ad Dolabellam, quemadmodum tibi dicis placere, ſcripſi diligenter.* Hæc enim innuere videntur, hanc epiſtolam ſcriptam poſt eas litteras fuiſſe, quæ dicuntur ſupra VIII. Id. datæ. ac propterea loco movendam non eſſe. Nos ad hæc, innui quidem datas fatemur eas litteras, ſed negamus ob id ſequi, ut hæc epiſtola poſterius ſcripta ſit. Significat enim ſe Cicero litteras ſcripſiſſe Nonis ipſis, non dediſſe. dedit autem poſtridie, hoc eſt, VIII. Id. Itaque locum ego illum ita interpretor, VIII. *Id. litteras dederam bene mane, quas Non. videlicet exaraveram.* Malaſp.

10. *Sed cum Dolabellæ aritia &c.*] Nos *avaritia* legimus. nam ſuprà queritur Dolabellam nomen quod ſibi debebat nolle diſſolvere: ſæpiusque de hoc negotio loquitur. erat autem hoc avaritiæ. Nam, ne *ariſtia* legas, repugnat, ut arbitror, illud, quòd ſe magna ob eam rem deſperatione affectum eſſe dicit: delectabat enim Ciceronem mirificè, non offendebat ἀριστία Dolabellæ, eamque ille ſummis laudibus in cœlum ferebat: inquit enim: *O Dolabellæ noſtri magnam* ἀριστίαν. *quanta eſt* ἀναθεώρησις. Contrarium igitur eſſet ſententiæ ipſius. *Victor.* *Dolabellæ* ἀτιστίᾳ] Hac voce uſus erat Atticus in ſua epiſtola, cum vellet in Dolabella notare difficultatem vel defectum ſolutionis pecuniæ ejus, quam Ciceroni debebat, ex dote poſt divortium Tulliæ, de qua epiſtola ſuperiori. Eſt autem junctum ex ἀ particula στερητικὴ & verbo τίω, id eſt, ſolvo; ut ἀτικὴς, qui non eſt ſolvendo. Heſychius. *Popma.* Rectius autem alii legunt: *Cum ex Dolabellæ* ἀτιστίᾳ *magna deſperatione affectus eſſem.* Grævius.

11. *Alium portum.*] Mors portus proximus ſenectuti. Etſi enim mors omni ætati eſt communis, tamen ſenectute non poteſt longe abeſſe; ſicut vulgo dicitur, Senes alterum pedem in ſepulchro habere. Bene Cato Senex: *Mors mihi quidem tam jucunda eſt, ut, quo propius ad mortem accedam, quaſi terram videre videar, aliquandoque in portum ex longa navigatione eſſe venturus.* Popma. Ego, inquit Cicero, aliter me expedire cogitabam omittendo, ſi rem-

in quem mallem equidem pervehi florente Bruto noſtro, conſtitutaque republica. ſed nunc quidem, ut ſcribis, non utrum vis. [12] aſſentiris enim mihi, noſtram ætatem à caſtris, præſertim civilibus, abhorrere. Antonius ad me tantum de Clodio reſcripſit, meam lenitatem & clementiam & ſibi eſſe gratam, & mihi voluptati magnæ fore. ſed Panſa furere videtur de Clodio, itemque de Dejotaro; & loquitur ſeverè, ſi velis credere. illud tamen non bellè, ut mihi quidem videtur, quòd factum Dolabellæ vehementer improbat. De coronatis, cùm ſororis tuæ filius à patre accuſatus eſſet, reſcripſit ſe coronam habuiſſe honoris Cæſaris causâ; poſuiſſe luctus gratiâ: poſtremò, ſe libenter vituperationem ſubire, quòd amaret etiam mortuum Cæſarem. Ad Dolabellam, quemadmodum tibi dicis placere, ſcripſi diligenter. [z] ego etiam ad Siccam. tibi hoc oneris non impono. nolo te illum iratum habere. Servii orationem cognoſco: in qua plus timoris video quàm conſilii. ſed quoniam perterriti omnes ſumus, aſſentior Servio. Publilius [13] tecum tricatus eſt. huc enim Cærellia miſſa ab iſtis eſt legata ad me; cui facilè perſuaſi, mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modò non lubere. Antonium ſi videro, accuratè agam de Buthroto. Venio ad recentiores litteras: quamquam de Ser-

P. B.

z ergo *Lamb.*

rempublicam & otium laceſſendo, a quo propius abſunt ſenes quam juvenes. Quod ſane gratius amplecterer, ſi Brutum & ſimiles ejus noſtro loco remp. tenere viderem: ſed nunc quidem, ut ſcribis, non datur utrumvis, non permittitur nobis liberum, Brutum præeſſe malimus, an Antonium. Nam ut bello civili nos committamus, & ob id pugnemus, non negas ætati meæ male convenire. *Propiorem*, ut Livius VIII. 11. *Supplemento vel Latium propius eſſe vel Volſcos quam Romam*, hoc eſt, paratius. *J. F. Gronov.*

12. *Aſſentiris enim mihi, noſtram ætatem à caſtris, præſertim civilibus, abhorrere.*] Boſius ex Cruſell. legit *aſſentiris*: vulg. *aſſentires enim mihi, noſtram ætatem præſertim à caſtris civilibus abhorrere.* Cleric.

13. *Tecum tricatus eſt.*] Ep. 13. lib. XV. urgebat enim Publilius ipſe ep. 2. & 6. lib. XVI. vel hic tricatur, ne ſolvat ep. 34. lib. XIII. ibi urget, ut dos reddatur. qui ſint tricones, Nonius. *Corrad.* Publilius perplexe & involute tecum locutus eſt, nec voluit ſenſum ſuum explicare, quem aperuit Cerellia, miſſa ab ipſo, & matre ac ſorore, ut mecum ageret de reducenda Publilia ep. 34. lib. XIII. & ep. 1. lib. XV. *Popma.*

Servio jam reſcripſi. [14] me facere magnam πρᾶξιν Dolabellæ. mihi mehercule ita videtur, non [a] potuiſſet major tali re taliſque tempore. ſed tamen, quidquid ei tribuo, tribuo ex tuis litteris. tibi verò aſſentior, majorem πρᾶξιν ejus fore, ſi mihi, quod [b] debuit, diſſolverit. Brutus, velim, ſit Aſturæ. Quod autem laudas me, quòd nihil ante de profectione conſtituam, quàm, iſta quò evaſura ſint, videro: muto ſententiam. neque quidquam tamen ante quàm te videro. Atticam meam gratias mihi agere [c] de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam cellamque tradidi; eamque cogitabam v. idus videre. tu Atticæ ſalutem dices. nos Piliam diligenter tuebimur.

[a] *ita Jun. & Grāv. alii* potuiſſe. [b] *alii* debet.

Pag. CCXXXV.

[c] de matre *deeſt in MSS.*

EPISTOLA XX.

CICERO ATTICO S.

[d] E POMPEJANO navi advectus ſum in Luculli noſtri hoſpitium VI. idus horâ ferè III. egreſſus autem [e] è navi accepi tuas litteras, quas tuus tabellarius in Cumanum attuliſſe [f] dicebatur, nonis Maj. datas: à Lucullo poſtridie eâdem fere horâ, quâ veni, VII. idus Lanuvio datas. [15] audi igitur ad omnes. Primùm, quæ de

[d] de *MS.* [e] de *idem MS.* [f] videbatur *MS.*

14. *Me facere magnam.*] Scribis me nimis efferre rem geſtam Dolabellæ poſt necem Cæſaris, id eſt, animadverſionem in homines perditos, quos de ſaxo dejecit, aut in crucem ſuſtulit ep. 15, 18. *Facere magnum* veteres uno verbo dixerunt *Magnificare*; quo utuntur Lucillius, Plautus, Terentius. *Popma.*

15. *Audi igitur.*] Poggii liber, *Aud' igitur*, cum Apoſtrophe, eliſa altera vocali, non incommode, ut in illo Terentiano. *Vos iſtec intr' auferi' abite.* Sed auctor non ſum, ut unius libri teſtimonio ita hic quoque ſcribatur. Puto tamen Latinos non ſane tam crebro quam Græcos, ſed tamen aliquando & ſynalæpha, & colliſione uſos, in vocalium commiſſione: ſed eorum libros in quoddam hominum genus incidiſſe, qui ita ſcripturam corruperint, ut cum a metro diſceſſerimus, neſciamus ubi illi eas adhibuerint. Et quoniam locus non plane videtur recuſare, adſcribam quæ ſuper hac ipſa re in ſua Orthographia Victorinus prodidit, ratus fore non inutilia. Ea vero ſunt hæc: *Præceptum erat antiquorum, ſcribi quidem omnibus litteris oportere: in enuntiando autem quaſdam litteras elidere. In quo & idem ſæpius dicam, bis peccatis: quod aliud ſcribitis, aliud legitis, quam ſcriptum eſt. Quid enim facietis in his, quæ, velitis nolitis, & ſcribenda ſunt & legenda, ut ſcripta*

ſe re mea geſta & in ſolutione & in Albiano negotio grata. De tuo autem Buthroto, cùm in Pompejano eſſem, Miſenum venit Antonius: inde ante diſceſſit quàm illum veniſſe audiſſem: à quo in Samnium. vide, quid ſperes. Romæ igitur de Buthroto. 16 L. Antonii horribilis g concio, Dolabellæ præclara. jam vel ſibi habeat nummos, modò numeret idibus. 17 Tertullæ nollem abortum. tam enim Caſſii ſunt jam, quàm Bruti ſerendi. De regina velim atque etiam 18 de Cæſare

g contentio *alii.*

ſcripta ſunt? Ut exempli cauſſa Exiſtimo, non Exæſtimo: & Conquinat, non Coinquinat, & ſimilia? Eliduntur autem vocales ſingulæ cum duæ concurrerint: ut, *Men' incepto deſiſtere victam? non Mene. Et Ten' inquit miſerande puer. non Tene. T. quoque ex conſonantibus eliditur.* ut: *Poſquam res Aſiæ. non, Poſtquam. M. autem*, ut: *Mult' ille & terris. Vocalis & conſonans*: ut *Non equid' invideo.* ſic Quinctilian. lib. XI. *Nam & vocales frequentiſſime coëunt*: & *conſonantium quædam in ſequente vocali diſſimulantur. utriusque exemplum poſuimus. Mult' ille & terris. Quare, mirandum minime fuerit, ſi Aud' igitur ſcriptum a Cicerone ſit, quemadmodum inveniri diximus in libro Poggii, & quidem cum Apoſtrophe.* Malaſp. Balliol. a Poggii libro non longè abit, in quo ſcribitur: *haud igitur.* Græv.

16. *L. Antonii horribilis contentio.*] Emendavimus *concio*, multis argumentis ad hoc inducti. Poſteriore etiam ſequentis libri epiſtola inquit: *L. Antonium concionatum eſſe cognovi tuis litteris, ut aliis ſordidè.* Ea etiam verba quæ ſequuntur: *Dolabellæ præclara jam &c.* id confirmant. Cum enim hic concionem præclaram intelligat, non dubium quin etiam ſuprà horribilis concio intelligi debeat: nec enim rectè (ut arbitror) præclara contentio appellaretur. Et non multò pòſt hac ipſa epiſtola de Dolabellæ concione loquitur: *Dolabellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio mihi profeciſſe permultum videtur.* Quod autem paulò infrà inquit: *Exſpecto ſi, ut putas, L. Antonius produxit Octavium, qualis concio fuerit*: & hic etiam de concione ſermonem habitum eſſe oſtendit. *Victorius.*

17. *Tertullæ.*] Ep. 11. lib. XV. Tertulla M. Craſſi uxor fuit. Suet. in Cæſ. hic uxor Caſſii videtur: niſi alius Caſſius ſignificetur, vel, ut ego pene cenſeo, legatur: *Tertiæ.* Satis enim conſtat, vel Suet. autore in Cæſ. Tertiam Bruti ſororem fuiſſe, & Bruti ſororem C. Caſſio nupſiſſe: quæ quamvis a Plut. Junia dicatur, in epiſtolis tamen ad M. Brutum, quæ nuper ſunt inventæ, & a Macrob. Tertia vocatur ita, ut quivis intelligere poſſit, Juniam Tertiam fuiſſe appellatam. niſi forte, Junia Tertia Tertulla ſit dicta: vel Tertulla a Tertia blandiendi cauſâ deducta. *Corrad.* *Tertullæ nollem.*] Juniæ Tertiæ uxoris Caſſii, ſororis Bruti, Macrob. lib. II. Saturnal. Sueton. Julio. *Popma.*

18. *De Cæſare illo.*] Omnes in hoc codices conſentire video veteres ac novos: & tamen ſuſpicor aliquid mendi latere: nihil autem

ſare illo. Perſolvi primæ epiſtolæ: venio ad ſecundam. [19]De Quintis Buthroto, cùm venero, ut ſcribis. Quòd Ciceroni ſuppeditas gratum. Quòd errare me putas, qui rempublicam putem pendere [h]è Bruto: ſic ſe res habet. aut nulla erit, aut ab iſto iſtisve ſervabitur. Quòd me hortaris, ut ſcriptam concionem mittam; accipe à me, mi Attice, καθολικὸν θεώρημα earum rerum, in quibus [i]ſatis exercitati ſumus. Nemo umquam neque poëta, neque orator fuit, qui quemquam meliorem quàm ſe arbitraretur. hoc etiam malis [k]contingit. quid tu Bruto putas, & ingenioſo, & erudito? de quo etiam experti ſumus nuper in edicto. ſcripſeram rogatu tuo. meum mihi placebat, illi ſuum. quin etiam, cùm, ipſius precibus pænè adductus, ſcripſiſſem ad eum de optimo genere dicendi, non modò mihi, ſed etiam tibi ſcripſit, ſibi illud, quod mihi placeret, non probari. quare ſine quæſo ſibi quemque ſcribere. [20]*ſuam cuique ſponſam, mihi meam; ſuum cuique amorem, mihi meum.* non ſcitè. hoc enim Attilius, poëta duriſſimus. atque utinam liceat iſti concionari! cui ſi eſſe in urbe tuto licebit, vicimus. ducem enim novi belli civilis aut nemo ſequetur, aut ii ſequentur, qui facilè vincantur. Venio ad tertiam. Gratas fuiſſe meas litteras Bruto & Caſſio gaudeo. itaque iis reſcripſi. Quòd Hirtium per me meliorem fieri volunt: do equidem operam; & ille optimè loquitur;

h in MS.

i ſatis deeſt in MS. P. B.

k contigit alii.

tem mutavi: quibus enim auxiliis uti conſuevi, ab iis relictus ſum. *Victor.* *De Cæſare illo.*] Filio Cæſaris Dictatoris ex Cleopatra regina, quem Antonius pro Germano Cæſaris filio haberi voluit, ut refert Dion lib. XLIX. Sueton. Julio. *Popma.*

19. *De Quintis ac Buthrotiis, cum venero, ut ſcribis.*] Veteres libri, *de Quinti Buthroto.* quamvis enim de Quintis in illis ſcriptum ſit, poſtrema tamen litera ibi deleta eſt, ſi diligenter attendas: nam punctum ſupra ſe habet: puncta autem ſupernè in priſcis exemplaribus delent. Buthrotus autem fortaſſe fundus erat Quinti, de quo nunc loquitur: nihil tamen adfirmamus, quippe cum de hoc compertum aliquid non habeamus. *Victorius.*

20. *Suam cuique ſponſam, mihi meam.*] Verſus ſunt, opinor, ſenarii Jambici, quos ſic expleveris: *Suam cuique ſinas ſponſam, mihi meam. Suum cuique ſinas morem, mihi meum.* Et *cuique* legendum διαιρέτως, indicium duritiæ & aſperitatis illius quæ in M. Attilio poëta comico reprehenditur. Atque hunc etiam Cicero lib. I. de Finib. de Attilii Electra agens, teſtatur ferreum poëtam à Licinio appellatum. *Junius.*

21. Se

ur: ſed vivit habitatque cum Balbo, qui item benè oquitur. quid credas videris. Dolabellam valde placere tibi video: mihi quidem egregiè. Cum Panſa vixi n Pompejano. is planè mihi probabat [21] ſe bene ſentire & cupere pacem. Cauſam armorum quæri plane video. Edictum Bruti & Caſſii probo. [22] Quæris, ut ſuſcipiam cogitationem, quidnam iſtis agendum putem: conſilia temporum ſunt; quæ in horas commutari vides. Dolabellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio mihi profeciſſe permultum videtur. prorſus ibat res. nunc autem videmur habituri ducem: quod unum municipia bonique deſiderant. Epicuri mentionem facis, & audes dicere, μὴ πολιτεύεσθαι· non te Bruti noſtri vulticulus ab iſta oratione deterret? [23] Quintus filius, ut ſcribis, Antonii eſt dextella. per eum igitur, quod volemus, [24] facilè auferemus. exſpecto, ſi, ut putas, L. Antonius [25] produxit Octavium, qua- Pag. CCXXXVI.

21. *Se aſſentire & cupere pacem.*] Caſtigavimus ex veteribus libris, *ſe bene ſentire.* quòd, niſi ſpe fallimur, accurate re perſpecta & animadverſa, reſtitutam à nobis lectionem meliorem putabis, & illam noſtro judicio ſatis frigidam repudiabis. *Victor.*

22. *Quæris, ut ſuſcipiam.*] Cur non dixit, *Petis, ut ſuſcipiam. &c.* nam qui quærit, vult reperire, aut cognoſcere: qui *petit*, vult obtinere. qua de re nos diſputavimus in ea oratione, quam habuimus in Gymnaſio Cardinalitio, a. d. VIII. Idus Majas, anno CIↃ. IↃ LXX. quo die orationem pro Milone extra ordinem, & horâ ſubſecivâ, explicavimus. Ut igitur ad rem redeam, videtur ſic potius aut ſcribere debuiſſe, aut ſcripſiſſe Cicero: *Rogas, ut:* vel *Hortaris, ut, &c.* Fortaſſis autem ita fuerat a Cicerone ſcriptum, *Quod rogas*, ſeu, *Quod hortaris.* Sed ex, *Quod rogas*, aut *Quod hortaris*, factum eſt, *Quaris.* Lambin.

23. *Q. Frater (ut arbitror) eſt dextella.*] Antiqua exemplaria pro *frater*, *f.* habent, id eſt, *filius*: in aliis cum excuſis concordant. Quid ea vox *dextella* ſignificet mihi compertum non eſt. ea autem, quæ adhuc nonnulli excogitarunt, parum ſatisfaciunt, nihil enim certi habent: quare meliora adhuc & veriora quærenda cenſeo. *Victor.*

24. *Facile auferemus.*] Εἰρωνικῶς dictum videri poteſt. *Corrad.* Imo *auferre* eſt impetrare. Plaut. Moſtell. IV, I. *bene merens Hoc pretium inde abſtuli*, hoc eſt, hoc meorum meritorum pretium tuli, ſeu accepi. ſic & alibi ſæpius. *Gravius.*

25. *Produxit Octavium, qualis concio fuerit. Hac ſcripſi &c.*] Junius ex mſſ. Pal. *produxit Octavium. qualis enim concio? furtivè hac ſcripſi &c.* præterquàm quod vocem, *furtivè*, ex conjectura, pro *fuerit*, repoſuit. *Cleric.*

26. *Et*

qualis concio fuerit. Hæc ſcripſi [1] citatim. ſtatim enim Caſſii tabellarius. eram continuò Piliam ſalutaturus; deinde ad epulas Veſtorii naviculâ. Atticæ plurimam ſalutem.

[1] citatim addidit Boſ.

EPISTOLA XXI.

CICERO ATTICO S.

CUM paullo ante dediſſem ad te Caſſii tabellario litteras, v. idus venit noſter tabellarius, [26] & quidem, portenti ſimile, ſine tuis litteris. ſed citò conjeci Lanuvii te fuiſſe. Eros autem feſtinavit, ut ad me litteræ Dolabellæ perferrentur, non de re mea (nondum enim meas acceperat) ſed reſcripſit ad eas, quarum exemplum tibi miſeram, ſanè luculentè. Ad me autem, cùm Caſſii tabellarium dimiſiſſem, ſtatim Balbus. ô dii boni, quàm facilè perſpiceres timere otium! & noſti virum; quàm tectus: ſed tamen Antonii conſilia narrabat; illum circumire veteranos, ut acta Cæſaris ſancirent: idque ſe facturos eſſe jurarent, [27] ut rata omnes haberent, ea-

26. *Et quidem portenti ſimiles in tuis litteris.*] Sic quondam mendoſè legebatur. Germani primi, *portenti ſimile ſine tuis litteris*, emendarunt: rectè illi quidem & eleganter. Portenti ſimile putat, quòd ſuus tabellarius ab Attico ſine litteris redierit. Dicitur portenti ſimile quod raro accidit, & admirabile omnibus videtur. Sæpe utitur Cicero hoc modo dicendi, lib. II. de Oratore: *Craſſi quidem reſponſum excellentis cujusdam eſt ingenii ac ſingularis, cui quiddam portenti ſimile eſſe viſum eſt, poſſe aliquem inveniri oratorem, qui aliquid mali faceret dicendo.* In v. etiam Philippica dixit: *Ut portenti ſimile videatur, tantam pecuniam populi R. tam brevi tempore perire potuiſſe.* Victor. *Et quidem portenti ſimile, ſine tuis litteris.*] Locutio ſit fortaſſe elegantior, ſi ita legatur: *&, quod eſt portenti ſimile, ſine tuis litteris:* vel, *& quidem (portenti ſimile) ſine tuis litteris.* Corrad. *Et quidem (portenti ſimile) ſine tuis litteris.*] Sic habet plane ſcriptum codex Turnæſ. quod eo adſcripſi, ut etiam ex hoc loco hujus codicis bonitas appareat, cum ſignificare videatur Petr. Victorius, hunc locum in ſuis codicibus non eſſe integrum, utpote qui ejus emendationem Germanis tribuat, neque de ſuis codicibus ullum verbum faciat. *Lambin.*

27. *Utrum omnes haberent.*] Vitioſi ſunt hoc loco veteres codices: ut non certò perſpiciatur ex illis quomodo legendum ſit: nos inſtitutum noſtrum tenuimus, ut quàm minimum à priſcis veſtigiis declinaremus: & tamen aliquantulum neceſſariò deflectendum fuit: tam perverſa enim & maculoſa antiqua ſcriptura erat, ut ali-

eaque duumviri omnibus menſibus inſpicerent. queſtus eſt etiam de ſua invidia; eaque omnis ejus oratio fuit, ut amare videretur Antonium. Quid quæris? nihil ſinceri. mihi autem non eſt dubium, [28] quin res ſpectet ad caſtra. acta enim illa res eſt animo virili, conſilio puerili. quis enim hoc non vidit, regni heredem relictum? quid autem abſurdius, *Hoc metuere, alterum in metu non ponere?* quin etiam hoc ipſo tempore multa ὑποσόλοικα. [29] Pontii Neapolitanum à [30] matre tyran-

aliquid opis ei adferre oporteret. *ut rata* igitur legimus: in illa autem *utram* erat: alii *ut arma* emendant. *Victor.*

28. *Quin res ſpectet ad caſtra.*] Ad arma, quorum cauſam quæri video ep. ſup. *ad bellum*, ep. 4. lib. xv. *ad cadem*, ep. 19. lib. xv. *Corrad.*

29. *Ponti Neapolitanum à matre tyrannoctoni poſſideri.*] Ita ſcriptum invenimus in cunctis manuſcriptis impreſſiſque codicibus. alii aliis modis corrigere tentarunt. Quorum opiniones qui ſcire volent, habent ubi eas legant: nos videbimus an ex communi lectione aliquid, quod non contemnendum ſit, elici poſſit. Neapolitanum prædii nomen ut Cumanum & Arpinas hic eſſe exiſtimamus, quòd in agro Neapolitano eſſet, ita appellatum. Cicero in Lucullo: *Quò quidem etiam maturius venimus, quòd erat conſtitutum, ſi ventus eſſet, Lucullo in Neapolitanum, mihi in Pompejanum navigare.* Matrem Tyrannoctoni Serviliam intelligimus. Adhuc nihil niſi planum dictum puto: nunc quæ proferam minus aſſeveranter pronunciabo. *Ponti*, patrius caſus eſſe poteſt à proprio nomine *Pontius*, ita enim ferè in priſcis monimentis hic caſus hujuſcemodi nominum ſcribitur, ut eſt etiam apud Martialem: *Quod vomis Antoni, & cetera.* Fuit autem Pontius Aquila inter Cæſaris conjuratos, qui poſtea Mutinenſi prælio cecidit, ut eſt etiam in epiſtola quadam Pollionis. Ibi Hirtium quoque periiſſe & Pontium Aquilam, ut hujus fortaſſe hoc prædium Cæſaris haſtæ ſubjectum ſit, quod ille Serviliæ matri Bruti dederit: cui ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ nummo addixit, ut Suetonius tradidit: ut ὑποσόλοικον nunc & ſubabſurdum videatur Ciceroni, Bruti matrem prædia ejus poſſidere, quem filius præclari illius facinoris ſocium habuerit. Huc nos conjectura & ſenſus noſter duxit, dum volumus maximè communem lectionem tueri, & loco ſuo moveri non pati. ut autem eam non affirmatè & contumaciter defendimus: ſic præ aliis, quæ adhuc prolatæ ſunt, non ſpernendam eſſe contendimus. *Victor.* *Matre tyrannoctoni.*] Servilia, Bruti matre: quæ fundum illum ab haſta Cæſaris minimo acceperat. dilexit enim Cæſar uſque adeo Serviliam, ut bello civili, quemadmodum Suetonius tradit, ſuper alias donationes ampliſſima illi prædia ex auctionibus haſtæ nummo addixerit; cum quidem, pleriſque utilitatem mirantibus, facetiſſime Cicero, *Quo melius*, inquit, *emptum ſciatis; Tertia deducta eſt: exiſtimabatur enim Serviliam etiam filiam ſuam*

rannoctoni poſſideri? legendus mihi ſæpius eſt Cato major, ad te miſſus. Amariorem enim me ſenectus facit. ſtomachor omnia. ſed mihi quidem βεβίωται. viderint juvenes. tu mea curabis, ut curas. Hæc ſcripſi, ſeu dictavi, appoſitâ ſecundâ menſâ, apud Veſtorium. poſtridie apud Hirtium cogitabam: 31 & quidem πεντέλοιπον. ſic hominem traducere ad optimates paro. λῆρος πολύς. nemo eſt iſtorum, qui otium non timeat. 32 quare talaria videamus. quidvis enim potiùs quàm caſtra.

P. B.

ſuam Tertiam conciliare Cæſari, erat igitur plane ὑποσόλοικον, cum Brutus Cæſarem occidiſſet, Serviliam poſſidere fundum a Cæſare datum. *P. Manut.* *Pontii.*] Pontius Aquila Trib. pleb. Cæſari exoſus, eo quod triumphanti & ſubſellia tribunitia prætervehenti non aſſurrexiſſet. idem poſtea in Cæſarem conjuravit. Legatus Decimi Bruti in Mutinenſi prœlio cecidit. Famil. lib. x. ep. 33. ad Brutum, Dio lib. XLVI. *Popma.*

30. *Matre.*] Servilia, quæ tunc quoque Cæſarianis ita erat amica, ut ſe frumenti curationem de S C. ſublaturam polliceretur ep. 11. & 12. lib. XV. ὑποσόλοικον eſt igitur matrem frui adhuc donationibus ejus tyranni, quem filius etiam, ne donationes hujusmodi fierent, interfecit. *Corrad.*

31. *Et quidem πεντέλοιπον.*] Id eſt, quamvis hic quoque unus ſit de Cæſarianis illis quinque viris, qui Cæſaris funus curaverant. Hi autem ſunt, Antonius, Lepidus, Hirtius, Panſa, Balbus, qui plebi Rom. in funere illo præfuerunt. Eſt enim πεντέλοιπον, collegium quinque virorum ἐνταφιαζόντων: vox obſcure compoſita (ut poſtulabant tempora) ex nomine πέντε, quinque, & λοιπὴ, ſepulcrum, vel ſepultura, condens hominis reliquias. Arguta compoſitio. *Junius.* Exiſtimant nonnulli πεντελοίπῳ nomine deſignari Hirtium, Panſam, Balbum, qui tres de quinque remanſerant Puteolis, Octavio & Philippo Romam profectis, ut eſt ep. 2. alii Sex. Pompejum, qui quinis ſupereſt, id eſt ſextus, ut dicat ſe etiam Sex. addicturum. Ego puto Hirtium vocari πεντέλοιπον, id eſt, reliquum bonum e quinque Cæſarianis, penes quos tum ſumma reipublicæ erat, nimirum Lepido Magiſtro equitum, Antonio & Dolabella Conſulibus, Hirtio & Panſa Conſulibus deſignatis: e quibus unus Hirtius adhuc bonus erat & infenſus Antonio ep. 2. & 6. lib. XV. *Popma.*

32. *Quare talaria induamus.*] Vetera omnia exemplaria *videamus* habent: id eſt paremus, & ut vulgò dicitur, provideamus. Prima quinti libri epiſtola: *Id autem ex eo, ut opinor, quod anteceſſerat Stathius, ut prandium nobis videret.* In Lucullo: *Sed hoc extremum eorum eſt: poſtulant ut explicentur hæc inexplicabilia. Tribunum aliquem cenſeo videant, à me iſtam exceptionem nunquam impetrabunt.* In prooemio III. libri de Oratore: *Quem dixiſſe conſtabat videndum ſibi aliud eſſe conſilium, illo ſenatu ſe remp. gerere non poſſe.* Quamvis vulgata lectio recipi & defendi poſſit, maluimus tamen an-

[c]aſtra. Atticæ ſalutem plurimam velim dicas. Exſpecto Octavii concionem, &, ſi quid aliud; maximè autem [33] ecquid Dolabella tinniat: an in meo nomine tabulas novas fecerit.

EPISTOLA XXII.

CICERO ATTICO S.

CERTIOR à Pilia factus, mitti ad te idibus tabellarios, ſtatim hoc neſcio quid exaravi. Primùm igitur ſcire te volui, me hinc Arpinum XVI. kalend. Jun. [e]ò igitur mittes, ſi quid erit poſthac: quamquam ipſe jam jamque aderò. cupio enim ante, quàm Romam venio, odorari diligentiùs, quid futurum ſit. quamquam vereor, ne nihil conjecturâ aberrem. minimè enim obſcurum eſt; quid iſti moliantur (meus verò diſcipulus, qui hodie apud me cænat, valde amat illum, quem Brutus noſter ſauciavit) &, ſi quæris, (perſpexi enim planè) timent otium: [34] ὑπόθεσιν autem hanc habent, eamque præ ſe ferunt, virum clariſſimum interfectum, totam rempublicam illius interitu perturbatam: irrita fore, quæ ille egiſſet, [35] ſimulac deſiſtemus timere: clementiam illi malo fuiſſe: qua ſi uſus non [m] eſſet, nihil ei tale accidere potuiſſe. Mihi autem venit in mentem, ſi Pompejus cum exercitu firmo veniat, quod eſt εὔλογον, certè fore bellum. hæc me ſpecies [n] cogi-

[m] fuiſſet alii.

[n] contagioque edd. vett.

[a]ntiquorum codicum fidem & autoritatem ſequi, ſenſu optimè convenientе, ne dicam magis quadrante: ſatis enim tunc erat expedire ſe ad fugam, eaque parare quæ neceſſaria erant: nondum enim bellum eruperat, otium tantum turbabatur. *Victor. Induamus* damnat & Giſanius in Obſerv. ſuis L. L. fide veterum libb. *Cleric.*

33. *Ecquid Dolabella tinniat.*] Salſe. Tinnitæ, & Dolabella [æ]re alieno oppreſſus tinnit, palam jactans legem de tabulis novis. [a]n propter pecuniam, quam mihi debet ex dote filiæ? *Popma.* Male, *ecquid tinniat* eſt an pecuniam mihi debitam annumeret, quæ tinnire ac ſonare ſolet. *Gronov.*

34. *Ὑπόθεσιν autem hanc habent.*] Cum multa ſignificet ὑπόθεσις, hic prætextum, occaſionem, ſpeciem valet. Dio. lib. XLI. Ἔκ τε [τ]ούτου, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς αἰτίας τῆς τε ὑποθέσεως τοῦ πολέμου, ἀξιολογώτατος ἀγὼν συνηνέχθη. *Malaſp.*

35. *Simulac deſiſtemus timere.*] *Deſiſteremus* Faërnus, quod magis placet. *Urſin.*

36. *Per-*

Pag. cclxxxvii.

gitatioque [36] perturbat. neque enim jam, quod tibi tum licuit, nobis nunc licebit. nam apertè lætati ſumus. deinde habent in ore, nos ingratos. nullo modo licebit, quod tum & tibi licuit & multis. Φαινοπροσωπητέον ergò & ἰτέον in caſtra? millies mori melius; huic præſertim ætati. itaque me idus Mart. non tam conſolantur quàm antea. magnum enim mendum continent. etſi illi juvenes

Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δ' ἀπωθοῦνται ψόγον.

Sed, ſi tu melius quippiam ſperas, quòd & plura audis, & intereſ conſiliis; ſcribas ad me velim, ſimulque cogites, quid agendum nobis ſit [37] ſuper legatione votiva. [o] equidem in his locis moneor à multis, ne in ſenatu kalendis. dicuntur enim occultè milites ad eam diem [p] comparati, & quidem in iſtos; qui mihi videntur ubivis tutiùs quàm in ſenatu fore.

o quod in *alii.*

p comparari *Corrad.*

36. *Perturbat ne gemam.*] Hunc locum inquinatum eſſe quis non fateatur? Caſtigavimus igitur *neque jam:* partim conjecturâ ſimilitudinem illarum litterarum ſecuti, partim argumentis quibusdam ducti, quorum non parvum hoc eſt, quòd cum hoc ipſo in libro ſententiam eandem explicaret, iisdem ferè verbis inquit: *Neque enim jam licebit quod Cæſaris bello licuit, &c.* Pungenda autem oratio eſt poſt verbum (perturbat;) hoc enim initium eſt clauſulæ, qua rationem reddit, cur hæc ſe ſpecies cogitatioque perturbet. ita enim legimus cum vetuſtis exemplaribus, non *contagio.* Cum belli, inquit, ſpecies mihi obverſatur, & cogito fore bellum, perturbor. *Victor.*

37. *Super legatione votiva.*] Quam petere cogitabat, diſceſſionis cauſſâ; quemadmodum & petiit, & uſus eſt. quod ipſe in I. Philippica ſignificat his verbis: *Qua cum audire mallem quàm videre, haberemque jus legationis liberum; ea mente diſceſſi, ut adeſſem Kalendis Januarii; quod initium ſenatus cogendi fore videbatur.* Votivam autem & liberam legationem idem eſſe non dubitabit, qui leget, quod ſcriptum eſt ep. 18. lib. II. & 13. h. l. *P. Manut.*

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM AD ATTICUM, LIBER QUINTUSDECIMUS.

ARGUMENTUM.

Non valde differens eſt libri hujus argumentum a ſuperioris ſententia. Scriptæ enim epiſtolæ omnes ſunt, cum adhuc Romæ negotia tumerent, Antoniusque & Octavius ita omnia miſcerent, ut, quamvis neque plane bellum, neque pax eſſet, appareret tamen rem ad arma deductum iri. Quo quidem tempore Cicero ſibi timens, ſimulque filium, Athenis philoſophiæ operam dantem, cupiens inviſere; cum jus liberæ legationis a Dolabella, non autem provincialis nempe Syriacæ, ut Plutarcho placet, haberet. (id enim ex his epiſtolis ac Philippica prima cognoſcitur) iter cepit in Græciam, eo conſilio, ut Kalend. Jan. adeſſet, quod initium cogendi Senatus fore, Hirtio & Panſa conſulatum ineuntibus, videbatur. Dum ſpes vero aliqua meliorum rerum fuit, Brutusque & Caſſius Prætores urbani, quibus maxime recuperandæ Reip. ratio nitebatur, ſi non Romæ in proximis tamen locis manebant: perque litteras & edicta cum Antonio populoque agebant: nusquam ille pedem. Cedentibus autem illis, & ipſe conſilium cepit abeundi. Hæc illorum temporum hiſtoria eſt. Privatim tamen in his epiſtolis plura continentur, quæ perſequi longum eſſet. Scriptæ ſunt ex ante diem XVI. *Kal. Jan. ad Non. Quint.* Malaſpina.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.

O Factum malè de Alexione! incredibile eſt, quantâ me moleſtiâ affecerit; nec mehercule ex ea parte maximè, quod plerique mecum. ad quem igitur te medicum conferes? quid mihi jam medico? aut ſi opus eſt, tanta inopia eſt? amorem erga me, humanitatem ſuavitatemque deſidero. etiam illud: quid eſt, quod non pertimeſcendum ſit; cùm hominem temperantem, ſummum medicum, tantus P. B. improviſò morbus oppreſſerit? ſed ad hæc omnia una conſolatio eſt, quòd ea conditione nati ſumus, ut nihil, quod homini accidere poſſit, recuſare debeamus. De Antonio jam antea tibi ſcripſi non eſſe eum à me conventum. venit enim Miſenum, [1] cùm ego eſſem in Pompejano: inde ante profectus eſt quàm ego eum veniſſe cognovi. ſed caſu, cùm legerem tuas litteras, Hirtius erat apud me in Puteolano: ei legi; & egi: primum quod attinet, nihil mihi concedebat: [2] deinde ad ſummam, arbitrum me ſtatuebat non modò hujus rei,

1. *Cum ego eſſem in Pompejano.*] Balliol. *Cum ego eſſem in Pompejanum*, ſcilicet, profectus. *Gravius.*

2. *Deinde ad ſummam.*] Romanus & quidam alii, *Ad ſummam.* quod valet. Denique ad extremum ſermonis idque hic ſignificari non dubitamus. Nam, *Ad ſummum*, quantitatem ſignificat, ad numerumque refertur plerumque. Idem Cicero ſupra: *Scies igitur fortaſſe cras, ad ſummum perendie.* Item alibi: *Quando enim frequentiſſimo Senatu, quatuor, ad ſummum quinque ſunt inventi, qui Milonis cauſſam non probarent?* Quæ tamen & ipſa, quo magis *ad ſummam* probemus, non ſunt plane rata: cum in aliquot libris *Summum*, ſine præpoſitione ſcriptum ſit. Huſus loco, *Omnino*, uſurpant aliquando. Cæſar de Bello Gallico: *Erat omnino in Gallia ulteriore legio una.* hoc eſt, Summum, aut, ad ſummum. quæ ſignificatio nihil ad hunc locum: ejus autem vocis mirifice, qua etiam ſupra uſus eſt lib. x. *Jurabat ad ſummam, quod nullo negotio faceret, amiciſſimum mihi Caſarem.* Et alibi: *Ad ſummam, dic M. Tulli.* Malaſp. *Deinde ad ſummam.*] Sic legendum, non, *ad ſummum.* Nam, *ad ſummam*, idem valet, quod *in ſumma.* Horat. ep. 2. lib. 1. *Ad ſummam ſapiens uno minor eſt Jove, dives, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.* Lambin.

3. Sed

rei, ſed totius conſulatus ſui. Cum Antonio autem ſic agemus, ut perſpiciat, ſi in eo negotio nobis ſatisfecerit, totum me futurum ſuum. Dolabellam ſpero domi eſſe. Redeamus ad noſtros: de quibus tu bonam ſpem te ſignificas habere propter edictorum humanitatem. ego autem perſpexi, cùm à me XVII. kal. de Puteolano Neapolim Panſæ conveniendi cauſâ proficiſceretur Hirtius, omnem ejus ſenſum. [3] ſeduxi enim, & ad pacem ſum cohortatus. non poterat ſcilicet negare, ſe velle pacem; ſed non minùs ſe noſtrorum arma timere quàm Antonii: & tamen utroſque non ſine cauſa præſidium habere; ſe autem utraque arma metuere. quid quæris? οὐδὲν ὑγιές. De Q. filio tibi aſſentior: patri quidem certè gratiſſimæ & [a] belliſſimæ tuæ litteræ fuerunt. [b] Cærelliæ verò facilè ſatisfeci: nec valde laborare mihi viſa eſt: &, ſi illa, ego certè non laborarem. iſtam verò, quam tibi moleſtam ſcribis eſſe, auditam à te eſſe omnino demiror. nam quòd eam collaudavi apud amicos; [4] audientibus [5] tribus filiis ejus & filia,

a bellæ tuæ fuerunt alii.
b alii Cerelliæ.

3. *Sed vix enim & ad pacem ſum cohortatus.*] Deformatam hanc lectionem eſſe putavimus, mendumque unâ litterâ poſtpoſitâ inoleviſſe: quâ in ſuam ſedem reſtitutâ omnem maculam ſublatam eſſe ſperamus. Hoc verbum frequenter hoc ſignificatu ſumitur: cum plura exempla nobis occurrerent, uno ex harum epiſtolarum lib. V. contenti erimus. *Cum hæc diſſeruiſſem, ſeducit me Scaptius, ait ſe nihil contradicere.* Victor.

4. *Audientibus tribus filiis ejus & tua filia.*] Inane ſpatium hîc diu manſit. Germani characteras quoſdam Græcos in vetere exemplari repertos depinxerunt, & in hunc locum interpoſuerunt: eos ipſi quoque nulla parte ab illis diſcrepantes in noſtro antiquiore invenimus, & in noſtrum codicem quàm maximè potuimus illis ſimiles contulimus. Cùm enim à nobis non intelligeretur, fore puto ut aliquis acri ſtudio in hoc poſito nobis felicior & eruditior, hoc ei ſuppeditato auxilio, hunc quandoque locum reſtituat, & tenebras quæ ipſum occupaverunt repellat. nam quoniam in antiquioribus omnibus probatioribusque codicibus eodem pacto ſcriptus invenitur, ſcire licet etſi aliqua in eo macula perverſioque verſetur, non tamen à vera tantoperè lectione diſtare, ut deſperandum ſit de illius reſtitutione. *Idem.*

5. *Tribus filiis ejus, & filia,* οὐ ταυτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.] Germani & Victor. locum hunc reſtituere non valentes, inane tamen ſpatium replêrunt, appoſitis characteribus Græcis in vetere exemplari repertis. Boſius ex Cruſ. in quo erat, VT TVA TO EK TOY TOY, emendavit οὐ ταυτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Tornæſian. codex, τὸ ἐκ τοῦ οὐ, unde Lambinus τὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Junius mſſ. Pal. fide nixus legit, τὸ ἐκ τούτου: vulg. *ex filia tua* τοῦτο εὔλογον. Cleric. Οὐ

Ffffff à τοῦτο

filia, οὐ ταυτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.[6] quid eſt hoc? quid eſt autem, cur ego perſonatus ambulem? [i] parumne fœda perſona eſt ipſius ſenectutis? Quòd Brutus rogat, ut ante kalendas; ad me quoque ſcripſit: & fortaſſe faciam. ſed planè, quid velit, neſcio. quid enim illi afferre conſilii poſſum, cùm ipſe egeam conſilio? & cùm ille ſuæ immortalitati meliùs quàm noſtro otio conſuluerit? De regina rumor exſtinguetur. De Flamma, obſecro te, ſi quid potes. [7] Here dederam ad te litteras exiens è Puteolano, diverteramque in Cumanum. [8] ibi pænè valentem videram Piliam. quin etiam [9] Baulos Cumis eam vidi. venerat enim in funus: cui funeri ego quoque operam dedi. Cn. Lucullus, familiaris noſter, matrem efferebat. manſi igitur eo die in Sinueſſano: atque inde manè poſtridie Arpinum proficiſcens hanc epiſtolam exaravi. erat autem nihil novi, quod aut ſcriberem, aut ex te quærerem; niſi fortè hoc ad [c] rem putas pertinere: Brutus [d] noſter miſit ad me orationem ſuam,

Pag. CCXXXVIII.

c te *edd. vett.*
d non miſit, *aut* vero miſit *MSS.*

ταυτὸ ἐκ τῦτε.] Ita omnino legendum cenſeo, proxime ad veterem ſcripturam, quòd Publiliam ſocrum collaudavi apud amicos coram tribus ejus filiis & filia uxore mea, non idem ex hoc tempore faciam. Quid hoc eſt, dices, & cur mutas? Quia illa mihi objecit, me perſonatum ambulare, id eſt fucum tanquam larvam quandam præferre, quaſi perſona ipſius ſenectutis ſit parum fœda, ut ipſe eam amplius aſcititiâ perſonâ velim dehoneſtare. Et tamen Calenus apud Dionem Ciceroni inter cetera objecit:

Quod caput unguentis perfundere ſolitus eſſet. Popma.

6. *Quid eſt hoc.*] Hoc additum eſt tanquam ex perſona Attici, qui miraturus erat Ciceronem vituperaſſe, quæ paullo ante laudaſſet. eſt enim improbi viri, quod modo laudaveris, vituperare, ut eſt in ſenario Græco: Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν ἀνδρὸς κακοῦ. *Boſius.*

7. *Here dederam.*] Vulg. *heri dederam.* Ceterùm initium eſt epiſtolæ in mſ. Pal. referente Junio, cui rectè videtur. *Cleric.*

8. *Ibi pænè valentem.*] *Planè* habet vetus liber pro *pænè.* Urſin.

9. *Baulos Cumis eam vidi.*] Tornæſ. & Cruſell. *paullo Cumis:* unde correxit Boſius *Baulos Cumis.* Lamb. *planè Cumis eam vidi.* Corradus, *niſi quod clarius Cumis &c.* Junius ex mſſ. comparatione legi oportere conjicit *paulùm Cumis &c.* Cleric. *Quinetiam paulum Cumis eam v.*] Antiqui libri nonnulli *paullo clam iis.* Unde fortaſſe legendum *pullatam Cumis*, ut dicat ſe in Cumano vidiſſe Piliam bene valentem, pullatam Cumis in funere. Nam fœminæ in funere pullis pallis erant indutæ. Varro de Vita populi Romani lib. III. *Ut dum ſupra terram eſſet cinis lugerent, funere ipſo pullis pallis amicta.* Popma.

10. Ut

ſuam, habitam in concione Capitolina; petivitque à me, [10] ut eam [e] nec ambitioſè corrigerem ante quàm ederet. eſt autem oratio ſcripta elegantiſſimè ſententiis, verbis, [11] ut nihil poſſit ultra. ego tamen, ſi illam cauſam habuiſſem, ſcripſiſſem ardentiùs ὑποθέσεις. vides, quæ ſit perſona dicentis. itaque eam corrigere non potui. quo enim in genere Brutus noſter eſſe vult, & quod judicium habet de optimo genere dicendi, id ita conſecutus eſt in ea oratione, ut elegantius eſſe nihil poſſit. [12] ſed ego ſolus alius ſum; ſive hoc rectè, ſive non rectè. tu tamen velim orationem legas, niſi fortè jam legiſti, certioremque me facias, quid judices ipſe. [13] quamquam vereor, ne cognomine tuo lapſus

[e] ne amb. alii.

ὑπερ-

10. *Ut eam ne ambitioſè corrigerem.*] Ne in corrigendo gratiam aucuparer: ne, gratiam ejus captans, parce corrigerem. Eodem verbo, & in eadem ſententia, Brutus uſus eſt, cum ad Atticum ſcriberet, Ciceronem accuſans. *Quadam*, inquit, *mihi videtur, quid dicam? imperite vir omnium prudentiſſimus, an ambitioſe feciſſe, qui valentiſſimum Antonium ſuſcipere pro rep. non dubitarit inimicum?* Ambitioſè, pro indulgenter, ad inquirendam Octavii gratiam, dixit. Et ep. 2. lib. 1. ad Q. Fratrem: *Ne forte me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere.* P. Manut.

11. *Ut nihil poſſit ultra, ego tamen.*] In antiquiore noſtro codice ea quam ipſi reſtituimus potius lectio invenitur: ideoque nos ipſam vulgatæ prætulimus: nam ſenſus ex utraque idem ferè elicitur: ex noſtra tamen commodior & elegantior, ut puto. *Victor.*

12. *Sed ego ſolus alius ſum.*] Pro *ſolus* placet magis ut legatur, *totus*. Urſin.

13. *Quamquam vereor, ne cognomine tuo lapſus* ὑπατικὸς *ſis in judicando.*] Manuſcripti omnes *hyperatticus* habent: quæ prorſus vera eſt lectio. miror autem quomodo tam diu latuerit. Germani tamen eam viderunt. quam inepta autem & frigida vulgata eſſet nihil attinet dicere. Credebant plerique ejus temporis oratores, quos ſemper Cicero redarguit, Atticum dicendi genus ſubtile & ſedatum eſſe: quare veretur Pomponii judicio hoc committere, timens ne ille, cognomine ſuo lapſus, tenui & tranquillo ſtilo magis delectaretur quàm concitato & quaſi ardenti: tanquam ipſe Atticus appellatus, Atticum etiam ſtilum amare deberet. In Oratore etiam eandem hanc ſententiam perſequitur: *Qui autem aliter dixerunt, hoc aſſequi non potuerunt: ita facti ſunt repentè Attici. quaſi verò Trallianus fuerit Demoſthenes, cujus non tam vibrarent fulmina illa, niſi numeris contorta ferrentur.* ὑπὲρ autem in compoſitione augere notum eſt. Ab hoc nomine verbum fingit Simplicius in Commentariis in Phyſica Ariſtotelis ὑπεραττικίζειν, id eſt nimis ſtudioſè elegantias & flores ejus linguæ ſectari. Invehitur autem, ut ſolet, in Alexandrum, κάλλιον ἐν οἶμαι ἀληθεύειν ἢ ὑπερ-

ατ-

ὑπεραττικὸς ſis in judicando. ſed ſi recordabere Δημοσθένους fulmina, tum intelliges poſſe & [f] ἀττικώτατα graviſſimè dici. ſed hæc coram. nunc nec ſine epiſtola, nec cum inani epiſtola volui ad te Metrodorum venire.

[f] Attica tota alii.

EPISTOLA II.

P. R.

CICERO ATTICO S.

QUINTO DECIMO kalend. è Sinueſſano proficiſcens, cùm dediſſem ad te litteras, divertiſſemque à Cumis [14] in Veſciano, accepi à tabellario tuas litteras; in

ἀττικίζειν. Emendavimus item paulò poſt, pro (Attico tota) (Α'ττικώτατα) ut non ſolum Atticè dici poſſe confirmet, ſed etiam Atticiſſime, ut ita dicam, quod ipſe proferre noluit: apud Græcos autem id uſitatiſſimum eſt, quod hic aptiſſimè nunc Cicero uſurpavit. *Victor.*

14. *In Veſtiano.*] Lego *Veſciano*. *Veſcia* enim oppidum Auſonum fuit, non longe a Minturnis, de quo Livius lib. IX. Auſona & Minturnæ & Veſcia urbes erant, ex quibus principes juventutis duodecim numero, in proditionem urbium ſuarum conjurati, ad Conſules veniunt. Quo in loco, cum Veſtina atque aliter legeretur, Carolus Sigonius, Veſcia emendavit, ex Stephano ita ſcribente: Βεσκία πόλις Αὐσόνων. Cujus judicium manuſcriptis etiam Latinis libris confirmatur. Nam *Veſcianum* quidem, niſi a Veſcia deduci non poteſt. Significari autem agrum hunc a Cicerone non dubito, cum Arpinum eunti in via ſit. *Malaſp.* Forte rectius legitur *Veſcino*. Nam apud Latinos ſemper legitur *Veſcinus*, nuſquam *Veſcianus*, quod Stephano de Urbibus probatur. Martial. lib. XIII.

Si ſine carne voles jentacula ſumere frugi,
Hac tibi Veſcino de grege maſſa venit.

Lucanus lib. II.

——— *Umbroſæ Liris per regna Maricæ*
Veſcinis impulſus aquis.

Liv. lib. X. *In Samnio non exercitus exorti, ad depopulandos imperii Romani fines per Veſcinos in Campaniam Falernumque agrum tranſcendunt.* Sic & Plinius & antiqua inſcriptio. Fuit autem Veſcinus ager inter Maſſicum montem & Lirin fluvium, qui tranſeundus Ciceroni fuit, Sinueſſano Arpinum proficiſcenti, quod ſignificavit præcedente epiſtola, hoc eſt a meridie recta aut paullum in Occidentem flexo itinere in Septentrionem. Sed *Cumæ* hic longe abſunt, ipſâ Sinueſſâ magis meridianæ & occidenti propiores. Mendoſe igitur hic legitur *a Cumis*. Forte: *divertiſſemque Minturnis in Veſtino accepi.* J. F. GRONOV.

15. Quæ

in quibus nimis multa de Buthroto. non enim tibi ea res majori curæ aut eſt, aut erit, quàm mihi. ſic enim decet, te mea curare, tua me. quamobrem id quidem ſic ſuſceptum eſt mihi, ut nihil ſim habiturus antiquius. L. Antonium concionatum eſſe cognovi tuis litteris & aliis, ſordidè: ſed, id quale fuerit, neſcio. nihil enim [g] ſcripſiſti. De Menedemo probè. Quintus certè ea dictitat, quæ ſcribis. Conſilium meum à te probari, quòd ea non ſcribam, quæ tu à me poſtularis, facilè patior: multoque magis id probabis, ſi orationem [h] eam, de qua hodie ad te ſcripſi, legeris. [15] Quæ de legionibus ſcribis ea vera ſunt. ſed non ſatis hoc mihi videris tibi perſuaſiſſe, quid de Buthrotiis noſtris per ſenatum ſperes confici poſſe. [16] quod puto, (tantum enim vi-

g ſcripſiſti de Men. edd.

h meam alii.

15. *Quæ de legionibus ſcribis.*] Eas ſcilicet venire in Italiam accitu Cos. Antonii, & fortaſſe bellum bonis facturas. Sex legiones erant in Macedonia, Appian. III. a Cæſare ad bellum Dacicum & Geticum gerendum præmiſſæ. Dio lib. XLV. quas ad ſe pertraxit Antonius, fingens in eam provinciam e Conſulatu ſe iturum, ad coërcendos Getas Dacoſque finitimos. Dein Galliā, ut ea exueret Decimum Brutum per plebem impetrata pro Macedonia, unam ex illis dedit collegæ Dolabellæ in Syriam proficiſcenti quaſi adverſus Parthos. Appian. dicto libro. Reliquas in Italiam arceſſivit ipſe Antonius, & venerunt primo quatuor Brundiſium, ubi illis occurrit. Appianus ibidem. Sic & Cicero XII. ad Fam. 23. ubi *quinque* pro quatuor male conjecit Manutius, non cogitans quintam poſtea acceſſiſſe, ut diſertè ſcribit Appianus in eodem libro. Quatuor autem illæ fuerunt Marcia & Quarta, quæ deinde ad Octavium tranſierunt Phil. III, 12. ſecunda & quinta triceſima, quæ pro Antonio pugnarunt ad Mutinam. *J. F. Gronov.*

16. *Quod puto, tantum enim odium video &c.*] Locum hunc depravatum mancumque eſſe puto. Ea vox *odium* in antiquioribus non invenitur: quapropter nos eam delevimus. Notam autem, quæ mendum ſubeſſe indicaret, illi adponi juſſimus, quia ſine melioris codicis copia corrigi poſſe deſperavimus. *victori* autem eſt in illis non *victuri*: ne nihil prætermittatur à nobis quod non teſtatum relinquamus: ſæpe tamen in antiquis monimentis hæ duæ poſtremæ vocales inter ſe permutantur. *Victorius.* Victor. & Lambin. referunt mſſ. habere *Victori*, quorum hic legendum conjicit, *nos videmur eſſe victuri.* Idem de ſuis teſtatur Boſius; ſolùm, *eſſe*, quod prius legebatur, in *ceſſe* mutavit. Junius partim ex mſſ. Pal. partim ex conjectura legit, *haud puto: tanti enim* (*video*) *non videmur eſſe victuri.* Cleric. Totus hic locus ſic videtur eſſe conſtituendus: *Sed non ſatis hac mihi videris tibi perſuaſiſſe, qui de Buthrotiis noſtris per Senatum ſperes confici poſſe, haud puto. quantum video, non videmur eſſe victuri. ſed, ſi etiam nos hoc fallat, de Buthroto te non fallet.* Sententia eſt, at tu ipſe, qui hæc ſcribis de le-

i hos hoc MS. video) non videmur eſſe victuri. ſed, ſi etiam [i]no hoc fallat, de Buthroto te non fallet. De Octavi concione idem ſentio quod tu: [17] ludorumque ejus apparatus, & Matius, ac [k] Poſtumus mihi procuratores non placent. Saſerna collega dignus. ſed iſti omnes, quemadmodum ſentis, non minus otium timent quàm nos arma. Balbum levari invidiâ per nos velim: ſed ne ipſe quidem id fieri poſſe confidit. itaque alia cogitat. Quòd prima diſputatio Tuſculana te confirmat ſanè gaudeo. neque enim ullum eſt perfugium aut melius aut paratius. Flamma quòd bene loquitur non moleſtè fero. [18] Tyndaritanorum cauſa, de qua [l] cauſa laborat, quæ ſit ignoro. hos tamen. πεντέλοιπον movere iſta videntur, in primis erogatio pecuniæ. De Alexione doleo; ſed, quoniam inciderat in ita gravem morbum, bene actum cum illo arbitror. [19] quos tamen ſecundos heredes, ſcire vellem, & diem teſtamenti.

k Poſtumius *Manut.*

l tam laboras *alii.* Pag. CCXXXIX.

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

m Sexto *alii.*

[m] UNDECIMO kalend. [20] accepi in Atinati duas epiſtolas tuas, quibus duabus meis reſpondiſti. una erat

legionibus, videris mihi ea non credere, ſperas enim Buthrotios periculo agri ſui amittendi liberari poſſe a Senatu. id ego minime ſpero. Nam quantum proſpicere poſſum, nihil eſt propius quàm ut pereamus armis Antonii. In hoc ego ſi vanus ſum vates, tu rem Buthrotiam facile obtinebis. *J. F. Gronov.*

17. *Ludorumque ejus.*] Intelligit eos ludos, quos Cæſaris victoriæ Cæſar adoleſcens fecit: de quibus Suetonius his verbis: *Ludos victoriæ Cæſaris, non audentibus facere quibus obtigerat id munus, ipſe edidit.* Et Matius in epiſtola ad Ciceronem: *At ludos, quos Cæſaris victoriæ Cæſar adoleſcens fecit, curavi: at id ad privatum officium, non ad ſtatum reip. pertinebat.* P. Manut.

18. *Tyndaritanorum cauſa, de qua laboras.*] *De qua Panſa laborat*, habet liber manuſcriptus. *Urſin.* Cùm in Cruſell. ſcriptum reperiſſet Boſius, *de qua cauſa laborat*, ſtatim conjecit Ciceronem ſcripſiſſe, *κλίνω laborat:* Junius Urſini lectionem è mſ. ſequutus legit, *de qua Panſa laborat:* vulg. *de qua laboras.* Cleric.

19. *Hos tamen.*] Alii, *hoc tamen*, quos ſequi malim. Ignoro, inquit, quæ ſit cauſa Tyndaritanorum de qua Panſa laborat, hoc tamen ſcio Hirtium ejus collegam movere iſta, quæ vides ab Antonio agitari, imprimis diſſipationem pecuniæ in templo Opis a Cæſare depoſitæ ep. 2. & 5. Tyndaris Colonia, Plinio. *Popma.*

20. Ac-

erat [n] xv. kal. altera xii. data. ad ſuperiorem igitur priùs. accurres in Tuſculanum, ut ſcribis: quò me vi. kal. venturum arbitrabar. Quòd ſcribis parendum victoribus: non mihi quidem, cui ſunt multa potiora. nam illa, quæ recordaris Lentulo & Marcello conſulibus [21] acta in æde Apollinis; nec cauſa eadem eſt, nec ſimile tempus; præſertim cùm Marcellum ſcribas aliosque diſcedere. erit igitur nobis [o] coràm odorandum & conſtituendum, tutone Romæ eſſe poſſimus, novi conventus habitatores [p] ſanè movent. in magnis enim verſamur anguſtiis. ſed ſint iſta [q] parvi. quin & majora contemnimus. Calvæ teſtamentum cognovi, hominis turpis ac ſordidi. [r] [22] Tabula Demonici quòd tibi curæ eſt [23] gratum. De Mario ſcripſi jam pridem ad Do-

n *alii* vii.
o curâ moderandum *alii.*
p me mov. *alii.*
q parvi pendimus, certe & *alii.*
r De tabula *Corrad.*

20. *Accepi in Atinati.*] In Tornæſ. erat *accepi nati*, inde conjecit Lambin. *in Arpinati.* in Cruſell. *accepi nati nati.* Boſius emendavit, *accepi in Atinati:* vulg. hæc verba, *in Atinati*, deſunt. *Cleric.*

21. *Acta in æde Apollinis.*] Faërni liber, *Acta ſine me in æde Apollinis.* Quæ duo verba, nec eſſe adulterina, indicant manuſcripti alii, quorum nonnulli cum hoc plane conſentiunt: quidam vero, in his Antonianus, *Acta me in æde*, ſcriptum habent, unde *ſine* excidiſſe facile intelligamus: ut S.C. illud indicari velit, quod perſcriptum fuiſſe in primo Comm. belli civilis Cæſar quoque tradit, vii. Non. Jan. ut darent operam Conſules, Prætt. Tribb. pl. quique Procoſſ. eſſent ad urbem, ne quid Reſp. detrimenti caperet: ſive aliquid aliud. Nam neque illi adſcribendum eſſe potuit, cum ipſemet ſcribat & ad hunc ipſum lib. vii. & ad Tironem ep. 10. ad urbem ſe acceſſiſſe, Prid. Non. Jan. neque huic intereſſe, cum eſſet ad urbem, ædes vero Apollinis, intra urbem, quò nonnunquam Senatus convocabatur. Nam ad Q. Fratrem, lib. ii. ep. 3. vii. *Id. Senatus ad Apollinis fuit ut Pompeius adeſſet.* Itaque quidquid illud fuit, ſine M. Tullio factum fuit. *Malaſp.*

22. *Tabula Demonici quòd tibi curæ eſt gratum, de malo ſcripſi &c.*] Quòd punctis male diſtincta erant hæc verba induxerunt nonnullos, ut ſinceram ſcripturam contaminarent, *de Marioque* ſcriberent inconſideratè. poſt voces illas *de malo* pungi debet oratio, ut gratum de malo id ſibi eſſe dicat: quo modo dicendi ſæpe utitur. ſed hæc tam perſpicua, ut nulla egeant argumentatione, quo magis confirmentur. quædam etiam paulò poſt ex iiſdem exemplaribus melius, ut puto, ſcripſimus. *Victor.*

23. *Gratum Demalo. Scrip. &c.*] Lambin. vulgatos libros ſequutus legit, *de Mario ſcripſi*, licet ferè omnes ipſius mſſ. habeant, *De Malo*, ſed *Malo* ſcriptum pro *Maio*, & *Maio* pro *Mario*, uſitato ſcriptoribus illis more, aſſerit. *Cleric.*

a quo modo alii.

Dolabellam accuratiſſimè ; ᵃmodò redditæ litteræ ſint ejus cauſâ & cupio & debeo. Venio ad propiorem. Cognovi de Alexione, quæ deſiderabam. Hirtius eſt

t quoniam alii.

tuus. Antonio, ᵗquàm eſt, volo pejus eſſe. [24] De Q. filio, ut ſcribis, AIAC. de patre coràm agemus. Brutum omni re, quâ poſſum, cupio juvare: cujus de oratiuncula idem te, quod me, ſentire video: ſed parum intelligo, [25] quid me velis ſcribere. quaſi à Bruto

P. B.

habita oratione, cùm ille ediderit; quî tandem convenit? [26] an ſic, ut in tyrannum jure optimo cæſum? mul-

24. *De Q. F. quod ſcribis ad me, ad Q. De patre.*] Quis non videat in his verbis vitium eſſe? ita autem excuſi fermè omnes habent: neſcio an antiquam ſcripturam depravatiorem dicere debeam. nihil certè illa conturbatius & confuſius: non verebimur tamen eam proferre, aliiſque conſiderandam tradere: ſi fortè alicujus ingenio aliquid, quod lucem huic loco adferat, ex ea erui & excogitari poſſit. Eſt autem hæc, *deque fil. ſcribis a. m. c. de patre coram agemus*, ut videatur Græca quæpiam dictio deſiderari, cujus quædam partes & reliquiæ ſuperſint. *Victor.* *Ut ſcribis* Λ *M. Cato: de patre coram agemus.*] Locus, ſtellula in Aldinis notatus, poteſt ita reſtitui, ſi pro Λ. *M. Cato*, *amice* legatur. Vetus liber habet, ἄλλας, pro *ac de*, ut eſt à quibuſdam emendatum; unde *aliàs* conjicio legendum, ut ſit, *ut ſcribis aliàs.* Urſin. *De Q. filio, ut ſcribis ἰλιὰς: de patre coram agemus.*] Cruſell. ΙΛΑC, Boſius repoſuit ἰλιὰς. Vetus Urſini liber habet ἄλλας, pro, *ac de*, ut eſt à quibuſdam emendatum. unde, *aliàs*, conjicit legendum idem Urſinus: ut ſit, *ut ſcribis aliàs.* Cleric. In libris veteribus eſt, ἴλας M. Cato. unde emendarim ἰλιὰς κακῶν, ut notiſſimo proverbio ſignificet a Q. filio Iliadem malorum proficiſci. *Popma.* Antiqui libri pro ἰλιὰς, quod ex conjectura reſtituit Boſius, ἄλλας, & ἴλας. forte ſcribendum ἄλις. *de Q. filio* ἄλις, pro, ſatis eſt quod egiſti. *J. F. Gronov.* Quum de Cruſellino non habeam pronuntiare, Victorius in ſuis notet *AMC*, in MSS. Helmæſt. & Balliol. ſit fere eodem modo AMQ, ex prioribus editis citet Victorius *ad Q*, unice ſecurum puto ſequi veterrimos libros, unde ſine ullo tormento exit AIAC, hoc eſt, res eſt miſera & deploranda ad inſtar mæſtitiæ Græcæ αἶ αἶ, vel miſer ſe ipſe perdidit, ut Ajax. Sic certe non addo. *Gronov.*

25. *Quid me velis ſcribere, quaſi a Bruto habita oratione.*] Vid. ep. 20. lib. XIV. *Corrad.* forte: *quid me velis ſcribere. An quaſi a Bruto habita oratione, cum ille ediderit?* Lambin. Videtur legendum: *quid me velis ſcribere quaſi a Bruto habitam orationem, cum ille ediderit. quid* eſt propter quid. *J. F. Gronov.*

26. *An ſicut in tyrannum.*] Hic ego quaſi per caliginem, ſed tamen videre videor, mendi nonnihil eſſe, ita & ſenſus & ve… ægre inter ſe cohærent, & conſequentia ſunt. Nec tamen qu… quam poſſum excogitare, quo delecter. Illud non diſplicet, …

multa dicentur, multa ſcribentur à nobis; ſed alio modo & tempore. [27] De ſella Cæſaris bene tribuni. præclaros etiam XIV. ordines. Brutum apud me fuiſſe gaudeo; modò & libenter fuerit, & ſat diu.

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

[28] DECIMO kalend. horâ IIX. ferè à Q. Fuſio venit tabellarius: neſcio quid [v] ab eo litterularum, uti me ſibi reſtituerem, ſanè inſulſè, ut ſolet: niſi fortè, quæ non ames, omnia videntur [x] inſulſè fieri. ſcripſi ita, ut te probaturum exiſtimem. mihi duas à te epiſtolas reddidit, unam XI, alteram [y] X. [29] ad recentiorem priùs. Et legio? rem laudo. ſi verò etiam [z] Carfulenus ἄνω ποταμῶν. Antonii conſilia narras turbulenta: atque uti-

v ab eo *deeſt in MS.*
x inſulſa *MS.*
y *alii* x. kalend.
z Calfulenus *alii.*

tam interrogandi, poſt *Nobis* adpictam, ad *Caſum* revocari, quæcunque inde ſententia eliciatur. Concinnius certe, quæ ſequuntur, videntur hæſura, ſi ita legantur: *Multa dicentur, multa ſcribentur a nobis, ſed alio modo & tempore.* Malaſp.

27. *De ſella Cæſaris.*] Aurea in Curia, quam Trib. pleb. in ſpectaculis apponi vetuerunt, ut Atticus ſcripſerat, etſi Appianus refert Antonium Conſulem hoc vetuiſſe. *Papma.*

28. X. *Kalend. Junii ferè ea qua à Fuſio: &c.*] Eam, quam hic reſtituimus lectionem, ab antiquiore noſtro accepimus, nullâ, ne parva quidem, immutatione factâ; VIII. autem (horâ) intelligimus: ita enim ſæpe appellare ſolitos illas notum eſt, à numero ſcilicet, ſuppreſſo horæ nomine. Quòd item menſis nomen reticet brevitatis gratiâ, uſitatum eſt: ſiquidem & infrà, *Unam* XI. *alteram* X. *Kalend.* eadem ratione dictum eſt. Erant enim in tam vicinis locis: ut plures dies in itinere litteræ manere non poſſent. non igitur menſem, quo ſcriptæ eſſent, adponere neceſſe erat: ignorari enim non poterat. Loquitur autem de Qu. Fuſio Caleno, cui ſemper adverſarius fuit. paulò autem pòſt graviſſimæ inter illos inimicitiæ exortæ ſunt, cum cauſam ille Antonii in ſenatu defenderet. Dion autem orationem, in qua cuncta Ciceronis crimina colligit, & vitam actioneſque Antonii contra Philippicas tuetur, ab hoc pronunciari facit. *Victor.*

29. *Ad recentiorem prius: & legio? rem laudo. Si verò etiam.*] Editiones quædam, *& leviorem probo:* Cruſell. *& legiorem laudo.* Scribendum cenſet Boſius, *& legio? rem laudo*, appoſita interrogationis nota poſt vocem *legio.* Lamb. approbatâ Manutii conjecturâ ſic edendum curavit, *ad recentiorem prius. De Lenio, rem laudo.* vulg. *ad recentiorem prius, & leviorem. Laudo, ſi verò etiam.* Cleric.

30. *Quæ-*

utinam potiùs per populum agat quàm per ſenatum! [a] quod quidem ita credo. ſed mihi totum ejus conſilium ad bellum ſpectare videtur, ſi quidem D. Bruto provincia eripitur. quoquo modo ego de illius nervis exiſtimo, non videtur fieri poſſe ſine bello. ſed non cupio; [30] quoniam cavetur Buthrotiis. [31] rides? aſt condoleo, non mea potiùs aſſiduitate, diligentiâ, gratiâ perfici. Quòd ſcribis te neſcire, quid noſtris faciundum ſit: jam pridem me illa ἀπορία ſollicitat. itaque ſtulta jam iduum Martiarum eſt conſolatio. animis enim uſi ſumus virilibus; conſiliis, mihi crede, puerilibus. exciſa enim eſt arbor, non evulſa. itaque quàm fruticetur vides. redeamus igitur, quoniam ſæpe uſurpas, ad Tuſculanas diſputationes. [32] Saufejum per te celemus. ego num-

[a] cui quidem *alii.*

30. *Quoniam caret Buthrotis : rides ab Cordilio, &c.*] Hæc verba valde deformata ſunt & deminuta, ut puto. Nos, diligenter conſiderata & perſpecta vetere ſcriptura, eam, quam in noſtro codice vides lectionem, ex illa eruimus: quam tamen non ita amamus, ut, ſi meliorem videremus, hanc non deſereremus: nulli enim magnopere confidimus, quæ conſtituta & ſuffulta ſit noſtrâ aut alicujus induſtriâ. eſt igitur hæc vetus, *Quoniam caretur Buthrotii rides aps condoleo non mea potius &c.* Quantopere autem cuperet in hoc negotio Attico ſatisfacere, ex multis locis in his epiſtolis clarum eſt, nec non ex epiſtolis in fine XVI. libri ad Plancum & Capitonem ſcriptis, quibus cauſam remque Buthrotiam illis diligentiſſimè commendat. *Victor.* Non ceperunt docti interpretes mentem Tullii. Senſus hic eſt: *ſed non cupio* ſcilicet fieri ſine bello, quoniam *cavetur Buthrotiis*, hoc eſt, bello conſulitur Buthrotiis, bellum cedet in commodum & bonum Buthrotiorum. Nam ſi bellum fiet, effugient Buthrotii, nec ager illorum aſſignabitur militibus, qui non morabuntur agros, cum habebunt optatum bellum. Rides tanquam rem inexſpectatam, cum tu ipſe Buthrotiis bene velis, & eis caveri, eorum bono aliquid fieri optes. At ego doleo eis ſic caveri & conſuli: cupio enim aliter iis conſultum, nempe cauſſam illorum agendo apud ſenatum. *J. F. Gronov.*

31. *Rides? aſt condoleo.*] Ita per interrogationem legit Boſius. in vulgatis deeſt; ſicque legitur, *Rides. aſt ego doleo.* Junius mſſ. habere dicit, *abſcondoleo*; unde diſtinguit, *ab S. con. doleo*, id eſt, *ab Senatusconſulto doleo.* Cleric.

32. *Saufejum de re celemus.*] Sic conjeci legendum, litteris paullum immutatis, nempe ex, *pe te*, facto, *de re*: Corradus ſic, *peto, ut celemus*: alii, *de te celemus*: alii, *petis ut celemus*: quod poſtremum mihi magis placet. *Lambin.* *Saufejum per te celemus.*] Libri formis impreſſi, *Saufejum peto, celemus*, mendoſe. ſincere Cruſellinus, *Saufejum per te celemus.* tuâ cauſſâ, inquit, quoniam videri non vis ab Epicuri ſecta deficere, Saufejum Epicureum cele-

numquam [b]indicabo. Quòd [c]te à Bruto ſcribis; ut certior fieret, quo die in Tuſculanum eſſem futurus: ut ad te ante ſcripſi, [d]VI. kal. & quidem ibi te quàm primùm pervidere velim. puto enim nobis Lanuvium eundum, & quidem non ſine multo ſermone. ſed μελήσει. Redeo ad [e]ſuperiorem: ex qua prætereo illa prima de Buthrotiis: quæ mihi ſunt incluſa medullis; ſit modò, ut ſcribis, locus agendi. [33]De oratione Bruti prorſus contendis, [f]cùm iterum tam multis verbis agis. egone ut eam cauſam, quam is ſcripſit? ego ſcribam non rogatus ab eo? nulla παρεγχείρησις fieri poteſt contumelioſior. at, inquis, Ηρακλείδιον aliquod. non recuſo id quidem; ſed & componendum argumentum eſt, & ſcribendi exſpectandum tempus maturius. licet enim de me, ut libet, exiſtimes (velim quidem quàm optimè) [34]ſi hæc ita manant, ut videntur (feres quod dicam) me idus Martiæ non delectant. [35]ille enim numquam revertiſſet: nos timor confirmare ejus acta non coegiſſet: aut, ([36]ut in Saufeji eam, relinquamque

b dubitabo *MS.*
P. CCXL.
c de Bruto *Grav. conj.*
d v. *MS.*
e ſuperiora *MS.*
f mecumque *alii.* committere *Manut.*

lemus, tibi valde probari Tuſculanas diſputationes. Terentius, *Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquire.* Boſius.

33. *De oratione Bruti prorſus contendis, mecumque iterum tam multis verbis agis.*] Antiquiores codices habent, *prorſus contendis committere tam multis, &c.* id èſt omni ſtudio conaris nos inter nos committere, ut quodammodo certemus, quis argumentum cauſamque illam pulchrius elegantiusque explicet? quemadmodum committi dicuntur gladiatores, à Græcis συμβάλλεσθαι hoc dicitur. *Victor.*

34. *Si hæc ita manant.*] Balliol. & edd. vett. *ſi hæc ita manent.* Victor. & Manut. *ſi hæc ita manant.* Procul dubio in veteribus libris excidit una littera, ſcribendumque, *ſi hæc ita maneant.* hoc eſt, ſi hic rerum ſtatus non immutabitur, ſi improbitas Antonii ſociorumque ejus non comprimetur. Manutius male ſuorum librorum ſcripturam tuetur. Nam apud Tulliam legi non infrequenter, *manat latius malum.* Sed hic locum non habet. Senſus enim hic eſt, quem alibi his verbis expreſſit. Si hæc fixa ſunt, ſi multa rerum commutatio ſequetur, non lætor Julium Cæſarem eſſe interfectum. *Grævius.*

35. *Ille enim nunquam revertiſſet: nos timor confirmare ejus acta non coëgiſſet.*] Amicus meus, veteris libri ſecutus corruptam ſcripturam, ita hunc locum legebat: *Ille enim ſi vixiſſet, nunquam nos timore confirmare ejus acta coëgiſſet.* Urſin.

36. *Aut ut in Saufejana &c.*] Videtur locus obſcurior; qui tamen illuſtrabitur diſtinctione. ſic igitur diſtinguamus: *At (ut in Saufejanam reliquasque diſputationes, ad quas tu etiam Veſtorium hor-*

que Tuſculanas [g] diſputationes, ad quas tu etiam Veſto-rium hortaris) ita gratioſi eramus apud illum, [37] quem dii mortuum [h] perduint: ut noſtræ ætati, quoniam in-terfecto domino liberi non ſumus, non fuerit dominus ille fugiendus. rubeo, mihi crede. ſed jam ſcripſeram; delere nolui. De Menedemo vellem verum fuiſſet. De regina velim verum ſit. Cetera coram, & maxi-mè quid noſtris faciendum ſit; quid etiam nobis, ſi Antonius militibus obſeſſurus eſt ſenatum. Hanc epi-ſtolam ſi illius tabellario dediſſem, veritus ſum, ne ſol-veret. itaque miſi deditâ [i] operâ. erat enim reſcriben-dum tuis. Quàm vellem, Bruto ſtudium tuum navare potuiſſes! ego igitur ad eum litteras. Ad Dolabellam Tironem miſi cum mandatis & litteris. eum ad te vocabis; &, ſi quid habebis, quod placeat, ſcribes. Ecce autem de [k] traverſo L. Cæſar, ut veniam ad ſe, rogat, [38] in Nemus; aut ſcribam, quò ſe venire velim: Bruto

g Quæſtiones *MS.*
h perdant *alii.*
i opera *delet Jun.*
P. B.
k transverſo *alii.*

hortaris) ita gratioſi &c. hoc ſenſu: Ille numquam revertiſſet, aut, ſi revertiſſet, ita gratioſi eramus apud illum, ut noſtræ ætati, ſi-quidem dominum habituri fuimus, non fuerit dominus ille fu-giendus: illud autem, *Ut in Saufejanam &c.* explano ſic: Ut con-tra ea dicam, quæ in Tuſculanis diſputationibus a me ſcripta. in iis enim multa de morte contemnenda. qui autem dominum fert, is ideo ferre videtur, quia mortem timet. & primam, opinor, diſputationem, id eſt, primum librum Tuſculanarum, Saufejanam appellat, quia contra Saufeji ſententiam, qui Epicurum ſequeba-tur, multa complectitur de animorum æternitate. *P. Manut.* *Ut in Saufejanam reliquasque.*] Codex Turnæſ. habet, *ut in Saufeleam reliquamque diſp. &c.* unde conjicere poſſit aliquis legi poſſe, *ut in Saufeianam relinquamque Tuſculanas diſputationes*, hac ſen-tentia: ut in Saufejanam hereſim, ſeu ſcholam transfugiam, & Tuſculanas diſputationes relinquam. *Lambin.* Scripſi ex Cruſelli-no, *ut in Saufeji eam relinquamque Tuſculanas diſputationes.* quæ lectio exſtat etiam in Tornæſiano, niſi quòd pro, *Saufeji eam* ibi vitioſe exaratum eſt, *Saufeleam.* Dixit autem, *in Saufeji* ἐλλειπτικῶς, pro, *in Saufeii ſententiam.* Boſius.

37. *Quem di mortuum perdant tu: ut noſtra &c.*] Monoſyllabum *tu* interjectum totum ſenſum perturbavit, quo ſublato omnia plana & perſpicua fiunt. Putamus id conflatum eſſe ex poſtrema ante-cedentis dictionis littera, & prima ſequentis imprudenter com-pactis: ſiquidem nullus ei hic locus eſſe poteſt. accidunt autem nimis ſæpe hujuscemodi errores: reliqua ex antiquis codicibus re-ſtituimus. Hujus autem clauſulæ prolixitas, quæ tot inculcatis nec ſemel κατὰ παρένθεσιν verbis facta eſt, obſcuritatem quandam induxit, quæ totum hunc locum occupavit. *Victor.*

38. *In Nemus.*] Locum intelligit Dianæ ſacrum in agro Aricino. Stra-

Bruto enim placere, ſe à me conveniri. ô rem odioſam & inexplicabilem! puto me ergo iturum, & inde Romam; niſi quid mutaro. Summatim adhuc ad te. nihildum enim à Balbo. tuas igitur exſpecto, nec actorum ſolùm, ſed etiam futurorum.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

A Bruto tabellarius rediit: attulit & ab [1] eo & Caſſio. conſilium meum magnopere exquirunt: Brutus quidem, 39 utrum de duobus. ô rem miſeram! plane non habeo quid ſcribam. itaque ſilentio puto me uſurum; niſi quid aliud tibi videtur. ſin tibi quid venit in mentem, ſcribe quæſo. Caſſius vero vehementer orat ac petit, ut Hirtium quàm optimum faciam. 40 ſanum

[1] & à Caſſ. MS.

trabo, Τὸ δὲ ἀρτεμίσιον, ὃ καλοῦσι νέμος, ἐκ τοῦ ἐν ἀριστερᾷ μέρους τῆς ὁδοῦ τῆς ἐξ ἀρικίας ἀναβαίνουσιν εἰς τὴν ἀρικίνην τὸ ἱερόν. ſo loco prædium habuit C. Cæſar, quod inde Nemorenſe dicebatur, cujus meminit hic auctor ſupra lib. VI. & Suetonius. *Boſius.*

39. *Utrum de duobus.*] Romam eant, nec ne. id enim conſiderabant, ſed veteranos timebant, quorum ad Kalendas Junias magna multitudo in urbe affutura erat. in libro ſuperiore in extremo, *timeor*, inquit, *a multis, ne in ſenatu Kalendis, dicuntur enim occulte milites ad eam diem comparari, & quidem in iſtos, qui mihi videntur ubivis tutius quam in ſenatu fore.* Et in epiſtola, quæ utriusque nomine ad Antonium ſcripta legitur Fam. lib. X. cum hoc ipſum conſultarent, num in urbe tuto eſſe poſſent, *Scribitur*, inquiunt, *nobis, magnam veteranorum multitudinem Romam conveniſſe jam, & ad Kalendas Junias futuram multo majorem, petimus a te, facias nos certiores tua voluntatis, putes ne nos tutos fore in tanta frequentia veteranorum: quos etiam de reponenda ara cogitare audimus.* Congruit igitur & tempus, & ſententia, ut explanem ſic: Utrum de duobus, utrum Romam eant, an in iisdem locis maneant. *P. Manut.*

40. *Sanum putas ἀνθρακεύς.*] Veſtigia alterius Græcæ dictionis in antiquis exemplaribus reperiuntur, quæ tota hic deſideratur. Germani ita ſe in ſuo codice inveniſſe teſtantur, ὅτι νοῦς ἄνθρακες. Valde huic conſimilem ſcripturam nos quoque in noſtro antiquiore deprehendimus: quam diligenter animadverſam ſic putavimus non incommodè poſſe reſtitui, ὁ θησαυρὸς ἄνθρακες. Proverbium eſſe nemini ignotum eſt: profertur de his, qui, cum de aliqua re potiunda in magnam ſpem venerint, ſe poſtea deluſos ſpeque fruſtratos ſenſerint. Suid. de illis pronuntiari ſolitum tradit, qui, cum bona ſperaſſent, detrimento affecti ſint ex illis rebus, à quibus

num putas? ὁ γναφεὺς ἀνθρακεύς. epiſtolam tibi miſi. [41] Ut tu de provincia Bruti & Caſſii [42] per ſenatûs conſultum, ita ſcribit & Balbus & Hirtius. [m] qui quidem, ſe actutum. etenim jam in Tuſculano eſt: mihique, ut abiim, vehementer auctor eſt: [n] & ille quidem periculi cauſâ; quod ſibi etiam fuiſſe dicit: ego autem, etiam

[m] *alii non habent* qui.

[n] *Boſius addidit* &.

bus erat ipſis commodorum ſpes. Quibus hæc noſtra caſtigatio non probabitur, ipſi operam dent, ut meliorem ex mutila illa & deminuta dictione eliciant. *Victor.* Victorium fefellerunt veſtigia veteris ſcripturæ non ſatis expreſſa in ejus antiquo libro, quibus ille ſeductus auctor hucusque fuit ut legeretur ὁ θήσαυρος ἀνθρακες. Nos rectius, niſi valde fallor, & ad ſententiam Ciceronis accommodatius ὁ γναφεὺς ἀνθρακεύς: quam lectionem colligimus ex depravata illa quidem, ſed tamen ſatis perſpicua, Tornæſiani & Cruſellini codicis ſcriptura, quæ in hoc erat ejusmodi ΟΓΕΝΑΥC ΑΝΘΡΑΚΕΥC: in illo autem hoc exemplo ΟΓΝΑΤΕC ΑΝΘΡΑΚΕΥC. Proverbium eſt ductum ex fabula Æſopica fullonis & carbonarii, quo inſignis quædam diverſitas & diſſimilitudo functionum munerum indicatur. nam fullonis eſt eluere maculas, polire & dealbare veſtes; carbonarii vero quidquid attingat atro colore perfundere. Valde autem verecunde & modeſte Cicero de ſe loquitur, cum ait ſe in ea re, de qua rogabatur a Caſſio, fore pro fullone carbonarium. non enim ſuum eſſe alios virtutibus expolire, ſed potius vitiis inquinare. itaque non ſatis prudenter Caſſium a ſe petiiſſe, ut Hirtium optimum faceret. *Boſius.* Recte Boſius ὁ γναφεὺς ἀνθρακεύς. fullo carbonarius. Fullonis eſt togam ſordidam eluendo reddere nitidam: At carbonarius denigrat. Qui in hoc homine fulloniam exerceat, in fine operis ſe carbonarium fuiſſe videbit. nihil enim profecerit, nigriorem eum & turpiorem reddet. Vel ita, quo magis ei honeſta præcipio & inculco, eo minus proficio, eo deteriorem ille ſe prodit magisque infectum veneno Cæſariano. *J. F. Gronov.*

41. *De provincia Bruti & Caſſii per ſcita.*] Locus proculdubio mendoſus. Quidam *percita* legunt non minus perturbata & incerta lectione: alios etiam aliis modis hanc maculam delere conari novimus: nos *per S. C.* legimus, nulla dempta, aut addita litera: tantùm diſtinctis tribus vocibus, quæ temerè, ut conjecimus, in unam coaluerant: veterem autem ſcripturam cum nova conſentire obſervavimus, ut nullam ex ea opem exſpectare potuerimus. *Victor.* *Ut tu de Provincia Bruti & Caſſii per S. C. ita ſcribit.*] Placet ut legatur, *ut tu de Provincia Bruti & Caſſii perſcriptere ſcribit.* Urſin.

42. *Per S. C. ita ſcribit & Balbus & Hirtius. qui quidem ſe actutum, etenim.*] Auctore Cruſell. ita Boſius emendavit. vulg. *per S. C. ita ſcribit & Balbus. Et Hirtius quidem, ſe acturum: etenim &c.* illud verò, *per S. C.* debetur Victorio. antea enim legebatur, *perſcita*, vel, *percita*; Urſinus nihilominus mavult legere, *de provincia Bruti & Caſſii perſcrmtere ſcribit.* Cleric.

43. Qui

etiam ut nullum periculum ſit: tantum abeſt, ut Antonii ſuſpicionem fugere [o] nunc curem, ne videar ejus ſecundis rebus non delectari, ut mihi cauſa ſit, cur Romam venire nolim, ne illum videam. Varro autem noſter ad me epiſtolam miſit, ſibi à neſcio quo miſſam, (nomen enim [p] delêrat) in qua ſcriptum erat, veteranos eos, qui rejiciantur (nam partem eſſe dimiſſam) improbiſſimè loqui; ut magno periculo Romæ ſint futuri, qui ab eorum partibus diſſentire videantur. 43 qui porro noſter itus, reditus, vultus, inceſſus inter iſtos? quod ſi, ut [q] ſcribis, L. Antonius in Decimum, reliqui in 44 noſtros; ego quid faciam? aut quo me pacto geram? mihi verò deliberatum eſt, ut nunc quidem eſt, abeſſe ex ea urbe, in qua 45 non modò florui cum ſumma, verum etiam ſervivi cum aliqua dignitate. nec tam ſtatui ex Italia exire, de quo tecum deliberabo, quàm iſtuc non venire.

o non alii.

p deerat alii.

q ſcribit alii.

P. CCXLI.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

46 CUM ad me Brutus noſter ſcripſiſſet & Caſſius, ut Hirtium, quem adhuc bonum fuiſſe ſciebant, neque eum confidebant fore, mea auctoritate meliorem facerem, (Antonio eſt enim [r] fortaſſe iratior, cauſæ verò

r forte MS.

43. *Quis porro noſter itus.*] Poggii liber, Lolgii Romanus, *Qui*, quod eſt Qualis. plane melius. Nec tamen ignoro in Andria a Terentio: *Quis videor? C. Miſer æque atque ego.* Cicero certe in Oratore: *Et e Poëticisne numeris, an ex alio genere quodam: & ſi e poëticis, quis eorum ſit & qui.* Malaſp. *Itus* pro *itio.* Superius *de obviam itione* & alibi. ſed & *itus.* Suet. in Tib. *Ad extremum vota pro itu & reditu ſuſcipi paſſus, ut vulgo jam Calipides vocaretur.* Caſaub.

44. *Noſtros.*] Hac voce ſemper M. Brutum & C. Caſſium deſignat; ut ep. 4. *Scribis te neſcire quid noſtris faciendum ſit.* Item ep. 1. lib. XIV. & 6. hujus libri. *P. Manut.*

45. *Non modo florui cum ſumma fama, &c.*] Poſtremum verbum ſupervacaneum eſt: quare id delevimus: intelligitur enim *dignitate*, quæ vox infrà eſt, & huic etiam loco ἀπὸ κοινοῦ ſervit. eſt autem, ſi ita legas cum veteribus codicibus, elegantior & non paulò ſuavior lectio. *Victor.*

46. *Cum ad me Brutus.*] Epiſtola hæc ſuperiori appingitur in vulgata editione. *Cleric.*

verò amiciſſimus) tamen ad eum ſcripſi, eique dignitatem Bruti & Caſſii commendavi. ille quid mihi reſcripſiſſet ſcire te volui; ſi fortè idem tu, quod ego, exiſtimares, 47 iſtos etiam nunc vereri, ne fortè ipſi noſtri plus animi habeant, quàm habent.

HIRTIUS CICERONI SUO S.

s *an* alii. RURE s *jam redierim quæris. an ego, cùm omnes caleant, 48 ignaviter aliquid faciam? etiam ex urbe ſum profectus. 49 utilius enim ſtatui abeſſe. has tibi litteras exiens in Tuſculanum ſcripſi. noli autem me tam ſtrenuum putare, ut ad nonas recurram. nihil enim jam video opus eſſe noſtrâ curâ: quoniam 50 præſidia ſunt in tot annos proviſa. Brutus & Caſſius utinam, quàm facilè à te de me impetrare poſſunt, ita per te exorentur, 51 ne quod calidius ineant conſilium! cedentes enim hac ais*

47. *Iſtos etiam nunc.*] Hirtium & alios Cæſarianos vereri, ne Brutus & Caſſius cedentes Italiâ exercitum comparent, & armati redeant de ſumma rep. decertaturi. *Iſtos* cum dicit Cæſarianos ſignificat, *Noſtros* Brutum & Caſſium. *Popma.*

48. *Ignaviter aliquid faciam.*] Rogandi nota repugnantiam inducit. Negare enim ſe frigere, & dicere ex urbe profectum, repugnant inter ſe. Itaque abeſſe illam puto melius, ut Ciceronis quæſtio ſit, cum altera parte repugnantiæ, agatne aliquid, an ceſſet: Cui P. Hirtius ceſſare ſe reſpondeat: qui, cum rure redierit, in urbe tamen manere noluerit. melius eſſe ſtatuens abeſſe. Atque, hoc eſt, quod Cicero prima Philippica, de hoc ipſo tempore loquens, ait: *Conſules deſignati, ſe audere negabant in Senatum venire.* Malaſp.

49. *Ut (illius enim ſtatum odi) abeſſem.*] Sic excuſi omnes habent, longè à veteribus codicibus: *odi* enim (ut de aliis varietatibus taceam) in antiquis non eſt. Nos illis autoribus ita, ut in noſtro vides, emendavimus: quæ ſi proba eſt (ut confidimus) lectio, nulla amplius declaratione eget: unicuique enim plana & cognita ſua facilitate eſſe poteſt. Initium etiam hujus epiſtolæ eorundem codicum autoritate nihil mutavimus. *Victor.*

50. *Præſidia ſint in tot annos.*] Præſidia vocat Magiſtratus, quos Cæſar paucis diebus antequam occideretur deſignaverat in biennium, ut ſcribit Cicero lib. XIV. ep. 6. & Dio lib. XLII. Sed Appianus lib. III. recitat orationem Antonii habitam in Senatu, in qua dicit a Cæſare in quinquennium ordinatos & urbanos & provinciales magiſtratus omneſque dignitates & præfecturas exercituum. Cui videtur Hirtius hic conſentire, & Suetonius Julio cum ait: *Eadem licentiâ ſpreto patria more magiſtratus in plures annos ordinavit.* Popma.

51. *Ne*

ais ſcripſiſſe: quo? aut quare? retine, obſecro te, Cicero, illos: & noli ſinere hæc omnia perire, quæ funditus medius fidius rapinis, incendiis, cædibus pervertuntur. tantum, ſi quid timent, caveant: nihil præterea moliantur. Non mediusfidius acerrimis conſiliis plus quàm etiam inertiſſimis, dummodò diligentibus, conſequentur. hæc enim, quæ fluunt, per ſe diuturna non ſunt, in contentione præſentes ad nocendum habent vires. quid ſperes de illis in Tuſculanum ad me ſcribe.

Habes Hirtii epiſtolam: cui reſcripſi, nil illos calidius cogitare, idque confirmavi. hoc qualecunque eſſet te ſcire volui. Obſignatâ jam epiſtolâ Balbus ad me, Serviliam rediiſſe, confirmare non diſceſſuros. nunc exſpecto à te litteras. P. B.

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

GRatum, quòd mihi epiſtolas: quæ quidem me delectarunt, in primis Sexti noſtri. dices, quia te laudat. puto mehercule id quoque eſſe cauſæ: ſed tamen etiam ante, quàm ad eum locum veni, valde mihi placebat, cùm ſenſus ejus de republica, tum ſcribendi

51. *Ne quod callidius ineant conſilium &c.*] Antiqua exemplaria & hic & paulò pòſt iterum *calidius*. Non. Marcellus Calidum ferox & inconſultum etiam ſignificare tradit: citatque hæc M. Tullii verba è libro primo de Officiis: *Sic reperias multos, quibus periculoſa & calida conſilia quietis cogitationibus ſplendidiora & majora videantur.* Quod ſi diligenter Donati Terentiani interpretis verba conſideres, videbis hunc Terentii locum in Eunucho ſic quondam multos legiſſe, *Vide ne nimium calidum hoc ſit modo.* ille enim (periculoſum) exponit, quamvis melius (callidum) legi adfirmet. erat autem ibi callidis & vafris conſiliis locus: omnia enim à ſervis doloſe aguntur, & in eo præcipuè negotio aſtutiâ & malitiâ opus erat. hic verò nullus: ſermo enim de clariſſimis & fortiſſimis viris, qui omnia virtute gerebant, quorum periculoſa & ferocia conſilia Hirtius metuebat. Eodem autem ſenſu idem appellat acerrima conſilia. Nos receptam lectionem non mutavimus. Veruntamen poſt tot exempla reperta, quæ veterem lectionem corroborant, magis hac lectione delectamur, eamque veriorem ducimus. qui ergo his argumentis autoritatibusque perſuaſi erunt, poterunt, communi deleta, hanc etiam nunc reponere: nobis enim non ſolum conſentientibus, ſed etiam autoribus id facient.

 Victor.

t cauſſa *alii.*

bendi [t] cura. [52] Servius verò pacificator cum librariolo ſuo videtur [53] obiiſſe legationem, & omnes captiunculas pertimeſcere. debuerat autem, [54] non ex jure manu conſertum: ſed quæ ſequuntur. Tu quoque ſcribes.

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

v agant *alii.*

POST tuum diſceſſum binas à Balbo; nihil novi: itemque ab Hirtio; qui ſe ſcribit vehementer offenſum eſſe veteranis. exſpectat animus, quidnam [v] agam de

Victor. *Ne quod callidius.*] *Calidius* eſt in manuſcripto, & recte. Θερμὸν Græci eadem ſignificatione uſurpant. *Urſin.* *Calidius ineant conſilium.*] Sic Plaut. Epidico: *Reperiamus aliquid calidi conducibilis conſilii.* & Milite. *Cedo calidum conſilium cito.* Terent. Eunucho: *Vide ne nimium calidum hoc ſit:* ubi calidum eſt θέρμον, audax, præceps, extemporarium, temerarium. *Popma.*

52. *Servius verò pacificatus cum librariolo ſuo &c.*] Locus non parum obſcuritatis continens: valde autem diverſa ſcriptura eſt in antiquis codicibus, quorum nos, quamvis non magnopere certam lectionem maluimus ſequi, quàm eam quæ eſt in excuſis libris non minus obſcuram & incertam. cur enim non potius fidem habeamus veterum & incorruptorum codicum teſtimonio quàm novorum & pluribus de cauſis ſæpe mentientium? puto autem fore ut à nobis reſtituta lectio ſincerior eſſe quandoque cognoſcatur. Poſſet aliquis fortaſſe ſuſpicari à *Liber* (ſic enim quandoque veteres unitatis numero filium appellaſſe compertum eſt) ὑποκοριστικῶς *liberiolum* formatum eſſe, quemadmodum à filius filiolus: conſtat enim Servium filium habuiſſe ſatis contumacem, de quo ſæpius in his epiſtolis meminit: ut ultima IX. libri epiſtola: *Sed erit immitiſſimus Servius, qui filium miſit ad affligendum Cn. Pompejum, aut certè capiendum cum Pontio Titiniano.* ſed & aliis etiam, quæ, ne longiores ſimus nulla utilitate, omittemus. novum hoc ſanè & durum & parum omnino mihi veriſimile: quis tamen poteſt confirmare, in aliena lingua & jamdiu exſtincta hoc non, ut alia multa, formari potuiſſe? Hæc igitur levi quadam conjectura motus, non quòd ita omnino eſſe crederem, dixi: nam locum valde ambiguum & incertum eſſe fateor, & tamen non contemnendam eſſe veterem ſcripturam arbitror: certiorem enim & veriorem rationem ea habere poteſt quàm eruditiores fortaſſe explicabunt. *Victor.*

53. *Obiiſſe legationem.*] Ironicè, non enim Servius Sulpicius erat legatus: ſed privatim hos vel illos conveniebat, & ad pacem hortabatur. multo poſt Legatus ad Antonium publice miſſus obiit Philip. IX. *Popma.*

54. *Non ex jure manu.*] Non jure & legitimis actionibus diſceptare

de kal. Martiis. miſi igitur Tironem, & cum Tirone plures, quibus ſingulis, ut [x] quidque accidiſſet, dares litteras: atque etiam ſcripſi ad Antonium de legatione: ne, ſi ad Dolabellam ſolum ſcripſiſſem, iracundus homo commoveretur. quòd autem aditus ad eum difficilior eſſe dicitur; ſcripſi ad [55] Eutrapelum, ut is ei meas litteras redderet, legatione mihi opus eſſe. honeſtior eſt votiva: ſed licet uti utrâque. De te, quæſo, etiam atque etiam vide. velim poſſis coràm: ſi minùs poſſis, litteris idem conſequemur. Græcejus ad me ſcripſit C. Caſſium ſibi ſcripſiſſe, homines comparari, qui armati in Tuſculanum mitterentur. id quidem [y] mihi non videbatur; ſed cavendum tamen, [56] villæque plures videndæ.

x quid- quid *alii.*

y mihi vid. *alii.*

tare cum hoſtibus patriæ & libertatis; ſed ferro potius decernere. Verſus Ennii Annal. Octavo:

Non ex jure manu conſertum, ſed mage ferro.

Rem repetunt: quos citat Pro Muræna, Famil. lib. VII, ep. 13. Gellius lib. XX. cap. 9. *Popma.*

55. *Eutrapelum.*] Volumnium Eutrapelum, Antonii familiariſſimum, qui etiam illi amicam ſuam Cytheridem conceſſerit. Fam. ep. ult. lib. IX. & Servius in ult. Ecloga. *P. Manut.*

56. *Et illa quæ plures videndæ.*] Et hic etiam valde depravatus & mancus, quem nullo pacto corrigere tentavi, quum ne magis adhuc corrumperem vererer. ſcio ſanè quo modo alii emendare conati ſint: verùm illa mihi parum ſatisfaciunt. in veteribus ſic inveni, *ut ille quæ plures videndæ:* ne aliquid omittamus, quod aliquando locum hunc adjuvare poſſet. Quin & paulò pòſt verbum *pollicetur* in noſtro antiquiore non eſt. fuerit autem hoc erratum librarii, an verò ab aliquo ita ſuppletum ſit, cum quiddam deſiderari appareret, doctorum virorum volumus eſſe judicium: à nobis, cum nihil aliud poſſimus, contentus ſit clemens ingenuuſque lector, veteris lectionis, qualis qualis eſt, ſibi poteſtatem factam. *Victor. Villæque pluries videndæ.*] Boſius ita emendavit, ex corrupta hac Cruſellini ſcriptura, *villæque plures videndæ.* Victorius edidit, *ut illa quæ plures videndæ;* ſed corruptè, ut ipſe fatetur, vulgata lectio; *ut ille. Quæ plures vident.* Cleric. In tantis tenebris & veterum librorum corruptione Cruſellini ſcriptura ceteris mihi videtur præferenda: *villæque plures videndæ*, hoc eſt, villæ plures, in quibus latere & hominum armatorum vim effugere poſſimus, providendæ & quærendæ. *Videre* ſæpe eſt curare Ciceroni & providere parare, ut ſuperius notavimus. Quid ad hunc locum faciat villarum inſpectio ne corrumpantur, cum ſcribat de armatis hominibus, quos miſſuri erant & quorum impetus cavendus ſit, non video. Verùm plures villas paratas habere, in quibus latebræ ſint, ad armatorum impetum fallendum, ad rem hic maxime facit. *Gravius.*

 57. *De*

dendæ. 57 ſed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis de ea re.

EPISTOLA IX.

Pag. CCXLII.

CICERO ATTICO S.

z alii Quarto. a emundum alii. b quam delet Lamb.

z TERTIO nonas veſperi à Balbo redditæ mihi litteræ, fore nonis ſenatum, 58 ut Brutus in Aſia, Caſſius in Sicilia frumentum a emendum & ad urbem mittendum curarent. ô rem miſeram! primùm ullam ab iſtis, dein, ſi aliquam, hanc 59 legatoriam provinciam? atque haud ſcio an melius ſit b 60 quàm ad Eurotam ſedere. ſed hæc caſus gubernabit. ait autem, eodem tempore decretum iri, ut iis & reliquis prætoriis provinciæ decernantur. hoc certè melius 61 quàm illa Per-

57. *Debet aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis dare.*] Vetus liber, *ſed aliquid craſtinus dies ad cogitandum nobis dabit.* Urſin.

58. *Ut Brutus in Aſia, Caſſius in Sicilia frumentum emendum.*] *Emundum* putò legendum ex auctoritate argentei denarii, in quo PISO ET CÆPIO. AD FRU. EMU. EX S. C. deſcripti ſunt. *Idem.*

59. *Locatoriam.*] Repoſuit ita ex Cruſell. Boſius; veteres libri, & in his Tornæſianus, habent, *legatoriam*; unde quidam fecerunt, *relegatoriam*, quibus aſſentitur Lambinus. vulg. *legatariam*; Cleric. *Locatoriam provinciam.*] Sic vocat per contemtum munus locandi & advehendi frumentum e provinciis. Sed vere dicam, mallem *legatoriam.* Nam ſpecies legationis erat iſta curatio frumentaria, ep. 10. *Popma.* Omnino legendum *legatoriam*, in quam non mittantur tanquam Proconſules, ſed tanquam legati ad frumentum emendum. Clare hoc videre licet ex epiſtola ſequente, ubi de eadem re loquitur: *Frumentum imponere, quæ eſt alia Dionis legatio? aut quod munus in rep. ſordidius.* Grævius.

60. *Quam ad Eurotam ſedere.*] Eurotas fluvius celeberrimus urbem Lacedæmonem præterfluens; apud quem vapulando contendere ſolebant & victor abibat, qui plures plagas accepiſſet ſine corporis motu, ut autor eſt Placiades ad illud Statii Thebaid. IV. — *oloriferique Eurotæ*, & I, — *aſper Eurotas.* Cicero Tuſculanar. I. *Nihil horum ſimile apud Lacænas virgines, quibus magis palæſtra, Eurotas, ſol, pulvis, labor militiæ in ſtudio eſt.* Hinc jocus Ciceronis. Neſcio an melius ſit Brutum & Caſſium in Aſiam & Siciliam navigare ad emendum frumentum, & longiſſime a rep. abeſſe, quàm ſedere Lanuvii & ſpectare civiles contentiones quò evadant. *Popma.*

61. *Quam illa Perſei porticus.*] Ea eſt obſcuritas in his verbis, ſive ea ab aliqua ſcripturæ perverſione oriatur, ſive à dicti ambiguitate.

Perſice porticus. 62 nolo enim Lacedæmonem longinquam; Lanuvium exiſtimavi. rides, inquies, in talibus

guitate, quod continent, ut me non intelligere fatear vim & ſignificatum eorum: nolo enim, quod neſcio, ſcire videri, atque hoc magno ſtudioſorum damno committere. Quod reſtabat, cum fide & diligentia veterem lectionem deſcripſi: illam enim minus corruptam arbitror, quo minus contaminata eſt. Videndum eſt etiam, an in hac voce *legatariam* mendum quoque inſit: mihi certe illa valde ſuſpecta eſt. Veteres præterea paulò diverſius eam habent: *legatoriam* enim eſt in illis. *Victor.* *Perſice porticus.*] Perſica porticus magnifica fuit Lacedæmone, trophæi loco ædificata ex manubiis Perſarum, quos Lacedæmonii bello vicerant: cujus tectum Perſici exercitus ducum ſimulacra barbarico veſtitu ornata ſuſtinebant, quo & hoſtes horreſcerent, ut tradunt Vitruvius lib. 1. cap. 2. de Architect. & Pauſanias in Laconicis. Ex hoc Cicero Lanuvium vocat Perſicem porticum, quod ut in illa Lacedæmonii victoriam ſuam Perſicam; ſic in hac Brutus libertatem reipublicæ a ſe aſſertam oſtentabat. Et ἐμφατικῶς addit *illa*, nimirum ubi Brutus ſedet. *Popma.* Non ipſam Lanuvium vocat *Perſicem* porticum, ſed porticum, quam in Lanuviana villa exſtruxerat Brutus, ubi & aut Eurotam pictum habebat, aut rivulum quendam illam villam irrigantem, quem Eurotam dixit. Melius eſt, inquit Tullius, accipere provincias & in eas proficiſci, ſi nunc decernantur, quàm otioſum deſidere in Lanuvina villa ad Eurotam & in Perſica illa porticu. Sin vero in provincias, quas Cæſar ei dedit, diſceſſuri ſint non probo, rectius forte fecerint ſi ad Eurotam deſideant. *Gravius.*

62. *Nolo enim Lacedæmonem* λαχεῖν: κοχώνην *Lanuvium exiſtimavi.*] Ita ex conjectura ferè & emendavit, & interpunxit Boſius. Tornæſ. hæc ita refert, *nolo enim Lacedæmonem longinquo quem Lanuvium exiſtimavit:* Gruſellinus hoc modo: *nolo enim Lacedæmonem loci in quo quoniam Lanuvium exiſtimavi.* vulgati codices. *nolo enim Lacedæmonem longinquam Lavinium exiſtimaris.* Cleric. Λαχεῖν κοχώνην.] Hæc Græca verba Boſius edolavit, cum nullum eorum veſtigium in veteribus libris appareat, in quibus eſt *longinquo cum*, vel *longinquo, quoniam:* quod poſtremum rectum arbitror. Nolo, inquit, Lacedæmonem longinquo loco exiſtimes conſtitutam eſſe, ipſe Lanuvium intellexi, ubi Eurotas, ubi Perſice porticus, dum quidem Brutus ibi otioſus deſidet. *Popma:* Ex vulgatæ ſcripturæ veſtigiis legendum cenſeo; *nolo enim Lacedæmonem longinquiorem Lanuvio exiſtimaris.* Senſus eſt. Nam ut me intelligas obſcurius loquentem, non illam, quæ in Peloponneſo eſt, ſed illam, quæ non longius abeſt ab urbe Romana quam Lanuvium, Lacedæmonem interpreteris volo. *J. F. Gronov.* Conjecturæ Gronovii favent vetuſtiores libri, in quibus, ut & Balliol. *longinquo cum*, unde facile refingas *longinquiorem*, quod omnino videtur ſenſus poſtulare. Retinui autem vulgatam. Nam audacia doctiſſimi Boſii hic ferri non poterat. *Gravius.*

bus rebus? quid faciam? plorando feſſus ſum. [63] Dii immortales! quàm me conturbatum tenuit epiſtolæ tuæ prior pagina? quid autem iſte in domo tua caſus armorum? ſed hunc quidem nimbum citò tranſiiſſe lætor. tu quid egeris [c] tua cùm triſti, tum etiam difficili [64] ad [d] conſiliandum legatione, vehementer exſpecto. eſt enim inexplicabilis. ita circumſedemur copiis omnibus. Me quidem Bruti litteræ, quas oſtendis à te lectas, ita perturbarunt, ut, quamquam antè egebam conſilio, tamen animi dolore ſim tardior. ſed plura cùm iſta cognoro. hoc autem tempore, quod ſcriberem, nihil erat, eoque minus, quòd dubitabam, tu has ipſas litteras eſſesne accepturus. erat enim incertum, viſurusne te eſſet tabellarius. ego tuas litteras vehementer exſpecto.

c de tua *alii.*
d *alii* conciliandum.

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

[65] O Bruti amanter ſcriptas litteras! ô iniquum tuum tempus, qui ad eum ire non poſſis! ego autem quid ſcribam? ut beneficio iſtorum [e] utantur? quid turpius? ut moliantur aliquid? [66] nec audent, nec

e utatur *alii.*

63. *Dii immortales!*] Epiſtolæ decimæ hoc principium eſt in vulgata editione. *Cleric.*

64. *Ad conſiliandum legatione.*] Atticus conſtituerat legationis ſpecie ab urbe diſcedere, ne civili diſſenſioni intereſſet: quæ legatio cùm triſtis erat ob calamitatem reipublicæ, tum difficilis, ut quis de ea conſilium dare poſſet. *Conſiliandi* verbo utitur etiam Horatius lib. III. Ode 3. *Gratum elocuta conſiliantibus Junone divis.* Tacitus libro ſecundo Hiſtoriarum: *Et rediere omnes Bononiam rurſus conſiliaturi.* Popma.

65. *O Bruti.*] Hanc epiſtolam vulgata lectio ſuperiori annectit. *Cleric.*

66. *Nec jam poſſunt, nec audent.*] Nos veterem lectionem ſecuti ſumus. *Nec audient* inquit, id eſt, non potero illis hoc perſuadere, nec conſiliis meis parebunt. Se enim timere ne fidem habeat apud illos etiam paulò pòſt his verbis declarat, *Poſſum id negligere proficiens: nec poſſum:* ita ſanè eſt in veteribus codicibus, ſed, ſi *poſſunt* legeretur, non reprehenderem: nam & paulò pòſt, Caſſius queritur amiſſas occaſiones. ſed non poteſt de his firmiter conſtitui & decerni quomodo ea legenda ſint: ex utraque enim lectione non ineptus ſenſus elici poteſt. *Victor.*

67. Si

nec jam poſſunt. age, quieſcant auctoribus nobis? quis incolumitatem [f] præſtet? [67] ſi vero aliquid de Decimi Græcejique; quæ noſtris vita, etiam ſi nemo moleſtus ſit? ludos verò non facere quid fœdius? frumentum imponere, quæ eſt alia [68] Dionis legatio? aut quod munus in republica ſordidius? prorſus quidem conſilia tali in re ne iis quidem tuta ſunt, qui dant. [69] ſed poſſim id negligere proficiens. fruſtra verò [g] qui ingrediar? matris conſilio cùm utatur, [h] vel etiam precibus, quid me interponam? ſed tamen cogitabo quo genere utar litterarum. nam ſilere non poſſum. ſtatim igitur mittam vel Antium, vel Circæos.

f *alii* præſtat. P. B.

g quid *add. vett.*

h vel *deeſt in MS.*

EPI-

67. *Si viro aliquid de Deciis Gracchis noſtris.*] *Greceis* ferè eſt in antiquiore noſtro: & ſanè ita legendum puto. Grecejus autem unus ex interfectoribus Cæſaris, de quo antea meminit: *Grecejus ad me ſcripſit C. Caſſium ſibi ſcripſiſſe homines comparari &c.* Pro *Deciis* autem (quod corruptum omnino eſt, Decimus enim prænomen Caſſii fuit, Decii autem, nobis & illuſtris familiæ nomen) *D.* tantum in antiquo eſt, quod *Decimo* ſignificat, cum Decimis ut Greceis dicendum foret: duobus autem *DD.* opus fuerat (ut opinor) ſi Decimis interpretandum eſſet: ut alibi duo *Q.Q.* Quintos patrem ſcilicet filiumque ſignificant. quamvis enim Decimos Grecejosque appellet, ſingulares homines intelligit, ut multis locis loquitur. videndum igitur accuratius, an alterum *D.* à librario relictum temerè fuerit, ſive potius cum Decimis ſcriptum antè fuiſſet, librarius, brevitati conſulens, *D.* imperitè ſcripſerit, putans ita quoque Decimis ſignificari. *Victor.* Legendum videtur: *Si vero aliquid de Decimo gravius.* Si Antonius gravius conſulat in Decimum Brutum, ut ſi eripiat provinciam Galliam, quemadmodum paullo poſt tentavit, Mutinam obſidendo. *J. F. Gronov.* Sic ante quoque Mich. Brutus edidit.

68. *Dionis legatio.*] Proverbii formam habet de beneficio aut honore in contumeliam collato: natum a facto Dionyſii tyranni, qui Dionem familiarem ſuum ſpecie legationis in exilium miſit, cum tamen eum non in exilium a ſe miſſum, ſed ſeceſſum quæſiviſſe diceret, ut refert Plutarch. & Nepos. Hinc Cicero, illa curatio frumenti mandata Bruto & Caſſio ut, quaſi in exilium miſſi, procul a rep. abſint, non eſt alia quam Dionis legatio. *Popma.*

69. *Sed poſſum id negligere proficiſcens.*] Veteres codices *proficiens* habent, quam lectionem veram eſſe arbitramur. Suprà oſtendimus metuiſſe Ciceronem, ne fruſtra illis conſilia daret, quæ ipſi non eſſent audituri: quod etiam nunc veretur: cur igitur rem, quæ ſibi periculum importaret, aggrederetur, cum nihil ſe profecturum crederet? *Victor.*

 70. *Niſi*

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

ANTIUM veni ante VI. kal. Bruto jucundus noſter adventus. deinde, multis audientibus, Servilia, Tertulla, Porcia, quærere quid placeret. aderat etiam Favonius. ego, quód eram meditatus in via, ſuadere, ut uteretur Aſiatica curatione frumenti; nihil eſſe jam reliqui, quod ageremus, [70] niſi ut ſalvos eſſe. in eo etiam ipſi reipublicæ eſſe præſidium. quam orationem cùm ingreſſus eſſem Caſſius intervenit. ego eadem illa repetivi. hoc loco, fortibus ſanè oculis, Caſſius ([71] Martem ſpirare diceres) ſe in Siciliam non iturum. egone, ut beneficium accepiſſe [1] in contumeliam? [72] quid ergo agis? inquam. at ille, in Achajam ſe iturum: quid tu, inquam, Brute? Romam, inquit, ſi tibi videtur. mihi verò minime. tutò enim non eris. quid ſi poſſem eſſe? placeretne? [73] atque ut omnino; ne-

[1] in contumelia *alii.*

70. *Niſi ut ſalvos eſſe.*] *Eſſet* vetus liber. *Urſin.* Legendum *niſi ut ſalvis eſſe* ſcilicet *liceat.* J. F. Gronov. Certe adhuc & cum uno Bruto loquutus eſt, & de eo uno. Caſſius poſt demum acceſſit. Hinc ait *uteretur.* Hinc etiam nunc videtur dixiſſe, *niſi ut ſalvo eſſe.* Gronov.

71. *Matrem ſpectare dicere.*] Dici non poteſt quàm eſſent hac parte inquinati impreſſi codices: in veteribus ſincera adhuc & integra lectio permanſerat, quam in noſtrum exemplar traduximus. In epiſtola quadam ad Q. Fratrem eandem ſententiam Græcis verbis pronunciat, *Sed minatur tamen, inprimisque ἄρη πνέων Qu. Scævola.* Sumptus eſt autem ex Homeri poëſi modus hic dicendi, ubi Fremere & toto pectore vim bellicam effundere ſignificat. Verſiculus autem eſt alicujus poëtæ, quem dicit à Caſſio pronunciatum, quo oſtendit illum contendere & repudiare curationem frumenti: eum nos ad fidem antiquorum codicum reduximus. quod ſi integra ſententia non apparet, & aliquid intelligere opus eſt, non debet hoc mirum videri: quæ enim tunc plana & perſpicua erant, cùm ſcripta eorum poëtarum in manibus erant & quotidie audiebantur, nunc injuriâ temporum, amiſſis illis, obſcura & incerta ſunt. Appellat etiam infrà Cicero ex hoc verſu curationem hanc frumenti, beneficium Antonii contumelioſum: de Bruto Caſſioque loquens, quos appellat Antiatas, quòd Antii tunc eſſent, ut antea etiam indicat, tum ſe Antium ad illos veniſſe dicit. *Victor.*

72. *Quid ergo agis?*] *Ages* vetus liber. *Urſin.*

73. At-

neque nunc, neque ex prætura in provinciam ires? ſed auctor non ſum, ut te urbi committas. dicebam ea, quæ tibi profectò in mentem veniunt, cur non eſſet tutò futurus. multo inde ſermone querebantur, atque id quidem Caſſius maximè, amiſſas occaſiones; Decimumque graviter accuſabat. 74 ego negabam oportere præterita: aſſentiebar tamen. k cumque ingreſſus eſſem dicere, quid oportuiſſet, nec verò quidquam novi, ſed ea, quæ quotidie omnes; 75 nec tamen illum locum attingere: 76 quemquam præterea oportuiſſe tangi, 77 ſed ſe-

k quanquam *alii*. Pag. CCXLIII.

73. *Atque ut omnino.*] Interrogat Cicero Brutum, Ut omnino poſſes Romæ tuto eſſe, nunquamne in provinciam ires? neque nunc cum Prætor ſis, neque poſtea Proprætore. probabat enim magis, ut Brutus in provinciam iret cum imperio, quam ut Romæ ſine præſidio eſſet inter veteranos. *Popma.* Sententiam hujus loci non ceperunt viri docti. Contrarium Cicero ſuadet. Imo ſi tuto potes, omnino mihi placet te Romæ eſſe, non modo nunc, ſed & poſt cum prætura fueris in urbe defunctus, mallem te Romæ manere, quam in provinciam ire, quia tua opera & conſilio eget reſp. Quamvis autem ſic ſentiam, tibi tamen auctor non ſum, ut nunc urbem ingrediaris. Delevi interrogationis notam, quæ recentiores editiones obſidebat. *Gravius.*

74. *Ego negabam oportere præterita: aſſentiebar tamen. cumque ingreſſus.*] Junius ex mſſ. duobus Palat. legit, *ea negabam oportere, præterita repeti aſſentiebar tamen: quamquam ingreſſus &c.* Cleric.

75. *Nec tamen illum locum attingere quemquam, &c.*] Hic vitioſi ſunt omnes codices, niſi fallor: nam veteres nihilo meliores inveni, ſed prorſus cum vulgatis concordantes. adeo autem perturbata eſt meo judicio hæc lectio, ut deſperarim ex ea me ullam idoneam ſententiam poſſe elicere, aut aliquo pacto maculas, quibus reſperſa & fœdata eſt, eluere. *Victorius.* *Nec tamen illum locum attingere, quemquam præterea oportuiſſe tangi.*] Sunt antiqui libri, a quibus abeſt dictio *tangi*, unde venit in opinionem Manutio, diſtinctione mutata ſic eſſe legendum, *nec tamen illum locum attingere quemquam præterea oportuiſſe; ſed Senatum vocare, populum &c.* Cleric. *attingerem.* J. F. Gronov.

76. *Quemquam præterea oportuiſſe tangi.*] Etiam M. Antonium oportuiſſe occidi. Id. autem M. Brutus vetuerat, ut tantummodo tyrannum odiſſe viderentur. Sed, quoniam video eſſe antiquos libros, a quibus abſit dictio, *Tangi*; venio in opinionem, diſtinctione mutata, ſic eſſe legendum: *Nec tamen illum locum attingere quemquam præterea oportuiſſe, ſed ſenatum vocare; populum ardentem ſtudio vehementius incitare, totam ſuſcipere rempublicam.* Ut active, quemadmodum grammatici loquuntur, omnia ponantur. *P. Manut.*

77. *Sed ſenatum vocari*] *Scilicet ſenatum vocari* eſt in manuſcripto. *Urſinus.* *Senatum vocare.*] Scripſi, *vocare*, &, *incitare*, inq-

ſenatum vocare, populum ardentem ſtudio vehemen-
l ſuſciperem *J. F. Gronov.* tiùs incitare, totam [l] ſuſcipere rempublicam: exclamat tua familiaris: *hoc verò neminem umquam audivi.* ego repreſſi. ſed & Caſſius mihi videbatur iturus: (etenim Servilia pollicebatur ſe curaturam, ut illa frumenti curatio de ſenatûs conſulto tolleretur) & noſter citò dejectus eſt de illo inani ſermone. velle enim ſe dixerat. conſtituit igitur, ut ludi, abſente ſe, fierent ſuo nomine. proficiſci autem mihi in Aſiam videbatur ab Antio velle. ne multa; nihil me in illo itinere, præter conſcientiam, delectavit. non enim fuit committendum, ut ille ex Italia priùs, quàm à me conventus eſſet, diſcederet. hoc dempto munere amoris atque officii ſequebatur, ut mecum ipſe:

m *alii* Θεοπροπεῖς. 78 *Ἠ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν* [m] *θεοπρόπε;*

prorſus diſſolutum offendi navigium, vel potiùs diſſipatum. nihil conſilio, nihil ratione, nihil ordine. itaque
n dubitaveram *alii.* etſi ne antea quidem [n] dubitavi, tamen nunc eo minùs, evolare hinc, idque quamprimùm, ubi

„ *Nec* 79 *Pelopidarum facta, neque famam audiam.*

Sed heus tu, ne fortè ſis neſcius, Dolabella me ſibi legavit a. d. IV. nonas April. id mihi heri veſperi nuntiatum eſt. votiva ne tibi quidem placebat. etenim erat ab-

ἐνεργητικῶς, auctoribus Cruſellino & Tornæſiano. *Boſius.* Quia ſententia loci clamat retinendam eſſe librorum & editionum aliarum ſcripturam. *Sed ſenatum vocari, populum ardentem ſtudio vehementius incitari* ſcilicet oportuiſſe. Sic & Balliol. & Victorii editio, probante quoque Gronovio. *Gravius.*

78. Ἠ δεῦρ' ὁδός.] Integer ſenarius eſt, prolatus ab aliquo, qui, ad oraculum profectus, cum reſponſum alienum ab re ſua accepiſſet, ſecum ipſe querebatur iter illud fruſtra ſuſceptum fuiſſe. Poteſt autem ad varios uſus accommodari, veluti Cicero de ſuo ad Brutum itinere inquit, *Dempto munere amoris atque officii, quod Bruto convento præſtiti, cum nihil profeciſſem, ſequebatur ut mecum ipſe cogitarem.* Iter hoc quid tibi prodeſt nunc, idem lib. XVI. ep. 6 de ſua profectione in Græciam. Et apte dicitur in eos, qui ſtudiorum cauſſâ ad Academias miſſi inde redeunt nihilo doctiores; aut, qui alicujus rei viſendæ agendæve cauſâ peregre profecti, ſine fructu & emolumento domum revertuntur. *Popma.*

79. *Pelopidarum.*] Malorum civium. ep. 12. lib. XIV. integer ſenarius eſt: *Nec Pelopidarum facta, neque famam audiam.* uſus eſt Cicero eodem verſu & in epiſtola ad Curium, lib. VII. Fam. mutatis paulliſper verbis, ſententiâ tamen & metri ratione ſervatâ, ſic: *Nec Pelopidarum nomen, neque facta audiam.* P. Manut.

80. Qua

abſurdum, [80] quæ, ſi ſtetiſſet reſpublica, voviſſem; ea me, everſâ illâ, vota diſſolvere: & habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus [81] lege Julia; [82] nec fa-

80. *Quæ, ſi ſtetiſſet reſpublica, bonis non ſumere, &c.*] Veteres codices *bovis ſi meam everſa, &c.* Qui in priſcis monimentis frequenter *b.* pro *v.* ſcriptum eſſe animadverterit, non parvum aditum habebit ad hujus loci caſtigationem, quod nos infinitis locis in hoc etiam epiſtolarum volumine obſervavimus, ut (ne longius exempla petamus) paulò ſuprà; *Ne antea quidem dubitabi.* Et non multò pòſt, *Dolabella me ſibi legabit.* Reliquis igitur litteris parum diſcrepantibus, ſententia & ſtructura verborum optimè congruente, conjecimus *noviſſem, ea me, &c.* legendum eſſe: & ita ſcripſimus. hac autem conſtituta & confirmata lectione ſenſus ejus ita planus & facilis eſt, ut nulla amplius egeat declaratione. *Victor.*

81. *Lege Julia.*] De legationibus; quibus opinor Cæſarem Dictatorem certum tempus conſtituiſſe, ut Senatorum præſentia urbi exhauſtæ ſubveniret: cujus rei cauſa etiam Senatorum filios & alios cives urbe & Italiâ abeſſe vetuit plus triennio continuo, ut refert Suetonius. Sed quàm longum tempus conſtituerit non liquet: etſi U. C. Antonius Auguſtinus putat Ciceronem his verbis ſignificare Julia lege quinquennium liberis legationibus eſſe præſtitutum, quod longe aliter eſt. Nam Cicero dicit in legatione provinciali cum Dolabella Conſule in Syriam profecturo ſibi datam licentiam, Ut cum vellet introire exire liceret, Ut legatus per quinquennium abeſſe poſſet: quorum neutrum facile in liberis legationibus conceditur, ut conſtat ex epiſt. 8. libro ſecundo. *Popma.*

82. *Nec facile addi poteſt ad id, quod ad Deos genus legationis.*] Hæc ita referebat Cruſellinus, *nec facile addi poteſt, ad idque adeo genus legationis.* unde correxit Boſius, *ad id, quod ad Deos:* vulgò, *nec facile addi poteſt: idque adeo genus legationis &c.* Lambino legendum videtur, *nec facile addi poteſt ad hoc genus legationis;* dicitque libros mſſ. non habere, *idque*; *adeo* autem corruptum eſſe pro, *ad hoc*, vel, *ad id*; quod ultimum rectè habere mſſ. aſſerit Urſinus. Junius verò ex ſuis omnibus mſſ. legit, *nec facile addi poteſt adeo genus legationis.* Cleric. Nimis hic quoque ſibi indulſit Boſius. *Quod ad Deos* in nullo exſtat libro, ſed id finxit ex his verbis unius codicis: *ad idque adeo genus.* poſſit hæc emendatio inter conjecturas non feliciſſimas forte locum habere in annotationibus (quamvis mihi nequicquam probetur: Quis enim Latine peritus *legationem votivam* dicat *legationis genus quod ad Deos*) ſed ferri non poteſt in contextum hæc intrudi. in Balliolenſ. deſideratur *idque*, ut in multis aliis libris. Subſcribo Lambino, qui rectè vidit legendum eſſe: *nec facile addi poteſt ad hoc genus legationis*, nimirum *votiva*, illa verba quæ ſequuntur, *ut cum velis introire, exire liceat.* Petrus Pithœus margine editionis Lambinianæ, cui hæc conjectura Lambini erat appoſita, adſcripſerat ſic reperiri in veteri codice, ut nullus dubitem veram aut hanc & ge-

facilè addi poteſt. [83] Aveo genus legationis, ut, cùm velis, introire, exire, liceat: quod nunc mihi additum eſt. bella eſt autem hujus juris quinquennii licentia. quamquam quid de quinquennio cogitem? contrahi mihi negotium videtur. [84] ſed βλάσφημα mittamus.

EPISTOLA XII.

P. B.

CICERO ATTICO S.

BENE mehercule de Buthroto. at ego Tironem ad Dolabellam cum litteris, quia juſſeras, miſeram. quid nocet? De noſtris autem Antiatibus ſatis videbar planè ſcripſiſſe, ut non dubitares, eſſent quin otioſi futuri, uſurique beneficio Antonii contumelioſo. Caſſius frumentariam rem aſpernabatur. eam Servilia ſublaturam [o] ex ſenatus conſulto ſe eſſe dicebat. [85] noſter verò, καὶ μάλα σεμνὸς, in Aſiam, poſtea quàm mihi eſt aſſen-

o eo MS.

genuinam eſſe hujus loci ſcripturam, aut quam in ſuo libro repetit Urſinus. *Gravius.* Certe quum & Balliol. MS. non habeat aliud niſi quod protulit Junius, non dubitavi in eo veram latere lectionem, quam brevi opera excitavi legendo, *nec facile addi poteſt: Aveo genus legationis, ut &c.* quod mihi tam commodum & certum viſum fuit, ut in contextum admiſerim. Quod ſi meliores codices τὸ *idque* retinent, certe & ſic optime legetur, *nec facilè addi poteſt: idque aveo genus legationis, ut &c.* Gronov.

83. *Idque adeo genus.*] *Ad id genus* habet antiquus liber, & recte. *Urſin.*

84. *Sed βλασφημίαν mittamus.*] Veteres codices diverſo genere eodem ſignificatu βλάσφημα habent. ſic autem appellat, quod *contrahi mihi negotium videtur* dixerat. reprehendit autem ſeipſum, quia quodammodo malum ſibi reique public. ominetur. Cum enim ſuprà propoſuiſſet ſibi juris quinquennii licentiam; ſtatim ſeipſum correxerat, quòd tantum temporis ſpatium ſecuritatem ſibi promiſiſſet, cum res in anguſtum adduci videretur, vicinumque jam periculum & infortunium eſſet. *Victor.*

85. *Noſter verò Brutus in Aſiam.*] Antiquior noſter codex καὶ μάλα σεμνὸς pro *Brutus* habet: ita rectè & ordine ſcriptum, ut prima tantum ejus vocalis in poſtrema voce Græca deſideretur. Per pronomen autem *noſter* Brutus intelligitur: ſic enim eundem alibi appellat: ut non multò antea: *Et noſter citò dejectus eſt de illo inani ſermone.* licet eo quoque loco ab imperitis librariis Bruti nomen additum foret: quæ declaratio potius ejus pronominis erat, & in ſeriem verborum Ciceronis incommode tranſlata fuerat. Carpit autem his Græcis verbis, ut opinor, Brutum, qui æquiore animo iter illud ſuſciperet, nec cogitaret quàm ſibi inho-

ſenſus tutò ſe Romæ eſſe non poſſe. ludos enim abſens facere malebat. ſtatim autem ſe iturum, ſimul ac ludorum apparatum iis, qui curaturi eſſent, tradidiſſet. navigia colligebat. erat animus in curſu. interea in eisdem locis erant futuri. Brutus quidem ſe ajebat Asturæ. L. quidem Antonius liberaliter litteris ſine cura me eſſe jubet. habeo unum beneficium: alterum fortaſſe, p ni in Tuſculanum venerit. [86] ô negotia non ferenda! quæ feruntur tamen. [87] τῶν δ' αἰτίαν τῶν Βρούτων

p *ita Boſius. alii ſi.*

honeſtum eſſet id negotium. inquit enim illum ita in Aſiam proficiſci, gravitatem præ ſe ferentem, quaſi ea res ipſi dignitatem adferret, ob eamque magis honorificè incederet. is enim σεμνὸς eſt, qui dignitate aliqua & honore ornatus magnopere ob id ſibi placet. Sic de Cicerone loquitur Plutarchus, cum ſumpto de conjuratis ſupplicio, ab optimatibus comitatus, viris pro foribus lumina facesque figentibus, mulieribus autem ex tectis, quacunque iter faceret, prælucentibus, domum valde honeſtè & maxima cum dignitate rediit. Verba ejus hæc ſunt: Τὰ δὲ φῶτα πολλὰ κατέλαμπε τὰς στενωπὰς λαμπάδια καὶ δᾶδας ἱστάντων ἐπὶ ταῖς θύραις· αἱ δὲ γυναῖκες ἐκ τῶν τεγῶν προέφαινον ἐπὶ τιμῇ καὶ θέᾳ τοῦ ἀνδρὸς ὑπὸ πομπῇ τῶν ἀρίστων μάλα σεμνῶς ἀνιόντος. *Victor.* *Noſter vero καὶ μάλα σεμνῶς in Aſiam.*] Legendum auctoribus libris veteribus, *Noſter vero Brutus, καὶ ἄσμενος in Aſiam.* Urſin. *Καὶ μάλα σέμνος.*] Dixit εἰρωνικῶς: quod Brutus, ut ad illuſtrem & glorioſam provinciam, ſic ad ſordidam rei frumentariæ curationem æquo animo proficiſceretur. ſic Plutarchus de Cicerone, cum, affectis ſupplicio conjuratis, magno optimatum comitatu inſignis domum rediit: Αἱ δὲ γυναῖκες ἐκ τῶν τεγῶν προέφαινον ἐπὶ τιμῇ καὶ θέᾳ τοῦ ἀνδρὸς ὑπὸ πομπῇ τῶν ἀρίστων μάλα σεμνῶς ἀνιόντος. *P. Manut.*

86. *O negotia non ferenda, quæ feruntur tamen.*] Poſt hæc verba Græcæ quædam dictiones leguntur in priſcis exemplaribus: eas nos, ut in antiquiore noſtro invenimus, ſcripſimus, quamvis non certa ſit ſententia earum: nec Ciceronisne ſint, an cujuspiam poëtæ, quod veriſimilius videtur, valde conſtet. Germani & ipſi videntur in vetuſto ſuo codice non diſſimiles characteras noſtris repperiſſe, quos tamen aliter reddiderunt: nullum tamen etiam ex illis ſenſum huic loco ſatis accommodatum elicere potuimus: quare rectius viſum eſt, quàm fieri poteſt maximè antiquam ſcripturam exprimere & effingere, quod cum cura & diligentia à nobis factum eſt. *Victor.*

87. *Τῶν δ' αἰτίαν.*] Legendum eſt cum interrogatione, Horum culpam quis Brutorum ſuſtinet? qui ſcilicet autor fuit, ut Antonio parceretur. ſi enim unà cum Cæſare Antonius occiſus fuiſſet, non forent hæc negotia non ferenda. quis autem Brutorum fuerit auctor iſtius conſilii, parum compertum eſt. Marcum ſignificat Cicero infra ep. 20. eundem nominat Appianus, Decimum Vellejus. *Popma.*

q in Oct. alii. τῶν τὶς εἶχεν. q Octaviano, ut perſpexi, ſatis ingenii, ſatis animi: videbaturque erga noſtros ἥρωας ita fore, ut nos vellemus, animatus. ſed quid ætati credendum ſit, quid nomini, quid hereditati, quid κατηχήσει, magni conſilii eſt. vitricus quidem nihil cenſebat; r & ut n. 2. deſunt in MS. quem Aſturæ vidimus. ſed tamen alendus eſt: r &, ut nihil aliud, ab Antonio ſejungendus. Marcellus præclarè, 88 ſi præcipit noſtro noſtri: cui quidem ille deditus mihi videbatur. Panſæ autem & Hirtio non nimis s διαμένῃ alii. credebat. bona indoles, ἐὰν s διαμείνῃ.

EPISTOLA XIII.

CICERO ATTICO S.

OCTAVO kal. duas à te accepi epiſtolas. reſpondebo igitur priori priùs. Aſſentior tibi, ut nec duces ſimus, 89 nec agmen cogamus; faveamus tamen. Orationem tibi miſi. ejus cuſtodiendæ & proferendæ ar-

88. *Si præcipit noſtro noſtri, &c.*] Locum hunc inquinatum mendoſumque eſſe olim etiam eſt animadverſum: ſiquidem in impreſſis quibuſdam codicibus mendi nota ad eum adpoſita est: cum nos in his, quos vidimus, manuſcriptis libris ita etiam eſſe obſervavimus: fuere autem nonnulli, qui emendare eum adgreſſi ſunt, neque hi uni neque uno pacto id tentarunt, quibus pa[illegible] noſtro judicio ſucceſſit: nobis tutius viſum eſt, poſtquam maculas, quæ apparent, eluere poſſe deſperavimus, non committere, ut magis illum contaminemus. *Victor.* Forte legend. *noſtro noſtri* præclare agit, ſi ei tanquam magiſter & monitor præcipit & inculcat, ut Bruto noſtro noſcendum ſe præbeat, & ei ſeſe adjungat. *J. F. Gronov.*

89. *Nec agmen cogamus.*] Id eſt, poſtremi ſimus. Ductum a paſtoribus, qui, cum pecudes in caulas compellunt, ipſi poſtremi ſequuntur. Seneca de Lucifero ſtella, quæ mane, conditis aliis, omnium poſtrema occidit: *Cogit nitidum phoſphoros agmen.* Bos. Ut in parte tyrannicidarum nec primi nec poſtremi ſimus, faveamus tamen illis. Metaphora ſumpta a re militari, ubi in expeditione præeunt duces, noviſſimi cogunt agmen & continent: quo modo paſtores dicuntur cogere pecus quod ſequentes compellunt. Virgilius Bucolic. Livius lib. XXXVII. *Quod ubi Eudamus, qui cogebat agmen, vidit.* Curtius libro tertio: *Ultimi erant cum ſuis quiſque ducibus, qui cogerent agmen, leviter armati.* Ovidius lib. Metamorph.

——— *quarum agmina cogit*
Lucifer.

a quo ſumpſit Seneca in Hercule furente. *Popma.*

90.

bitrium tuum. [90] ſed quando illum diem, cùm [t] tu edendam putes? Inducias, quas ſcribis, non intelligo fieri poſſe. melior eſt ἀναντιφωνησία· qua me uſurum arbitror. Quod ſcribis [91] legiones duas Brundiſium veniſſe; vos omnia priùs. ſcribes igitur quidquid audieris. Varronis διάλογον exſpecto. Jam probo Ἡρακλείδιον, præſertim cùm tu tantopere delectere: [92] ſed, qua-

t tuendam put. MSS.

P. CCXLIV.

90. *Sed quando illum diem tu tuendum putes.*] Quis non videat hunc locum vitioſum eſſe? cum nobis viſi ſumus caſtigaſſe, ope quidem antiquorum codicum: nec tamen ſinceram illi lectionem retinebant, ſed ejus non parva quædam veſtigia; ſiquidem ita eſt in illis, *ſed quando illum diem cum tuendam putes*: legimus igitur, *cum tu edendam putes*: ut de oratione ea loquatur, de qua lib. XVI. in eandem ſententiam ſic loquitur: *Atque utinam eum diem videam, cum iſta oratio ita libere vagetur, ut etiam in Sicca domum introëat.* Videtur autem ſcripta fuiſſe in Antonium ex hoc poſteriore loco, ſi verba, quæ antè ea quæ citavimus ſcripta ſunt, accuratius conſideres. optat autem venire tempus, quo tutò illa edi poſſit: eo enim tempore periculum adportaſſet, ſi emanaſſet. Sed etiam hoc in libro non multò pòſt: *Hæc cum ſcriberem tantum, quòd exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam: quàm timeo quid exiſtimes, etſi quid ad me? qua non ſit foras proditura niſi repub. recuperata. de quo, quid ſperem, non audeo ſcribere.* Victor.

91. *Legationes duas Brundiſium veniſſe.*] *Legiones* legendum eſt: intelligit enim de legionibus, quas Cæſar in Græciam præmiſerat, quibus bellum Parthis inferre parabat: hæ enim ibi aliquod tempus manſerunt: eò ad illas acceſſit Antonius, ut eas ſibi pecuniâ conciliaret, quarum etiam fortiſſimos centuriones jugulavit. De his ſæpius in his epiſtolis ſermo eſt, ut lib. XVI. *Brundiſium cogito: facilior enim & exploratior devitatio legionum fore videtur quàm piratarum.* Et eodem libro, *Iter illud Brundiſium (de quo dubitabam) ſublatum videtur: legiones enim adventare dicuntur. Brundiſium* autem ſcripſimus, quia ita in multis antiquiſſimis codicibus ſcriptum obſervavimus, ut in Tacito etiam illo, in quo conſervati ſunt quinque primi libri ejus Hiſtoriæ, ex eoque exemplari in lucem editi: quod etiam Beroaldus ille junior, qui editioni illi præfuit, probavit cuſtodivitque. Βροντήσιον hanc urbem Græci vocant: quo modo etiam eam Scævola appellavit de Verborum Obligationibus, L. Qui Romæ. §. *Callimachus mutuam pecuniam nauticam accepit à Sticho ſervo Seji in provincia Syria, civitate Beryto uſque ad Brenteſium.* Sic enim in noſtris Pandectis ſcriptum eſt. Græcum igitur nomen magis quàm Latinum amavit Scævola: nam ſemper hanc urbem in ea lege ſic appellavit. *Idem.*

92. *Sed, quale velis, velim ſcire. Quod ad te antea, atque adeo priùs ſcripſi (ſic enim mavis) ad ſcribendum tibi veredis certè feciſti me acriorem. Ad tuum enim judicium.*] Pro, *verè dicere*, repoſuit Boſius, *veredis certè*: ceterum aliter diſtinguit Junius, *Sed, quale velis, velim ſcire: quod ad te antea atque adeo prius ſcripſi. Sic enim* ma-

quale velis, velim ſcire. 93 Quòd ad te antea atque adeo priùs 94 ſcripſi (ſic enim mavis) ad ſcribendum; tibi itero dicere, v fecisti me acriorem. ad tuum enim judicium, quod mihi erat notum, addidiſti Peducei auctoritatem, magnam quidem apud me & in primis gravem. enitar igitur, ne deſideres aut induſtriam meam, aut diligentiam. Vectenum, ut ſcribis, & Faberium foveo. x Clœlium nihil arbitror malitioſè: 95 quamquam. y ſed quid egerit? De libertate retinenda, quà certè nihil eſt dulcius, tibi aſſentior. 96 Itane Gallo

v certe feciſti *alii.*

x Clodium *alii.*

y ſi quid *alii.*

mavis, ad ſcribendum tibi, verè dicere. feciſti me alacriorem ad tuum judicium. Cleric. Magis torquetur hic locus quàm meruit. Ante omnia miror illam auctoritatem, quæ τὸ *dicere* ſuſtinuit, præponere vocibus *tibi vere*, quum ex omnibus omnino MSS. intelligam poſtponi, etiam in Balliolenſi. Itaque, quum eos mihi conſideranti videretur prorſus ipſa Tullii manus ſeſe obtuliſſe, edidi ut eam fuiſſe ex tot indiciis collegi; ſcilicet: *Quod ad te antea atque adeo prius ſcripſi (ſic enim mavis) ad ſcribendum (tibi itero dicere) feciſti me acriorem.* Gronov.

93. *Quod ad te antea, atque adeo prius ſcripſi.*] Achilles Statius, *Atque adeo primus.* notiſſima dicendi forma. reliqua ſic contaminata ſunt & pugnantia, ut nihil coner dicere, quod non infirmum, ne dicam ſubinſulſum, ſit. *Malaſp.* Videtur Atticus in quodam Ciceronis opuſculo recenſendo, ubi ille poſuerat τὸ *antea* ibi maluiſſe, haud ſcio quam ob cauſſam, τὸ *prius.* id nunc ei ridens in memoriam revocat. *J. F. Gronov.*

94. *Scripſi (ſic enim mavis) ad &c.*] Forte ſcripſit Cicero: *Atque adeo prius ſcripſi, ſic enim mavis, ad ſcribendum, (tibi vere dico & certe) feciſti me acriorem.* Scripſi nimirum ſuperius epiſt. 4. cunctabundus & rem differens, cum jam me velle oſtendam, noli mirari. Feciſti enim (nec mentior, vel dico dolo) me alacriorem ad ſcribendum. *Idem.*

95. *Quanquam ſceleſtè quidem egerit.*] Veterem lectionem reſtituimus ſinceram, ut arbitramur: eſt autem ἀποσιώπησις quaſi enim reprehendit ſe ipſum, quòd tam bene de Clodio ſentiat, ſicque ſignificat aliquid ſubeſſe, de quo dubitandum ſit, quo animo fecerit. Nonnulli cum ἔλλειψιν eſſe vidiſſent figuram, familiaremque loquendi modum Ciceroni eſſe, non animadvertentes, quod deſiderari credebant, addiderunt, & ut parcius feciſſe videretur verba ipſa à ſe non intellecta ſubverterunt. *Clœlium* autem non *Clodium* habent antiqui codices, quod teſtari voluimus. Sæpe autem accidit, ut in nominibus propriis ea varietas ſit, ut quod ſe quare neſcias, nec aliquo argumento hoc magis quàm illud repudiare poſſis. *Victor.*

96. *Itane Gallo Caninio? ô hominem nequam.*] Quotquot vidi aut manuſcriptos aut impreſſos, univerſi poſt Gallo, vel *animo* vel *Annio* ſcriptum habent. Itaque Corradus, *Gallo Caninio*, primum

tan-

Gallo Caninio? ô hominem nequam! quid enim dicam aliud? cautum Marcellum; me ſic, ſed non tamen cautiſſimum. Longiori epiſtolæ ſuperiorique reſpondi. nunc breviori propióríque quid reſpondeam, [z] niſi eam fuiſſe dulciſſimam? Res Hiſpanienſes valde bonæ. modo [a] Balbilium incolumem videam, ſubſidium noſtræ ſenectutis. De [b] Anniano item, quòd me valde obſervat Viſellia. ſed hæc quidem humana. De Bruto te nihil ſcire dicis: 97 ſed Seliciâ veniſſe M. Scaptium: eum-

z quid? niſi *alii.*
a Babullium *MSS.*
b Amiano *alii.*

tantum additâ litterâ, emendat; ſuppletque, injuriam fieri ab Antonio? quòd facile patior, cum eum Cicero ita valde amarit, ut Cœlio ſcribens lib. epiſt. ad Curionem, ſuum vocet: &, ut ad Marium, judicio quoque defenderit: *Ego* (inquiens) *dirupi pene me in judicio Galli Caninii familiaris tui.* Quare, cum hominem diligeret, non poterat amici injuriâ non commoveri. Erant autem Gallo, ut eſt apud Valerium lib. IV. cap. 2. inimicitiæ cum Antoniis, Itaque etiam Cicero, & amici dolore, & odio Antonii commotus, hominem nequam exclamat. Quod etiam in Philippica illi tribuit, iiſdem pene verbis: *O hominem nequam: quo enim veriori nomine te appellem non habeo.* Malaſp. Cum libri noſtri manuſc. habeant, *Gallo animo*, viſa eſt mihi probabilis Corradi conjectura, exiſtimantis legendum eſſe, *Gallo Caninio*: quamquam idem addidit alteram, *Gallonio*. fuit autem Gallonius, præco: cujus nobilitata eſt profuſio & luxuria. Sed repugnant in hoc tempora. *Lambin.* *Itane Gallo Caninio? ô hominem.*] Cum Lambini mſſ. haberent, *Gallo animo*, viſa eſt ipſi probabilis Corradi conjectura, *Gallo Caninio*: quamquam idem addidit alteram, *Gallonio.* Ceterum aliter legit & diſtinguit vulgus, *Itane? Gallo animo hominem &c.* Cleric.

97. *Sed Seliciam veniſſe M. Scaptium, &c.*] Alii aliis modis corruperunt potius quàm correxerunt hunc locum. Veteres codices *Selicia* habent, quam ingenuam eſſe lectionem puto, ut ſit mulieris nomen, intelligaturque, *Dicebat.* Confirmatur hoc ex verbis, quæ paulò pòſt ſunt poſita: inquit enim, *Interea narrat eadem Baſſi ſervum veniſſe &c.* ut de muliere prorſus ſermonem antea fuiſſe appareat. Intelligit autem Cæcilium illum Baſſum, qui exercitum in Syria comparavit, de quo nos antè ex Dione plura narravimus. Cujus autem mater uxorve eſſet Selicia hæc, nondum compertum habemus: neque enim eâdem diligentiâ ſcriptores mulierum nomina, quâ virorum tradunt. *Victor.* *Sed Seliciâ veniſſe M. Scaptium.*] *Servilia*, pro *Selicia*, rectè eſt in antiquo. & infra, *Omnia ſumma vi feciſſe*, cum in vulgatis deſit verbum *vi.* Urſin. *Sed Selicia veniſſe M. Scaptium.*] Antiquioris ope ſic repoſuit Victorius, pro, *Seliciam*, quod legebatur, Manutio forte legendum videtur *Servilia*, quod ex mſ. aſſerit Urſinus; magna certè animi aberratione; ut quidem videtur Cl. Dauſquejo, qui reſtitutionem faciundam arbitratur ex lib. V. ad Attic. epiſt. 21. *Sed è Cilicia*, ubi & negotiatus eſt Scaptius; & fœnebrem artem ex ea vi-

cumque non quâ pompâ, ad ſe tamen clam venturum ſciturumque me omnia: quæ ego ſtatim. [98] interea narras eâdem Baſſi ſervum veniſſe; qui nuntiaret, legiones Alexandrinas in armis eſſe, Baſſum arceſſi, Caſſium exſpectari. quid quæris? videtur reſpublica jus ſuum [c] reciperatura. ſed ne quid ante. noſti horum exercitationem in latrocinio & amentiam. Dolabella vir optimus. etſi, cùm ſcribebam, ſecundâ menſâ appoſitâ, veniſſe eum ad Bajas audiebam; tamen ad me ex Formiano ſcripſit (quas litteras, cùm è [d] balineo exiiſſem, accepi) ſeſe de attributione omnia ſumma feciſſe: Vectenum accuſat: [99] tricatur ſcilicet, ut homo talis. ſed ait totum negotium Seſtium noſtrum ſuſcepiſſe, optimum quidem illum virum noſtrique amantiſſimum. quæro autem, quid tandem Seſtius in hac re facere poſſit, quod non [e] quivis noſtrûm? ſed, ſi quid præter ſpem erit, facies ut ſciam. ſin eſt, ut arbitror, ne-

c recuperatura *alii.*

d balneo *alii.* P. B.

e quis *alii.*

videtur epiſtola factitaſſe. ex qua negotiatione illud eſt lib. IV. ep. I. *Salaminii pecuniam debent M. Scaptio.* Si conjectura illa non uſquequaque placet, ſcribo, *ſed Seleucia:* quia ex urbe diſceſſerat Scaptius, præfecturâ fortè aliquâ perfunctus, poſt M. Tullii ex Aſia reditionem. nam cum Cicero Scaptio præfecturam recuſarit (*Negavi*, inquit, *me cuiquam negotianti dare*) à ſucceſſore Tullii potuit hoc aut ſimile officium impetraſſe. *Cleric.*

98. *Interea narras eadem.*] Scripſi ex Crutellino, *narras.* interea, dum exſpectamus quid dicat M. Scaptius, narras eadem veniſſe ſervum Baſſi. *eadem* ἐπιῤῥηματικῶς dixit, pro, eadem via; quo modo non ſemel in his epiſtolis loquutus eſt, ut aliàs docuit. *Boſius.* Rectius alii libri *narrat.* Nam ſi hoc narraſſet Atticus, non tam operoſe repetiiſſet Tullius, ſed, ut ſolet, verbo attigiſſet. Nunc vero Attico narrat, quas ex Seliciæ epiſtola intellexit. *Grævius.*

99. *Tricatur ſcilicet, ut homo talis.*] Nugatur, ut ad nugandum factus. *Tricæ* vero a Trica dictæ ſunt Apuliæ oppido. Hoc utor argumento, quod Plinius lib. III. cap. II. ſcribat, Tricam & Apinam in proverbii ludicrum vertiſſe. credo quòd nugatores eſſent ac futiles; unde Apinæ & Tricæ dictæ fuerint. Martialis: *Sunt Apinæ tricæque, & ſiquid vilius iſtis.* Malaſp. Imo *tricatur*, eſt moras nectit in ſolvendo, & vanis promiſſis nos ludificatur. Sic *tricæ* apud Plautum Moſtell. III, I. ſunt tergiverſationes & moræ in expedienda pecunia, & debito expungendo: *Quin tu iſtas mittis tricas.* Hinc *trico* Lucilio eſt homo, qui tardus eſt in ſolvendo:

Magnus trico fuit nummarius ſolvere nulli,
Lentus ——— Grævius.

I. Nos

negotium perditum, ſcribes tamen; neque iſta res commovebit. [1] Nos hîc φιλοσοφοῦμενα (quid enim aliud?) & τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnificè explicamus προσφωνοῦμενque Ciceroni. qua de re enim potiùs pater filio? deinde alia. quid quæris? extabit opera peregrinationis hujus. Varronem hodie aut cras venturum putabant. ego autem in Pompejanum properabam; non quò hoc loco quidquam pulchrius; ſed interpellatores illic minùs moleſti. ſed perſcribe quæſo, [2] quæ cauſa ſit Myrtilo (pœnas quidem illum pependiſſe audivi) & ſatisne patet, unde [f] corruptus. Hæc cùm ſcriberem, tantùm quòd exiſtimabam ad te orationem eſſe perlatam. hui, quàm timeo, quid exiſtimes. etſi quid ad me, [g] quæ non ſit foras proditura, niſi republica recuperata? de quo quid ſperem non audeo ſcribere.

[f] correptus *MS.*

[g] quod *alii.*

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

SEXTO kal. accepi à Dolabella litteras, quarum exemplum tibi miſi: in quibus erat, omnia ſe feciſſe,

1. *Nos hic φιλοσοφοῦμεθα: quid enim aliud?*] In veteribus codicibus φιλοσοφούμενα legimus, ut participium ſit, non verbum: quod à verbo *explicamus* pendeat. In epiſtola ad Matium eadem voce utitur, *Cùm etiam (meminiſti) ut hæc φιλοσοφούμενα ſcriberem, tu me impuliſti.* Victor.

2. *Qua cauſſa ſit Myrtilo.*] Faërni liber *in Myrtilo.* quæ lectio, tametſi incomperta hiſtoria eſt, tamen cùm Myrtilum reum fuiſſe exiſtimemus, & propterea pœnas dediſſe, melior videtur & ad ſenſum accommodatior, qui talis eſt. Velim ſcire, quæ cauſſa in Myrtilo inventa fuerit ut pœnâ ſit affectus. Si abſit præpoſitio, videatur ipſe de alio pœnas ſumpſiſſe, quod falſum judico. Siquidem & lib. XVI. de Myrtilo dilucide: *O quales tu ſemper iſtos.* Mox idem Faërni liber: *Correptus* pro *Corruptus.* Et quamvis in re obſcura, nihil magis affirmare de uno, quàm de altero liceat: tamen inclinat ſententia, ut *Correptus* legatur, tanquam fugitivus, *Corripere* enim ſæpe Retrahere eſt, Abripere, & manu reprehendere. Quin & ſervi nomen videtur, non Romani hominis, ad ejus fortaſſe Myrtili imitationem, quem aurigam Oenomai fuiſſe antiquæ fabulæ tradunt. Itaque & *Myrtilo* libentius unico *l*, ut in manuſcriptis invenio, ſane ſcripſerim. *Malaſp.* Balliol. quoque *in Myrtilo*, quod recepit Mich. Brutus. *Correptus* autem ſi ex Faërni libro probandum, non ſignificat, retractus, ſed, *unde correptus* eſt a quo accuſatus. Tacit. Ann. III, 66. *C. Silanum Proconſulem Aſiæ* re-

ſe, quae tu velles. ſtatim ei reſcripſi; & multis verbis gratias egi. ſed tamen, ne miraretur, cur idem iterum facerem, hoc cauſæ ſumpſi, quòd ex te ipſo coràm antea nihil potuiſſem cognoſcere. ſed quid multa? litteras hoc exemplo dedi.

CICERO DOLABELLÆ COS. SUO.

h alii ANTE.

[h] ANTEA cùm per litteras Attici noſtri de tua ſumma liberalitate ſummoque erga ſe beneficio certior factus eſſem, cumque tu ipſe etiam ad me ſcripſiſſes, te feciſſe ea, quæ nos voluiſſemus, egi tibi gratias per litteras iis verbis, ut intelligeres, nihil te mihi gratius facere potuiſſe. poſtea verò quàm ipſe Atticus ad me venit in Tuſculanum hujus unius rei cauſâ, tibi ut apud me gratias ageret, ut [i] cujus eximiam quandam & admirabilem in cauſa Buthrotia voluntatem & ſingularem erga ſe amorem perſpexiſſet; teneri non potui, quin tibi apertiùs illud idem his litteris declararem. ex omnibus enim, mi Dolabella, ſtudiis in me & officiis, quæ ſumma ſunt, hoc ſcito mihi & ampliſſimum videri, & gratiſſimum eſſe, quòd perfeceris, ut Atticus intelligeret, quantum ego te [k] quàm tu me amares. quod reliquum eſt, Buthrotiam & cauſam, & civitatem, quamquam à te conſtituta eſt (beneficia autem noſtra tueri ſolemus) tamen velim, receptam in fidem tuam, à meque etiam [l] atque etiam tibi commendatam, 3 auctoritate & auxilio tuo tectam velis eſſe. ſatis erit in perpetuum Buthrotiis [m] præſidii, magnaque cura & ſollicitudine Atticum & me liberaris, ſi hoc honoris mei cauſâ ſuſceperis, ut eos ſemper à te defenſos velis. quod ut facias te vehementer etiam atque etiam rogo.

P. CCXLV.

i *tuam* alii.

k *quantum* alii.

l ita Græv. è MS.

m *conſilii* MS.

His litteris ſcriptis me ad *συντάξεις* dedi: quæ quidem, vereor, 4 ne miniata cerula tua pluribus locis notanda ſint.

repetundarum à ſociis poſtulatum Mamercus Scaurus e Conſularibus, Junius Otho prætor, Brutidius Niger ædilis ſimul corripiunt, & ſic alibi quo in ſenſu & *arripi* non nunquam accipitur. de quo alio loco pluribus agam. *Gravius*.

3. *Autoritate & auxilio tuo tutum velis eſſe*.] Legimus *tectam*. Quàm ſæpe autem *Tegere* pro defendere ac tueri uſurpet Cicero, nihil attinet exemplis docere, omnibus enim notum eſt. *Victor*.

4. *Ne miniata cerula tua*.] Leoniceni liber habet, *ne nimia ἀκρίβεια tua*. Urſin.

5. L.

tandæ ſint: ita ſum μετέωρος & magnis cogitationibus impeditus.

Epistola XV.

Cicero Attico S.

[5] L. Antonio malè ſit, ſiquidem Buthrotiis moleſtus eſt. Ego teſtimonium compoſui: quod, cùm voles, [n] obſignabis. Tu nummos Arpinatum, ſi L. Fadius ædilis petet, vel omnes reddito. ego ad te [o] aliâ epiſtolâ ſcripſi [p] de H-S. cx, quæ Statio curarentur. ſi ergo petet Fadius, ei volo reddi; præter Fadium nemini. apud me item puto depoſitum. id ſcripſi ad Erotem ut redderet. [6] Reginam odi. me jure facere ſcit. ſponſor promiſſorum ejus [7] Ammonius; quæ quidem [q] erant φιλόλογα & dignitatis meæ; ut vel in concione dicere auderem. Saram autem præterquam quòd nefarium hominem cognovi, præterea in me contumacem. ſemel [r] eum omnino domi meæ vidi. cùm φιλοφρόνως ex eo quærerem, quid opus eſſet; Atticum ſe dixit quærere. ſuperbiam autem ipſius reginæ, cùm eſſet trans Tiberim [8] in hortis, [9] commemo-

n obſignabo *edd. vett.*
o alias epiſtolas *alii.*
p de *non eſt in MS.* P. B.
q promiſſorum ejus erant *alii.*
r enim *MS.*

5. *L. Antonio.*] Hæc epiſtola unam cum ſuperiore conſtituit in vulgatis editionibus. *Cleric.*

6. *Reginam.*] Ep. 24. lib. XIV. *Corrad.* *Reginam odi.*] Cleopatram reginam Ægypti, quam appellaverat de promiſſis ſibi muneribus, quibus ad conſecrationem Tulliæ & fani ornatum uti volebat: id quod colligitur ex verbis ſequentibus. *Popma.*

7. *Ammonius.*] Ut Ægyptus: quippe qui Ptolemæi Regis olim fuiſſet legatus ep. 1. lib. 1. Fam. *Corrad.* Hammonius & Sara nomina Ægyptiis uſitata, ut apud Hebræos Ammon; Sara in libris Geneſeos. Et fortaſſe hic eſt Hammonius ille, qui ad Senatum Legatus fuerat Ptolomæi Auletæ patris Cleopatræ, petentis in regnum reſtitui. de quo ep. 1. Famil. *Popma.*

8. *In hortis.*] Fortaſſe illis, quos deinde Cæſar populo legavit. Suet. in Cæſ. Nam Cleopatra Romam venit, & apud Cæſarem habitavit. Dion lib. XLIII. *Corrad.*

9. *Acta ejus commemorare ſine magno dolore non poſſum.*] Primæ duæ dictiones in antiquis libris non ſunt, quare eas delevimus. Intelligimus autem Ciceronem ſuperbiam ipſius reginæ (qua uſa eſt cum in hortis eſſet) ſe commemorare non poſſe, ut verba illa ab his ſuppleta inſulſe ſint, qui ſtructuram horum verborum interjectis quibusdam κατὰ παρένθεσιν, longiorem invenire non poterant. *Victor.*

morare ſine magno dolore non poſſum. nihil igitur cum iſtis: nec tam animum me [10] quàm vix ſtomachum habere arbitrantur. Profectionem meam, ut video, Erotis diſpenſatio impedit. nam cùm ex [11] reliquis, quæ nonis April. fecit, [s] vel abundare debeam, cogor mutuari: quodque ex iſtis fructuoſis rebus receptum eſt, id ego ad illud fanum ſepoſitum putabam. ſed hæc Tironi mandavi, quem ob eam cauſam Romam miſi. te nolui impeditum impedire. Cicero noſter quo modeſtior eſt, eo me magis commovet. ad me enim de hac re nihil ſcripſit, ad quem nimirum potiſſimùm debuit. ſcripſit hoc autem ad Tironem, ſibi poſt kal. April. (ſic enim annuum tempus confici) nihil datum eſſe: tibi pro tua natura ſemper placuiſſe, teque exiſtimaſſe id etiam ad dignitatem meam pertinere, eum non modò [t] liberaliter à nobis, ſed etiam ornatè cumulatéque tractari. quare velim cures (nec tibi eſſem moleſtus, ſi per alium hoc agere poſſem) ut [v] permutetur [x] Athenas, quod ſit in annuum ſumptum. [12] ei ſcilicet Eros numerabit. ejus rei cauſâ Tironem miſi. curabis igitur, & ad me, ſi quid tibi de eo videbitur, ſcribes.

s vel *deeſt in aliis.*

t perliberaliter *Grav. & MS.*

v præmutuetur *Stat.*

x Athenis *alii.*

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

TANDEM à Cicerone tabellarius: & mehercule litteræ [y] πεπινωμένως ſcriptæ; [13] quod ipſum προκοπὴν ali-

y *πεπυκνωμένως alii.*

10. *Quam vix ſtomachum.*] Non improbat Boſius receptam lectionem, *quam ſtomachum non habere arbitrantur*: ſed à veteribus libris abeſt particula, *non*, ejusque loco ante vocem *ſtomachum* legitur, *vix*, ut edidit. *Cleric.*

11. *Reliquis.*] Reliqua fecerat Eros, quæ Cicero haberet in nominibus. Eandem vocem uſurpavit ep. 14. lib. XVI. *Cum tanta reliqua ſint; ne Terentiæ quidem adhuc quod ſolvam expeditum eſt.* & ep. 20. *P. Manut.*

12. *Ei ſcilicet Eros numerabit.*] Al. *&* vel *id.* ſcilicet tibi Romæ, quantum tu Athenas permutaveris. *J. F. Gronov.* *Ei* recte manuſcripti omnes, Balliol. quoque & Helmſt. ſed aliter diſtinguendum: *Quod ſit in annuum ſumtum ei ſcilicet Eros numerabit.* Grævius.

13. *Quod idipſum perſpicaciam aliquam ſignificaret.*] Legimus προ-

aliquam ſignificaret. itemque ceteri præclara ſcribunt. [z] Leonidas tamen retinet ſuum illud ADHUC. ſummis vero laudibus [a] Herodes. quid quæris? vel verba mihi dari facilè patior in hoc, meque libenter præbeo credulum. Tu, velim, ſi quid tibi eſt [14] à Statio ſcriptum, quod pertineat ad me, certiorem me facias. [15] Narro tibi, hæc loca venuſta ſunt, abdita certè & ſi quid ſcribere velis, ab arbitris libera. ſed neſcio quo modo οἶκος φίλος. itaque me referunt pedes in Tuſculanum. & tamen [16] hæc ῥωπογραφία ripulæ videtur habitura ce-

z Leonides alii.
P. CCXLVI.
a Erotes alii.

προκοπὴν ex antiquis codicibus: quod etiam Germani adnotarunt. προκόπτειν autem proficere eſt & procedere in virtute: ex quo προκοπὴ, progreſſus: quo nomine ſæpe utitur Plutarchus in Commentario cui titulus: Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ: ut in initio ſtatim: Τίς τῶν λόγων ὦ Σόσσιε συνεχείαν ἐάσει τὴν ἑαυτοῦ βελτιουμένου πρὸς ἀρετὴν συναίσθησιν εἰ μηδεμίαν αἱ προκοπαὶ ποιοῦσι τῆς ἀφροσύνης ἄνεσιν. Idem judicium facit de Cicerone filio ex litteris item ab eo ad ſe ſcriptis lib. XIV. his verbis: *A Cicerone mihi litteræ ſanè πεπινωμέναι & bene longæ: cetera autem vel fingi poſſunt.* πίνος litterarum ſignificat doctiorem. nam cum doctiorem illum eſſe dicit, indicat eum προκοπὴν in ſtudiis feciſſe. Quàm aptè autem Græca hæc vox hoc loco poſita ſit dici non poteſt: ut mirer illos, qui Latinam ejus loco inculcarunt, quæ etiam ſi à Cicerone uſurparetur, parum tamen ſententiam Ciceronis exprimeret. Nec defuere qui hunc locum, ut planè mendo vacuum, citarent. tantum incommodi pariunt corrupta & depravata exemplaria. *Victor.* Vocabulum προκοπὴ improbant tanquam ab Atticè puréque loquendi conſuetudine alienum Phrynichus & Suidas. Sed vide quæ notavi de eo ad Luciani Solœciſtam not. 33. *Gravius.*

14. *A Statio ſcriptum.*] Publica lectio, *ſi quid tibi eſt à tuis ſcriptum.* Vetus Cruſellini, quam ſequutus eſt Boſius, *ſi quid tibi eſt à Statio ſcriptum.* ſicque invenit item in altero Vaticano Lipſ. 19. d. cap. 19. *Cleric.* *Statio* etiam habet Balliolenſis.

15. *Narro tibi.*] Videtur Manutio initium epiſtolæ ut etiam Junio, ex mſſ. *Cleric.*

16. Τοπογραφία *ripulæ.*] Antiqua exemplaria, ῥωπογραφία. ῥῶπες dicuntur virgulta ſtirpesque. unde ῥωπήϊα etiam loca arboribus plena & denſa ſylva. Homerus λ. χ. Ἐλθόμεναι πεδίοιο διὰ ῥωπήϊα πυκνά. Ripas autem fluminum populis virgultisque abundare notum eſt. ea autem ita deſcripta erant ſeu naturâ, ſeu arte, ut non parum delectarent. ſperabat tamen Cicero ejus delectationis, quæ ex ita diſpoſitis plantarum ordinibus oriretur, fore celerem ſatietatem. Nos lectionem hanc doctam & valde accommodatam, integram à nobis repertam in vetuſtis codicibus, cur repudiaremus cauſam non habuimus. *Victor.* Qui belluas, arbores, homines, portus, & alia id genus varia & minuta opere to-

celerem ſatietatem. equidem etiam pluvias metuo, ſi prognoſtica noſtra vera ſunt. ranæ enim ῥητορεύουσιν. Tu, quæſo, fac ſciam, ubi Brutum noſtrum & quo die videre poſſim.

EPISTOLA XVII.

CICERO ATTICO S.

DUAS [b] accepi poſtridie [c] idus, alteram eo die datam, alteram idibus. prius igitur ſuperiori. De Bruto, cùm ſcies. De conſulum ficto timore cognoveram. Sica enim φιλοστόργως ille quidem, ſed tumultuoſiùs ad me etiam illam ſuſpicionem pertulit. 17 quid tu

b *alii* epiſtolas acc.
c iduum *alii*.

topiario exprimebant ῥωπογράφοι vulgo dicebantur. Nam ῥῶπος eſt varia & minuta merces. hinc ῥωπογραφία *ripula* apud Ciceronem in epiſtolis ad Atticum, quam vocem vulgo deducunt ἀπὸ τῶν ῥώπων, id eſt, a virgultis, omnino male, cum ἀπὸ τοῦ ῥώπου facta ſit. hinc ῥωπικὸν, etiam ἀντὶ τοῦ ὡραίου Græci ponunt, quod varietate ipſa pulchrum eſt. *CL. Salmaſius* in Ælium Spartianum, ubi vide plura. Verum eſt ῥωπογράφοι dicebantur qui pingebant argumenta vilium & humilium rerum. Ρ῾ῶπος λεπτὸς καὶ εὐτελὴς καὶ ποικίλος φόρτος. Hinc ῥωποπώλης qui ſcrutariam facit, ut Appulejus loquitur, quem Horat. dicit lib. 1. ep. 7. *Vilia vendentem tunicata ſcruta popello.* Sed & ῥῶπες eſt ῥωπήϊα ὕλη, καὶ ὑλώδη φυτὰ, δρυμοῦ φρύγανα. Ad utrumque alludens Cicero elegantiſſime ῥωπογραφίαν ripulæ vocat arbuſtum, quo conſita erat ripa, topiario opere excultum, non magni pretii, vel ſimpliciter varia viridia, quibus ripa diſtinguebatur & quaſi pingebatur. nihil igitur aliud dicit quàm varietas. *J. F. Gronov.*

17. *Quid tu autem? tamen διδόμενα.*] Pro *tamen*, τὰ μὲν ſcribendum eſt: ſed utinam quàm facile fuit hoc corrigere, ita integrum proverbium à nobis inventum eſſet, ut quæ latet ſententia erui poſſet. Morem hunc habuit Cicero deminuta & manca hujuscemodi proverbia adducendi: primas enim tantum dictiones profert: adeò tunc nota erant & vulgata. quorum quædam nunc, tot autoribus vetuſtate amiſſis, incognita ſunt & incerta. Totidem ejuſdem verba adducit lib. VI. cùm inquit: *Meque objurgavit vetere proverbio, τὰ μὲν διδόμενα.* Sed quid ego verear me hoc neſcire fateri? cum Eraſmus, vir doctiſſimus, qui cunctos Latinæ & Græcæ linguæ auctores, qui ſuperſunt, legit, ut proverbia inde colligeret, ex quibus copioſa illa & docta volumina confecit, ingenue faſſus ſit ſe integrum proverbium nullibi legiſſe. *Victorius.*

Τὰ μὲν διδόμενα. nullum enim verbum a Sire regio.] Nihil mutandum cenſeo. *Quid tu* autem, ait Tullius, de ficto timore Conſulum? his verbis uteris, quibus illi oſtendunt timorem ſuum. τὰ μὲν διδόμενα, nimirum ἀνάγκη δέχεσθαι, quæ jam ſeſe dant & ultro

In autem? τὰ μὲν διδόμενα; nullum enim verbum à [d] Siregio. non placet. De Plætorio vicino tuo permo- leſtè tuli, quemquam prius audiſſe quàm me. De Syro prudenter. L. Antonium per M. fratrem, ut arbitror, facillimè [18] deterrebis. [19] Antroni vetui; ſed nondum ac-

d Sire regio Jun. & alii.

tro offerunt, ea opus eſt ſuſcipi, & uti rebus præſentibus, utcunque poſſumus, quia ut volumus non licet. *Nullum enim verbum facit a Sire regio*, id eſt, Ægyptus, a qua ſubſidium exſpectabamus, & firmamentum conſiliorum noſtrorum: nihil inde plane adſcriptum ad nos. Hæc Conſules, ut palam oſtenderent timorem ſuum, quæ ab Attico ſcripta non placere ſibi exponit Cicero. Illa autem verba, τὰ μὲν διδόμενα reſpiciunt ad locum Platonis in Gorgia; quo idem ante uſus eſt lib. VI. ep. 5. ut ex Eraſmo Victorius adnotavit. Hæc vero, *a Sire regio*, ſunt περιφραστικὰ Ægypti, & dicta αἰνιγματωδῶς. *Siris* enim eſt totius Nili in Æthiopia ſupra Ægyptum appellatio, ut ex Dionyſio, Plinio, Stephano & Euſtathio conſtat. Itaque *regio Siris* eſt Æthiopia, Ægyptus vero *a Sire regio*. Junius. Sic legendum & diſtinguendum locum hunc arbitror: *Quid tu autem τὰ μὲν διδόμενα; nullum enim verbum a Sire regio*, ut ſit hic ſenſus; Quid tu autem ſuades, quæcunque ſors offert æquo animo ferenda eſſe. nullum enim verbum contra dicendum, perinde ac ſi regio imperio pareamus non placet hoc conſilium tuum, aut hæc ſervitus. Proverbium τὰ μὲν διδόμενα uſurpat libro ſexto, epiſt. 5. cui fere geminum illud in graculo Micilli apud Strabonem, libro ſexto, δῶρον δ' ὅ, τι δῷ τις ἐπαίνει, quæ dantur dona probato. *Popma.*

18. *Deterrebis*.] Efficies, ut Buthrotiis moleſtus non ſit. ep. 15. *P. Manut.*

19. *Autoritate vel vi*.] Mirificè nobis hic locus ſuſpectus eſt, cui noſtræ ſuſpicioni ſuffragatur antiqua ſcriptura; quamvis corrupta & lacera, ita tamen à vulgata diverſa, ut non ſine cauſa exiſtimem veterem tantopere ab illa diſſentire. Argumenta autem plurima ſunt quæ id nobis ſuadent: quæ omnia exponi non poſſunt: ab illis tamen qui diligenter animadverterint perſpicientur. Mendum autem in his tribus, quæ propoſuimus, verbis, ineſſe puto, quod poſſe nos tollere deſperavimus. ſi ante illa perfectum punctum collocaretur, fortaſſe non peccaretur, ut verbo *deterrebis* ſuperior ſententia clauderetur. Amicus autem erat M. Antonio Atticus: ejus igitur auxilio ſperabat Cicero poſſe L. fratrem deterreri, ne Buthrotiis moleſtus eſſet, quod faciebat. Erat autem L. Antonius VII. vir agris dividendis, quod ex Philippicis patet. Deinde incipit, ut opinor, de alia re agere, de nummis ſcilicet Arpinatium, de quo negotio non multò antè multis verbis egit: volebat autem eos L. Fadio, ſi petiiſſet, reddi, præter eum nemini. Epiſtolam autem qua, quid de hac re geri vellet, expoſuerat: nondum dicit illum accepiſſe, ut quæ ſua de ea re voluntas eſſet ſcire poſſet. In eandem autem ſententiam quædam verba addit, in quibus *dederas* erat, quod non habent manuſcripti co-

accepéras litteras; [20] nec cuiquam, niſi L. Fadio ædili: aliter enim nec cautè, nec jure fieri poteſt. [21] Quòd ſcribis tibi deeſſe H-S. c. quæ Ciceroni curata ſint; velim ab Erote quæras, ubi ſit merces inſularum. [22] Arabioni de Sitio nihil iraſcor. ego de itinere, [23] niſi explicato

codices, ideoque à nobis deletum eſt. Debere autem intelligi putamus (reddas) ut de nummis, quemadmodum ſuprà, ſermo ſit. Pro *Autoritate* autem antiqui codices *Antroni* habent, quod verbum quàm perverſum ſit & inquinatum vides. receptam lectionem retinuimus, de qua, ut quiſque volet, exiſtimet: nos eam parum ſinceram judicamus. *Victor.* *Antroni vatui.*] Ex Cruſellino ita legit Boſius, ad quam lectionem proximè accedit hæc codicis Tornæſiani, *Antroni vel vi*, Antiquus liber Cavalcantis *Anthroni vel vi*, Beſſarionis, *Antonii vel vi*, Junius ex mſſ. duobus Palatinis legit, *Ante* III. *non. Septemb. nondum acceperas.* Cleric.

20. *Nec cuique dedi niſi L. Fadio Ædili.*] Ita eſt in manuſcripto, cum in vulgatis deſit verbum *dedi*. Urſin.

21. *Quod ſcribis tibi deeſſe H-S. C. quæ Ciceroni.*] Codex Tornæſianus pro *deeſſe* habet, *deſere*: unde dubius conjicit Lambinus, *deberi*; Junius verò ex mſſ. Palat. in quibus eſt, *Di Sere*, conjicit, *deeſſe re*, & ita totum legit; *Quod ſcribis tibi deeſſe re L. L. S. C. quæ Ciceroni &c.* Cleric.

22. *Arabioni de Sitio.*] Libri veteres plerique *de Sicio*: quod rectum puto, & Græcum σικύα. Arabio eſt nomen ſervi, a patria Arabia, ut Ægypta, Geta, Syrus, Dorio: cui ſe ait non iraſci ob neglectum forte aut deperditum cucumerem, quem Græci vocant σικύον, & ea voce uſum fuiſſe credo Atticum, qui in ſuis ad Ciceronem epiſtolis frequenter Græcis dictionibus utebatur. *Popma.*

23. *Niſi explicato A, nihil cogito.*] Deſcripſimus hoc loco, ſeu potius depinximus veteres codices. *Sive* autem *A*, ut in excuſis, ſive *A*, ut in manuſcriptis ſcriptum ſit, fatemur nos ignorare quid eâ notâ ſignificetur. Non multò autem pòſt, cum eandem ſententiam iiſdem penè verbis perſequeretur, *Niſi explicata ſolutione* dixit. quid autem de hoc ſtatuendum ſit alii doctiores viderint. *Victor.* *Niſi explicato A*] Hanc notam puto denotare annuum: quod ad ſententiam optime convenit. Dicit enim, ſe de profectione in Græciam nihil cogitare, niſi prius expedito & conſtituto annuo, illo nimirum quod Ciceroni filio in annuum ſumptum aſſignaverat: ſed Eros diſpenſator turbatis rationibus non perſolverat. ep. 15. & 20. *Niſi explicata ſolutione non diſceſſurus.* Notum autem eſt veteres ſolitos iſtiusmodi nomina Annus, Dies, Hora. ſingulis literis perſcribere A. D. H. de annuo item teſtatur Paulus Diaconus has notas A. T. P. ſignificare annuo tempore. *Explicare annuum*, ut explicare ſolutionem. *Explicare nomina*; pro expedire & diſſolvere, alibi dixit, *Explicare pecuniam* Calliſtratus l. debitoribus tit. De re judicata. *Popma.* Forte: *niſi explicato* λοιπῷ exponendum, ſive *reliquo*, hoc eſt, ſolutis debitis. Sic *explicare negotia*, v, 12. *explicare nomen* XIII, 29. *Gronov.*

24. *Ut*

cato A, nihil cogito. quod idem tibi videri puto. Habes ad ſuperiorem. nunc audi ad alteram. Tu verò facis, ut omnia, quòd Serviliæ non [e] dees, id eſt Bruto. De regina gaudeo te non laborare, certè etiam tibi probari. Erotis rationes & ex Tirone cognovi, & vocavi ipſum. Gratiſſimum, quod polliceris, Ciceroni nihil defuturum: de quo mirabilia Meſſala; qui, Lanuvio rediens ab illis, venit ad me: & mehercule ipſius litteræ ſic & φιλοστόργως, & [f] εὐπινῶς ſcriptæ, [24] ut eas vel in acroaſi audeam legere: quo magis illi indulgendum puto. [25] De Buciliano Seſtium puto non moleſtè ferre. Ego, ſi Tiro ad me, cogito in Tuſculanum. Tu verò, quidquid erit, quod me ſcire par ſit, ſtatim.

e deeſt *alii.* deſit & Bruto *Jun.*

P. B.

f *alii* πυκνῶς.

EPISTOLA XVIII.

CICERO ATTICO S.

[26] SEPTIMODECIMO kal. etſi ſatis videbar ſcripſiſſe ad te, quid mihi opus ſit, [g] & quid te facere vellem;

g teque quid *MS.*

24. *Ut eas vel in agro ſic audeam legere.*] Veteres, *in agroaſi.* quare *acroaſi* legimus. Laudans filii literas inquit eas ita amanter & graviter ſcriptas eſſe, ut eas multis audientibus tanquam lectionem aliquam recitare audeat: nihil enim in illis quod non laudari debeat, vel quo audito non doctiores fiant qui auſcultarint. Quid ἀκρόασις ſit notum eſt. Acroama dicebatur id, quod delectationis cauſâ in conviviis pronunciabatur. Cicero actione VI. in Verrem: *Hic quaſi feſtivum acroama, ne ſine corollario de convivio diſcederet, ibidem convivis inſpectantibus emblemata avellenda curavit.* Item pro Archia: *Themiſtoclem illum ſummum Athenis virum dixiſſe ajunt, cum ex eo quæreretur, quod acroama, aut cujus vocem libentiſſimè audiret, ejus, a quo ſua virtus optimè prædicaretur.* Græci ab auſcultantibus nomen acroaſi impoſuerunt: Latini à legentibus eandem rem nominaverunt: unde ἀκροαματικὰ libri Ariſtotelis, qui ea continebant quæ legitimis tantum diſcipulis, iiſque non rudibus, expoſuiſſet: Latini auſcultatorios dixerunt. Libri item, qui rerum naturalium principia declarant, περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως inſcripti ſunt. Ciceronis ſenſus hujus loci ſimilis eſt illi, quem non multò antè de promiſſis Ammonii luculenter ſcriptis profert: *Quæ quidem promiſſorum ejus erant φιλόλογα & dignitatis meæ, ut vel in concione dicere auderem.* ut ferè idem (in concione) valeat, quod hìc (in acroaſi). *Victor.*

25. *De Buciliano Seſtius.*] Bucilianum quoque navigia comparare non moleſte feret Seſtius Naſo, qui & ipſe claſſem habet ep. 4. lib. XVI. Fuerunt autem ex percuſſoribus Cæſaris, ut ex Appiano conſtat. *Popma.*

lem, ſi tibi commodum eſſet: tamen, cùm profectus eſſem, [27] & in lacu navigarem, Tironem ſtatui ad te eſſe mittendum, ut iis negotiis, quæ agerentur, intereſſet: atque etiam ſcripſi ad Dolabellam, me, ſi ei videretur, velle proficiſci: petiique ab eo [28] de mulis ve-

26. XVII. *kalend.*] Præter hæc duo vocabula, quæ ſuperiori epiſtolæ agglutinantur, tertium ſuperadditur in vulgata editione, nempe, *abibo*, ſed id Lambino ſuſpectum eſt, nec comparet in codice Tornæſiano. *Cleric.* Neque etiam in Victorii editione.

27. *Et in lacuna vigilarem.*] Sic omnes fermè excuſi, à quibus etiam non diſſentiunt manuſcripti codices, maculoſi & ipſi (niſi fallor) hac parte. Ajunt Beroaldum (in lacu navigarem) emendaſſe, ſuo ſenſu, ut arbitror, & conjecturâ ductum, quod mihi tamen ita placuit, ut eum ſecutus ſim, & ſic in meo ſcripſerim. viſum tamen eſt de hoc lectorem admonere, ne putaret me ſic in veteribus exemplaribus inveniſſe: nam quamvis hanc lectionem amem, non tamen ita illi confido, ut facerem ſi in antiquis monimentis eam inveniſſem. Confirmatus præterea fui, ut caſtigationem hanc probam exiſtimarem, quòd lib. XIV. oſtendit, ſe quidam ad lacum poſſidere: per quem fortaſſe, dum ad agrum illum viſendum accederet, navigabat. verba ejus hæc ſunt: *Scribis enim eſſe rumores, me ad lacum quod habeo venditurum, minuſculam verò villam utique Quinto traditurum*, &c. Nihil certius quod proferam habeo, & ſanè facilius poſſe puto infirmari & convinci vulgatam lectionem quàm hanc probari & conſtitui. *Victor.* *Et in ea cura vigilarem.*] Tornæſianus, ut excuſi & mſſ. ferè omnes, *& in lacuna vigilarem.* Cruſellinus, *& in ea cuna vigilarem*; unde repoſuit Boſius, *& in ea cura vigilarem*, qua in emendatione convenit cum Juſto Lipſio, ſic conjiciente lib. IV. Antiq. Lect. cap. 19. Victorius, Beroaldi conjecturam ſequutus, legebat, *& in lacu navigarem.* Cleric. Grævius etiam non probat Boſii conjecturam.

28. *De mulis vecturæ itineris & meis.*] Vereor ne hic locus corruptus ſit: antiquior certè noſter codex depravatior: ſic in eo ſcriptum eſt, *de mullis victure itineris & in eis.* quod teſtari volui, lectoremque admonere, ut accuratè hunc locum animadvertat: quamvis enim recepta lectio integrior videatur, non parum mihi tamen pluribus de cauſis ſuſpecta eſt. Nam magiſtratus, cum in provincias proficiſcebantur, mulos, tabernacula multaque alia ornamenta ex publico ſolitos eſſe accipere teſtatur etiam Cicero lib. VII. in Verrem, cum inquit: *Ubi quæſtores? Ubi legati? ubi ternis denariis æſtimatum frumentum? ubi muli? ubi tabernacula? ubi tot tantaque ornamenta magiſtratibus?* Suetonius quoque in Auguſto, *Autor fuit, ut Proconſulibus ad mulos & tabernacula, quæ publicè locari ſolebant, certa pecunia conſtitueretur.* Ipſi autem poſtea (ut puto) cohorti ſuæ & comitibus ea tribuebant: quod ex hoc Ciceronis loco manifeſtò perſpicitur. *Victor.* *De mulis vecturæ itineris & vehis. quoniam intelligo.*] Boſius ex Cruſellino vulgatam lectionem depravatam ſic emendavit. ea autem talis eſt, *de mulis vectura*

[v]ecturæ itineris, ut in eis, quoniam intelligo te diſten-
[ti]ſſimum eſſe quà de Buthrotiis, quà de Bruto; cujus
[e]tiam ludorum [29] ſeorſum curam, etiam adminiſtratio-
[n]em ſuſpicor ex magna parte ad te [h] pertinere; ut ergo h vertere MS.
[i]n [i] ejusmodi re tribues nobis paullum operæ. nec
[e]nim multum opus eſt. mihi res ad cædem, & eam i hujusmodi alii.
[q]uidem propinquam, ſpectare videtur. vides homines;
[v]ides arma. prorſus non mihi videor eſſe tutus. ſin tu
[a]liter ſentis velim ad me ſcribas. domi enim manere,
[ſ]i rectè poſſum, multo malo.

EPISTOLA XIX.

CICERO ATTICO S.

QUIDNAM eſt, quod audendum ampliùs de Buthrotiis? ſtetiſſe enim te fruſtra ſcribis. quid autem ſe re-

[ve]*ctura itineris, ut & in eis, cum intelligo.* Tornæſianus habet, *de mulis victura, & in eis, cum &c.* & ita Memmiani, niſi quod habent, *& meis*, pro, *& in eis.* vox autem, *itineris*, in nullo reperitur, Lambino teſte, qui hanc affert tentatam hujus loci emendationem, *petiique ab eo de mulis & vectura, ceterisque jumentis.* vulgatam lectionem retinet Junius, extra quam cum Boſio legit, *quoniam*, pro *cum.* Cleric. *Muli vectura itineris* ſunt, quibus utimur in itinere ad vehenda impedimenta, ut *linteum exterſui*, quo utimur ad extergendum; & mille talia. Sed *vehis*, quod ex conjectura vir ingenioſiſſimus ſuppoſuit, quis toleret? Veha enim [e]ſt vocabulum ruſticum, ut Varro docet, ſignificans viam, quo vehuntur onera, Græcis ἁμαξιτὸς. Sed *vehis* apud Columellam [e]ſt currus, quo vehunt onera in primis ſtercus ruſtici, & quantum [i]is poteſt imponi, lib. II. cap. 5. *Jugerum autem deſiderat, quod [ſpi]ſſius ſtercoratur, vehes quattuor & viginti*, nobis *een voeder.* Apage igitur *vehas iſtas.* Nemo mihi videtur hic plus vidiſſe lynceo [i]llo doctore meo Joanne Friderico Gronovio, qui pro *& in eis*, quod libri vetuſti præferunt, legit, *ut in his.* & ſequentia verba parentheſi includit, ſic toto loco conſtituto: *Petiique ab eo de mulis vectura itineris, ut in his (quoniam intelligo te diſtentiſſimum eſſe, quà de Buthrotiis, quà de Bruto, cujus etiam ludorum ſeorſum curam, etiam adminiſtrationem ſuſpicor ex magna parte ad te pertinere) ut ergo in ejusmodi re, tribues nobis paulum operæ.* Cum vellet ſcribere Tullius, ut in his talibus, tribues mihi paullum operæ, poſtquam ſcripſerat *ut in his*, recordatus Atticum valde occupatum eſſe, interponit iſtam παρένθεσιν, dein, repetens inceptam & abruptam orationem, pro illis, *ut in his*, poſuit, *ut ergo in ejusmodi re.* Solent veteres in ejusmodi repetitionibus ad ſenſum potius quàm ad vocabula reſpicere: de quo plura exempla collegit in notis Gronovius ad Liv. II, 12. & ad Senec. de Ira 3. *Grævius.*

29. *Seorſum curam.*] Pro, *ſuorum*, repoſui ex fide Cruſellini, *ſeor-*

k deterri- tum *MS*, l eſt acc. *alii.* m &, *aut* & ut agis *alii.*

Pag. CCXLVII.

refert Brutus? doleo mehercule te tam eſſe [k] deterritum: quod decem hominibus referendum [l] acceptum. 30 eſt illud quidem ἐργῶδες, ſed ἄμεμπτον mihique gratiſſimum. De armis nihil vidi apertius. fugiamus igitur: [m] at, ut ais, coram. Theophanes quid velit neſcio. ſcripſerat enim ad me: cui reſcripſi, ut potui. mihi autem ſcribit, venire ad me ſe velle, ut & de ſuis rebus, & quædam, quæ ad me pertinerent. tuas litteras exſpecto. vide quæſo, nequid temere fiat. Statius ſcripſit ad me, locutum ſecum eſſe Q. Ciceronem valde aſſeveranter, ſe hæc ferre non poſſe: certum ſibi eſſe ad Brutum & Caſſium tranſire. hoc enimvero nunc diſcere haveo: hoc ego, quid ſit, interpretari non poſſum. poteſt aliquid iratus Antonio: poteſt gloriam novam quærere: poteſt totum eſſe σχεδίασμα· & nimirum ita eſt. ſed tamen & ego vereor, & pater conturbatus eſt. ſcit enim, quæ ille de hoc: 31 mecum quidem ἄφατα olim. plane quid velit neſcio. A Dolabella mandata habebo, quæ mihi videbuntur, 32 id eſt nihil. Dic mihi, C. Antonius voluitne fieri ſeptemvir? fuit certè dignus. 33 De Menedemo eſt, ut ſcribis. facies omnia mihi nota.

E P

ſeorſum. quod adverbium ſignificat ſeparatim ab aliis & nominatim. Terentius Andria, *Omnibus gratiam habeo, & ſeorſum tibi præterea Demea.* Boſius.

30. *Eſt illud quidem.*] Poſt has dictiones diu Græcum verbum deſideratum eſt, quod Germani repoſuerunt: eſt etiam idem in noſtris manuſcriptis, quod eo teſtari voluimus, ut omnes id libentius recipiant, poſtquam in cunctis antiquioribus exemplaribus invenitur. *Victor.*

31. *Mecum quidem ἄφατα.*] Mecum quidem Quinctus patri locutus eſt quædam non dicenda. *P. Manut.*

32. *Id eſt nihil.*] Dolabella mihi in mandatis dabit, quod voluero, id eſt prorſus nihil. Cum enim Cicero jus exeundi, quo vellet, ideo haberet, quia legatus eſſet Dolabellæ, tamen dari ſibi ab eo mandatorum aliquid volebat, ne diſcedere ſine eo videretur. neque vero tam ipſa mandata quàm ſpeciem mandatorum aliquam quærebat. ideo dicit, *Id eſt nihil.* & in epiſtola, quæ ſequitur proxima: *Dolabella mandata ſint qualibet, modo aliquid, vel quod Niciæ nunciem.* Idem.

33. *Demea domi eſt, ut ſcribis.*] Ea eſt in antiquiore noſtro ſcriptura, ut facilè aliquis exiſtimare poſſit *de Menedemo* legendum eſſe: accedentibus autem quibusdam argumentis ita legi debere credidimus & ſcripſimus. Antea hoc ipſo in libro breviter de his bis agit, ſemel his verbis, *De Menedemo probe.* Iterum his, *De Menedemo vellem verum fuiſſet.* Quantum conjecturâ licet judicare, ia-

EPISTOLA XX.

CICERO ATTICO S.

34 EGI gratias Vecteno: nihil enim potuit humanius. Dolabellæ mandata ſint quælibet: n mihi aliquid, vel quod Niciæ nuntiem. 35 quis enim hæc, ut ſcribis,

n modo aliq. *alii.*

ntelligit Menedemum illum, de quo Antonius in epiſtola ad Hirtium & Cæſarem, quæ in XIII. Philippica incluſa eſt, his verbis agit, *Securi percuſſos Patum & Menedemum; civitate donatos & hoſpites Cæſaris laudaſtis.* Victor.

34. *Egi gratias V. n. e. p. h.*] Verba hæc ſuperiori epiſtolæ annectit vulgata editio. *Cleric.*

35. *Quis enim hæc, ut ſcribis, anteno nunc dubitare &c.*] Vitium omnino eſſe puto in his verbis, quod tamen unius litteræ mutatione tolli poſſe arbitratus ſum, ut pro, *anteno*, *ante ne nunc &c.* ſcripſerim. Ubi autem *Nicea* ſcriptum erat, *Nicia* caſtigavi, ſuffragantibus antiquis exemplaribus. Intelligit autem Curtium Niciam, nobilem grammaticum, de quo lib. XII. pluribus egit: at enim is familiaris Dolabellæ, ut etiam ex epiſtola Ciceronis Dolabellam cognoſcitur, in qua ſic cum illo jocatur: *Nihil im Roma geritur, quod te putem ſcire curare, niſi forte ſcire vis me er Niciam noſtrum & Vidium judicem eſſe. Profert autem (opinor) ibus verſiculis expenſum Nicia: alter Ariſtarchus hoc ὀβελίζει &c.* jus etiam inter grammaticos vitam ſcribit Suetonius Tranquil, ſeu quicunque fuit qui libellum illum conſcripſit: *Ducebat um ſecum, vel potius præmiſerat in provinciam Niciam hunc Dola.* Senſum igitur horum verborum hunc eſſe puto, ut cum abellæ legatus Cicero proficiſceretur (legati autem cum manis mittebantur) dicat, Mandata Dolabellæ ſint quælibet: quod nihil aliud habet quod mihi mandet, aliquid ſaltem quod Ni noſtro nunciem. quis enim antè nullius etiam conſilii homo itaſſet, quin meus diſceſſus deſperationis eſſet, non legatione nunc dubitare poſſit aliquis prudens? nullam enim ob ſam me legationem hane ſuſcepiſſe quis non videat? niſi ut pericula vitarem, cum Reipub. nullam opem ferre poſſim, de deſperavi. Quàm corruptus eſſet antea hic locus quivis icere poteſt: quàm facile autem ſic purgetur, omnibus nunc rror manifeſtum eſſe. *Victor.* *Ut ſcribis ἐν κοινῷ?*] Tornæſia *anteno*: Cruſellinus, *entenò*: unde repoſuit Boſius, *ἐν κοινῷ* gò, *ante? ne nunc &c.* quæ eſt Victorii emendatio. Junius ex legit ut ſcribis, *antono?* Lambinus, *ut ſcribis, ante nos.* Cleric. at corruptam veterum codicum, qui conſtanter *anteno*, lectionem retinere, quàm lubricas & incertas conjecturas pro ipſis Tulis verbis venditare lectoribus. Forte Cic. ſcripſit: *quis enim , ut ſcribis, attendet?* Quis attendet & obſervabit, quæ acim mandata a Conſule. Sic Orat. pro Quint. *Cum attendes,*

 quâ

bis, anteno? 36 nunc dubitare quemquam prudentem, quin meus diſceſſus deſperationis ſit, non legationis? Quod ais, extrema quædam jam homines de republica loqui, & eos quidem viros bonos; ego, quo die audivi illum tyrannum in concione CLARISSIMUM VIRUM appellari, ſubdiffidere cœpi. poſtea vero quàm tecum Lanuvii vidi noſtros tantum ſpei habere ad vivendum, quantum accepiſſent ab Antonio, deſperavi. [o] itaque, mi Attice, fortiter hoc velim accipias, ut ego ſcribo. genus illud interitûs, 37 quo caſurus eſt, fœdum duces, & quaſi denuntiatum nobis ab Antonio. ex hac [p] naxa exire conſtitui, 38 non ad fugam, ſed ad ſpem mortis me-

o idque *MS.* atque *alii.*

p naſſa *alii.*

quâ prudentiâ ſit Hortenſius. Sed cur in obviis exempla congeram! *Gravius.* Retinui vulgatam ut proximam MSS. in qua quis non videat latere Græcum? Lege igitur, *Quis enim hæc! (ut ſcribis, ἀντιφῶ) nunc.* Gronov. Gronovius pater conjiciebat: *quis enim hæc λεπτύνει.*

36. *Nunc dubitare quenquam prudentem.*] Eritne quisquam tam exigui conſilii, ut non intelligat me hoc iter ſuſcipere, non quia gaudeam provinciâ, ſed quia de rep. deſpero? Sic ſolent in admiratione Terent. Andr. I, 5, 18. *Tantamne rem tam negligenter agere!* Juſtin. XIV, 5. *Tantum eos degeneraviſſe a majoribus, ut, cum multis ſeculis murus urbi civium virtus fuerit, tunc cives ſalvos ſe fore non exiſtimaverint, niſi intra muros laterent.* Virg. II. Æn. 269.

Invidiſſe Deos, patriis ut redditus oris
Conjugium optatum, & pulcram Calydona viderem.

J. F. Gronovius.

37. *Qua cauſa, ac quorſus, eſt fœdum.*] Vulg. *quo caſurus es, fœdum &c.* Ceterùm ut legatur, *caſuri ſumus*, poſtulare ſententiam ait Manutius. Junius ex mſſ. Palatinis, *Genus illud interitûs qua cauſa curſus eſt*, Cleric. Boſius & hic ſuam conjecturam, quam ipſe non exponit, interſerit Ciceronis verbis. Æque obſcura autem hæc ſunt, *qua cauſa, ac quorſus eſt*, ac illa quæ vitioſe leguntur in membranis: *quo caſurus eſt.* quod tamen cum Victorio, Manutio, Lambino malo retinere, donec ex meliore libro veritas eruatur, quam commenta non optima pro iis ſubjicere. *Gravius.* Sententia hujus loci hæc eſt. Mi Attice des patientiæ & [illegible] veris locum, nec terreare, eadem cum facie, quacunque ſpecie & prætextu incepturi ſint, fateberis turpem eſſe, & tantum [illegible] indictam ab Antonio, adeo aperte patientiâ noſtrâ ſum abu[illegible] *J. F. Gronov.*

38. *Non ad fugam.*] Non ut fugiam mortem, ſed & extra bellorum caſus opperiar mortem meliorem. Mors enim naturalis, poſt fatalem annorum ſummam confectam, melior eſt quàm illa quæ in bello contingit: quam meruiſſe & quæſiviſſe cenſentur qui caſtra ſequuntur. unde Virgil. Æneid. XI. *& ſi fata fuiſſent caderem meruiſſe manu.* Hoc autem reſpexit Atticum cum ep. [illegible] lib.

melioris. hæc omnis culpa Bruti. Pompejum q Carthejæ receptum ſcribis: jam igitur contra hunc exercitum. utra ergò caſtra? media enim r tollit Antonius. illa infirma, hæc nefaria. properemus igitur. ſed juva me conſilio, Brundiſione, an Puteolis. Brutus quidem ſubitò: ſed ſapienter. πάσχω τι. quando enim illum? ſed humana ferenda. tu ipſe eum videre non potes. dii illi mortuo, 39 qui umquam Buthrotum! ſed acta miſſa. videamus quæ agenda ſint. Rationes Erotis; etſi ipſum nondum vidi, tamen s & ex litteris ejus, & ex eo, quod Tiro cognovit, propemodum cognitas habeo. verſuram ſcribis eſſe faciendam menſium quinque; id eſt ad kal. Novemb. H-S. cc. in eam diem cadere t nummos, qui à Quinto debentur. velim igitur, quoniam Tiro negat tibi placere me ejus rei cauſâ Romam venire; ſi te ea res nihil offendet, videas v unde nummi ſint; mihi feras expenſum. hoc video in præſentia opus eſſe. reliqua diligentiùs ex hoc ipſo exquiram; in his, de mercedibus 40 dotalium prædiorum: quæ ſi fideliter Ciceroni curabuntur, quamquam volo laxiùs, tamen ei propemodum nihil deerit. equidem video mihi quoque opus eſſe viaticum: ſed x id ex prœdiis, ut cadet, ita ſolvetur: mihi autem opus eſt univerſo quidem. etſi mihi videtur iſte, qui umbras timet, ad cædem ſpectare; tamen, niſi explicata ſolutione, non ſum diſceſſurus. ſitne autem y extricata, necne, tecum cognoſcam. Hanc putavi mea manu ſcribendam: itaque feci. De Fadio, ut ſcribis; utique alii nemini. reſcribas velim hodie.

q Cantheiâ alii. P. B.
r tulit alii.
s ut MS.
t nummorum MS.
v enim unde MS.
x his ex ant & ex MSS. ei ex Brut.
y explicata Manut. & MSS. excitata alii.

lib. xvi. reſcripſit Ciceronem ſoqui εὐθανασίαν, quo verbo Auguſtum Cæſarem quoque uti ſolitum, precatumque ſibi & ſuis εὐθανασίαν, quoties audiſſet cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, refert Suetonius. Bupna.

39. *Qui unquam Buthrotum.*] Buthrotium agrum proſcripſit & in eumque milites deducendos curavit ep. 16. lib. xvi. Quare nunc nec Brutus, nec quiſquam noſtrûm eò ſe recipere tutò poteſt: quamquam Bruto poſtea abiens Atticus ccc. in Epeiro juſſit dari. Nepos in Attic. vel hoc ſcribit, quod ob id Atticus erat diſſentiſſimus ep. 19. h. l. *Corrad.*

40. *Dotalium prædiorum.*] Inſularum ep. 18. h. l. quæ Terentiæ videntur fuiſſe, & ob id Ciceroni filio datæ ep. 27. lib. xii præter ea præterea ſunt etiam urbana Vect. v. *Idem.* Non fuerunt hæc prædia dotalia Terentiæ, cum qua divortium fecerat; ſed Publiliæ, quam præcipue duxiſſe Tullium propter divitias, quas poſſidebat, auctor eſt Plutarchus. *Græv.*

EPISTOLA XXI.

CICERO ATTICO S.

NARRO tibi; Q. pater exultat lætitiâ. ſcripſit enim filius, ſe idcirco profugere ad Brutum voluiſſe, quòd, cùm ſibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret, præſidium occuparet, id recuſaſſet: recuſaſſe autem [z] ſe, ne patris animum offenderet: ex eo ſibi illum hoſtem. tum me, inquit, collegi, verens, ne quid mihi ille iratus tibi noceret. itaque eum placavi. & quidem cccc. certa: reliqua in ſpe. ſcribit autem Statius, illum cum patre habitare velle. hoc verò [a] mirum: & id gaudet. [b] ecquem tu illo certiorem nebulonem? ἐποχὴν [41] veſtram de re Cani deliberationis probo. nihil eram ſuſpicatus de tabulis: ἀκεραίως reſtitutam arbitrabar. Quæ differs, ut mecum coram; ex-

z ſe *deeſt in MS.*

Pag. CCXLVIII.

a mirum in modum *MS.*

b *ita MSS. alii* quem.

41. *Veſtram de re cauſam deliberationis probo.*] Ante hæc verba Græca vox deſiderabatur, quam Germani reſtituerant: eam nos emendationem noſtrorum codicum autoritate confirmari teſtamur. Aliud tamen, quod Germani prætererunt, ex iiſdem exemplaribus hauſimus, quod in noſtrum librum contulimus: intelligimus autem Ciceronem probare ἐποχὴν deliberationis de re Cani: ut fortaſſe de eodem negotio agatur de quo lib. XIII. duobus locis loquitur, ſed id tamen non adfirmamus: quippe cum ea, quæ hoc nomine ſignificantur, fateamur nos ignorare. quod autem ita ſcripſimus, dedimus id vetuſtorum librorum fidei & probitati: nam vulgatam lectionem nec probamus, nec ſinceram eſſe credere poſſumus. Alterum præterea verbum Græcum, quod excuſi codices non habebant, à Germaniſque primis in ſua ſede repoſitum erat, ipſi quoque illic manere voluimus: nam noſtri etiam codices eam propriam illi ſedem eſſe teſtificantur. Superiore verbo Academici retentionem aſſenſionis ſignificabant: hic autem retentionem ſimpliciter ſignificat: ex ea diſciplina ad hoc negotium translatum à Cicerone. Poſteriore adverbio puriter, ſine culpa detrimentoque ſignificatur. *Victor.* *De re Cani.*] De matrimonio cum filia Cani. Deliberabant enim Quintus pater & Atticus, an Q. filius uxorem duceret filiam Q. Gellii Cani; cujus fit mentio ep. 31. lib. XIII. Sed deliberationem retinebant ſuſtinebantque, quoniam cognoverant illam cum marito tabulas feciſſe, quibus res ſuas dotales debito obſtrinxerat. Itaque ſoluto matrimonio morte mariti aut divortio, dos erat attrita & imminuta: quod Cicero non ſuſpicabatur, ſed putabat dotem integre reſtitutam fuiſſe. *Popma.*

42. *Ti-*

exſpectabo. Tabellarios, quoad voles, tenebis. es enim occupatus. Quod ad Xenonem probè. Quòd ſcribo, cùm abſolvero. Quinto ſcripſiſti, te ad eum litteras: nemo attulerat. 42 Tiro negat jam tibi placere Brundiſium, & quidem dicere aliquid de militibus. at ego jam deſtinaram, Hydruntem quidem. 43 movebant me tuæ quinque horæ. hîc autem quantus πλοῦς; ſed videbimus. 44 Nullas à te XI. kal. quippe: quid enim jam novi? cùm primùm igitur poteris venies. ego propero, ne ante Sextus; quem adventare [c] ajunt. [c] audiunt MS.

EPISTOLA XXII.

CICERO ATTICO S.

Gratulor nobis Q. filium exiiſſe: moleſtus non erit. Panſam bene loqui credo. ſemper enim conjunctum eſſe cum Hirtio ſcio. amiciſſimum Bruto & Caſſio puto, ſi expediet. ſed quando illos videbit? inimicum Antonio: quando, aut cur? quousque ludetur? Ego autem ſcripſi Sextum adventare, non [d] quò [d] quod alii. jam adeſſet, ſed quia certè id ageret, ab armisque nullis diſcederet. certè, ſi pergit, bellum paratum eſt. 45 hic autem noſter Cytherius, niſi victorem, neminem vi-

42. *Tiro negat Brundiſium.*] Tiro negat jam tibi placere me ire [Br]undiſium, propterea quòd Antonius cum legionibus Macedoni[cis] dicitur adventare, ut eo proficiſci minus tutum ſit, at ego Hy[dru]ntem proficiſci deſtinaram, unde in Græciam trajectum eſſe [qu]inque horarum tu aliquando dixiſti. hic enim ſi conſcendero, [qua]m longa eſſet navigatio? Plinius lib. III. *Hydruntum X. ac IV, [mil]l. paſſuum ad diſcrimen Jonii & Adriatici maris, qua in Græciam [bre]viſſimus tranſitus.* Popma.

43. *Movebant me tuæ quinque horæ.*] Ut ego Hydruntem ire vel[le]m, ibique navim conſcendere, faciebat illud, quod te mihi re[cor]dabar dixiſſe, ab Hydrunte in Græciam trajectum eſſe quinque [ho]rarum. hic autem ſi conſcenderem, quam longa eſſet navi[gat]io? Et ſane ab Hydrunte ad Eubœæ continentem minimum [eſs]e intervallum, & Plinius, & omnes coſmographi auctores ſunt. *Manut.*

44. *Nullas à te.*] Totam hanc periodum usque ad finem ſequen[tis] epiſtolæ attexuit vulgata editio. *Cleric.*

45. *Hic autem noſter Citherius.*] Niſi vitium ſit in hoc nomine [qu]am antiquior noſter *Cicherius* habet) poteſt ita Antonium appel[lari]s à Citheride mima, quam amavit: erat autem hæc P. Volum-nii

victurum. quid ad hæc Panſa? [46] cum utro erit, ſi bellum erit? quod videtur fore. ſed & hæc & alia coram: hodie quidem, ut ſcribis, aut cras.

EPISTOLA XXIII.

P. B. CICERO ATTICO S.

MIRIFICE torqueor, ſine dolore tamen: ſed permulta mihi de noſtro itinere in utramque partem occurrunt. quouſque? inquies. quoad erit integrum: erit autem uſque dum ad navem. Panſa [47] ſi reſcripſerit, & meam tibi, & illius epiſtolam mittam. Silium exſpectabam; cui ὑπόμνημα compoſitum, ſi quid novi. Ego litteras miſi ad Brutum: cujus de itinere etiam ex te velim, ſi quid ſcies, cognoſcere.

EPISTOLA XXIV.

CICERO ATTICO S.

[48] TABELLARIUS, quem ad Brutum miſeram, ex itinere rediit VII. kal. ei Servilia dixit, [49] eo die Bru-

nii liberta, à Cornelio etiam Gallo infeliciter amata: ſiquidem illo relicto, Antonium in Galliam ſecuta eſt: hanc Lycorim Virgilius nominat. Antonium autem putamus intelligi: nam alibi eandem illius ſententiam eſſe de bello narrat, cum inquit: *Media enim tollit Antonius.* Hoc nomen in quadam etiam M. Bruti epiſtola eſt ad Ciceronem: *Græcam epiſtolam tibi miſi Citherei cujusdam ad Satrium.* etſi eo quoque loco manuſcripti habent *Cicherim*, quod non mediocriter me perturbat, ibi enim de Antonio non poteſt ſermo eſſe: ut aliam fortaſſe originem hoc nomen habeat. de hoc autem accuratius videndum eſt. *Victor.*

46. *Utro erit, ſi bellum erit.*] *Cum utro erit* legendum ex veteri libro: in aliis deeſt *cum.* Urſin. Nos cum Bruto & Grævio recepimus *cum.*

47. *Si reſcripſerit.*] Epiſtolæ meæ. non enim probo eorum conjecturam, qui legunt, *ſi tua reſcripſerit.* nam reſponſum ſuis litteris, non Attici, à Cicerone exſpectari, indicant, quæ proxime ſequuntur verba. Sed opinor eos locum mutaſſe, quia viderent in antiquo libro, *ſe tuere ſcripſerit*, quod etiam in antiquo Beſſarionis libro: mendoſe omnino. *P. Manut.*

48. *Tabellarius, quem ad eum miſeram &c.*] Ex veteribus exemplaribus *ad Brutum* ſcripſimus: quod mihi argumentum eſt, eſſe hanc aliam à ſuperiore epiſtolam; ſi enim eadem ſit, *ad eum* po-

tius

Brutum H. IIII. profectum. ſanè dolui meas litteras redditas non eſſe. Silius ad me non venerat. cauſam compoſui. eum libellum tibi miſi. te quo die exſpectem velim ſcire.

EPISTOLA XXV.

CICERO ATTICO. S.

DE meo itinere variæ ſententiæ. multi enim ad me. ſed tu incumbe, quæſo, in eam curam. magna res eſt. an probas, [50] ſi ad kal. Jan. cogitamus? meus animus eſt æquus, [51] ſic tamen, ut ſi nihil offenſionis ſit:

tius dixiſſet, cum paulò antè Bruti nomen poſitum eſſet. Præterea de eodem negotio bis in eandem prorſus ſententiam mutatis tantum verbis non egiſſet. nam id nulla utilitate facere importunum eſſet. ſuprà enim inquit, *Silium exſpectabam, cui ὑπόμνημα compoſitum*. Infrà verò paulò pòſt, *Silius ad me non venerat, cauſam compoſui*. Aliud etiam eſt quod hoc loco valde conſiderandum puto: ubi *Brutum bis profectum* ſcriptum eſt: in quo mendum eſſe prorſus credimus: omnes tamen & novi & veteres codices inter ſe concordant, quare nihil mutare auſi ſumus. Ne tamen hoc ſilentio prætereamus, arbitramur non ineptè *Bais profectum* poſſe legi. nam tanta eſt, harum vocum ſimilitudo, ut non temere credi poſſit in hoc librarium peccaſſe. Accedit huic ſuſpicioni, quòd circa hæc loca Brutus eo tempore morabatur. Non multum præterea ab antiquis veſtigiis diſcederes, ſi *Cumis profectum* legeres: in re enim incerta, & ubi levibus tantum quibusdam conjecturis certari poteſt, nihil vehementer adfirmamus, ne dum nimium pertinaces in noſtra opinione tuenda eſſe velimus. *Victor.*

49. *Eo die Brutum Puteolis profectum.*] Pro voce *Puteolis* in libro manuſcripto eſt, *bis*: ut fortaſſe Bajis legendum ſit. *Urſin.* *Brutum H. IIII. profectum.*] Tornæſianus, *HNIS*, unde Lambinus ſequutus Corradi conjecturam, probante Malaſpina, legebat, *H. II.* ſed liquidò exaratum erat in Cruſellino *H. IIII.* hoc eſt *hora quarta*; quam lectionem referre quoque videtur Tornæſ. ſi propiùs & attentius ejus ſcripturam ſpectes: Urſinus refert in lib. mſ. eſſe, *bis*, ut fortaſſe *Bajis* legendum ſit; quod & viderat Victorius; ſed poſtea perſpicuè in mſſ. Palat. duobus ſcriptum probavit Junius: vulg. *Brutum Puteolis profectum*. Cleric.

50. *Si ad Kal. Jan.*] Quibus initium ſenatus cogendi fore videtur, Coſſ. Hirtio & Panſa. Philip. I. & V. *Corrad.* Cenſeo ſcribendum eſſe *A. D. Kal. Jan.* hoc eſt minimùm ipſis Kalendis, ante enim nolebat eſſe Romæ, niſi novi Conſules iniiſſent magiſtratum. Quoties vero *a. d.* a librariis & imperitis editoribus in utroque volumine epiſtolarum corruptum fuerit & mutatum in *ad* nemo ignorat, niſi hoſpes in litteris. *Græv.*

 51. *Sit*

ſit: [52] & tu etiam ſcitè, quo die olim piaculum, myſteria ſcilicet. [e] ut ut ſit res, caſus conſilium noſtri itineris judicabit. dubitemus igitur. [f] eſt enim hiberna navigatio [g] odioſa; eoque ex te quæſieram myſteriorum diem. Brutum, ut ſcribis, viſum iri à me puto. ego hinc volo prid. kal. . . . .

e ut tu ſcires *alii.* ut tu ſcibis *Manut* f eſt enim *deeſt in aliis.* g eo odioſa *MSS.*

EPISTOLA XXVI.

CICERO ATTICO S.

h te omnia feciſſe *MS.*

DE Quinti negotio video [h] à te omnia facta. ille tamen dolet, dubitans, utrùm morem gerat Leptæ, [53] an fidem infirmet Silio. Inaudivi L. Piſonem velle exire

51. *Sic tamen, ut ſi nihil offenſionis ſit.*] Faërnus delebat adverbium *ut.* Urſin. *Ut nihil ſit offenſionis.*] Eſt ſi tum non turbabitur in republica. *J. F. Gronov.*

52. *Et tu etiam ſcire quo die Olympia.*] Locus hic, ut puto, mendoſus eſt: tota enim extrema pars hujus libri crebris maculis confecta eſt. contra veterum codicum fidem, in tantis tenebris, nihil mutare auſi ſumus. Ubi autem paulò pòſt *dubitemus igitur* ſcriptum eſt: antiquiores codices *dubitem his igitur* habent. nam quod enim ἀρκτικῶς hic legimus, ab illis accepimus, rarum id quidem apud hos autores, ſæpe tamen ab Ælio Donato in Terentio obſervatum. hic autem periculum eſt, ne ita mendoſè ſcriptum ſit, cùm in conjunctis verbis vitium eſſe appareat: aliis autem locis ita poſitum eſſe in his epiſtolis animadvertimus. de his rebus noſtram fidem in nullam partem adſtringimus: quæ tantùm in melioribus libris obſervavimus cum fide exponimus. *Victor.* *Et tu etiam ſcribe quo de Olympia, cum myſteria ſcilicet (ut tu) ſcires.*] Locus, ut patet, mendoſus: poteſt autem commode reſtitui, ſi ita corrigatur: *Et tu etiam ſcribe quo die Olympia, quo myſteria ſcilicet ut ſciam:* in vetere quodam libro ſcriptum eſt, *aveo etiam ſcire quo die Olympia.* Urſin Boſius è MS. Cruſellino reſtituit *& tu etiam ſcitè.* Ex perturbata hujus loci ſcriptura quidam myſteria neſcio quæ *Olympica* commenti ſunt, quæ nunquam fando auditæ fuerunt: germanam autem hujus loci lectionem Boſius ex Cruſellino reſtituit. vulg. *quo die Olympia* XXXXX. *quum myſteria ſcilicet* Urſinus arbitratur commodè reſtitui poſſe hoc modo, *& tu etiam ſcribe quo die Olympia, quo myſteria ſcilicet ut ſciam.* in vetere quodam libro ſcriptum eſt, *aveo etiam ſcire quo die Olympia.* Clericus. Vid. J. F. Gronov. lib. IV. Obſerv. c. 10.

53. *An fidem infirmet Silio mandibili.*] Obſcuriſſimus &, ut arbitror, depravatiſſimus locus. nos ex vetere codice hunc locum deſcripſimus. cur enim in tantis tenebris non potius certum & optimum ducem ſequamur, quàm malum & crebro in aliquo offen-

exire legatum [i] ψευδεγγράφῳ ſenatusconſulto. velim ſcire quid ſit. Tabellarius ille, quem tibi dixeram à me ad Brutum eſſe miſſum in Anagninum, ad me venit ea nocte, quæ proxima ante kal. fuit; litteraſque ad me attulit: 54 in quibus unum alienum ſummâ ſuâ prudentiâ, 55 idem [k] illud, ut ſpectem ludos ſuos. reſcripſi

i ψευδεπιγράφως edd. vett.

P. CCXLIX.

k illud deeſt in MSS.

ſendentem? nihil autem aliud habemus, quod nobis hanc potius quàm illam probam eſſe lectionem fidem faciat, præter antiquorum codicum teſtimonium: quibus item autoribus pro ψευδογράφως ψευδεγγράφῳ ſ. c. ſcripſimus, quod ſincerum & rectum eſſe putamus. id etiam Germani adnotarunt, quo certius id habeatur. *Victor.* *Infirmet Silio. Inaudivi L. Piſonem velle exire legatum ψευδεγγράφῳ.*] Ex inquinata Cruſellini ſcriptura lectionem hanc eruit Boſius, in illo enim legebatur, *inaudibili Piſonem*; unde conjecit, *inaudivi L. Piſonem:* mſſ. autem cum excuſis conveniebant, qui ſic referunt, *infirmet Silio. Mandibili L. Piſonem vellem exire legatum. ψευδεγγράφῳ S. C. &c.* Corradus ex mſ. in quo erat, *filio inaudibili*, legendum putabat *filio amabili.* alii. *filio inamabili.* Clericus. Locus hic ſine controverſia corruptus eſt, ſive eum per ſe ſpectes, ſive antiquam ſcripturam inſpicias quæ talis eſt, *filio inaudibili.* unde Corradus putat legendum, *filio amabili*, alii, *filio inamabili.* Lambin. Abſque libro Cruſellino fuiſſet, neſcio an maculæ hinc abſtergi potuiſſent. nam ceteri libri manuſcripti nihilo purgatiores erant excuſis. ſic enim hunc locum referebant, *Mandibili Piſonem.* At Cruſellinus, quamquam aliquantum inquinatus ſit, mihi tamen clare præluxit ad veram & germanam lectionem ex his tenebris eruendam. ſic enim edit hæc verba, *inaudibili Piſonem.* inde conjeci Ciceronem ſcripſiſſe, *inaudivi L. Piſonem.* *inaudire* eſt leviter aliquid, quod occultè agatur, audire. idem hic auctor ſupra, *numquid de quo inaudiſti?* & Plautus Moſtellaria, *metuo ne de hac re quippiam hic inaudiverit.* Boſius. Pulcherrima eſt hæc & veriſſima Boſii emendatio, cujus vel ſolius nomine plurimum ei debet res litteraria. Nam locum fœdiſſime inquinatum leviter adjutus a ſuo Cruſellino ſollertiſſime & feliciſſime reſtituit. *Grav.*

54. *In quibus unum alienum ſummâ tuâ prudentiâ, &c.*] *Sua* habent manuſcripti codices, id eſt Bruti, qui litteras eas ſcripſerat, quibus petierat à Cicerone ut ludos ſuos ſpectaret: quod Cicero puerile eſſe dicit indignumque ſuâ in aliis rebus prudentiâ. Plutarchus etiam in Bruto de magnificentia ludorum ipſius agens narrat illum ad Ciceronem ſcripſiſſe, ut ludis ſuis omnino intereſſet. verba ejus hæc ſunt, Ἔγραφε καὶ Κικέρωνι πάντως παρατυχεῖν ταῖς θέαις. *Victor.*

55. *Idem illud.*] Sed quod aliud fuit in epiſtola Bruti, alienum ab ejus prudentia, quàm quod Ciceronem invitarit ad ludos ſpectandos? Nihil plane in hac epiſtola Locus corruptus, quem miror præteriiſſe ſicco pede tot doctos interpretes. Legendum autem ex Balliol. *in quibus unum alienum ſua prudentia; id eſt, il-*

ſcripſi ſcilicet, primùm me jam profectum, ut non integrum ſit: [56] dein, ἀτοπώτατον eſſe, me, qui Romam omnino poſt hæc arma non acceſſerim, neque id tam periculi mei cauſâ fecerim quàm dignitatis, ſubitò ad ludos venire. tali enim tempore ludos facere illi honeſtum eſt, [57] cui neceſſe eſt. ſpectare mihi ut non eſt neceſſe, ſic [l] ne honeſtum quidem eſt. equidem illos celebrari & eſſe quàm gratiſſimos mirabiliter cupio; idque ita futurum eſſe confido: & tecum ago, ut jam ab ipſa commiſſione ad me, quemadmodum accipiantur; deinde [m] omnino reliquorum dies ſingulos perſequare. ſed de ludis hactenus. Reliqua pars [58] epiſtolæ eſt illa quidem in utramque partem: ſed tamen nonnullos interdum jacit igniculos viriles: quod quale tibi videretur, ut poſſes interpretari, miſi ad te exemplum epiſtolæ. quamquam mihi tabellarius noſter dixerat, tibi quoque ſe attuliſſe litteras à Bruto, [n] easque ad te è Tuſculano eſſe delatas. Ego itinera ſic compoſueram, ut nonis Quint. Puteolis eſſem. valde enim feſtino; ita tamen, ut, quantum homo poſſit, quàm cautiſſimè navigem. [59] M. Ælium curâ liberabis: is me paucos ſpe-

[l] *ita Lamb. è MSS. alii* nec.

[m] omnia *alii*.:

[n] easque è Tuſc. *alii*.

lud, ut ſpectem ludos ſuos. Si totum locum expenderis, Ciceronem nihil reprehendiſſe in epiſtola Bruti, quam illud unum de ſpectandis ludis, poſtre hunc locum emendatum eſſe cognoſces. *Græv.*

56. *Dein ἀτοπώτατον eſſe.*] Balliol. *de me ἀτοπώτατον eſſe.* Perſuaſiſſimum habeo vocem *dein* fraudi fuiſſe in aliis libris duabus ſequentibus, ex iisdem elementis fere conflatis, ſicut e contrario in Balliol. *de me* abſorpſiſſe *dein*, Tullii autem manum eſſe: *Dein de me ἀτοπώτατον eſſe, me, qui Romam omnino*, & quæ ſequuntur. In indignatione ſcite repetitur & cum magna ἐνεργείᾳ. *me*, ut ſæpius aliter, quamvis poſterius *me* caſu ſexto ſit poſitum. Exempla ſi quis deſiderat, is non tam litterarum rudis eſt quàm vitæ humanæ. *Gravius.*

57. *Cui neceſſe eſt. Spectare mihi ut non.*] Vulg. *cui non neceſſe eſt ſpectare: mihi ut non eſt.* Petrus Faber libro II, Semeſtrium cap. 25. emendat, *Ludos ſpectare ei honeſtum eſt, cui neceſſe eſt facere.* Cleric.

58. *Epiſtolæ eſt illa quidem in utramque partem.*] Hic integriores ſunt Tornæſianus & Cruſellinus, quos ſequutus eſt Boſius, quàm excuſi; ita enim hæc referunt, *reliqua pars epiſtolæ eſt illa quidem in utramque partem. ſed tamen nonnullos &c.* vulgati ſic, *reliqua pars epiſtolæ illa namque in utramque. ſed tamen &c.* Idem.

59. *M. Ælium cura libera vis me pauca ſpe &c.*] Locus hic inquinatiſſimus erat: ipſi ope meliorum codicum non parvas ejus ſordes eluimus: nam totum nos purgaſſe non audeo dicere. Specus etiam genere maſculino dici oſtendit Non. Marcellus exemplo Var-

ſpecus in extremo fundo, & eos quidem ſubterraneos; ſervitutis [60] putat aliquid habituros: id me jam nolle, neque mihi [o] quidquam eſſe tanti; ſed, ut mihi dicebas, quàm leniſſimè; potiùs ut curâ liberetur, quàm ut me ſuccenſere aliquid ſuſpicetur. [61] Idem de illo Tulliano capite liberè cum Caſcelio loquare. parva res eſt: ſed tu bene attendiſti: nimis callidè agebatur. ego autem, ſi mihi impoſuiſſet aliquid, quod pæne fecit, [62] niſi tua malitia affuiſſet, animo iniquo tuliſſem. itaque, [p] ut

o jam eſſe. *alii.*

P. B. ut p *alii,* ut erit.

Varronis Rerum Divinarum lib. IV. & Ennii Lyris, his verbis: *Inferûm vaſtos ſpecus.* nam Specus etiam illos appellari, quibus aqua deducitur, notum eſt. Cæſar in commentario de Bello Alexandrino: *Alexandria eſt ferè tota ſuffoſſa, ſpecusque habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in privatas domos inducitur, quæ paulatim ſpatio temporis liqueſcit ac ſubſidet.* Nonnihil mendi reſtare videtur in his verbis, *apud tale quid habituros:* quod delere nulla ratione potuimus. nihilo autem hac parte meliores aut integriores vetuſtos libros invenimus. *Victor.* Editiones aliter. Nos veram lectionem ſequuti ſumus, quam ita e Cruſellino expreſſimus *M. Ælium curâ liberabis: is me paucos ſpecus, &c.* is, inquit, rogat me paucos ſpecus, qui habeant aliquid ſervitutis a meo puteali, hoc eſt, poſtulat a me ut ſibi liceat in extremo ſuo fundo paucas ſpecus effodere, quibus puteal meum ſerviat. *Boſius.*

60. *A puteali quid habituros.*] In Tornæſiano erat, *apud tale:* in Cruſellino, *apud talis:* ſcripſit Boſius *à puteali*; vulg. *apud Talma.* Clericus. Opinor tranſpoſitis litteris, *ſervitutis putat aliquid.* Et certe ita ſcripſit, unde non aliter exhibeo. *Gronov.* Gronovius pater legebat, *apud ſe aliquid habituros.* Grævius retinet *apud tale quid.*

61. *Idem de illo Tulliano.*] Cruſellinus codex, *Idem de illo Tulliano cupide libere cum Caſcellio loquare.* reponendum putavi, *Idem de illo Tulliano capite libere cum Caſcellio loquare.* Tullianum caput vocat, quod epiſtola proxime ſequenti Tullianum ſemiſſem. caput enim quandoque ſortem & pecuniæ ſummam ſignificat, ut norunt omnes, qui Græce & Latine ſciunt. Vult autem Atticum libere loqui cum Caſcellio, contra quam cum M. Ælio, cui reſponderi nolebat niſi quàm leniſſimè. *Boſius.*

62. *Niſi tua malitia adfuiſſet.*] Id eſt, niſi tu homo malus dolum illorum pervidiſſes. Hypallage elegans & redolens familiaritatem ſummam. Antecedentia Boſius repoſuit feliciſſime. Tantum ſervo illam vocem, *cupide*, quam omnes MSS. habent. M. Ælius, inquit, valde cupide mecum de illo Tulliano fundo loquutus eſt, ut ſibi liceret tignum jungere ædificio meo. Ego nolo fieri. *Junius.* Malitia hic accipitur pro ſollertia, aſtutia & perſpicacitate: quia apud veteres mediæ ſignificationis fuit, ut Dolus alius bonus, alius malus. Plaut. Aulularia: *Te civem ſine mala omni malitia.* Popma.

63. Octa-

ut erit, rem impediri malo. 63 Octavam partem tuli lu-

63. *Octavam partem tuli luminarium &c.*] Locus hic magnopere corruptus eſt: ad eum igitur, ut deſperatum, mendi notam adpoſuimus: veterem autem lectionem, licet deformatam & mancam, cum fide in noſtrum librum contulimus, ſperantes ex ea, ut minus contaminata, facilius poſſe maculas deleri. Audivi quosdam *Tullianarum adium* legere, conjecturâ potius ductos, ut arbitror, quàm certiore aliquo argumento, ut ita emendarent. Nullius nos induſtriam & ſolertiam damnamus: non tamen nobis tutum viſum eſt, niſi ſententiam ſuam illi rationibus & argumentis comprobarint, ita ſcribere. quia tamen ea caſtigatio neſcio quid boni in ſe habere videbatur, nec ab antiqua ſcriptura prorſus aliena erat, eo voluimus illam notam facere, autore ipſius, cum nobis etiam ignotus ſit, non prolato. *Victor.* *Octavam partem Tullii luminarium in adium adſtrane memineris.*] In libro viri doctiſſimi vidi hunc locum ita in margine emendatum: *Octavam partem Tullianarum adium abſtrahere memineris.* Urſin. *Octavam partem.*] Exemplum hoc eſt ſcripturæ Cruſellinæ, *Octavam partem tuli luminarium in adium aſtira.* vocem *aſtira* mendoſam putavit Boſius & mutandam in ἄθυρα, cetera rectè. Fulvius in libro viri doctiſſimi vidit hunc locum ita in margine emendatum, *Octavam partem Tullianarum adium abſtrahere memineris.* Lamb. *Octavam partem Tullianarum adium ad Strena &c.* refertque hanc Corradi lectionem, *Octavam partem tolli luminarium adium ad Strena memineris &c.* Junius ex mſſ. Palat. ſic oportere legi aſſerit, *Octavam partem tolli luminarium in adium adſtranea.* Vulg. *Octavam partem Tullii luminarium in adium adſtrane memineris. Cui Cerelia videris &c.* Varias præterea emendationes hujus loci vide apud Criticorum omnium fautorem eximium Andr. Scottum, ad lib. v. Tuſculan. Quæſt. *Clericus.* *Octavam partem tuli.*] Integriores, meo judicio, priſcæ editiones, quæ hanc lectionem habent: *Octavam partem tullii, luminarium medium abſtrahere memineris. Quod Carellia videris.* Quorum verborum pars prima pertinet ad præcedentia; Si M. Ælius tullium & ædes mecum dividere voluerit, memineris abſtrahere octavam partem tullii, & luminarium medium, quæ mihi competunt. *Tullius* quid ſit exponit Feſtus: *Tullius alii dixerunt eſſe ſilanos, alii rivos, alii vehementes projectiones ſanguinis arcuatim fluentes.* Hic Tullianum ædificium, aut locus in quo ſunt tullii, quibus aqua ducitur in varios uſus, & Tullianus ſemiſſis dimidia pars tulliani, ut dodrans ædificii lib. I. ep. 12. novem partes. Luminaria ſunt foriculæ feneſtrarum & ſpecularia, quibus lumen in ædes admittitur, ut apud Catonem de Re Ruſt. *In villa luminaria ſex.* Popma. Barravio propemodum aſſentior, ut interim in re dubia ſollertiam minime contemnam, ita e veſtigiis ſcripturæ veteris reponentis: *Octo pedes tolli luminaria adium adſtrenia memineris*, hoc eſt, octo pedes altius tolli luminaria ædium mearum ad Streniæ ædem memineris. Cicerones in carinis ædes habuiſſe apparet ep. 3. lib. II. ad Q. Fr. & P. Victori regione IIII. caput ſacræ viæ a carinis oritur ab Strenuæ ſacello. A. Schottus in Cic. vindicato a calumniis. cap.

luminarium in ædium adſtranæ memineris. q cui Cærellia, videris mancipio r dare ad eam ſummam, quæ ſub præcone fuit maxima: id opinor eſſe ccc.lxxx. Novi ſi quid erit, atque etiam ſi quid proſpicies, quod futurum putes, ſcribas ad me quàm ſæpiſſimè velim. Varroni, quemadmodum tibi mandavi, 64 memineris excuſare tarditatem litterarum mearum. 65 Mundus iſtum. 66 M. Ennius quid egerit de teſtamento (s curioſus enim) facias me velim certiorem. Ex Arpinati, VI. non.

q quod Cær. *J. F. Gronov.*

r *alii* dare eam.

s curioſius *alii*.

EPISTOLA XXVII.

CICERO ATTICO S.

GAUDEO id te mihi ſuadere, quod ego mea ſponte pridie feceram. nam cùm ad te VI. non. darem, eidem tabellario dedi etiam ad Seſtium, ſcriptas πάνυ φιλοςόργως. Ille autem, quòd Puteolos proſequitur, humanè; quòd queritur, injuſtè. non enim ego tam il-

cap. 7. *Grav.* In loco deſperato ſi licet rationem habere Cruſellini, videtur ſatis leniter ex eo procedere *octavam p.* (id eſt, pedis) *partem tolli luminaria in ædium antica na memineris.* Gronov.

64. *Memineris excuſare tarditatem mearum litterarum & modum iſtum.*] Antiqui codices copulam non habent: præterea pro *modum iſtum*, *mundus iſtum* legunt, ut nos quoque ſcripſimus: non quia eam lectionem ſinceram eſſe ſciamus, ſed (ut in malis) cum vetuſtis potius codicibus errare volentes: nam excuſos omnes contaminatos corruptoſque eſſe exiſtimandum eſt. In extremo tamen hujus voluminis, *De mundo ſiquid ſcies* inquiens, videtur nonnihil, quod hanc lectionem adjuvet, innuere: obſcurum tamen adeo eſt hoc negotium, ut nihil de illo proferre poſſimus. *Victor.*

65. *Mundus is.*] Corruptè ante Boſii editionem hîc legebatur, *Mundus iſtum. M. Ennius quid egerit de teſtamento, curioſius facias me velim certiorem.* ſed auctore Cruſellino ſic emendavit; *Mundus is. Tu, M. Ennius quid egerit de teſtamento (curioſus enim) facias me velim certiorem.* Junius ex duobus mſſ. Palat. legit, *tarditatem literarum mearum & modum iſtum. M. Ennius &c.* eamque lectionem omnibus anteponit. *Cleric.* *Mundus iſtum*, ſcilicet quicunque eſt, quicum habet negotium, exercebit, vel exerceat ſine. *J. F. Gron.*

66. *M. Ennius.*] Quod rarum ſit hoc nomen, vereor, ne legendum ſit, M. Lennius, vel M. Lenius, ut librarius hic male deſcripſerit, ſicut deſcripſerat ep. 4. lib. XIV. Fam. vel M. Annius, ep. 4. lib. V. vel ut videor etiam hic legiſſe, Memmius ep. 1. & 19. lib. XIII. Fam. *Corrad.*

67. *Li-*

illum exſpectare, cùm de Coſano rediret, debui, quàm ille aut non ire ante quàm me vidiſſet, aut citiùs reverti. ſciebat enim me celeriter velle proficiſci, ſeſeque ad me in Tuſculanum ſcripſerat eſſe venturum. Te, ut à me diſceſſeris, lacrimaſſe, moleſtè ferebam. quòd ſi me præſente feciſſes, conſilium totius itineris fortaſſe mutaſſem. ſed illud præclarè, quòd te conſolata eſt ſpes brevi tempore congrediendi: quæ quidem exſpectatio me maximè ſuſtentat. meæ tibi litteræ non deerunt. De Bruto ſcribam ad te omnia. 67 Librum tibi celeriter mittam 68 de Gloria. 69 excudam aliquid Ἡρακλείδιον,

67. *Librum de gloria.*] Totum volumen, nam duos de gloria libros ſcripſit, ep. 2. & 6. lib. XVI. Gel. lib. XV. cap. 6. quos Franciſcus Petrarcha ſe habuiſſe teſtatur. *Corrad.*

68. *De Gloria.*] Libros duos ſignificat, quos de Gloria ſcripſit: qui usque ad patrum noſtrorum ætatem pervenerunt. nam Bernardus Juſtinianus in Indice librorum ſuorum nominat Ciceronem de Gloria. is liber poſtea, cum univerſam bibliothecam Bernardus monacharum monaſterio legaſſet, magnâ conquiſitus curâ, neutiquam eſt inventus. nemini dubium fuit, quin Petrus Alcyonius, cui monachæ medico ſuo ejus tractandæ bibliothecæ poteſtatem fecerant, homo improbus furto averterit. & ſane in ejus opuſculo de Exſulio adſperſa nonnulla deprehenduntur, quæ non olere Alcyonium auctorem, ſed aliquanto præſtantiorem artificem videantur. *P. Manut.*

69. *Excudam aliquid* Ἡρακλείδιον, *quod lateat in theſauris tuis.*] Qui hic aliquid πάνυ φιλοσόφως legunt, non mediocriter meo judicio peccant: duxerunt autem has voces (ut arbitror) è ſuperiore loco, ubi aptè & accommodatè collocatæ ſunt, huc tamen importune & perverſe conjectæ. In antiquis certè codicibus Ἡρακλείδιον ſcriptum eſt, quod etiam teſtati ſunt Germani, quos non latuit vera lectio: quamvis illi non tantum tribuerint, quantum oportebat: nam vulgatam etiam lectionem non ſua ſede manere paſſi ſunt, contenti veterem lectionem indicaſſe. Utitur ſequenti libro ter hoc nomine, cum ſemper idem (niſi fallor) ſignificare velit. Ἡρακλείδιον enim eum appellare credimus egregium aliquod σύνταγμα & librum, vel à ſe, vel ab alio ſcriptum, ab Heraclide Pontico deducto nomine. Ut etiam in his epiſtolis Ἀρχιμήδειον πρόβλημα, vocat acutum & ſubtile, qualia erant Archimedis Syracuſani problemata. multos enim elegantiſſimosque ſermones ſcripſiſſe hunc Laërtius tradit in ejus Vita: in iis non pauca de vita & moribus. Magnum etiam hujus nomen apud Latinos auctores fuiſſe notum eſt, nam illum imitatum eſſe quandoque Ciceronem, eo etiam loco declaratur, qui eſt in epiſtola ad Q. Fratrem: *Præſertim cum non ſim Heraclides Ponticus, ſed conſularis.* Sæpe etiam in M. Varronis locis, à Nonio Marcello citatis, fit hujus mentio: ut Varronem quoque hunc accuratè legiſſe & imitatum

Sum, quod lateat in theſauris tuis. 70 De Planco memini. Attica 71 jure queritur. 72 Quòd me de Bacchi, de ſtatuarum coronis certiorem feciſti, valde gratum; nec

tatum eſſe conjici poſſit: ut non ſine cauſa etiam Cicero librum Varronis, quem exſpectabat, Ἡρακλείδειον appellet, cum narrat, ſe illum ab eo nondum auferre potuiſſe. *Victor.*

70. *De Planco Memio Attica jure queritur.*] Ex veteribus codicibus legimus, *De Planco memini.* intelligit, ni fallor, de negotio Buthrotio, quod commendavit per litteras L. Planco, quæ in fine XVI. voluminis poſitæ ſunt: illi enim negotio is præfectus à Cæſare dictatore erat, ut Atticus fortaſſe admonuerit Ciceronem, ut ad eum ſcriberet: valde enim ea cauſa Attico cordi erat. quare plurimis locis de ea agi minimè mirum videri debet. Laboravit autem vehementer Cicero pro Buthrotiis, ut Attico rem gratam faceret, quem ſciebat ſalutis eorum ſtudioſiſſimum eſſe. Præter antiquorum codicum autoritatem non parum hanc lectionem confirmat, quòd non multò pòſt inquit: *Et de Herode & Metio meminero, & de omnibus quæ te velle ſuſpicor.* Declarat enim ſe antè pollicitum eſſe, fore ut de aliquo negotio meminerit. Erant autem non parum hæc, quæ citavimus, verba perverſa in vulgatis libris: *De Erote* enim in illis erat: nos autem *de Herode* ſcripſimus, cujus ſæpe mentionem facit, ut lib. XIV. *Herodi autem mandaram, ut mihi κατὰ μίτον ſcriberet.* Plutarchus item in Cicerone narrat ad hunc Græcas eſſe Epiſtolas Ciceronis. verba ipſius adſcripſimus, Ἐπιστολαὶ δὲ παρὰ τὸ Κικέρωνός εἰσι πρὸς Ἡρώδην. Sequenti item libro iterum pro, *Herode*, *Erote* mendoſe ſcriptum erat, quod nos correximus, *De Herode factum, ut mandas.* Idem.

71. *Jure queritur.*] Quod tibi a me diſcedenti non mandaverim, ut eam meis verbis ſalutares. hoc & in epiſtola, quæ proximo loco ſequitur. *P. Manut.*

72. *Quod me de Bacchi, de ſtatuarum coronis.*] De Bacchi coronis Antonius Thyleſius, præceptor olim meus, in libello de Coronis plura. vide tamen, an placeat legere: *Bacchii*, qui gladiator eſt apud Horat. Satyr. 7. lib. I. ut per notam ſignificet L. Antonium, quem gladiatorem ſæpe vocat in Philip. *Corrad. Quod me de Bacchi.*] Vetus liber habet *Bacchide*, & ita opinor ſcribendum. *Urſin.* Quid de Bacchi coronis potuerit Atticus ſcribere, quod Ciceroni tam gratum fuerit, nemo facile explicabit. Quid enim ad Ciceronem & Atticum quæ coronæ Baccho fuerint impoſitæ. In Balliol. legitur: *quod me de Bacchide, ſtatuarum coronis*, ut legendum cenſeam: *quod me de Bacchide, de ſtatuarum coronis.* Per Bacchidem vero intelligi puto mimam, aut aliam concubinam, cum qua ſe oblectabat Antonius, quas exagitat toties in Philippicis. De coronis autem ſtatuarum, quæ aut impoſitæ, aut detractæ a populo aut Julii Cæſaris, aut Antonii ſtatuis videtur loqui. *de Bacchide* in veteri libro quoque ſe deprehendiſſe teſtatur F. Urſin. & probat. ſic videtur, inquit, ſcribendum. quod poſtea demum cognovi, cum hæc litteris mandaſſem, in re obſcura licet hariolari. *Grav.*

73. Ba-

P. CCL. nec quidquam poſt hac non modò tantum, ſed ne tantulum quidem præterieris. Et de [t] Herode & [v] Mettio meminero, & de omnibus, quæ te velle [x] ſuſpicabor modò. [y] ô turpem ſororis tuæ filium, cùm hæc ſcriberem. adventabat autem 73 βουλύσει cenantibus nobis.

t Erote alii. v alii Metio. x ita Boſius. alii ſuſpicer. y ô addidit Idem è MSS.

EPISTOLA XXVIII.

CICERO ATTICO S.

EGo, ut ad te pridie ſcripſeram, nonis conſtitueram venire in Tuſculanum. [z] ibi igitur quotidie tuas litteras exſpectabo, & maximè de ludis; de quibus etiam ad Brutum tibi ſcribendum eſt. cujus epiſtolæ, quam interpretari ipſe vix poteram, exemplum pridie tibi miſeram. Atticæ meæ velim me ita excuſes, ut omnem culpam in te transferas, 74 & ei tamen confirmes, 75 me minimè totum amorem eò mecum attuliſſe.

z ibo ig. alii.

EPISTOLA XXIX.

CICERO ATTICO S.

BRuti ad te epiſtolam miſi. dii boni, quanta ἀμηχανία! cognoſces, cùm legeris. De celebratione

73. Βυλύσει.] Τῷ βυλυτῷ, veſpera, ad veſperum. al. βυλήσει, voluntate, ſponte, conſilio, quaſi non vocatus, ut, quum de cœna loquatur, ad proverbium reſpiciat: Αὐτόματοι ἐπὶ δαῖτας ἀγαθῶν ἀγαθοὶ ἴενται· & quidem. εἰρωνικῶς *Corrad.* Prior ſententia & lectio vera eſt. βύλυσιν Græci dicunt veſperam, cum boves aratro ſolvuntur. Hic locus mihi videtur mendoſus eſſe & hiulcus. Excidit vox à Cicerone bis poſita. quæ ſi reponatur & recte interpungatur, facile cognoſces Ciceroni ſuam manum eſſe redditam. Sic autem Cicero ſcripſit: *O turpem ſororis tuæ filium! Cum hac ſcriberem adventabat. adventabat autem βυλύσει, cœnantibus nobis.* aut deleto τῷ *autem: Cum hac ſcriberem adventabat βυλύσει, cœnantibus nobis.* Grævius.

74. *Et ei tamen confirmes, me minimè totum amorem, &c.*] Antiqua ſcriptura hoc loco valde conturbata eſt, ut nihil ferè ex illa boni erui poſſit: quod potuimus fecimus: reliqua, ut erant, à nobis conſervata. receptæ lectioni non valde confido. *Victor.*

75. *Me minimè totum amorem eò mecum attuliſſe.*] Vulg. *abſtuliſſe:* Sed aliter prorſus legit Junius, partim conjecturâ, partim ex mſſ. *me intimo totam amore mecum abſtuliſſe;* hancque ait eſſe germanam le-

ne ludorum [a]Bruti, tibi aſſentior. Ad M. Ælium nullus tu quidem domum, ſed ſicubi inciderit. [76] De Tulliano ſemiſſe, M. Axianum adhibebis, ut ſcribis. Quod cum Coſiano egiſti, optimè. Quòd non ſolùm mea, verùm etiam tua expedis, gratum. Legationem probari meam gaudeo. Quod promittis dii faxint. quid enim mihi meis jucundius? ſed iſtam, quam tu excipis, metuo. Brutum cùm convenero perſcribam omnia. De Planco & Decimo, ſanè velim. Sextum ſcutum abjicere [b]nolebam. De Mundo, ſi quid ſcies. Reſcripſi ad omnia [c]tua. nunc noſtra accipe. Quintus filius usque Puteolos: mirus civis, ut tu Favonium, [77] Aſinium dicas: & quidem duas ob cauſas, & ut mecum; & σπείσασθαι vult cum Bruto & Caſſio. Sed tu quid ais? ſcio enim te familiarem eſſe Othonum. [78] ait hic ſibi

a Bruti deeſt in aliis.

b nolebam addidit Boſius.

c tua Idem addidit è MSS.

lectionem. *Cleric.* Legendum, *me intimo totam amore eam mecum abſtuliſſe.* J. F. Gronov.

76. *De Tulliano ſemiſſe, maximam adhibebis.*] Nos veterem lectionem reſtituimus, exiſtimamusque *Maxianam* mulieris nomen eſſe, quam Cicero Atticum jubet de eo negotio cum agit, in conſilium adhibere, & cum ea quid gerendum ſit conferre. Plenum eſt *Adhibere in conſilium*, quomodo multis locis loquitur. *Adhibere* etiam *aliquem* alibi uſurpatum ab eo eſt. *Victor.* Boſius è MSS. *M. Axianum*, quod alii jam exhibebant, reſtituit.

77. *Aſinium dicas.*] Acerrimum reip. & libertatis defenſorem, qualis fuit Favonius Catónis imitator dictus & Aſinius Pollio; cujus exſtant epiſtolæ lib. x. Famil. quæ illum bonarum partium ſtudioſum fuiſſe indicant, & oratio contra maledicta Antonii citatur a Cariſio. Vellejus tamen lib. II. *Aſinius Pollio, firmus propoſito & Julianis partibus fidus, Pompejanis adverſus, exercitum Antonio tradidit.* Popma.

78. *Ait hic mihi Juliam non velle amplius ferre.*] Jam ſuprà teſtari ſumus poſtremam hujus libri partem multis mendis deformatam eſſe. Hunc locum valde in antiquis exemplaribus diverſum invenimus: quorum autoritatem in re ancipiti & dubia libenter ſequimur: nam eam etiam lectionem non penitus certam eſſe animadvertimus. quò tamen potius in tantis tenebris me convertam non habeo. Nonnulli, qui manuſcriptos quoſpiam libros videntur habuiſſe, ita corrigunt, *ait hic hunc vix Juliam ferre*: nam & illi tria ſimul poſita verba omittunt, quod nos quoque fecimus. In prima parte diſſentiunt à noſtris melioribus libris, à quibus nos ne tantulum quidem hoc loco declinavimus. Qui noſtram igitur lectionem videt, is ſe antiqua exemplaria ante oculos poſita habere putet, & de ea, ut de vetere ſcriptura, conſtituat. *Victor.* *Sibi Juliam ferre.*] Quid tu ad hoc dicis quod Q. filius Juliam Othonis ſuas ipſi nuptias deferre? conſtituiſſe

ſibi Juliam [79] ferre. conſtitutum enim eſſe diſcidium: quæſivit ex me pater, qualis eſſet fama. dixi, nihil ſanè me audiſſe (neſciebam enim cur quæreret) [80] niſi de ore & patre. [81] ſed quorſus, inquam? at ille, filium velle. tum ego, etſi ἐβδελυττόμην, tamen negavi [82] putare me illa eſſe vera: σκοπὸς (hoc eſt enim) [d] huic noſtrò nihil præbere. illa autem [83] οὐ παρὰ τοῦτο. ego tamen ſuſpicor hunc, ut ſolet, [84] allucinari. ſed ve-

P. B.

d huic non eſt in ed. Vict.

enim divortium facere cum Othone. Ferre abſolute eſt, ferre conditionem ſuam. Suetonius Julio: *Octaviam ſororis ſuæ neptem, quæ Marcello nupta erat, conditione ei detulit.* Popma.

79. *Ferè conſtitutum enim.*] Antea hìc legebatur *ferre*, cujus loco, auctore Cruſellino, Boſius repoſuit *ferro.* Cleric. *Ferre* Balliol. quoque & Helmſt. præ ſe ferunt. *ferre* ſcilicet conditionem, quod loquendi genus frequens eſt, hoc eſt, matrimonium offerre, ut bene Gronov. Nihil itaque muto cum Boſio. *Grav.*

80. *Niſi de ore patre.*] Cum Q. pater ex me quæreret qualis eſſet fama de Julia, dixi me nihil audiſſe, niſi de ore invereeundo & de patre turpi & nequam. at pater dicebat filium velle Juliam ducere; tum ego, etſi abominabar illud matrimonium, tamen negavi putare me illa, quæ dixeram, audiviſſe, eſſe vera, hoc autem eſt cur pater urget iſtas nuptias, quòd filio nihil vult in ſumptum præbere. *Os* ſumitur pro impudentia, inverecundia, ut lib. XII. ep. 5. *Quod autem os*, in Verrem: *Noſti os hominis.* Popma.

81. *Sed cur tu, inquam.*] Vetus liber, *ſed quorſum, inquam.* Urſin. *Sed quorſus, inquam.*] Manutius, cùm in antiquis libris ſcriptum videret, *curſus*, adductus eſt in eam opinionem, ut credat veterem & germanam lectionem fuiſſe, *cur tu*, cùm tamen Boſius dicat eum conjeciſſe, *quorſus*, ut poſtea edidit ex Decurtato; Fulvii vetus liber, *ſed quorſum, inquam.* Cleric.

82. *Putavi illa eſſe vera.*] Non aliter manuſcripti. nos tamen exiſtimamus ita legi poſſe, *Negavi putare illa eſſe vera*, trajecto puncto, illo ſenſu: Ego, etſi totum illud ita contemnebam atque execrabar, ut ἀναντιρρήτως præterire debuerim, atque aliquid hic de tua eloquentia uſurpare: tamen reſpondi me non putare illa eſſe vera, quæ dicerentur a Q. Filio. Porro *Me*, *Te*, frequenter omiſſum invenias, ubi tamen deſideretur. *Malaſp.* *Negavi putare me illa eſſe vera.*] Vulg. *negavi. putavi illa eſſe vera*; itaque non injuriâ mendum latere ſuſpicabatur Manutius partim ex obſcuritate ſententiæ, deinde ex antiquorum librorum varietate. Beſſarionis exemplar pro *putavi illa*, habet *Fababulla*: aliud Byzantio advectum, *Pubabulla*, aliud denique, *putare illa.* Cleric.

83. Οὐ παρὰ τοῦτον.] Veteres libri οὐ παρὰ τοῦτον. emendavit Boſius οὐ παρὰ τοῦτον. vulg. οὐ παρὰ τοῦτο. Idem.

84. *Alucinari.*] Sic MSS. mei. id quidem recte: fit enim ex *a* privante, ut in amens, avius, & nomine lux, cum epentheſi Latinis frequentiſſima. De eo vero, quòd alii præfigunt adſpirationis notam, conſulendus Agellius lib. II. Noct. Attic. cap. 3. E... ar-

velim quæras (facilè autem potes) & me certiorem. Obſecro te, quid eſt hoc? [e] Signata jam epiſtola, Formiani, qui apud me cenabant, Plancum ſe ajebant, hunc Buthrotium, pridie, quàm hoc ſcribebam, id eſt IIII. nonas, [f] vidiſſe [g] demiſſum ſine phaleris: ſervulos autem dicere, eum & agripetas ejectos à Buthrotiis. macte. ſed amabo te, perſcribe mihi totum negotium.

e Obſignata *alii.*
f *alii* audiſſe.
g *alii* dimiſſ.

autem alucinari, carere luce, cæcum eſſe, & præ cæcitate oberrare, *ἀμεταβάτως*· agentis vero ſignificatione, eſt rem objectam minime percipere. Cic. lib. I. de Nat. Deor. *Iſta*, inquit, *enim a vobis quaſi dictata redduntur: quæ Epicurus oſcitans alucinatus eſt.* Junius.

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARUM
AD
ATTICUM,
LIBER SEXTUSDECIMUS.

ARGUMENTUM.

MAle affecta oppreſſaque civitate armis Antonii, reque publica ſalute deſperata, quod adhuc C. Cæſare vivente cogitaverat, iter in Græciam Cicero eſt ingreſſus, re tamen prius lente deliberatâ, quod & futuris de ſe hominum ſermonibus moveretur, & ægre a ſuis villis Italiaque avelleretur. Ergo Puteolos primum progreſſus, inque Neſide Brutum allocutus, claſſem una cum Caſſio parantem, qua ille in Macedoniam, hic in Syriam navigarent: Kalendis Sext. Rhegio conſcendens venit Syracuſas. unde cum tranſmittere vellet in Græ-

 ciam,

ciam, biſque ad Leucopetram, quod eſt agri Rhegini promontorium, Auſtro rejectus eſſet, profectionis conſilium abjecit: eoque magis, quod boni quidam nuntii eò Româ venerunt, fore ut Antonius eſſet in poteſtate Senatûs, Senatores in urbem redirent, res conveniret. Hac igitur ſpe commotus Romam rediit, urbemque ingreſſus eſt Kalendis Septembris. & IIII. Non. hoc eſt poſtridie Kalendas, ut ſcribitur Philip. V. eam dixit orationem, qua eſt in Antonium prima. Fuit deinde partim Romæ, partim in ſuis prædiis: quæ omnia commemorantur ſex primis epiſtolis. Reliquæ ſcriptæ ſunt incertis quidem diebus magna ex parte: omnes tamen ante Kal. Jan. quo toto tempore hæc geſta fuiſſe traduntur. Cum M. Antonius & Octavianus occultis potius odiis inter ſe quam aperta vi certarent, alterque alterum inſidiis prævertere conaretur: Antonius ante diem VII. Id. Oct. Brundiſium venit, profectus obviam legionibus Macedonicis quatuor, ut eas ſibi pecuniâ conciliaret: quas tamen, quòd quidam ab Octaviano præmiſſi multo plus obtulerant, attrahere ad ſe non potuit. Itaque & Martia & Decima illum poſtea deſeruerunt, & ad Octavianum tranſierunt: qui item Octavianus eo ipſo tempore, quo Antonius Brundiſii fuit, ipſe in Campaniam pergens, magnum veteranorum numerum, ingenti ſpe ingentique pecuniâ cepit: nimirum denariis, ut Cicero ait, CCCC. Idque initium fuit armorum inter ipſos, cum antea neque bellum gererent, neque pacem haberent. Et hoc tempus illud fuit, cum Cicero ab Octaviano, per ſpeciem capeſſendæ Reip. in Antonium ſollicitatus eſt; nihil ſe, niſi de illius conſilio, nec niſi per Senatum facturum, pollicente. Scriptæ ſunt omnes, Antonio & Dolabella Coſſ. ex a. d. VII. Id. Quint. ad Nonas circiter Decembris. Atque his quidem, multa alia continentur, ſed vel domeſtica, vel huc pertinentia. Malaſp.

EPISTOLA I.

CICERO ATTICO S.

NONIS Quint. veni [1] in Puteolanum. poſtridie iens ad Brutum [2] in Neſidem hæc ſcripſi. ſed eo die, quo veneram, cenanti Eros tuas litteras. [3] Itane? Nonis Juliis? [4] Dii hercule iſtis! [5] ſed ſtomachari totum diem licet.

1. *In Puteolanum poſtridie iens ad Brutum in Neſidem.*] Ex Tornæſ. & Decurtato hæc ſunt: à vulgatis adverbium, *poſtridie*, abeſt & pro, *Neſidem*, legitur, *Neſide.* Cleric.

2. *In Neſidem.*] *Neſidem*, quarto caſu habent antiqui noſtri, quos ſequuti ſumus. Ibat in Neſidem Cicero, ubi Brutus erat, ut apparet ex epiſtola 4. hujus libri. *Boſius.* Neſis inſula Campaniæ, in qua Brutus erat in villa Luculli filii ep. 11. Phil. 10. meminit Plinius lib. XIX. cap. 8. Lucanus & Papinius. *Popma.*

3. *Itane nobis Juliis.*] Sic excuſi fermè omnes. Ipſi *nonis Juliis* emendavimus. Item non multò pòſt, *Quicquamne turpius quam Bruto*

ficet. quidquamne turpius, quam Bruto, [a] Juliis? [a] *ita Lamb.* [b] re-*alii* nil.

Bruto. Jul. id eſt Juliis: ubi antè (nil) unius litteræ perverſione legebatur: ſic enim in antiquis libris ſcriptum eſt. Eſt ſanè obſcurum initium hujus epiſtolæ & fortaſſe inquinatum: ſi tamen hæc lectio ſincera eſt, ut nos putamus, hic ſenſus ex ea elici poteſt, ut Cicero Atticum reprehendat, quòd (Nonis Juliis) ad Brutum ſeribens dixerit, quaſi honores Cæſari ob timorem à ſenatu decretos confirmaret, cum (Quintilibus) dicere debuerit: ea enim quæ per vim & factionem voluerat ſibi decerni, irrita eſſe debebant illo interfecto. Hoc ipſo in libro eandem hanc rem, niſi fallor, tangit cum inquit: *Quintus enim altero die ſe ajebat in Neſida* VIII. *Id. ibi Brutus. quam ille doluit de Nonis Juliis? mirificè eſt conturbatus.* Præcipuè autem, ita menſem illum appellans, Brutum reliquosque lædebat: qui ſi honores Cæſari decreti, ut clariſſimo civi & optimè de rep. merito manerent, ſicarii parricidæque judicarentur neceſſe erat. Legimus tamen apud Dionem, nullo *S. C.* ſancitum eſſe, ut menſi huic priſcum nomen redderetur: multosque ita eum appellare non dubitaſſe timore multitudinis, ne magis exaſperaretur, verba ejus adpoſuimus: Ἐπειδή τε οὔτε τοῦτο τις φόβῳ τοῦ ὁμίλου ἐκώλυσε οὕτω δὴ καὶ ἄλλα τινὰ τῶν ἐς τὴν τοῦ Καίσαρος τιμὴν προσδεδογμένων ἐγένετο τόν τε γὰρ μῆνα τὸν Ἰούλιον ὁμοίως ἐκάλεσαν καὶ ἱερομηνίαις τισὶ ἐπινικίοις ἡμέραν ἰδίαν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ἐβουθύτησαν. Quòd autem Brutus in Neſide Campaniæ hoc tempore manebat teſtatur Cicero hoc ipſo in libro ſæpius & in x. Philippica, ſic inquiens de Bruto: *At hunc his ipſis ludòrum diebus videbam in inſula clariſſimi adoleſcentis Luculli propinqui ſui nihil niſi de pace & concordia civium cogitantem.* Quo enim univerſæ nomine vocantur, inſulam ibi appellat, quam hic ſuo ipſius inſulæ & proprio nomine Neſida appellat, à Græca voce Νῆσος, ὑποκοριστικῶς, propter inſulæ parvitatem deducta nominatione. Quod etiam in vetuſtis omnibus exemplaribus in principio hujus epiſtolæ diverſum eſt, quamvis corruptum exiſtimem, libet teſtari: *flens* enim pro *iens* in illis ſcriptum eſt. hoc autem participium & is etiam modus dicendi apud hunc autorem alibi eſt: ut lib. III. harum Epiſtolarum: *Ante diem* IIII. *Calend. Maji iens in Pompejanum bene mane hac ſcripſi*, ut vix jam dubitari poſſit quin ita legendum ſit. *Victor. Nonis Juliis.*] Ant. Auguſtinus, *Nonis Jul.* rectius, conſentientibus etiam manuſcriptis libris. *Urſin.*

4. *Me hercule iſtis.*] Male ſit, vel quid tale. eſt enim ἀποσιώπησις indignationis plena. al. *de iſtis mehercule:* unde fortaſſe totus ita legi poſſit: *ſed de iſtis mehercule ſtomachari totum diem licet.* Corrad. Legendum ex Cruſellino [ut Lipſius jam conjecerat] *Dii hercule iſtis.* imprecatio eſt adverſus eos, qui ludos Bruti proſcripſerant Nonis Juliis, non vero Nonis Quinctilibus. Sic quoque loquutus eſt epiſtola 10. hujus libri, *O qualis tu ſemper iſtos! itane in D. Brutum? Dii iſtis.* Boſius.

5. *Sed ſtomachari totum diem licet.*] Magnus Scaliger IV. de Temporum emendatione reprehendit & ſatis acriter caſtigat Ciceronem,

[6]redeo ad meum igitur, ἔτι ἐῶμεν; nihil vidi. Sed quid eſt quæſo, quòd agripetas. Buthroti conciſos audio? quid autem Plancus tam curſim ([7]ita enim audiebam) diem & noctem? ſanè cupio ſcire quid ſit. Meam profectionem laudari gaudeo. [8]Dymæos, agro pul-

nem, quaſi annum a Julio Cæſare correctum improbaſſet & propterea Cæſari obtrectaſſet. Non defuerunt, inquit, qui illud incomparabilis viri divinum factum reprehenderent. Inter quos M. Tullius Cicero, homo potius virtutum Cæſaris obtrectator quam vitiorum caſtigator, cum anno primo Juliano quidam diceret, cras lyra orietur: Ex edicto, inquit, orietur: tanquam coactus illam ordinationem non ſolum acciperet, ſed audiret. Hoc etiam animadvertere licet ex quadam epiſtola ad Atticum lib. XVI. *Itane? Nonis Juliis? quicquamne turpius quam Bruto Nonis Juliis?* Sed Cicero Pompejas Nonas veteris anni ineptiſſime amaſſet, qui Julias anni caſtigati averſatur. Hæc Scaliger. Sed immerito vapulat Cicero, qui non reprehendit annum caſtigatum a Cæſare, ſed Cæſaris ſuperbiam & ambitionem, qui æque ac Janus & Mars dii, paſſus ſit de ſuo nomine menſem appellari Julium, abrogata veteri Quintilis appellatione. hinc & Suetonius in Jul. cap. 74. inter illa recenſet, propter quæ jure cæſus eſſe credatur, *menſem e ſuo nomine.* Præterea his Bruto exprobrat Tullius, cum ludos ſuos proſcribi Nonis Juliis paſſus eſt, quod hac ratione probet honores, qui tyranno decreti ſunt ab adulatoribus, & ſic ſuum tyrannicidium ipſe damnet, cum tyranni memoria ſit abolenda. Inde ſtatim ſubdit, *quidquamne turpius Bruto, Juliis?* nimirum quàm Juliis, non Quintilibus proſcribi ludos. *Gravius.*

6. *Redeo ad meum igitur* ἔλθωμεν.] In Græca dictione exiſtimo mendum eſſe: nam & in priſcis exemplaribus diverſi characteres ab his ſunt, & ex hac lectione nullum ſatis idoneum & commodum ſenſum elicio: nec tamen potui unquam ex vetere ſcriptura aliquid quod probarem eruere. Eam igitur proponam, ut omnes ingenii ſui nervos in hoc loco corrigendo intendere poſſint: eſt autem hæc, nam in Latinis vocibus nihil diverſum eſt, ETEΩMEN. quàm potuimus maxima cura & diligentia antiquas notas expreſſimus & effinximus. *Victor.* Ετι ἑῶμεν.] Veteres codices Victorii, Lambini & Boſii, ἰτεῶμεν habent, ex quibus hoc factum. Lambinus legit, θέωμεν, vel ἴτ' ἴωμεν, ſive, ἴωμεν, ſimpliciter. Vulgatam lectionem, ἔλθωμεν, cum mſſ. Palat. ſervat Junius. Videatur & Turnebus lib. XXIII. Adverſar. cap. 29. *Clericus.* Cur non & ἐῶμεν? & relinquamus has res adeo indignas. *Gronovius.*

7. *Ita enim audiebam.*] Balliol. ut alii MSS. *ita enim meditabar.* MS. Beſſarionis *ita enim mediabam*, unde Manutius conjecit legendum eſſe, *ita enim audiebam*, ſed ſi veſtigia veteris libri velimus ſequi, legendum videtur: *ita enim inaudiebam.* qua voce ſuperius Cicero plus ſimplici vice uſus eſt. quod & Boſio in curis ſecundis in mentem veniſſe intelligo, *Gravius.*

8. *Di-*

pulſos, mare infeſtum habere, nil mirum. 9 videndum eſt, ut manſio laudetur. 10 ἐν ὁμοπλοίᾳ Bruti videtur aliquid præſidii eſſe. ſed, opinor, minuta navigia. ſed jam ſciam, & ad te cras. 11 De Ventidio πανικὸν puto. P. CCLI.

8. *Diemachos agro pulſos &c.*] Locum hunc veterum codicum auxilio videmur nobis correxiſſe. Dyme urbs eſt Achaiæ, cujus cives Dymæi appellantur: in ea Pompejus conſtituit majorem partem, quos vicerat, piratarum, ibique habitare juſſit: penè enim incolis ſpoliata erat, multumque & fertilem agrum habebat. Tradit hoc Plutarchus in Pompejo his verbis: Τοῖς δὲ πολλοῖς οἰκητήριον δέδωκε Δύμην τὴν Ἀχαΐδα χηρεύουσαν ἀνδρῶν τότε γῆν δὲ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν ἔχουσαν. Hic igitur, cum ipſis ager ereptus eſſet, denuò piraticam exercere cœperunt: quod veriſimile erat eos facturos, poſtquam eo, quem colebant, agro pulſi eſſent, ad antiquam ut artem vitamque redirent. Notandum autem eſt quomodo clauſulam hanc Cicero in hunc locum inculcarit, antequam ſuperiorem ſententiam expleſſet: quod enim infertur, *Videndum eſt ut manſio laudetur*, cum ſuperiore ſententia connexum eſt, & illam perficit. non tamen ſeriem horum verborum immutandam cenſeo: arbitror enim cum *meam profectionem laudari gaudeo* dixit, nondum ipſi in mentem veniſſe, quod poſtea ſuccurrit, addere, & ob id ad aliam rem tranſiſſe. qua expoſita tum demum cogitaſſe illud ſuperiori ſententiæ adfigere: quod in epiſtolis non mirum videri debet. *Victor.*

9. *Videndum eſt ut manſio laudetur.*] Gaudeo quidem meam profectionem laudari, ſed, quoniam Dymæi mare infeſtum habent ita, ut tuta non ſit navigatio, videndum eſt, ut, ſi forte ob id ſit manendum, manſio quoque laudetur. *Corrad.*

10. *Ενομοτια Bruti videtur &c.*] Ita in cunctis impreſſis legitur depravate. antiqui libri multo integriores, in quibus penè incorruptè ἐν ὁμοπλοίᾳ ſcriptum eſt: nam ita legendum eſſe nemo (niſi fallor) negabit: ſententia enim optime quadrat: & hac ipſa voce non ſemel hoc in libro utitur cum de hoc ipſo negotio Cicero agit, ut cum inquit: *Hac autem navigatio habet quaſdam ſuſpiciones periculi: itaque conſtituebam uti ὁμοπλοίᾳ: paratiorem offendi Brutum quàm audiebam.* Et non multò pòſt: *Bruto cum ſæpe injeciſſem de ὁμοπλοίᾳ, non perinde accipere viſus eſt atque ego putaram.* Qui autem una navigant, ut facilius ſe à piratis tueantur, ſalvosque præſtent, hi ὁμοπλοίαν facere dicuntur. Noſtri temporis nautæ *Conſervam facere* appellant, quia illi, qui ita navigant, mutuam ſe ſalutem procurare promittant, fidemque dent, ſe pro his, ſi oportuerit, pugnaturos, eademque, quæ ſocii pericula ſubierint, ipſos quoque ſubire non recuſaturos. Quia autem Brutus claſſis nonnihil habebat, ideo Cicero cum eo in Græciam navigare cupiebat, ut tutius, quò volebat, perveniret. *Victor.*

11. *De Ventidio.*] Ep. 34. lib. X. Fam. & Plin. lib. VII. cap 43. *Corrad.* *De Ventidio.*] Inane terriculamentum Ventidium Baſſum ſe cum Antonio conjungere; certum Sex. Pompeium haud ar-

b *alii* ad arma.

to. De Sexto, [12] pro certo habebatur, [b] haud arma. quod ſi verum eſt; [13] ſine bello civili video ſerviendum. quid ergo? Kal. Jan. in Panſa ſpes? λῆρος πολὺς, in vino & in ſomno iſtorum. [14] De CCX. optimè Ciceronis rationes explicentur. [15] Ovius enim recens: is multa, quæ vellem: in his ne hoc quidem malum, [16] in mandatis ſat abundè: [17] H-S. LXXII. ſatis eſſe, affatim

ma ſumpturum ep. ult. lib. XV. *Sext. ſcutum abjicere nolebam.* Popma.

12. *Pro certo habebatur, ad arma.*] Ex Cruſellino edidi: *De Sexto, pro certo habebatur, haud arma.* quæ oratio eſt ἐλλειπτικὴ, at quæ in ea deſunt ita ſupplenda, pro certo habebatur Sextum haud arma ſumpturum. Idem Cicero ſignificarat epiſtola ultima libri ſuperioris, cum ſcriberet, *Sextum ſcutum abjicere nolebam.* Boſius.

13. *Non ſine bello civili video ſerviendum.*] Ita legitur in manuſcripto: in vulgatis deeſt *non*. Urſin.

14. *De* CCX. *optime Ciceronis rationes explicentur.*] Videtur ſcripſiſſe *explicabuntur*. Ex ducentis, ſcilicet, decem millibus nummûm, id eſt 5250. Philippeis, commode præberi poterunt filio Marco, quibus indiget ad ſe tuendum, & debita, quæ contraxit, ſolvenda. *J. F. Gronov.*

15. *Ob jus enim recenſes multa, &c.*] Nemo non confeſſus eſt hunc locum depravatum eſſe: alii autem aliis modis corrigere tentarunt. Nobis rectius viſum eſt veterem ſcripturam deſcribere, notamque quæ mendum indicet adponere. nihil enim nobis in mentem venit, quo poſſimus maculas has eluere: & quæ ab aliis adhuc excogitata ſunt, violenta nobis & inania videntur. *Victor.* *Obius enim receſſis multa.*] Lambinus reſtituit *Ovius*: in manuſcripto eſt, *obvius*. Urſin. *Ovius enim recens: is multa.*] Sic Turnebus d. cap. 29. ſicque item deinde Lambinus ex Tornæſ. emendavit: quam lectionem etiam edit Cruſell. *Cleric.*

16. *In mandatis ſat abundè.*] Hoc totum, *in mandatis ſat abundè*, ſive ut habet Tornæſ. *ſit abunde*, delendum cenſet Lambinus, ut alienum & ſuppoſitum. *Idem.*

17. *H-S.* LXII. *ſatis eſſe.*] Ciceroni filio Athenas ſtudiorum cauſſâ proficiſcenti pater adſignaverat in annuum ſumtum H-S. LXXII. quantum ſcilicet tunc percipiebatur ex fructu inſularum in Argileto & Aventino montibus; quod ipſum ſatis erat; ſed Xeno, qui Attico mandante eam pecuniam Athenis filio ſubminiſtrabat, minutatim & conciſe præbebat. Quod autem Atticus eo plus permutaverat, id pater concedebat, ut referretur in primum annum pro ſumtu, quem fecerat dum Athenas proficiſceretur. Poſtea cum auxiſſent fructus inſularum, ut eſſent H-S. LXXX. ad id accommodari debebat penſio, quæ ex Kal. April. currere incipiebat. Providebat enim pater quid filio Romam reverſo in ſumtum daret, quia tunc res familiaris arctior futura erat propterea, quòd cum Publilia uxore (*cujus matrem ſocrum ſuam ferre non poterat*) divortium fecerat, & dotis currebant penſiones. *Popma.*

18. *Sed*

ſatim prorſus; [18] ſed Xenonem perexiguè, & γλισχρῶς præbere, id eſt minutatim. quo plus permutaſti, quàm ad fructum inſularum, id ille [c] annus habeat, in quem itineris ſumptus acceſſit. hinc ex kal. April. ad H-S. LXXXI accommodetur. nunc enim inſulæ tantum. videndum enim eſt, quid, cùm Romæ erit. non enim puto ſocrum illam ferendam. Pindaro [19] decumano negaram. Nunc, cujus rei cauſâ tabellarium miſerim, accipe. Q. filius mihi pollicetur ſe Catonem. egit autem & pater & filius, ut tibi ſponderem: ſed ita, ut tum crederes, cùm ipſe cognoſſes. huic ego litteras ipſius arbitratu dabo. eæ te ne moverint. has ſcripſi in eam partem, ne me motum putares. dii faxint, ut faciat ea, quæ promittit! commune enim gaudium. ſed ego nihil dico amplius. is hinc VII. idus. ait enim attributionem in idus, ſe autem urgeri acriter. tu ex meis litteris, quo modo reſpondeas, [d] moderabere. Plura, cùm & Brutum videro; & Erotem remittam. Atticæ meæ excuſationem accipio, eamque amo plurimùm: cui & Piliæ ſalutem.

c omnis *MS.*

d meditabere *alii.*

EPI-

18. *Sed Xenonem perexigue & καταχερματίζων præbere.*] Spatium longo tempore hic inane manſit, Græca enim dictio deſiderabatur: nonnulli καταχερματίζων repoſuerunt, non conſultis antiquis exemplaribus, quæ ejus dictionis ne umbram quidem habent. Germani primi rectè & noſtris manuſcriptis convenienter γλίσχρως reſtituerunt: nullo enim magis proprio & apto verbo uti poterat, ut Xenonis puſillum & ſordidum animum exprimeret, qui nimis parcè & illiberaliter præbebat, quæ Ciceroni filio attribuere debebat. Quin & nos vocem habemus noſtro in ſermone à Græca hac, ut arbitror, deductam, paulum tamen immutatam, qua ſordidum & puſilli animi hominem appellamus, adverbiumque ab ea formatum, quod in ſignificatu huic mirificè reſpondet. *Victor.* *Et γλισχρῶς præbere, id eſt minutatim.*] Ita Victorius cum Germanis emendavit; quidam pro, γλισχρῶς, repoſuerunt καταχερματίζων. Ceterùm Manutius putat hæc verba, *id eſt minutatim*, vel, *minutatimque*, ut eſt in vulgatis, eſſe gloſſema. *Clericus.* Utique non ſolet Cicero in his epiſtolis interpretem talem agere. An fuit? *ſed Xenonem perexigue & γλισχρῶς præbere id & minutatim.* Gronov.

19. *Decumano.*] Recte ſic Boſius pro *de Cumano*. Pindaro Decumano eſt publicano, ex iis, qui decumas agrorum publicorum redemerunt. Supra v. 10. *J. F. Gronov.*

20. *Ut*

EPISTOLA II.

CICERO ATTICO S.

SEXTO idus duas epiſtolas accepi; unam à meo tabellario, alteram [e] à Bruti. De Buthrotiis longè alia fama in his locis fuerat: ſed cum aliis multis hoc ferendum. Erotem remiſi citiùs quàm conſtitueram, [20] ut eſſet qui Hortenſio: & quia [21] equitibus quidem ait ſe idi-

P. B.

e *à deeſt in aliis.*

20. *Ut eſſet cum Hortenſio.*] Hortenſius, Cluvii heres, quæ illi bonorum Cluvianorum pars ex hereditate obvenerat, eam Ciceroni vendidit coheredi, pactus ut pecunia ſibi tribus penſionibus numeraretur. ex iis penſionibus Cicero duas ſolverat, & majorem etiam tertiæ partem ante diem ſolutioni præfinitam, id eſt ante Kal. Sextilis: ut impudenter faceret Hortenſius, qui, quod ſibi ex tertia penſione deberetur, ante diem poſtularet, cum præſertim ejus ipſius penſionis majorem jam partem exegiſſet. Hac de re ep. 1. cum inquit: *Diligentia opus eſt, coheredibus pro Cluviano Kalendis Sextilibus* perſolutum ut ſit. Quo ex loco, non Hortenſium modo, ſed & ceteros coheredes Ciceroni vendidiſſe, quæ illis Cluvius teſtamento legaverat, perſpicuum eſt. *P. Manut. Ut eſſet qui Hortenſio: & quia Equiribus.*] Boſius hæc ex Tornæſ. & Cruſell. vulgò, *ut eſſet cum Hortenſio: & quia equitibus.* Junius ex conjectura & judicio ſuo ſe ſic reſtituiſſe gloriatur, *ut eſſet qui Hortenſio & coheredibus.* Cleric.

21. *Equitibus.*] *Equiribus* invitis libris omnibus ex conjectura repoſuit Boſius, ut vides. Sed cur repudiemus hunc codicum conſenſum nulla cauſa eſt. quin, etſi reperiantur membranæ, quæ ſuffragentur hic ingenio Boſii, eas tamen aliis, quæ præ ſe ferunt *equitibus*, anteponere fas non eſſet. Cicero enim duas cauſſas affert, cur citius quam cogitarat remiſerit Erotem. Altera erat ut Hortenſio ſolveret impudentius urgenti, altera quia equitibus conſtituerat Idibus. Has fuiſſe Idus Quintiles conſtat ex epiſtola ſuperiore. Sed Equiria Idibus Martiis aut Aprilibus celebrabantur, ut ex Ovidii Faſtis conſtat. Inepte igitur hanc cauſſam allegaſſet Cicero feſtinationis in remittendo Erote, ſi poſt ſex ſeptemve menſes demum ſibi agendum eſſet cum iis, quibus conſtituerat. Nec eſt ut Faſtorum mutationem fingamus, cum hæc ſcripſerit non longe poſtquam annus correctus & conſtitutus erat à Julio Cæſare, ut intercalandi licentia non fuerit dum turbarus. Retinenda igitur librorum veterum ſcriptura, cujus hæc eſt ſententia, accelerandus fuit reditus Eroti, & propter Hortenſium, & quia Idibus conſtituerat equitibus, hoc eſt, promiſerat equitibus ſe numeraturum eſſe pecuniam, quam debebat, Idibus ſcilicet Quintilibus, quæ inſtabant. Nam hæc videtur v. Idus Quintiles eſſe ſcripta: *Conſtituere alicui* aut *cum aliquo* eſt convenire cum aliquo

idibus conſtituiſſe. Hortenſius verò impudenter. nihil enim debetur ei, niſi ex tertia penſione, quæ eſt kal. Sext. ex qua penſione ipſa major pars eſt ei ſoluta aliquanto ante diem. ſed hæc Eros [f] videbit idibus. De Publilio autem, [22] quod perſcribi oportet, moram non puto eſſe faciendam. ſed cùm videas, quantum de jure noſtro deceſſerimus, qui de reſiduis [g] cccc. H-S. cc præſentia ſolverimus, reliqua [h] reſcribamus; [23] loqui cum

f *alii* videbit. Idibus de.

g *alii* ccc.

h præſcribamus, *aut* perſcribamus *alii*.

quo de die & loco congrediendi aut agendi quid cum aliquo, certum diem ac locum, quo aut pecunia pendatur, aut aliud quid agatur, conſtituere. Juvenal. *Hic ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.* Vide Gronov. lib. I. Obſerv. cap. I. ubi pluribus agit de hac voce. Qui autem illi fuerint equites, & quodnam negotium fuerit, de quo cum illis conſtituerat Eros, id ſane, ut multa alia, in his epiſtolis ignoramus, Attico tamen procul dubio fuerunt perſpectiſſima. Non inepte Manutius Publilios hic intelligi conjicit, qui poſt divortium cum Publilia flagitabant reſtitutionem dotis, ut cum his conſtituiſſe Idibus dicatur Eros. *Grævius.*

22. *Quod perſcribi.*] Perſcribi eſt de menſa numerari, aut chirographo ab argentario ſolvere, ut dudum eruditi viri docuerunt, qui modus ſolvendi noſtris mercatoribus eſt notiſſimus, cui opponitur præſente pecunia ſolvere. Dicitur id quoque *reſcribere* paullo poſt. Nam licet *reſcribere* proprie eſt reddere per menſæ ſcripturam, ut recte Donatus ad Terentium, ponitur tamen etiam pro *perſcribere* Horat. II. Sat. 3. *Dictantis, quod tu nunquam reſcribere poſſis.* Ubi Acro: *Quæ debita nunquam ſoluturus ſis, eſt enim debita ſolvere, hoc eſt, ſcripto debita liberare.* Græcis id ipſum dicitur διαγράφειν. vide Harpocrat. *Idem.*

23. *Loco quidem meo, ſi tibi videbitur, poteris.*] Quàm depravatus inquinatusque multis fœdis maculis hic locus eſſet dici vix poteſt. Qui cunctos hactenus impreſſos libros in manus capient, facile id perſpicient: eum tamen ope melioris & antiquioris noſtri codicis nobis purgaſſe & reſtituiſſe videmur, ita claro & manifeſto ſenſu, ut nulla fere confirmatione indigeat. veterem autem ſcripturam hic ponere viſum eſt, ne aliquis à nobis hanc fictam aut nimis extortam putet, eſt autem hæc, *loci quo meo ſi tibi videbitur poteris, eum, &c.* Reliqua enim nullam illius induſtriam deſiderabant, cum integra & optime ſcripta in eo eſſent, quàmvis in vulgatis corruptiſſima. nos prima duo verba, quæ perverſionis aliquantum habebant, ita parce caſtigavimus, *loqui cum eo, &c.* Quàm ſæpe obſervaverimus in hoc codice & in Mediceo illo etiam *C.* pro *Qu.* ſcriptum eſſe, aut alibi teſtati ſumus, aut nihil attinet dicere: eſt enim id crebrum & uſitatum. unum tantum locum adducemus ex fine antecedentis libri, ubi *coad* pro *quoad* ſcriptum eſt eodem modo quo hic *loci* pro *loqui* *Quouſque inquies? coad erit integrum: erit uſque dum ad navem.* Sed quum idem hoc verbum eodem pacto ſcriptum eſſe lib. XVI. nobis nunc in mentem veniat, cur non id quoque exemplum adponamus, quo clarius

cum eo., ſi videbitur, poteris, eum commodum noſtrum exſpectare debere, cùm tanta ſit à nobis jactura facta juris. Sed amabo te, mi Attice (videsne quàm blandè?) omnia noſtra, quoad eris Romæ, ita gerito, regito, gubernato, ut nihil à me exſpectes. quamquam enim reliqua ſatis apta ſunt ad ſolvendum, tamen fit ſæpe, ut ii, qui debent, non reſpondeant ad tempus. ſi quid ejusmodi acciderit, ne quid tibi ſit famâ meâ potius. non modò verſurâ, verùm etiam venditione, ſi ita res coget, non vindicabis. Bruto tuæ litteræ gratæ erant. fui enim apud illum multas horas in Neſide, cùm paullo antè tuas litteras accepiſſem. delectari mihi Tereo videbatur, & habere [24] majorem Accio quàm Antonio gratiam. mihi autem [i] quo lætiora ſunt, eo plus ſtomachi & moleſtiæ eſt, populum Romanum manus ſuas non in defendenda republica [25] ſed in plaudendo conſumere. mihi quidem videntur iſtorum animi incendi etiam [26] ad repræſentandam improbitatem ſuam.

i quæ alii.

clarius ſit quod dicimus? ſermo eſt de Octaviano: *Atque à me poſtulat primo ut clàm conlocetur mecum, vel Capuæ.* *Quom* autem pro *cum* ferè ſemper ſcriptum in antiquis eſt: ſed potius *cùm* temporis adverbium eſt quàm *cum* præpoſitio, ut hoc in loco. *Victor.*

24. *Majorem Attio quam Antonio,*] C. Antonius Prætor frater M. Antonii, curavit ludos Apollinares abſentis Bruti nomine, ut ſcribit Appianus lib. III. Quibus ludis edidit Tereum tragœdiam L. Attii poëtæ, quam populus magno plauſu accepit. ob quod dicit Brutum habere majorem gratiam Attio, cujus fabulam populus probavit, quam Antonio, qui ludos Non. Juliis proſcripſerat, & Tereum Attii exhibuerat, cum debuiſſet Brutum ep. ſeq. *Popma.* Sententia hæc eſt: Brutum putare placuiſſe magis ludos ſuos ob ingenium poëtæ, quam quod curator eorum Lucius Antonius operam dederit, ut placerent. *J. F. Gronov.*

25. *Sed in laudando conſumere.*] Germani *in plaudendo* legunt. Nos tamen receptam lectionem ſecuti ſumus, ſic enim in cunctis, quos vidimus, manuſcriptis legimus. *Victorius.*

26. *Ad repræſentandam improbitatem.*] *Repræſentare improbitatem* Μεταφορικῶς dictum: nam proprie ſignificat præſentem pecuniam ſolvere: ut Cicero ſæpe utitur in his epiſtolis: quamvis etiam translatio hujus verbi ad alias res frequens ſit, & apud hunc & alios optimos quosque autores: ut Cæſarem commentario primo de Bello Gallico: *Itaque, ſe quod in longiorem diem conlaturus fuiſſet, repræſentaturum, & proxima nocte de quarta vigilia caſtra moturum.* [Vide hujus translationis exempla apud Gronov. de Seſtert. lib. I. cap. 6.] Verba autem illa, quæ paulò pòſt leguntur: *Dummodo*

ſuam. ſed tamen *dum modò doleant aliquid, doleant* k *quodlibet.* Conſilium meum quòd ais quotidie magis laudari non moleſtè fero; exſpectabamque, ſi quid de eo ad me ſcriberes. ego enim in varios ſermones incidebam. quin etiam idcirco trahebam, ut quàm diutiſſimè integrum eſſet. 27 ſed quoniam furcilla extrudi-

k *quidlibet* alii.

P. CCLII.

modo doleant aliquid, doleant quidlibet, Afranii comici ſunt, parum immutata. Eundem verſum ſæpe adducit Cicero, ut lib. IV. Tuſculanarum: *Ex quo illud eſt è vita ductum ab Afranio: nam cum diſſolutus filius, Heu me miſerum, dixiſſet: tum ſeverus pater, Dummodo doleat aliquid, doleat quodlibet.* Nec multò pòſt eundem verſum repetit. *Victor.* Tam hic quàm lib. IV. Tuſcul. in MSS. legitur *quodlibet.*

27. *Sed quoniam furore illo extrudimur.*] Quàm inquinatus eſſet hic locus omnes perſpicere poſſunt: ea autem eſt in antiquioribus lectio, ut ſi, quod ſæpe obſervavimus, in mentem tibi reducas *e* ſcilicet in *f* mutatum eſſe poſſe, maculas penè omnes deleveris, & locum, ut arbitror, reſtitueris. Quia animadvertimus crebrò in hoc ab eo, qui noſtrum antiquiorem librum deſcripſit, peccatum eſſe, ideo hic etiam vitium illum feciſſe exiſtimavimus, idque correximus: namque eum in villa manſiſſe intelligitur etiam ex his verbis, quæ aliquanto pòſt leguntur: *At mihi, cum ad villam rediiſſem, Cn. Lucceius, qui multum utitur Bruto, &c.* Narrat autem ſe, quoniam cum navibus in ſtatione ad villam in qua erat manere non poterat, Euro illi moleſto, Brundiſium in tutiorem portum velle proficiſci: nam illinc etiam navigationem in Græciam expeditiorem & ſine periculo fore, quamvis legiones, quæ illic erant, nonnihil timoris adferrent. infero autem mari piratis obſidentibus, ſine claſſis præſidio non tutum eſſe navigare. Putamus autem intelligere villam P. Valerii, de qua ſic in prima Philippica: *Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod eſt agri Rhegini promontorium, venti detuliſſent: ab eo loco conſcendi, ut transmitterem: nec ita multum provectus, rejectus Auſtro ſum in eum ipſum locum unde conſcenderam: cùmque imtempeſta nox eſſet, manſiſſemque in villa P. Valerii comitis & familiaris mei, poſtridieque apud eundem, ventum exſpectans, manerem, &c.* his autem ipſis penè verbis hoc in libro utitur cum eandem rem exponeret. *Victor.* *Sed quoniam furcilla extrudimur.*] Cum & ii libri manuſc. quos non vidi, haberent, *furo illa*, aut *furore illo*, & ii, quos vidi: ego jam tum ex hac antiqua ſcripturà, quamvis depravata, conjeceram legendum, *furcilla.* meam poſtea conjecturam comprobavit codex Turnæſian. in quo, *furcilla*, ſcriptum eſt planiſſimè & ſine ulla varietate aut litura. neque vero eſt, quod quiſquam dubitet, quin ſit hæc vera & recta lectio. Eſt enim ſine dubio germana Ciceronis. Proverbii autem locum obtinet, *expellere furca*, aut *furcilla:* quo & Horat. uſus eſt epiſt. ad Fuſcum Ariſt. *Naturam expellas furca, tamen uſque recurret, &c.* & Catullus: *Mentula conatur Pimpleum ſcandere montem: Muſæ furcillis præcipitem ejiciunt.* &

dimur, Brundiſium [l] cogito. facilior enim & exploratior devitatio legionum fore videtur quàm piratarum; qui apparere dicuntur. Seſtius VI. idus exſpectabatur, ſed non venerat, quod ſciam. Caſſius cum claſſicula ſua venerat ego, cùm eum vidiſſem, 28 v. kal. in Pompejanum cogitabam, inde [m] Aculanum. noſti reliqua. 29 De Tutia ita putaram. De [n] Æbutio non credo: nec tamen curo plus quàm tu. Planco & Oppio ſcripſi equidem, quoniam rogaras: ſed, ſi tibi videbitur, ne neceſſe habueris reddere. cùm enim tuâ cauſâ fecerint omnia, vereor, ne meas litteras ſupervacaneas arbitrentur. Oppio quidem utique: quem tibi amiciſſimum cognovi. verùm, ut voles. Tu, quoniam ſcribis hiematurum te in Epiro, feceris mihi gratum, ſi ante eò veneris quàm mihi in Italiam te auctore veniendum [o] ſit. litteras ad me quàm ſæpiſſimè, [p] ſi de rebus minùs neceſſariis aliquem nactus; ſin autem erit quid majus domo mittito. Ἡρακλείδιον, [q] ſi Brundiſium ſalvi, adoriemur. de Gloria miſi tibi. cuſtodies igitur, ut ſoles: (ſed 30 notentur eclogarii) quos Salvius,

l pergere cogito *alii.*
m Herculanium *Manut. & alii.*
n C. Metio *alii.*
o eſt *alii.*
p *ita Boſ. alii* ſed.
q *alii non habent* ſi.

& Ariſtoph. Εἰρήνη, τὴν δὲ μὲν δικροῖς ἐώθειν τὴν θεὸν κεκραγμασι. id eſt, *Hanc deam clamoribus, tanquam furcillis præcipitem ejiciebant.* Hanc emendationem meam Turneb. in Adverſaria ſua retulit. *Lambin.*

28. v. *Kalend.*] Poſtremam vocem corruptam eſſe, legendumque v. *Iduum*, ſatis evincit initium epiſtolæ 5. ubi ſcribit ſe poſtquam e Pompejano diſceſſerat, Vibonem perveniſſe octavo die, id eſt, nono Kalend. Quomodo enim potuit v. *Kalend.* Caſſium videre & in Pompejanum cogitare, cum XVI. Kalend. è Pompejano diſceſſerit & nono Kalend. Vibonem pervenerit? *Popma.*

29. *De Tutia ita putaram.*] De Tutia Veſtali ita rem habere, ut ſcribis, putaram. Plin. lib. XXVIII. cap. 2. & Val. Max. lib. VIII. cap. 1. vel potius de Julia ita eſſe, ut ſcribis, putaram, & ob id ἐβδελυττόμην ep. 30. lib. XV. *Corrad.*

30. *Notentur eclogarii.*] Erant in familia Anagnoſtæ & Eclogarii; illi librum recitabant, ut Soſitheus ſervus lib. I. Salvius libertus Attici hic: hi, dum liber recitabatur, celeriter excipiebant quæ obſervatione digna videbantur. nam Eclogæ ſunt excerpta & ſumma librorum capita, ut Cteſiæ & Polybii Eclogæ. *Popma.* Lege ſine parentheſi, *ſed notent eclogarii* partim interpungant diſtinguantque membra orationis, partim nomina interloquentium rubrica picta interponant ad faciliorem lectionem. Eclogarii, excerptores ſunt inter ſervos ſtudiorum cauſſa, ut bibliothecarii, anagnoſtæ, ſcribæ, amanuenſes. *J. F. Gronov.*

31. Quod

viſus, bonos auditores nactus, in convivio duntaxat legat. mihi valde placent: mallem tibi. Etiam atque etiam vale.

EPISTOLA III.

CICERO ATTICO S.

TU vero ſapienter. nunc demum enim reſcribo his litteris, quas mihi miſiſti, convento Antonio Tiburi. ſapienter igitur, quòd manus dediſti, quodque etiam ultro gratias egiſti. certè enim, ut ſcribis, deſeremur potiùs à republica quàm à re familiari. 31 quod verò ſcribis [r] te magis & magis delectari, 32 O TITE, SI QUID

P. B. r te magis delect. alii.

31. *Quod verò ſine munuſculo ſcribis, &c.*] Credimus *ſine munuſculo* abundare, & ex inferiore loco huc importune translatas ambas has dictiones: in quo etiam concordes Germanicos libros habemus: ut etiam in eo quòd: *O Tite* pro *otio* ſcripſimus. nec tamen adhuc mihi penitus purgata recepta lectio videtur: vereor autem ne diminuta & manca ſit, quod corrigere non poſſumus. Unum tamen præterea volumus diligentem lectorem admonere, in noſtro illo probatiore codice vocem hanc, *addis*, non legi, quod perturbatiorem adhuc intellectum facit, & niſi hoc culpâ librarii acciderit, magis mutilum eſſe hunc locum arguit: hoc tamen non recepimus, contenti id admonuiſſe. *Victor.*

32. *O Tite, ſi quid ego.*] Totum hoc, *O Tite, ſi quid ego*, ideo ſcripſi litteris grandiuſculis, ut intelligatur initium libri de Senectute, quo quidem libro ſe delectari Atticus ſcripſerat, quia ſuam ſenectutem, quam publicæ ruinæ graviorem in dies efficerent, ejus lectione levaret. Et ait, *Magis*, propterea, quod medicinæ vim magis ægrotantes ſentimus quam valentes. Etiam ep. 10. *O Tite, tibi prodeſſe lætor.* lætor, inquit, quod ea, quæ ſcripſimus in libro de Senectute, tibi ad ferendam ſenectutem proſint. Quod autem, *Si quid ego*, repoſui in noſtro libro, ubi antea in omnibus, & impreſſis, & ſcriptis, legitur, *Si quid agis*, aut, *Ages:* fecimus id conjecturam minime dubiam ſecuti. eſt enim initium libri de Senectute, ad Atticum ſcripti: *O Tite, ſi quid ego adjuro, curamve levaſſo.* P. Manut. *O Tite, ſi quid ego.*] Solent veteres Græci & Latini a primis libri vocibus totum librum deſignare: ſicut hic & infra ep. 11. librum de Senectute deſignat ab initio ejus, in quo ſunt verſus Ennii ex x. Annal. Sic Perſius Sat. I. & Martialis lib. VIII. Epigramm. Æneidem Virgilii deſignat a primis duobus vocabulis ARMA VIRUMQUE. Similiter legum XII. Tabul. & Regiarum primas dictiones ponebant: quam conſuetudinem leges allegandi etiamnum retinent Juriſconſulti. *Popma.* Vide Turnebum Adverſ. lib. XXXIII. c. 29.

33. *Lege*

QUID EGO: addis mihi ſcribendi alacritatem. Quòd Erotem non ſine munuſculo exſpectare [s] dicis, gaudeo non fefelliſſe eam rem opinionem tuam: ſed tamen idem σύνταγμα miſi ad te retractatius, & quidem [t] ἀρχέτυπον ipſum, crebris locis inculcatum & refectum. hunc tu tralatum in macrocolum 33 lege arcanò convivis tuis: ſed, ſi me amas, hilaris & bene acceptis; ne in me ſtomachum erumpant, cùm ſint tibi irati. De Cicerone velim ita ſit, ut [v] audimus. De Xenone coram cognoſcam: quamquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter. De [x] Herode faciam, ut mandas: & ea, quæ ſcribis, ex Saufejo & è Xenone cognoſcam. De Q. [y] filio gaudeo tibi meas litteras priùs à tabellario meo, quàm ab ipſo, redditas: 34 quamquam te nihil fefelliſſet. verumtamen. ſed exſpecto,

[s] te dicis *alii.*

[t] ἀρχέτ. *deeſt in MS.*

[v] audivimus *alii.*

[x] Erote *alii.*

[y] fratre *alii.*

33. *Lege in Arcano.*] Sic habent omnes libri vulgati, quibuscum conſentiunt aliquot manuſc. ſed codex Turnæſ. & nonnulli alii non habent præpoſitionem, *in*: ut fortaſſe non ſit nimis abſurdum, quod a Cariſio ſcriptum eſt, *arcano*, hic poſitum eſſe pro arcane. ego tamen ſequor vulgatos, ut Arcanum, fundum Q. fratris accipiam. *Lambin.* *Lege Arcano.*] Vulgati libri habent, *Lege in arcano*, ut ſit quaſi in Tuſculano, Cumano; nam Arcanum fundus Q. fratris, de quo infra ep. 9. Sed manuſcripti quique optimi præpoſitionem *in* omittunt, quibuscum conſentit Cariſius lib. 1. ubi bis obſervat Ciceronem hic uſurpare adverbium arcanò, quo itidem utitur Cæſar lib. 1. de Bello Civili. *Popma.*

34. *Quanquam te nihil fefelliſſet: verumtamen exſpecto, &c.*] Veteres codices, *ſed exſpecto*, habent, quam lectionem probavimus, ut *veruntamen*, eo quo ſuprà ſignificatu ſæpe à Cicerone accipi docuimus, hic etiam ſumptum ſit. oſtendimus autem id lib. XIV. in eo loco: *Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honeſtam judicem: multa illis Cæſar, neque me invito, etſi Latinitas erat non ferenda: veruntamen. Ecce autem Antonius, &c.* Hic autem, cum ſe gaudere dixiſſet illi ſuas litteras antè à tabellario redditas quàm à Quinto F. (illæ enim Atticum admonebant, ne crederet litteris ſuis, quas Q. puer ad eum allaturus erat, eas enim ſe arbitratu illius patriſque ſcripſiſſe: nec magnopere illis, quæ pollicebatur puer, fidem habere) tantum tamen ſe dicit confidere prudentiæ Attici, ut ſi priores etiam illæ perveniſſent, non tamen id aliquid incommodi allaturum fuerit. quod pulchrè ipſe animadverſurus eſſet, cogitaturusque ſe hoc petenti puero negare (quo minus ſcilicet illius probitatis ſponſor apud Atticum fieret) non potuiſſe: non tamen ut id ex animo, & quòd ita ſentiret ſcripſerit, ſe ſperare, unquam illum crediturum fuiſſe, quòd, quàm malè de puero illo exiſtimaret, ſciret. Intulit autem *veruntamen:* quaſi diceret, Quamquam ſperem, te non facilè decipi po-

ſpecto, quid ille tecum, quid tu viciſſim: nec dubito, quin ſuo more uterque. ſed eas litteras Curium mihi ſpero redditurum: qui quidem, etſi per ſe eſt amabilis, à meque diligitur; tamen accedit magnus cumulus commendationis tuæ. Litteris tuis ſatis reſponſum eſt. nunc audi, quod, etſi intelligo ſcribi neceſſe non eſſe, ſcribo tamen. Multa me movent in diſceſſu, in primis mehercule, quòd [z] dijungor à te. movet etiam navigationis labor, alienus non ab ætate solùm noſtra, verùm etiam à dignitate; tempuſque diſceſſus [a] ſubabſurdum. 35 relinquimus enim pacem, ut ad bellum revertamur; quodque temporis in prædiolis noſtris, & bellè ædificatis, & ſatis amœnis conſumi potuit, in peregrinatione [b] conſumimus. conſolantur hæc. aut proderimus aliquid Ciceroni: aut, quantum profici poſſit, judicabimus. deinde tu jam, ut ſpero, & ut promittis, aderis. quod quidem ſi acciderit, omnia nobis erunt meliora. Maximè autem me angit ratio reliquorum meorum: quæ quamquam explicata ſunt; tamen, quòd & Dolabellæ nomen in iis eſt, 36 & attributione mihi nomina ignota, conturbor: [c] nec me ulla res magis angit ex omnibus. itaque non mihi videor erraſſe, quod 37 ad Balbum ſcripſi apertiùs, ut, ſi quid tale accidiſſet, ut

z disjungor *alii.*
a *alii* abſurd.
b conſumemus *alii.*
P. CCLIII.
c *alii* nec ulla res.

potuiſſe, tamen commodius fuit ita accidere, ut priores ſcilicet illæ redderentur, quæ totam rem aperirent: ita enim facilius cogitare poteris quid agendum ſit. reliqua ita perſpicua, ut nulla declaratione egeant. *Victor.*

35. *Relinquimus enim pacem, ut ad bellum revertamur.*] Hæc pluribus modis vatem divinumque Ciceronem fuiſſe arguunt: nam & ita accidit ut ariolatus eſt: & crimini ipſi datum eſt ab inimicis eum Româ fugiſſe, quòd tranquillum illum ſtatum civitatis ferre non poſſet: turbatis autem rebus, neglectis ſpecioſis illis cauſis, quas tunc jactabat, libenter ad tumultum & bellum advolaſſe. Q. autem Fuſius Calenus apud Dionem, qui cuncta Ciceronis crimina aucupatur, in ea, quam contra ipſum orationem habet, dum Antonium tuetur, accuſationibusque Ciceronis reſpondet, hoc etiam his verbis ei exprobrat: Ἢ οὐχ ὁρᾶτε ὅτι καὶ μετὰ τὸν τοῦ Καίσαρος θάνατον ὅτι μὲν τὰ πράγμαθ' ὑμῶν δ' Ἀντώνιον ἔτι μάλιστα (ὡς οὐδ' αὐτὸς ἀρνήσασθαι δύναται) κατέστη ἀπεδήμησε καὶ ἀλλότριον καὶ ἐπικίνδυνον ἑαυτῷ τὸν τῆς ὁμονοίας ἡμῶν βίον εἶναι νομίζων ἐπεὶ δὲ τεταραγμένα αὖθις ᾔσθετο μακρὰν χαίρειν τῷ τε υἱεῖ καὶ ταῖς Ἀθήναις φράσας ἐπανῆλθεν. *Idem.*

36. *Et attributione mihi nomina ignota.*] Hæc eſt veterum librorum lectio. Manutius & alii quidam legunt, *& attributio eſt mihi nominum ignota.* Cleric.

ut non concurrerent nomina, ſubveniret; meque tibi etiam mandaſſe, ut, ſi quid ejusmodi accidiſſet, cum eo communicares: quod facies, ſi tibi videbitur, eoque magis, ſi proficiſceris in Epirum. Hæc ego conſcendens è Pompejano tribus actuariolis decem ſcalmis. Brutus erat in Neſide etiam nunc, Neapoli Caſſius. 38 Ecquid amas Dejotarum, & non amas Hieram? qui, ut Bleſamius venit ad me, cùm ei præſcriptum eſſet, ne quid ſine [d] Sexti noſtri ſententia ageret, neque ad illum, neque ad quemquem noſtrûm retulit. Atticam noſtram cupio [e] abſentem ſuaviari: ita mihi dulcis ſalus viſa eſt, per te miſſa ab illa. referes igitur ei plurimam, itemque Piliæ dicas velim.

d Seſtii *alii.*
e abſent. *addidit Boſ. è MS.*

EPISTOLA IV.

CICERO ATTICO S.

ITA ut heri tibi narravi vel fortaſſe hodie (Quintus enim altero die ſe ajebat) in Neſida VIII. idus. ibi Brutus. quàm ille doluit de nonis Juliis? mirificè eſt conturbatus. itaque ſeſe ſcripturum ajebat, ut venationem etiam, quæ poſtridie ludos Apollinares futura eſt, proſcriberent, III. ID. QUINT. Libo intervenit. is Philonem

37. *Ad Balbum.*] Balbum delegare Ciceroni voluerant Dolabella & Faberius, ut apparet ex ep. 11. & 29. lib. XII. & fortaſſe, ſequuta ex aliqua parte delegatione, Balbus, ut ſatisfaceret Ciceroni, ei quædam nomina attribuerat. ea de cauſſa ſubjicit Cicero ſe ad eum ſcripſiſſe, ut ſi attributa nomina non concurrerent, ipſe ſubveniret. *Boſius.*

38. *Et quid amas Dejotarum, & non amas Eram.*] Quia veteres omnes novosque codices concordare animadverti, non viſum eſt aliquid immutare, quamvis exiſtimem *Hieram* potius legendum eſſe: ſic enim hunc appellat (ut arbitror) in oratione pro Dejotaro, in qua ſæpe eum nominat: fuit enim is regi amiciſſimus, ejusque operâ rex in magnis rebus ſemper uſus eſt: quem etiam cum aliis ad Cæſarem pro ſalute ſua deprecanda miſit, cum apud eum abſens Dejotarus cauſam dixit. Verba Ciceronis in peroratione hæc ſunt: *Corpora verò ſua pro ſalute regum ſuorum hi legati tibi regii tradunt Hieras, & Bleſamius, & Antigonus, tibi nobisque omnibus jam diu noti: eademque fide & virtute præditus Dorylaus, qui nuper cum Hiera legatus eſt ad te miſſus cùm regum amiciſſimi, tum tibi probati, ut ſpero.* Victor.

39. Opi-

lonem, Pompeji libertum, & Hilarum, ſuum [f] libertum, veniſſe à Sexto cum litteris ad conſules, ſive quo alio nomine ſunt. earum exemplum nobis legit. [g] dixi quid videretur: pauca παρὰ λέξιν [h] ceteroqui & ſatis graviter & non contumaciter. tantum addi placuit, quod erat, coss. ſolum, ut eſſet, PRÆTT. TRIBB. PLEB. SENATUI; ne illi non proferrent eas, quæ ad [i] ipſos miſſæ eſſent. Sextum autem [k] nuntiant cum una ſolùm legione fuiſſe Karthagine: eique eo ipſo die, quo
39 oppidum Boream cepiſſet, nuntiatum [l] eſſe de Cæſare: capto oppido, miram lætitiam commutationemque animorum concurſumque undique: ſed illum ad ſex legiones, quas in ulteriore reliquiſſet, revertiſſe. ad ipſum autem Libonem ſcripſit, nihil eſſe, niſi ad larem ſuum liceret. ſumma poſtulatorum, ut omnes exercitus dimittantur, qui ubique ſint. Hæc fere de Sexto. De Buthrotiis undique quærens nihil reperiebam. alii, conciſos agripetas: alii, Plancum, acceptis nummis, relictis illis, aufugiſſe. itaque non video ſciturum me, quid ejus ſit, ni ſtatim aliquid litterarum. Iter illud Brundiſium, de quo dubitabam, ſublatum videtur. legiones enim adventare dicuntur. hæc autem navigatio habet quasdam ſuſpiciones periculi. itaque conſtituebam uti ὁμοπλοΐᾳ. paratiorem offendi Brutum quàm audiebam. nam & ipſe Domitius bona planè habet dicrota: ſuntque navigia præterea luculenta Seſtii, Buciliani, ceterorum. nam Caſſii claſſem, quæ planè bella eſt, non numero ultra fretum. illud eſt mihi ſubmoleſtum, quòd parum Brutus properare videtur. primùm confectorum ludorum nuntios exſpectat: deinde, quantum intelligo, tardè eſt navigaturus; conſiſtens in locis pluribus: tamen arbitror eſſe commodius tardè navigare quàm

[f] libert. *in aliis deeſt.*
[g] ita *MSS.* li *alii.*
[h] ceteraque *alii.*
P. B.
[i] ſe ipſos *alii.*
[k] nuntiavit *alii.*
[l] eſt *alii.*

39. *Opidum Boream c.*] Situm ad Borium promontorium, quo major Syrtis includitur. Ptolemæus, Plinius. Quapropter ita legendum, *Boreum* vel *Birium*. Junius. *Oppidum Boream cepiſſet.*] Boream oppidum Africæ, quod ait Sex. Pompejum cepiſſe eo ipſo die quo ibi nuntiatum eſt de Cæſare occiſo, collocat Strabo in intimo ſinus Adriatici receſſu. Plinius lib. v. nominat Borion promontorium Africæ, quo major Syrtis includitur. *Popma.* Cum urbem in Hiſpania nullam reperiam, trajecta literula *Eboram* libentiſſime legerim, quæ urbs eſt Luſitaniæ. *Turneb. Adverſ.* XXIII, 30.

quàm omnino non navigare: 40 & ſi, cùm proceſſeri-
mus, exploratiora videbuntur, m Eteſiis utemur.

m & teſti-bus edd. vett.

EPISTOLA V.

CICERO ATTICO S.

n ego novum Corrad. — P. CCLIV. — o alii. Accii.

TUAS jam litteras Brutus exſpectabat: cui quidem n ego non novum attuleram de Tereo o Attii. ille Brutum putabat. 41 ſed tamen rumoris neſcio quid affla-

40. *Etſi cum proceſſerimus, exploratiora videbuntur, & teſtibus utemur.*] Hunc locum inquinatum eſſe omnes videre poſſunt: quid enim navigationi cum teſtibus? Veteres codices habent *teſtis:* nos *tectis* caſtigavimus, ut de tectis navibus intelligas: modicè, ut vides & parcè à priſcæ lectionis veſtigiis declinantes. quia tamen falli potuimus antiquam ſcripturam teſtatam reliquimus. *Victor.* *Eteſiis utemur.* Mſſ. *& eſtis*, unde rectè Corradus & Lambinus repoſuerunt, *Eteſiis.* Victorius legebat, *& tectis utemur*, quod vulg. receptum. tuetur quoque illud *Eteſiis* Dauſquejus, tanquam omnino poſtulet temporis ratio. *Cleric.* *Eteſiis utemur.*] Ita habent libri antiqui; melius quam *tectis* vel *teſtis.* *Eteſiæ* enim venti æſtivi, qui feruntur a Septentrione in Occidentem, inde in Orientem, ut tradit Ariſtoteles Meteor. II. proſequi ſolent eos, qui ex Italia Græciam petunt, ut in epiſtola ad Cornificium oſtendit de hac eadem profectione ſcribens: *In Græciam deſperata libertate rapiebar, cum me Eteſiæ quaſi boni cives relinquentem remp. proſequi noluerunt.* Popma. Legendum: *& ſi, cum proceſſerimus, exploratiora videbuntur, utemur Eteſiis.* etſi ubi jam in curſu fuerimus, ſpeculatoriæ naves, ut mos eſt, præmiſſæ explorandi itineris cauſſâ, nobis referent mare pacatum liberumque a piratis eſſe, omiſſo Bruto ventis Eteſiis nos mandabimus. *J. F. Gronov.*

41. *Sed tamen rumoris neſcio quid adflaverat.*] Rumor erat allatus in ipſo initio Græcorum ludorum infrequentem populum adfuiſſe. Græci autem ludi erant ſcenici ſive muſici. in quibus ludii & actores fabulas more Græco ad citharam recitabant, vel agebant Latinas e Græcis factas, quales Terentianæ & Plautinæ pleræque, & hæc ipſa Attii Tereus. Eas Cicero putabat minime dignas quæ ſpectarentur, ut hic innuit & apertius in ep. 1. ad Marium. *Popma.* *Commiſſione ludorum Græcorum*, non eſt, ut Popma interpretatur, in ipſo initio Græcorum ludorum, ſed cum Græci ludi ederentur. Committere ludos eſt edere. Suet. Claud. 21. *Ludos dedicationis Pompeiani theatri, quod ambuſtum reſtituerat, e tribunali poſito in orcheſtra commiſerat.* Idem Octav. 43. *Rurſus commiſſione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, evenit.* Commiſſio quidem initium eſt nonnunquam, ſicut & *committere* ſic accipitur, ut in illo Varronis *committere canam ovo*, ſed hic, ut & alibi frequenter, eſt ipſum ſpectaculum. *Grævius.*

42. Bru-

ſtaverat, commiſſione Græcorum, frequentiam non fuiſſe: p quod quidem me minimè fefellit. ſcis enim, quid ego de Græcis ludis exiſtimem, nunc audi quod pluris eſt quàm omnia. Quintus fuit mecum dies complures &, ſi ego cuperem, ille vel plures fuiſſet: ſed, quantum fuit, incredibile eſt, quàm me in omni genere delectarit: in eoque maximè, in quo minimè q ſatisfaciebat. ſic enim r commutatus eſt totus & ſcriptis meis quibusdam, quæ in manibus habebam, & aſſiduitate orationis & præceptis, ut tali animo in rempublicam, quali nos volumus, futurus ſit. hoc cùm mihi non modò confirmaſſet, ſed etiam perſuaſiſſet; egit mecum accuratè multis verbis, tibi ut ſponderem, ſe dignum & te & nobis futurum; neque ſe poſtulare, ut ſtatim crederes: ſed, cùm ipſe perſpexiſſes, tum ut ſe amares. quòd niſi fidem mihi feciſſet, judicaſſemque hoc, quod dico, firmum fore, non feciſſem id, quod dicturus ſum. duxi enim mecum adoleſcentem ad Brutum. ſic ei probatum eſt, quod ad te ſcribo, ut ipſe crediderit; me ſponſorem accipere noluerit: eumque laudans amiciſſimè mentionem tui fecerit, complexus oſculatusque dimiſerit. Quamobrem etſi magis eſt, quòd gratuler tibi, quàm quòd te rogem, tamen etiam rogo, ut, ſi quæ minùs antea propter infirmitatem ætatis conſtanter ab eo fieri videbantur, ea judices illum abjeciſſe; mihique credas, multum allaturam, vel plurimum potiùs, ad illius judicium confirmandum, auctoritatem tuam. 42 Bruto cùm ſæpe inje-

p *alii* quæ.

q putabam ſatisf. *alii.*

r communicatus *alii.*

42. *Bruto cum ſpem injeciſſem de ὁμοπλοΐᾳ, &c.*] Antiqui libri, *ſæpe:* ubi excuſi (*ſpem*) habent: veterem autem lectionem ſinceriorem judicamus. *Injicere* hic ſignificare videtur inter loquendum quædam breviter proferre, quæ deſiderium noſtrum ſi acutè, ut dicta ſunt, accipiantur, indicent; quemadmodum hoc verbum uſurpat Trebonius in epiſtola ad Ciceronem, ubi de Cicerone filio loquitur: *Qui cum mihi in ſermone injeciſſet ſe velle Aſiam viſere, non modo invitatus, ſed etiam rogatus eſt à me, ut id potiſſimum, nobis obtinentibus provinciam, faceret.* Miratur igitur Cicero, cum ſæpe in ſermone Bruto injeciſſet ſe cupere cum eo in Græciam navigare, illum non cupidè id arripuiſſe, nam ubi *accivere* antea legebatur, *arripere* emendavimus, autoritate veterum codicum adducti & verbi hujus elegantiâ, quod optime hic convenit: nam & æquum cenſebat pro ſua dignitate, ſe, quæ ſua voluntas eſſet, leniter admonere, & Brutum vix percepto ejus ſen-

 ſu

jeciſſem de ὁμοπλοίᾳ, non perinde, atque ego putaram, *arripere viſus eſt. exiſtimabam μετεωρότερον eſſe: & hercule erat, & maximè de ludis. at mihi, cùm ad villam rediſſem, Cn. Luccejus, qui multùm utitur Bruto, narravit, illum valde morari, non tergiverſantem, ſed exſpectantem, ſi qui fortè caſus. itaque dubito, an 43 Venuſiam tendam, & ibi exſpectem 44 de legionibus: ſi aberunt, ut quidam arbitrantur, Hydruntem: ſi neutrum erit ἀσφαλὲς, eodem revertar. jocari me putas? moriar, ſi quiſquam me tenet præter te. etenim circumſpice: ſed †ante erubeſco. 45 O dies in

* accipere *alii.*

P. B.

† antequam *alii.*

ſu non modo id facile pati, ſed etiam libenter & cupidè expetere debere, ſeque ejus navigationis ſocium offerre: Sic dictum eſt illud à Chærea in Eunucho, *Submonuit me Parmeno ibi ſervus, quod ego arripui.* Cicero de Orator. lib. II. *Magiſtrum autem, quem vellet eligeret: me quidem ſi audiret, L. Craſſum: quod iſte arripuit, & ita ſe facturum confirmavit.* Victor.

43. *Venuſiam.*] Ita poſitam, ut inde iter utroque dirigi commode poſſit, Brunduſium & Hydruntem. Strab. lib. VI. *Corrad.*

44. *De legionibus ſtatuerunt, ut quidam arbitrantur, &c.*] Corrupti hac parte erant omnes formis excuſi libri: nos ingenuam, ut putamus, lectionem auxilio vetuſtorum codicum reſtituimus: nam *de legionibus* partem putamus eſſe ſuperioris clauſulæ: ut, *& ibi*, id eſt Venuſiæ, *exſpectem nuntium de legionibus*, intelligamus: ſtatimque inferatur: *ſtatuerunt ipſa legiones (ut nonnullorum eſt opinio) Hydruntem ſcilicet proficiſcar: ſi neutrum erit ἀσφαλὲς*, id eſt, ſi nec Hydruntem petere, nec Venuſiæ manere periculo vacabit, eodem revertar. Legiones autem Brundiſii & circa ea loca adeſſe rumor increbuerat, quas omnino vitare propter quaſdam ſuſpiciones periculi volebat Cicero, quemadmodum ex multis locis colligitur: ut ex hoc, qui non multo antè eſt: *Iter illud Brundiſinum, de quo dubitabam, ſublatum videtur, legiones enim adventare dicuntur.* Quamvis autem aliquantulum contaminata ſit vetuſta etiam lectio, non tamen tales eam maculæ occuparunt, ut non facile elui poſſint. *Victor.*

45. *O dies in auſpiciis Lepidi lepidè deſcriptos.*] Ita Faërnus, auctore libro manuſcripto. LEPIDI auguratus in ejus denariis lituo ſigno expreſſus eſt. *Urſin.* *O dies in auſpiciis Lepidi lepidè deſcriptos.*] Faërnus, Lambinus & Boſius ex mſſ. reſtituerunt vocem, *lepide*, quæ à vulgatis aberat. *Cleric.* Duo hic obſervatione digna, quæ ad antiquam auſpiciorum rationem pertinent, unum, deſcriptos fuiſſe dies, quibus Augurum collegium dare operam auſpiciis oportebat, alterum Pont. Max. in auſpiciis Augurum collegio præfuiſſe, & Augurem abſentem auſpicantibus collegis adeſſe debuiſſe. Lætatur enim Cicero, qui & ipſe Augur erat, eam ſe cauſam nactum ad urbem mature redeundi, quòd Lepidus Pont. Max. de-

in auſpiciis Lepidi lepidè deſcriptos, & v aptè ad conſilium reditus noſtri. magna ῥοπὴ ad proficiſcendum tuis litteris. 46 atque utinam te illic! ſed ut conducere putabis. Nepotis epiſtolam exſpecto. 47 cupidus ille meorum? qui ea, quibus maximè γαυριῶ, legenda non putet? 48 & ais μετ' ἀμύμονα. tu verò ἀμύμων· ille quidem ἄμβροτος. Mearum epiſtolarum nulla eſt συναγωγή. ſed habet Tiro inſtar ſeptuaginta. & quidem ſunt à te quædam ſumendæ. eas ego, oportet, perſpiciam, corrigam. tum denique edentur.

v aptos alii.

P. CCLV.

EPISTOLA VI.

CICERO ATTICO S.

49 EGo adhuc (perveni enim 50 Vibonem ad Sicam) magis commodè quàm ſtrenuè navigavi: remis enim

deſcriptos habebat certos dies; quibus cum Augurum collegio auſpiciis vacare debebat. *Popma.*

46. *Atque utinam te illis.*] *Illic* habent veteres codices, quos ſecutus ſum: hæc enim recta eſt (ut opinor) lectio: ut *Illic*, id eſt Athenis, intelligas: ſpem enim ei proficiſcenti dederat Atticus, ſe ante, quàm illinc Cicero diſcederet, Athenas venturum: nam prius inquit, *Deinde tu jam, ut ſpero, & ut promittis, aderis: quod quidem ſi acciderit, omnia nobis erunt meliora.* Et non multo antè: *Mihique aut ſcribe, aut, quod multò malim, adfer ipſe.* Victor.

47. *Cupidius ille meorum.*] Legimus interrogantis geſtu, *cupidus ille meorum?* Græcam autem vocem, quæ diu deſiderata eſt, Germani primi reſtituêre: eandem incorruptam habent noſtri antiquiores libri: quare non dubitandum, quin recta hæc ſit lectio, ſignificatus ejus planus eſt & notiſſimus. *Idem.*

48. *Et aïs, μετ' ἀμύμονα.*] Scripſerat Atticus ad Ciceronem, Cornelium Nepotem teneri magno deſiderio ſcriptorum ipſius: ſimulque Nepotem commendans, dixerat eum eſſe μετ' ἀμύμονα, cum Ciceronem ipſum intelligeret, & ab eo ſecundum Cornelium faceret. Cicero hanc laudem a ſe modeſte amovens, ait Atticum ipſum eſſe ἀμύμονα, Cornelium vero ἄμβροτον, id eſt, divinum planè & immortalem. Reſpicit autem ad verſum illum Homericum ex Odyſ. H, quo, Ajacem laudans, ait eum formoſiſſimum omnium fuiſſe μετ' ἀμύμονα πηλείωνα. *P. Manut.*

49. *Ego adhuc videbo, &c.*] Poſtremam hanc vocem manuſcripti codices paulò antiquiores non habent: & ſanè ſuppleta eſt ab his, qui ſtructuram horum verborum non percipiebant. Quod ſi quæ κατὰ σταθμὸν legenda ſunt, notes, nihil hac lectione clarius & planius erit, intelligeſque dictionem illam *videbo* non ſolum

inanem

enim magnam partem: [51] prodromi nulli. illud ſatis opportunè: duo ſinus fuerunt, quos tramitti oportet, Fæſtanus & Vibonenſis: [52] utrumque pedibus æquis trans-

inanem & ſupervacaneam eſſe, verum etiam omnem horum verborum ſenſum conturbare. *Victor.*

50. *Vibonem ad Sicam.*] Contra veteres libros ſic reſtituit Manutius, cum legeretur, *& Sicam:* vulgati ſcribunt ubique, *Siccam, Sicca, Sicca &c.* Cleric.

51. *Prodromi nulli.*] Prodromi Eteſiarum flatus nulli fuerunt, qui proſequi trajicientes in Græciam hoc anni tempore ſolent. epiſtola quinta. Sunt autem Prodromi venti aquilones, qui exortum Caniculæ octo diebus antecedunt, & VI. Id. Jul. flare incipiunt: ideo ſic dicti a præcurrendo. Varro in Ephemeride vocat annuales quaſi præluſores, ut quidem nos reſtituimus. *Popma.*

52. *Utrumque pedibus equis.*] Docti viri vocem *equis* inducunt tanquam redundantem & ſuperfluam; cum tamen eam retineant omnes antiqui libri, & agnoſcat Macrobius libro ſexto Saturnal. capite quarto: etſi verba ejus corruptiſſime vulgo leguntur hoc modo: *Sed & Paſtanus & Vibonenſis ſic ait, pedibus equis transmiſimus:* quæ ita reſtituenda arbitror: *Sed & Paſtanum Vibonenſem Cicero ait pedibus equis transmiſimus.* Ut enim Virgilius & Lucretius dixerunt, *Curſu campos transmittere*, ita Cicero *pedibus equis* ſinus transmittere, quod eſt ſine navi pedeſtri & *equeſtri* itinere. Et eſt hic *pedibus equis ἀσύνδετον*, ut *equis viris* apud Livium, *Terra mari, factis dictis* apud Ciceronem. & ſimilia multa, quæ notavi libro ſecundo de Uſu antiquæ locutionis. *Popma.* Turnæſiani codicis omnium optimi ſcriptura *pedibus equis* haud dubie vera. Nam Lambinus qui illud *& equis* plane delet, eſt fruſtra. Vult Cicero ſe ſinibus, propter maris receſſum, ſiccis pedibus vice equorum uſum fuiſſe qua de re cum ad doctiſſimum virum Simeonem Boſium retuliſſem: is ante mortem bonis & doctis omnibus vehementer luctuoſam, nefario ſcelere a ſceleratiſſimis hominibus clam illatam, paucis diebus inter cetera hunc in modum reſcripſit: *Locum epiſtolarum ad Atticum relegi, & cum antiquis meis iterum contuli. nihil variant. nec mendi quicquam ſubeſſe puto.* nam equis pedibus, eſt quod *Græci ajunt πεζῇ σὺν ἵππῳ*, hoc eſt, *terreſtri itinere: cui opponitur κατὰ θάλασσαν. dictum eſt autem ἀσυνδέτως, ut illud alterum* equis viris. *Hinc Macrobii locus, quod tu recte judicas, emendandus.* L. Carrio I. Emend. 15. Mihi non diſplicebat *pedibus equis*, quod nonnulli libri præ ſe ferunt, ut lib. II. Æn. *paſſibus æquis.* Dauſquejus. *Pariare vela* dicuntur navigantes, qui paribus & æquatis velis ſecundo flatu curſum tenent. Virg. *Senſit & æquatis claſſem procedere velis.* Cùm enim æqualiter tenduntur dextra & ſiniſtra vela, tum proſpera navigatio eſt. æquatas quippe & ſecundas auras eſſe ſignum eſt. Unde apud eundem *æquatæ ſpirant auræ.* Auctor vetus apud Macrobium: *Paſtanum & Vibonenſem ſinum pedibus æquis tranſivimus*, id eſt, æquis velis, vel æqualiter tenſis. Catullus:

— ſive

tranſmiſimus. veni igitur ad Sicam octavo die è Pompejano, cùm unum diem Veliæ conſtitiſſem: 53 ubi quidem fui ſanè libenter apud Talnam noſtrum: nec potui accipi, illo abſente præſertim, liberaliùs. IX. kal. igitur ad Sicam. ibi tamquam domi meæ ſcilicet. itaque 54 obduxi poſterum diem. 55 ſed putabam, cùm Re-

——— *ſive utrumque Juppiter*
Simul ſecundus incidiſſet in pedem.

Pedes æqui ſunt & pares, cum utrumque ſimul ſecundus ventus incidit. Virgil.

Una omnes fecere pedem pariterque ſiniſtros
Nunc dextros ſolvère ſinus.

Ibi Servius: *id eſt, podium, hoc eſt, funem quo tenditur velum*, ita legendum non *podiam*. Nunc dextri, nunc ſiniſtri ſolvebantur velorum ſinus pro venti mutabilitate. Pedes proprie ſunt funes ad angulos velorum, quibus ea vertebantur. Hinc & pro velis. Hinc *æqui pedes* ſunt vela æqualiter tenſa, quod fiebat cum æquatè auræ velorum ſinus implebant. Salmaſ. Plin. Exerc. p. 568. Balliol. & Helmſt. æque ut tres codices: quos Malaſpina conſuluit, *Utrumque pedibus transivimus.* Facile concederem in ſententiam Malaſpinæ, niſi me moveret præſtantiſſimorum librorum auctoritas & Macrobii ætas, qua ſic lectum fuiſſe, ut nunc legitur, pate. Quî autem potuit fieri tantus receſſus maris, ut ſive pedibus, ſive equis Cicero potuerit ſinus illos ſatis patentes tramittere, præſertim in mari mediterraneo, ubi æſtus ſunt leves, ſubſcribo itaque Salmaſio legénti: *æquis pedibus.* Grævius.

53. *Ubi quidem fui ſane libenter apud Thalnam noſtrum.*] Magis placet, ut legatur, *Teſtam noſtrum*: quomodo video notatum in libro viri doctiſſimi. eſt autem *Teſta* Trebatii cognomen, qui Veliæ domum habebat, ad quam conſuluit Cicero divertere. *Urſin.*

54. *Obduxi poſterum diem.*] Nono Kalend. ſuperinduxi & addidi poſterum diem. Ducere diem, noctem, eſt trahere & inſumere. Obducere autem eſt longius & diutius ducere ac protrahere, ut Obmanere, diu manere, Feſtus, Propertius libro quarto Eleg. 6.

Sic noctem paterâ, ſic ducam carmine, donec
Injiciat radios in mea vina dies. Popma.

Sic *diem ducere, educere, deducere*, dixerunt eodem ſenſu veteres. vide Gronov. ad Senec. de Tranquillitate animæ cap. 3. *Grav.*

55. *Sed putabam, cum Rhegium veniſſem, fore, ut ſi, &c.*] Diu jacuit hæc ſententia; cum plura Græca verba deſiderarentur, ſine quibus imperfecta erat. ea primi Germani reſtituère ex veteribus codicibus: eandem autem nos lectionem in noſtris exemplaribus reperimus: ſunt autem verba Homeri ex Odyſſeæ III. libro, à Neſtore pronuntiata cum Telemacho loquente: Ὀψὲ δὲ δὴ μετὰ νῶϊ κίε ξανθὸς Μενέλαος, ἐν Λέσβῳ δ' ἔκιχε δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντας. Eſt autem tam varium Homeri poëma, quemadmodum omnes ſciunt, ut nihil ferè dici excogitarique poſſit, quod verbis ipſius exprimere non facile ſit ei, qui in ipſius lectione attentè ver-

Regium veniſſem, fore, ut illic, δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες, cogitaremus, corbitâne Patras, an actuariolis

56 ad

verſatus ſit: olim autem Romanis hominibus, nedum Græcis tam familiare & tritum, ut omnes ejus ſententias memoriâ tenerent, & cum uſus illis erat in ſermone proferrent, & ad omnem ſuum ſenſum patefaciendum accommodarent: quod tam planum eſt & unicuique notum, ut id confirmare non oporteat: ſiquidem in his epiſtolis & aliis etiam ſuis libris Cicero crebrò, tanquam proverbia & ſententias maxime ratas, teſtimonia ejus adducit, quod à pleriſque aliis ſcriptoribus etiam uſurpatum eſt: ut Suetonio: qui Homericis verſibus concepta mentis ſæpe exprompſiſſe Romanos Cæſares narrat. multis autem hoc locis facit, è quibus unum adducemus, qui depravatus eſt, nec patiemur, quamvis nunc aliud agamus, eum diutius inquinatum manere: eſt autem in Caligula, cum inquit: *Interdum cum Capitolino Jove ſecreto fabulabatur, modo inſuſurrans ac præbens invicem aures, modo clarius, nec ſine jurgiis, nam vox comminantis audita eſt,* ἢ μ' ἀνάειρε ἢ ἐγὼ σέ. Sic enim legendum eſt: non ut in cunctis excuſis codicibus ſcriptum eſt, εἰς αἶαν Δαναῶν περάσει. Hujus autem lectionis (ne aliquis hæc nos fingere fortaſſe exiſtimet) ea veſtigia ſuperſunt in vetere codice, qui eſt in Divi Marci bibliotheca, ut qui diligenter ea animadverterit, queat hanc agnoſcere & ex notis illis ingenuam eſſe judicare. Sed ut omnis dubitatio tollatur, Dion, de Caligula loquens, eandemque rem diligenter exponens, locum illum Homeri eum pronuntiaſſe tradit. hæc ipſius verba ſunt; Ταῖς τε βρονταῖς ἐκμηχανῆς τινὸς ἀντεβρόντα καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντήστραπτε καὶ ὁπότε κεραυνὸς καταπέσοι λίθον ἀντηκόντιζεν ἐπιλέγων ἐφ' ἑκάστῳ τὸ τοῦ Ὁμήρου, ἢ μ' ἀνάειρε ἢ ἐγὼ σέ. Ut autem eadem diligentia remedioque pluribus vulneribus medeamur, quamvis præter conſuetudinem noſtram longius evagemur, monemur corrigendum eſſe locum apud Senecam libro primo de Ira: ubi relicto inani ſpatio verba eadem deſiderantur: ſic enim legi debet: *Eloquentur aliquid, quod tu magni putes, ſicut C. Cæſar, qui iratus cœlo quòd obſtreperet pantomimis, quos imitabatur ſtudioſius quàm ſpectabat, quodque comeſſatio ſua fulminibus terreretur prorſus parum certis: ad pugnam vocavit Jovem: & quidem ſine intermiſſione Homericum illum exclamans verſum:* ἢ μ' ἀνάειρε ἢ ἐγὼ σέ. *quanta dementia fuit? putavit aut ſibi noceri ne à Jove quidem poſſe: aut ſe nocere etiam Jovi poſſe.* ſunt autem λ. ψ. pronuntiata ab Ajace, Telamonis filio, cùm deſcendiſſet in certamen cum Ulyſſe, in ludis quos Achilles in Patrocli inferiis faciebat. Cùm enim inter eos diu certatum eſſet: ad neutrumque victoria inclinaret, eaque res jam Achivis tædium adferret, impatiens moræ Ajax furoriſque plenus, ut id citò certamen finem haberet, ita Ulyſſem allocutus eſt: Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ ἢ μ' ἀνάειρε ἢ ἐγὼ σὲ τὰ δ' αὖ Διὶ πάντα μελήσει. Eſſe autem hunc unum ex Homeri verſibus, qui tanquam proverbia in ore omnium verſari ſoliti eſſent, declaratur etiam ex epiſtola quadam Philoſtrati, in qua hæc verba ſunt; Εἰς δὲ θυσίαν ὑπήχθη πυρὰν ἧς ἔργα θυ-

ραν-

56 ad Leucopetram Tarentinorum, x aſt inde Corcyram: &, ſi oneraria, ſtatimne freto, an Syracuſis. hac ſuper re ſcribam ad te Regio. Mehercule, mi Attice, ſæpe mecum, ἢ δεῦρ' ὁδὸς σοι τί δύναται· cur ego tecum non ſum? cur, ocellos Italiæ, villulas meas non video? ſed id ſatis ſuperque. 57 tecum me non eſſe? quid fugientem? periculumne? y id nunc quidem, niſi fallor, nullum eſt. ad ipſum enim revocat me auctoritas tua. ſcribis enim in cælum ferri profectionem meam, ſed ita, ſi ante kal. Jan. redeam: quod quidem certè enitar. malo enim vel cum timore domi eſſe quàm ſine timore Athenis tuis. ſed tamen proſpice, quò iſta vergant; mihique aut ſcribe, aut, quod multò malim, affer ipſe. hæc hactenus. Illud velim in bonam partem accipias, me agere tecum, quod tibi majori curæ ſciam eſſe quàm ipſi mihi. nomina mea, per deos, expedi, exſolve: bella z reliqua reliqui. ſed opus eſt diligentia, coheredibus pro Cluviano kal. Sext. perſolutum ut ſit. cum Publilio quo modo agendum ſit videbis. non debet urgere, quoniam jure non utimur, ſed tamen ei quoque ſatisfieri planè volo. Terentiæ verò, quid ego dicam? etiam ante diem, ſi potes, quin, ſi, ut ſpero, celeriter in Epirum; hoc, quod 58 ſatisdato debeo, peto à te, ut ante provideas plane-

x atque *Lamb.* ac *Brut.*

y Ad id *J. F. Gron.*

P. B.

z *ita MSS. alii non habent* reliqua.

ναυτικὰ καὶ χαμαικοιτίαι καὶ ἡ πρὸς θάλπος καὶ χειμῶνα ἀντίταξις καὶ ἤ μ' ἀνάπειρε ἢ ἐγώ σε. *Victor.*

56. *Ad Leucopetram in Tarentinorum, atque.*] Sic lego ex conjectura. Nam *Leucopetra* Rhegini agri, non Tarentini eſt: quod ipſe Tullius aperte dixit Philippica 1. *Junius.* Exiſtimo legendum *Leucopetram an Tarentinorum*, ut ſit triplex curſus navigationis, aut corbita ſive oneraria nave Patras in Achaia, aut actuaria & minutis navigiis ad Leucopetram promontorium agri Rhegini, aut ad Tarentinorum urbes portusque, quibus in Græciam breviſſimus eſt trajectus, ut Otronte, Brundiſio, Plinius libro tertio. *Popma.* Pro Tarentinorum legendum eſſe Rheginorum ex epiſtola ſequente & Philippica prima·Cluverius quoque oſtendit in Italia vetere. Leucopetra Rheginorum vocatur Salluſtio promontorium Brutium, hodie *Capo dell' Armi.* Grævius.

57. *Tecum me non eſſe? quid fugientem? periculumne? id nunc quidem.*] Præſcribentibus Tornæſ. & Cruſell. ita ediderunt Lamb. & Boſius: vulgò, *tecum me non eſſe fugientem periculum. Nec id nunc quidem.* adeatur & Turnebus d. cap. 29. *Cleric.*

58. *Satisdato debeo.*] *Satisdato* adverbialiter, ut *Teſtatò.* inde *Satisdatò debere, ſolvere, promittere*, id eſt, datis fidejuſſoribus. epiſtola

a *alii* &.

neque expedias & ſolutum relinquas. ſed de his ſatis; metuoque, ne tu nimium putes. nunc negligentiam meam cognoſce. De Gloria librum ad te miſi: [a] at in eo procemium id eſt, quod in Academico tertio. id evenit ob eam rem, quòd habeo volumen procemiorum. ex eo eligere ſoleo, cùm aliquod σύγγραμμα inſtitui. itaque jam in Tuſculano, qui non meminiſſem me abuſum iſto procemio, conjeci id in eum librum, quem tibi miſi. cùm autem in navi legerem Academicos, agnovi erratum meum. itaque ſtatim novum procemium exaravi; tibi miſi. tu illud deſecabis, hoc agglutinabis. Piliæ ſalutem dices & Atticæ, deliciis atque amoribus meis.

EPISTOLA VII.

CICERO ATTICO S.

b ab auſtro *MSS. Grav.*

P. CCLVI.

c *alii* quidem *malè.*

d *alii* Bruto Caſſio.

OCTAVO id. Sext. cùm à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) ſtadia circiter ccc. proceſſiſſem, rejectus ſum [b] auſtro vehementi ad eandem Leucopetram. ibi cùm ventum exſpectarem (erat enim villa Valerii noſtri, ut familiariter eſſem & libenter) Regini [c] quidam, illuſtres homines, eò venerunt, Româ ſanè recentes: in iis Bruti noſtri hoſpes, qui Brutum Neapoli reliquiſſet. hæc afferebant, 59 edictum Bruti & Caſſii; & fore frequentem ſenatum kal. à [d] Bruto & Caſſio litteras miſſas ad conſulares & prætorios; ut adeſſent, rogare. ſummam ſpem nuntiabant, fore, ut Antonius cederet, res conveniret, noſtri Romam redirent. addebant etiam, 60 me deſiderari, ſubaccuſari. quæ cùm audiſſem, ſine ulla dubitatione abjeci conſilium profectionis,

ſtola quinta decima, Juriſc. tit. De fideicom. *Papma.* Imo ſatisdato debet, qui pro alio cavit idonea cautione. Videtur intelligere Montani nomen, pro quo ſe ſoluturum ſpoponderat ep. 15. h. l. *J. F. Gronov.*

59. *Edictum Bruti & Caſſii.*] Quod plenum æquitatis videbatur. Philip. 1. quòd eo Prætores aliquid a Cos. poſtularent ep. 3. lib. xi. Fam. teſtarenturque libenter ſe vel in perpetuo exilio victuros, dum Reip. concordia conſtaret. Paterc. & ſi diverſum hoc videri poteſt ab eo, de quo alibi retulimus. *Corrad.*

60. *Me deſiderari & ſubaccuſari.*] Ita eſt in manuſcripto. & paullo poſt, *Etenim quamvis non fueris ſuaſor*, pro *etſi, quamvis.* *Urſin.*

61. Qui

ctionis, quo mehercule ne antea quidem delectabar. lectis verò tuis litteris admiratus equidem ſum, te tam vehementer ſententiam commutaſſe; ſed, non ſine cauſa, arbitrabar. etſi, quamvis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certè fuiſti, dummodo kal. Jan. Romæ eſſem. ita fiebat, ut, dum minus periculi videretur, abeſſem, in flammam ipſam venirem. ſed hæc, etiam ſi non prudenter, tamen ἀνεμέσητα ſunt; primum, quòd de mea ſententia acta ſunt; deinde, etiam ſi te auctore, quid debet, qui conſilium dat, præſtare præter fidem? Illud admirari ſatis non potui, quòd ſcripſiſti his verbis: *veni igitur tu,* [61] *qui εὐθανασίαν· veni; relinques patriam?* An ego relinquebam, [62] aut tibi tum relinquere videbar? tu id non modò non prohibebas, verùm etiam approbabas. graviora, quæ reſtant. *Velim σχόλιον aliquod elimes ad me: oportuiſſe te iſtuc facere.* Itane, mi Attice, de-

61. *Qui εὐθανασίαν bene relinquis patriam.*] Neſcio an in his Attici verbis mendum aliquod ineſſe dicam, ſive potius ipſa ſcrupuli aliquantulum habere, quia totum locum non adducat Cicero: idque obſcuritatem hanc procreet. nam certè nonnihil ſubeſt, quod non parum moleſtum eſt & ſententiam perturbat: nec enim mirum videri deberet, ſi ex paucis verbis ex aliqua epiſtola citatis, cum ea, quæ antecedebant, aut conſequebantur ignota ſint, integer ſenſus non colligeretur. Alii, mendoſum locum prorſus eſſe putantes, corrigere conati ſunt. Cum his igitur anguſtiis premeremur, tutius viſum eſt antiquam lectionem reddere & exſcribere. quare, pro *relinques*, *relinque* legimus, ne à vetuſtorum codicum fide in re dubia diſcederemus. cum enim vulgata etiam lectio ſuſpecta ſit & incerta, cur non ad illorum potius autoritatem confugiamus, quàm recentem & eam parum firmam lectionem tueamur? ſed aliud etiam in proximis verbis Ciceronis diverſum eſt ab impreſſis in iiſdem codicibus, quod tamen omiſimus, ne veterem quoque lectionem cogeremur corrigere: nam, niſi eam adjuves, prorſus inepta eſt & falſa. ubi enim *prohibebas* alii habent, in illis *jubebas* eſt: quod ſi velles è duabus poſteriorem negationem tollere, fortaſſe non malè faceres. Eſt enim quando aliqua quempiam agere jubemus hortamurque, quæ non probamus: ſed illi, periculi & incommodi alicujus vitandi cauſâ, ut ea faciat, autores ſumus. *Victor.* Lectionis iſtius *veni igitur qui εὐθανασίαν, veni* auctor eſt Victorius, uti conſtat ex ejus editione poſteriore, quam & in libro vetere reperiſſe ſe monuit Lambinus in margine. *Græv.*

62. *Aut tibi tum relinquere videbar.*] Vetus liber, *aut tibi cum relinquere.* Urſin.

defenſione eget meum factum, præſertim apud te, qui id mirabiliter approbaſti? ego verò iſtum ἀπολογισμὸν συντάξομαι, ſed ad eorum aliquem, quibus invitis & diſſuadentibus profectus ſum: etſi quid jam opus eſt σχολίῳ; ſi perſeveraſſem, opus fuiſſet. at hoc ipſum non conſtanter. nemo doctus umquam (multa autem de P. R. hoc genere ſcripta ſunt) mutationem conſilii inconſtantiam dixit eſſe. deinceps igitur hæc. [63] *Nam ſi à Phadro noſtro, expedita excuſatio eſſet. nunc quid reſpondemus?* Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non poſſim, flagitii ſcilicet plenum & dedecoris. utinam à primo ita tibi eſſet viſum? tu mihi, ſicut eſſe ſoles, fuiſſes Cato. Extremum illud vel moleſtiſſimum; *Nam Brutus noſter ſilet*: hoc eſt, non audet hominem id ætatis monere. aliud nihil habeo, quod ex iis à te verbis ſignificari putem: & hercule ita eſt. Nam XVI. kal. Sept. cùm veniſſem Veliam, Brutus audivit. erat enim cum ſuis navibus [64] apud Heletem fluvium [e] citra Veliam millia paſſuum III. pedibus ad me ſtatim. dii immortales, quàm valde ille reditu, [65] vel potiùs reverſione mea lætatus? effudit illa omnia, quæ tacuerat; ut recordarer illud tuum, *Nam Brutus noſter ſilet.* maximè autem dolebat, me kal. Sext. in ſe-

e circa *MSS.*

63. *Nam ſi à Phadro noſtro expedita excuſatio eſſet.*] Manuſcriptus habet, *expedita eſſet, excuſatio eſſet.* Urſin. *Si à Phadro noſter.*] Si hoc fieret à Phædro noſtro, facilis illi excuſatio eſſet. ſic enim reſponderet: Ego de honeſto nihil cogito, dolorem fugio, ſummum bonum in voluptate pono. nunc quid tu reſpondebis, O Cicero, qui non, ut Phædrus, Epicuream ſectam, ſed illam Socraticam, quæ virtutem & officium colit, es ſecutus? De Phædro epiſt. I. lib. XIII. Fam. & alibi. *P. Manut.*

64. *Apud Heletem fretum.*] *Fluvium* legendum eſt: cujus quidem lectionis non parva veſtigia ſunt in probatiore noſtro exemplari. *Heletem* autem fluvium eſſe notiſſimum eſt: cujus etiam in quadam ad Trebatium epiſtola his verbis mentionem facit: *Neque Heletem nobilem amnem deſeres.* Victor. Junius tamen ait legendum eſſe, *fretum*. ex duobus Mſſ. Palat. Ceterùm pro; *Heletem*, vulgò legitur, *Haletem.* Cleric.

65. *Vel potius reverſione.*] Neceſſitas indicatur. nam reditus tantum voluntatis eſt. Reverſione igitur, quia, cum proceſſiſſet, ab Auſtro retro verſus eſt. Fam. lib. XII. epiſt. 25. *In Græciam*, inquit, *deſperata libertate, rapiebar; cum me Eteſiæ, quaſi boni cives, relinquentem patriam proſequi noluerunt; Auſterque adverſus maximo flatu me Rhegium retulit.* & Philip. *P. Manut.*

66. *De-*

ſenatu non fuiſſe. Piſonem ferebat in cælum: ſe autem lætari, quòd effugiſſem duas maximas vituperationes; unam, quam itinere faciendo me intelligebam ſuſcipere, [66] deſperationis ac relictionis reipublicæ [67] (flentes mecum vulgò querebantur, quibus de meo celeri reditu non probabam) alteram, de qua Brutus & qui unà erant (multi autem erant) lætabantur, [68] quod eam vituperationem effugiſſem, me exiſtimari ad Olympi-

66. *Deſperationis ac religionis reip.*] Non ipſi primi depravatum hunc locum eſſe cenſuimus: ſiquidem ajunt Beroaldum doctum virum *relictionis reip.* ſolitum legere: nos magis vitium & maculam aliquam ſubeſſe adfirmare audemus, quàm quomodo caſtigari & elui poſſit proferre: tam novum enim auribus meis hoc nomen eſt, ut id temerè recipere & probare hæream. in antiquioribus exemplaribus eadem ferè lectio eſt, unâ tantum literâ immutatâ: *religionis* in illis legitur. non multum diſſimilis emendatio eſſet, ſi *rejectionis* legeres: nec magis à priſca ſcriptura declinaretur, ſi quemadmodum *Capeſſere remp.* ita etiam *Rejicere remp.* Cicero aliàs dixiſſet, id eſt, abjicere curam reipub. & totum ſe ab ejus adminiſtratione removere. Videndum etiam accuratius, an in verbo illo, quod ſequitur *flentes*, mendum ſit, ut puto: cogitandumque attentius eſt an *euntes* caſtigari debeat. Hac quoque parte vetuſtiores codices nihilo recentibus excuſiſque ſinceriores ſunt: quamvis ab illis deſtituti ſilere ſoleamus: tamen hic iterum quid in mentem incidiſſet, cùm hæc commentaremur, proferre non veriti ſumus. *Victor.* *Relictionis reip.*] Antiqui libri, *Religionis*; ego tamen, *Relictionis*, probavi, ex correctione Beroaldi: non ſolum, quòd parva mutatione ſententia reſtituitur ſane quàm apta & cum verbo antecedenti optime conſentiens: verum etiam, quod accuſatione III. in Verrem, ubi in vulgatis libris legitur, *Illam rejectionem proditionemque conſulis ſui.* Maffæi ſcriptus habet: *Relictionem proditionemque.* P. Manut. *Ac relictionis reip.*] Ita reſtituit Beroaldus, cui adſtipulatur Manutius: Victorius ſequi non audet, monetque quis videat an legi poſſit, *rejectionis reip.* vulgò *religionis.* Cleric.

67. *Flentes mecum.*] Repoſui veterem ſcripturam, quæ in omnibus membranis reperitur. *euntes* conjectura eſt Victorii, quam ipſe non auſus fuit recipere, recepit tamen eam contra librorum omnium fidem Boſius. ſenſus autem eſt, qui me, cum diſcederem navem conſcenſurus, deducebant, flentes querebantur me relinquere rempublicam, nec credebant me tam celeriter rediturum eſſe Kalendis Januarii, quod ego præ me ferebam. *Grævius.*

68. *Quod eam vituperationem effugiſſem.*] Huc arbitror ex interpretatione alicujus hæc verba irrepſiſſe. Nam cum illa dixerit: ſe autem lætari, quòd effugiſſet duas maximas vituperationes, unam deſperationis & relictionis Reip. alteram addens, non neceſſe habuit eadem inculcare, & quidem parum conſequenter ad dicendi rationem, quæ ſatis explicate intelligeretur. His ergo ſublatis

&

Olympia. hoc verò nihil turpius, quovis reipublicæ tempore: ſed hoc, *ἀναπολόγητον*. ego verò auſtro gratias [f] miras, qui me à tanta infamia averterit. Reverſionis has ſpecioſas cauſas habes, juſtas illas quidem & magnas: ſed nulla juſtior, quàm quòd tu idem aliis litteris: [69] *provide, ſi cui* [g] *quod debetur, ut ſit unde par pari reſpondeatur. Mirifica enim δυσχρηστία eſt propter metum armorum.* in freto medio hanc epiſtolam legi, ut, quid poſſem providere, in mentem mihi non veniret, niſi [h] ut præſens me ipſe defenderem. Sed hæc hactenus. reliqua coram. Antonii edictum legi à Bruto, & horum contrà, ſcriptum præclarè. ſed quid iſta edicta valeant, aut quò ſpectent, planè non video: nec ego nunc, ut Brutus cenſebat, iſtuc ad rempublicam capeſſendam venio. quid enim fieri poteſt? num quis Piſoni eſt aſſenſus? num rediit ipſe poſtridie? ſed abeſſe hanc ætatem longe à ſepulcro negant oportere. Sed obſecro te, quid eſt quod audivi de Bruto? [70] Piliam *πειράζεσθαι παραλύσει*, te ſcripſiſſe ajebat. valde ſum commotus: etſi idem, te ſcribere, ſperare melius. ita planè velim. [i] ei dicas plurimam ſalutem & ſuaviſſimæ Atticæ. Hæc ſcripſi navigans, cùm Pompejanum accederem, XIIII. kal.

f miras ago *alii.*
g alii *quid.*
P. CCLVII.
h quod *alii.*
i ei *deeſt in aliis.*

EPI-

& ſententia plana, & verba conſequentia in primis fuerint: *Alteram, me exiſtimari ad Olympia.* Malaſp.

69. *Provides, ſi cui quid debetur.*] *Provide* legi debere putavi, eſſeque hunc locum ex epiſtola Attici iiſdem verbis repetitum. Quare majoribus eum litteris, ut neminem amplius fallat, ſcripſi. Atticus enim erat, qui Ciceroni famam ſuam commendabat. cùm enim Romæ eſſet, quæ parandæ conficiendæque pecuniæ difficultas eſſet videbat: ut diligenter jubeat illum providere, ut cum dies pecuniæ ſolvendæ venerit, ſit unde par pari reſpondeatur. Qui autem accuratius quæ inferuntur verba attenderit, perſpiciet, ea, quæ Attici eſſe dico, à Cicerone prolata eſſe non poſſe: maxime cum conſiderabit, verbis etiam quibusdam, nedum ſententiæ ipſi reſpondere: ut cum inquit: *Ut quid poſſem providere in mentem mihi non veniret:* ita enim primo hujus clauſulæ verbo reſpondet. *Victor.*

70. *Piliam πειράζεσθαι παραλύσει.*] Nonnulli, quamvis non ſolum vetuſti, ſed etiam novi excuſique codices ita ſcriptum rectè haberent, hunc tamen locum depravarunt: ex nomineque, quod dandi caſu à priore verbo regebatur, verbum infiniti temporis effecerunt: ſtultiſſiméque *tentare diſſolvere* interpretati ſunt, cum *πειράζεσθαι* hìc, quo ſignificatu ſæpe Latini elegantiſſimi autores *tentari* capiunt, acceptum ſit: hi ſunt Lucretius, Horatius,

Ci-

EPISTOLA VIII.

CICERO ATTICO S.

CUm ſciam, quo die venturus ſim, faciam, ut ſcias. impedimenta exſpectanda ſunt, [71] quæ Anagniâ veniunt: & familia ægra eſt. [72] Kal. veſperi litteræ mihi ab [k] Octaviano. magna molitur. veteranos, [73] quiqui Caſilini & Calatiæ ſunt, perduxit ad ſuam ſententiam: nec mirum: [74] quingenos denarios dat: cogitat reliquas colonias obire. planè hoc ſpectat, ut ſe duce bellum geratur cum Antonio. itaque video paucis diebus nos in armis fore. quem autem ſequamur? vide nomen: vide ætatem: atque à me poſtulat, primùm ut

[k] *alii* Oct. redditæ ſunt.

Cicero multis locis, necnon Cæſar lib. III. de Bellis Civilibus, qui ſic inquit: *Et Gravis autumnus in Apulia circumque Brundiſium ex ſaluberrimis Gallia & Hiſpania regionibus omnem exercitum valetudine tentaverat.* Sed & Græci quoque eodem ſignificatu Græco hoc ipſo verbo utuntur. Strabo lib. XVI. Πειραζομένης δὲ τῆς στρατιᾶς ἐπιχωρίοις πάθεσιν, *&c.* Victor.

71. *Quæ Anagniâ veniunt.*] Ex Anagnino ep. I. lib. XII. al. *Ananiâ*, unde placeret legere, *Appiâ viâ*, quæ venientibus e Græcia offertur plauſtris commodior, ut inquit Strab. lib. VI. ep. ſeq. & Anagnia devia eſt. Philip. II. niſi pars hæc primæ epiſtolæ ad ſuperiorem pertineat. *Corrad. Quæ Anagniâ veniunt.*] *Quæ inania veniunt* eſt in antiquo. *Urſinus.*

72. *Kal.*] Quas Kal. ſignificet, niſi forte Novemb. dicere non poſſumus. nam neque Sext. qui Syracuſas venit ep. ſup. neque Septemb. quibus Cicero Romæ fuit, & poſtridie in Senatum venit. Philip. V. ſignificare poteſt: ac ne Octob. quidem, quum Antonius hic jam ad legiones veniſſet, epiſtola vero 23. lib. XII. Fam. Brunduſium ad VII. Id. Octob. profectus dicatur. *Corrad.*

73. *Quiqui Caſilini.*] Vulg. *quique Caſili.* quod & ejiciendum putabat literis ad Gruterum Dauſquejus, ſubſtituto altero. *Cleric.*

74. *Quingentos denarios dat.*] Melius, *quingenos*, ut habent manuſcripti codices. Quod autem hic Cicero denarios, Dion, cum hanc rem lib. XLIV. narraret, drachmas dixit; ita enim inquit: Ὁ Καῖσαρ τοῦ Ἀντωνίου δὲ ἐς τὸ Βρεντήσιον πρὸς τοὺς στρατιώτας τοὺς ἐκ τῆς Μακεδονίας περαιωθέντας ἀφορμήσαντος ἐκεῖσε μεν ἑτέρους τινὰς μετὰ χρημάτων ὅπως σφᾶς σφετερίσωσι προαπέστειλεν, αὐτὸς δὲ μέχρι Καμπανίας ἐλθὼν πλῆθος ἀνδρῶν ἐκ τῆς Καπύης μάλιστα ἅτε καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ᾧ τιμωρεῖν ἔλεγε τήνδε χώραν καὶ τὴν πόλιν εἰληφότων ἤθροισεν ὑπισχνεῖτό τε σφίσι πολλὰ καὶ ἐδωκεν εὐθὺς τότε κατὰ πεντακοσίας δραχμάς. *Victor.*

ut clam colloquatur mecum, vel Capuæ, 75 vel non longè à Capua. puerile hoc quidem, ſi id putat clam fieri poſſe. [l] docui per litteras, id nec opus eſſe, nec fieri poſſe. miſit ad me Cæcinam quendam [m] Volaterranum, familiarem ſuum, qui [n] hæc pertulit, Antonium cum legione Alaudarum ad urbem pergere, pecunias municipiis imperare, 76 legionem ſub ſignis ducere. conſultabat, utrùm Romam cum CIↃ CIↃ CIↃ. veteranorum proficiſceretur, an Capuam teneret & Antonium venientem excluderet; an iret ad tres legiones Macedonicas, quæ iter ſecundùm mare ſuperum faciunt, quas ſperat ſuas eſſe. eæ congiarium ab Antonio accipere noluerunt, ut hic quidem narrat, & ei convicium [o] grave fecerunt concionantemque reliquerunt. quid quæris? ducem ſe profitetur, nec nos ſibi putat deeſſe oportere. equidem ſuaſi, ut Romam pergeret. videtur enim mihi & plebeculam urbanam, &, ſi fidem fecerit, etiam bonos viros ſecum habiturus. ô Brute, ubi es? quantam εὐκαιρίαν amittis? non equidem hoc divinavi, ſed aliquid tale putavi fore. Nunc tuum conſilium exquiro. Romamne venio, an hic maneo, 77 an Arpinum (ἀσφάλειαν habet is locus) 78 fu-

l docui literis *alii.*
P. B.
m Volturrenum *alii.*
n hoc *alii.*
o grande *alii.*

75. *Vel non longè à Capua.*] Verba hæc ex Tornæſ. & Cruſell. reſtituit Boſius, quæ à vulgatis aberant. *Cleric.*

76. *Legionem ſub ſignis ducere.*] In omnibus libris, & impreſſis & ſcriptis, *Legionem ſuis ſignis ducere.* nos ex obſervatione latinarum locutionum, quarum genera in uſum noſtrum notare conſuevimus, & hic & alibi mendum deprehendimus. *legiones enim ſub* ſignis ducere, & *ſub ſignis habere*, uſitatâ figurâ veteres dicebant. Lucretius lib. V.

At non multa virûm ſub ſignis millia ducta
Una dies dabat exitio.

Plancus, Fam. ep. 8. lib. X. *Legiones habeo quinque ſub ſignis.* & Aſinius, eodem libro: *Legiones ſub ſignis armatas tres.* & Livius lib. III. *Sub ſignis urbem intravere.* & lib. VIII. *Sub ſignis alii XV. ordines locabantur.* P. Manut.

77. *An Arpinum (ἀσφάλειαν habet is locus) fugiam? Romam; ne deſideremur.*] Vulg. *ἀσφάλειαν habet is locus? fugiam Romam* &c. quod Victorius corruptum agnoſcit, ſed remedium adhibere ſe non poſſe fatetur; verùm admonet veteres codices pro, *fugiam*, habere, *fugam*, quod etiam monuit Manutius. Lambinus. *ἀσφάλειαν habet hic locus, cupio Romam*; vel, *ἀσφ. h. h. l. fuga an Romam ne.* Cleric.

78. Fu-

78 fugiam? Romam; ne deſideremur, ſi quid actum videbitur. p hoc igitur explica. numquam in majore *ἀπορίᾳ* fui. p hæc MSS.

EPISTOLA IX.

CICERO ATTICO S.

BINA q uno die mihi litteræ ab r Octavio: nunc quidem, ut Romam ſtatim veniam: velle ſe rem agere per ſenatum: cui ego, non poſſe ſenatum ante kal. Jan. quod quidem ita credo. ille autem addit, *conſilio tuo.* quid multa? ille urget: 79 ego autem *σκήπτομαι.* non

q in die MS.

r Octaviano alii.

78. *Fugiam Romam, ne deſideremur.*] Non poſſum me continere, quin ſuſpicionem meam narrem. valde enim timeo ne in his verbis aliquid mendi lateat, quam enim *fugiam Romam* vim habere poſſit non video, aut qui locus fugæ Roma illi eſſe potuerit, præcipuè cum inferat, *Ne deſideremur.* quis enim ſic loqueretur, nedum Latini ſermonis parens potius quàm optimus auctor? Eſt omnino neſcio quid quod me lædit perturbatque: id autem magis cogitare quàm exponere & pronuntiare poſſum. In veteribus codicibus parum omninò diſcriminis, ſed tamen nonnihil eſt: *fugam* enim, ubi reliqui *fugiam*, habent. id quamvis magis corruptum eſſe videatur, tamen adnotare debui, ſic unde lux, quæ tenebras has pelleret, effulgere poſſit. *Victor.* *Fugiam Romam.*] Mihi dubium non eſt, quin tale quippiam ſignificare voluerit, quale proximis litteris extremis Atticum conſulit, nimirum, propiusne accedat: ut ita hic tria quærantur ab illo, quemadmodum & ibi. Romamne veniat, an Arpini maneat, an propius Romam accedat. Atque hoc tertium deſiderari illa manifeſte docent: *Ne deſideremur, ſiquid actum videbitur.* Volebat enim eſſe in propinquis locis, velut in ſpecula, ut ſiqua ſpes oblata eſſet recuperandæ Reip. ſtatim poſſet accurrere: ne, ſi longius eſſet arceſſendus, rei bene gerendæ occaſionem amitteret. Nam infra: *Timeo* (inquit) *ne abſim, cum adeſſe me ſit honeſtius.* Atque hanc quidem tertiam quæſtionis partem non tam deeſſe arbitror quàm eſſe mendis obſcuratam. Quo modo autem reſtitui poſſit, veterum librorum ope deſtituti, divinare non poſſumus. Nam ſi *An prope Romam* emendemus, nimium receſſerimus a ſcriptura; inutile tamen non fuerit, aditum aliquem ingenioſioribus oſtendiſſe. Veteres quidem libri, *Fugiam Romam*, fere habent. *Malaſp.*

79. *Ego autem σκίπτομαι*] Malim *σκήπτομαι*, quod eſt, ut diximus, *προφασίζομαι*, noſtris Tergiverſor, Cunctor & Defugio. Cunctationis autem cauſſas adjungit, quod ætati non confideret animumque ignoraret. *σκίπτομαι* quidem, & ſi eſt non alienum, frigidum tamen eſt. *Idem.*

non confido ætati. ignoro, quo animo : nil ſine Panſa tuo volo. vereor, ne valeat Antonius : nec à mari diſcedere libet: & metuo, ne [s] quæ ἀριστεία me abſente. Varroni quidem diſplicet conſilium pueri; mihi non. [t] firmas copias habet: Brutum habere poteſt: & rem gerit palàm : [80] centuriat Capuæ; dinumerat. jam jamque video bellum. ad hæc reſcribe. [81] Tabellarium meum kalend. Româ profectum, ſine tuis litteris, miror.

s qua *alii.*
t ſi firmas *MS.*

Pag. CCLVIII.

EPISTOLA X.

CICERO ATTICO S.

[82] SEXTO kalend. veni ad me in Sinueſſanum. eodem die vulgò loquebantur, Antonium manſurum eſſe Caſilini. itaque mutavi conſilium. ſtatueram enim rectà Appiâ Romam. facilè me ille eſſet aſſecutus. ajunt enim eum [83] Cæſarina uti celeritate. verti igitur me à Min-

80. *Centurias Capua dinumerat.*] Longè diverſius & melius antiqui codices habent, *Centuriat Capua : dinumerat. Centuriare* enim eſt milites in centurias dividere. diſtribuebat enim Campanos colonos in centurias : iiſque pecunias dinumerabat. Hoc & alibi verbo utitur: *Ego, cum homines in tribunali Aurelio palàm conſcribi centuriarique vidiſſem, &c.* Victor.

81. *Tabellarium meum.*] Hoc vulgo principium alîus epiſtolæ. *Cleric.*

82. VI. *Arpinum veni: ad* IIII. *in Sinueſſanum.*] Antiqua lectio valde diverſa, quam tamen non recepimus, quia aliquantulum inquinata eſt: nec tamen eam penitus damnamus: nam utra ſincerior ſit judicari vix poteſt. Vocis illius *Arpinum* in ea veſtigium nullum : ita enim eſt, VI. *veni ad me in Sinueſſanum.* quod ſi pro, *veni*, *venit* legeretur, ut cum ſuperiore clauſula connecti poſſet, de tabellarioque ſermo adhuc eſſet, fortaſſe non peccaretur. certe vetuſtiori ſcripturæ magis propinqua hæc caſtigatio eſſet, & fortaſſe ſententiæ non minus congruens. *Victor.* VI. *Kal. veni ad me in Sinueſſanum.*] Victorius & Manutius pridem monuerunt ita legi in mſſ. niſi quod vocis, *Kal.* non meminerunt, quam Boſius in ſuis repertam hic reſtituit. *Cleric. Veni ad me.*] Ad me, ad ſe eſt domum, villam meam, ſuam, ut contra *a me*, e domo mea ep. 33. lib. V. *Ad ſe tamen clam venturum.* Pro Milone: *Divertit Clodius ad ſe in Albanum.* Popma.

83. *Cæſariana uti celeritate.*] Octavii Pantagathi liber, *Cæſarina.* quod ille probat, a quo mihi diſſentire difficile eſt. Et profecto in *anus* ea tantum nomina videntur declinare, quorum poſitio in

jus

Minturnis Arpinum verſus. conſtitueram, [v] ut II. idus aut Aquini manerem, aut in Arcano. nunc, mi Attice, tota mente incumbe in hanc curam. magna enim res eſt. tria ſunt autem, maneamne Arpini, an propiùs accedam, an veniam Romam. quod cenſueris faciam. ſed quamprimùm: avide exſpecto tuas litteras. VI. idus manè [84] in Sinueſſano.

v pridie idus MSS.

EPISTOLA XI.

CICERO ATTICO S.

NONIS accepi à te duas epiſtolas: quarum alteram kal. dederas, alteram pridie. igitur prius ad ſuperiorem. Noſtrum opus tibi probari lætor: [85] ex quo ἄνθη ipſa poſuiſti, quæ mihi [x] florentiora ſunt viſa tuo judicio. cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam. De Sica ita eſt ut ſcribis. [86] aſt ægre me tenui.

x florentia MS.

jus deſinit: cujuſmodi ſunt Octavius, Julius, Tullius & generis ejusdem, a quibus Octavianus, Julianus, Tullianus derivantur. Ad quam analogiam, Cæſarianus, a Cæſario deducetur. Itaque & lib. VII. epiſt. 15. *Atianas legiones* libentius legam, ab *Atius*, quam ab *Atinas:* cujus primigenium *Atus* eſt, non *Atius.* Neque tamen *Atinas* improbo, qui ſciam ab *Hirtio*, *Hirtinus* pro *Hirtianus*, euphoniæ cauſa, ut Priſcianus ait, formari: ſed aliud eſt negare a *Cæſare Cæſarianus* fieri: aliud ab *Atio* concedere *Atianus*, etſi placet etiam *Atinus* nonnunquam declinari. *Malaſp.*

84. *In Sinueſſano.*] Conjunge cum ſequenti epiſtola ita, ut ſit ipſius principium, quum ſe dicat a Minturnis Arpinum verſus vertiſſe: vel in agro Sinueſſano expone ex ea parte, quæ Minturnas & pontem Tiretium attingit ep. 12. h. l. *Corrad.*

85. *Ex quo ἄνθη ipſa.*] Legendum, ut recte Lambinus emendavit, *ἄνθη ipſa.* nam librarii vitioſe Latinis litteris ſcripſerunt, *ante*, pro ἄνθη. *Boſius.* Recte Boſius ἄνθη ſunt Excerpta. Sic Appulei *Florida*, Juſtino in proœm: *florum corpuſculum.* Græcis ἀνθηρὰ, Gell. in Præfat. *Grævius.*

86. *Haſta ea ægre me tenui.*] Nos aliter hunc locum legimus, & niſi fallimur verius, ut ſic caſtigaremus, inducti non paucis argumentis, & tamen non ſine veterum librorum auxilio, qui etſi aliquantulum hac parte corrupti ſunt, minus tamen ſunt quàm ceteri inquinati. quomodo autem alii emendare conati ſint, qui volent, facile videbunt: omnes enim hunc locum vitioſum eſſe exiſtimaverunt. Probat Attici judicium de Sicca, pollicetur que ſe non aliter quàm ipſi viſum ſit facturum: fatetur tamen, vix potuiſſe ſe continere, quin, dum Antonii vitam moresque perſtringeret, Siccam quoque accuſaret: putamus enim de oratione

αἰδόλεσχος· mihi tu? quis minùs? cui, ut[93] Ariſtophani Archilochi jambus, ſic epiſtola longiſſima quæque optima videtur. Quod me admones; tu verò etiam ſi reprehenderes, non modò facilè paterer, ſed etiam lætarer: quippe cùm in reprehenſione [a] eſt prudentia cum εὐμενείᾳ· ita libenter ea corrigam, quæ à te animadverſa ſunt, [94]*eodem jure, quo Rubriana* potiùs quàm *quo Scipionis*: & de laudibus Dolabellæ [b] deruam cumulum. at-

a & prud. *alii.*

b *alii* diruam.

quantulum deformatam emendare opus fuit, volui illam, ut eſt in antiquioribus, tradere: itaque cum fide eam deſcripſi, ut ſi forte in hoc deceptus eſſem, poſſet ab aliis doctioribus hic locus felicius corrigi: eſt autem hæc, ΔΙΔΟΕΛΕCΧΟC. Quomodo à librariis peccatum eſſe judicarim nunc omnes videre poſſunt. Valde autem ſimilis eſt primæ literæ forma quartæ in antiquo noſtro exemplari: nec mirum in hoc Græcæ linguæ rudes librarios erraſſe: ſi enim, quæ media latera ſecat lineam, ad extremas ipſorum partes deduxeris, ſicque latera ipſa conjunxeris, ex alpha triquetrum feceris, qua figura quarta apud Græcos litera notatur, ſi majores literas quibus priſci illi uſi ſunt, quibusque ſemper in antiquioribus Latinis libris Græcæ voces ſcriptæ inveniuntur, conſideres. *Victor.*

93. *Ariſtophani.*] Non poëtæ, ſed Grammatico, qui ſcriptorum fuit alter Ariſtarchus, ut oſtendit Diogen. in Plat. & Epicur. cujus Athenæus ſæpe mentionem facit. *Corrad.*

94. *Quo Rubriana potius quam, quo Scipionis.*] Locus valde obſcurus & (ut arbitror) deminutus: ſunt autem, niſi fallor, plures maculæ in his paucis verſibus, quæ vix elui poſſunt ſine meliorum codicum auxilio: nam ubi paulò pòſt, *contra civis in acie*, in antiquis exemplaribus *per contra* ſcriptum eſt: quod potius arguit laceros & male habitos eſſe omnes hac parte libros, quàm ullam opem afferat, quo facilius vera lectio inveſtigari poſſit. Non veritus ſum hoc etiam notum facere, quamvis abſurdum & manifeſtò depravatum ſit: raro enim inveni in antiquiore & probatiore illo hujuſcemodi labes lapſuſque, quin aliquid in vulgari lectione vitii eo loco ſit: nam alioqui eſt etiam interrupta & undequaque ſuſpecta recepta lectio. *Victor.* Antonius multa ſubjecerat Romæ teſtamenta, quibus heres ſcribebatur. in iis fuit teſtamentum L. Rubrii, cui ne notum quidem illum fuiſſe tradit Cicero Philippica ſecunda. ſed & in prædia quædam invaſerat Q. Metelli Pii Scipionis, ut Philippica v. refertur. ideo cum Philippica ſecunda ſic initio Cicero ſcripſiſſet: *Ab hac perturbatione religionum advolas in M. Varronis ſanctiſſimi atque integerrimi viri fundum Caſſinatem; quo jure? quo ore? eodem, inquies, quo in Scipionis, quo in heredum L. Turſelli prædia:* admonitus poſtea ab Attico illud de prædiis Scipionis non ſatis appoſite cum aliis facinoribus Antonii, quæ ibi commemorantur, conjungi, mandavit ei, ut pro, *Scipionis*, reponeret, *Rubriana*, & ſane hodie eo loco non, *Scipionis*, ſed *L. Rubrii*, legitur. *Boſius.*

95. Eum

attamen eſt iſto loco bella, ut mihi videtur, εἰρωνεία, quòd [95] eum ter contra cives in acie. [96] illud etiam malo, *indigniſſimum eſt hunc vivere*, quàm *quid indignius?* [97] Πεπλογραφίαν Varronis tibi probari non moleſtè fero:

95. *Eum contra cives.*] Mihi, præter obſcuritatem ſententiæ, etiam antiqui libri, Cavalcantis & Beſſarionis, ſuſpicionem afferunt de mendo. in utroque enim ſcriptum animadverto, *Eum per contra cives.* placet, quod aliis, *Eum ter contra cives.* hoc ſenſu: Videor Dolabellam in Philippica II. laudare: ſed bella εἰρωνεία eſt. nam re vera vitupero: ſiquidem eum ter in acie ſtatuo contra cives, cum dico interfuiſſe omnibus bellis civilibus, in Theſſalia, Africa, Hiſpania. Philippica II. *P. Manut.*

96. *Illud etiam malo, indigniſſimum eſt hunc vivere.*] Hic locus pertinet ad illum, qui eſt Philip. II. ubi vulgo legitur. *Quid indignius quàm eum vivere, qui impoſuerit diadema, &c.* cum ex hoc cuivis intelligere liceat, eſſe legendum, *nonne indigniſſimum eſt, &c.* Hic autem vulg. lectio, *indignus eſſe*, ferri non poteſt: legendum autem, vel ut edididimus, & quo modo fere habet codex Turnæſ. ut intelligamus, Ciceronem verborum ſententiam duntaxat poſuiſſe, non ipſa verba: vel, quomodo ſcribi debet in Philippica ſecunda, *Nonne indigniſſimum eſt, &c.* Præterea ſuperiora illa verba, *quod eum ter contra cives*, ad eandem Philipp. referenda ſunt, ibi, *Ter depugnavit Cæſar cum civibus in Theſſalia, Africa, Hiſpania. omnibus affuit bis p. Dol. &c.* Lambin. *Indignum eſt hunc vivere.*] Legend. cenſeo, quod ad vulgatam ſcripturam proxime accedit, & in libris veteribus Phil. II. ſcriptum reperitur. Vult enim Cicero pro illis verbis: *Quid indignius quam vivere eum*, reſcribi, *Nonne indignum eſt vivere eum*, ſcilicet Antonium. *Popma.*

97. Πεπλογραφίαν *Varronis.*] Non puto Varronis librum fuiſſe inſcriptum πεπλογραφίαν, ut nec Ἡρακλείδειον: ſed potius credo Ciceronem utrumque titulum ab argumento & genere ſcripti finxiſſe: & priore deſignare Varronis Polyandria, vel Hebdomadon ſive Imaginum libros IX. altero Dialogum de Rep. ordinanda. Quam opinionem meam pluribus expoſui in Bibliotheca Varroniana, ſive de ſcriptis M. Varronis, quæ juvat hic adſcribere POLYANDRIA liber ſingularis, in quo Deorum Heroumve ſepulcra deſcripſit, id eſt, ut Arnobii verbis utar, quibus templis contegantur, quasque in ſe habeant ſuperlati ponderis moles. Quem librum videri poteſt Cicero ſignificare voluiſſe cum Attico reſcripſit, ſe non moleſte ferre πεπλογραφίαν Varronis ipſi probari. Fortaſſis enim Varro ſuum Polyandria fecit ad imitationem Ariſtotelici pepli, in quo ille & genealogias principum Homericorum, & navium a ſingulis ad Trojam advectarum numerum, tum ubi quisque ſit ſepultus, & quid ſepulchro ſit inſcriptum, tradidit. Niſi potius Cicero intellexit HEBDOMADON, vel IMAGINUM, lib. IX. in quibus fere ſeptingentorum illuſtrium imagines expreſſas dedit, & ipſis appoſuit Epigrammata, quæ ſingula binis verſibus conſtitiſſe, ut in Peplo Ariſtotelis indicio eſt illud quod in Ho-

ro : à quo adhuc Ἡρακλείδιον illud non abſtuli. Quòd me hortaris ad ſcribendum ; amicè tu quidem , ſed me ſcito agere nihil aliud. Gravedo tua mihi moleſta eſt. quæſo adhibe, quam ſoles, diligentiam. [98] *O Tite*, tibi prodeſſe lætor. Anagnini ſunt, Muſtella [99] ταξιάρχης, & [c] Laco, qui plurimum bibit. Librum, quem rogas, perpoliam & mittam. Hæc ad poſteriorem. Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, quatenus Panætius, [d] abſolvi duobus: illius tres ſunt. ſed cùm initio diviſiſſet ita, tria genera exquirendi officii eſſe ; unum, cùm deliberemus, honeſtum, an turpe ſit; alterum, utile, an inutile ; tertium, cùm hæc inter ſe pugnare videantur, quo modo judicandum ſit: qualis cauſa Reguli; redire honeſtum, manere utile: de duobus primis præclarè diſſeruit; de tertio pollicetur ſe [e] deinceps : ſed nihil ſcripſit. eum locum Poſidonius perſecutus. ego autem & ejus librum arceſſivi, & ad Athenodorum Calvum ſcripſi, ut ad me

c Lento *Manut.*

d abſolvit *MSS.*

e deinceps ſcripturum, ſed *alii.*

merum fecit , *&c.* Ἡρακλείδιον quale fuerit opus conjecturâ ſatis adſequi non queo, niſi fuit πολιτικὸς λόγος, De Rep. ordinanda: quo in genere multa ſcripſit Heraclides Ponticus, & Ciceronem quoque aliquid ſcribere voluiſſe indicant illa verba, Ἡρακλείδιον ſi Brundiſium ſalvi adoriemur. *Popma.*

98. *O Tite, tibi prodeſſe lætor.*] Nihil diſcrepant ii, quos vidi antiqui codices, ab excuſis , nec aliquid deſiderari arbitror , quanquam alii ante hæc verba tres dictiones addiderint , ſic legentes, *Librum illum meum, ò Tite, &c.* Integram igitur eſſe receptam lectionem puto : ſententiamque hanc ex ea elici non inelegantem neque inſuavem : ut cum ab eo Atticus quæſiſſet qui eſſent illi, qui tantopere Antonio familiares eſſent , his verbis ipſi reſpondeat , *O Tite, tibi prodeſſe lætor*, id eſt magnam capio voluptatem, cum aliqua ratione tibi proſum & voluntati tuæ morem gero: ſtatimque exponat, quod Atticus ſcire cupiebat de Anagninis illis , de quibus etiam loquitur in II. Philippica his verbis : *Præſertim cum duos ſecum Anagninos haberet Muſtelam & Laconem , quorum alter gladiatorum eſt princeps, alter poculorum.* Victor.

99. Ταξιάρχης.] Princeps gladiatorum. nominat eosdem ſecunda in Antonium , his verbis : *Cum duos ſecum Anagninos haberet , Muſtelam & Laconem: quorum alter gladiatorum eſt princeps , alter poculorum.* Et Philipp. XII. *Noiite nè Tirones quidem , Numiſios , & Muſtelas, Saxaſve contemnere.* Et XIII. eundem nominat. Reſpondet Attico, nomina Anagninorum , quos ſecum Antonius haberet , ſcire cupienti. legerat illud fortaſſe in II. Philipp. *Cum duos Anagninos ſecum haberet : & rogaverat , quinam eſſent.* in quo , niſi me conjectura fallit , abundare crediderim in ea oratione Muſtelæ & Laconis nomina : cum Atticus ea quæſierit. *P. Manut.*

I. *Vi-*

με τὰ κεφάλαια mitteret; [f] quæ exſpecto: quem velim cohortere & roges, ut quamprimum. in eo [g] eſt περὶ τοῦ κατὰ περίςασιν καθήκοντος. Quod de inſcriptione quæris, non dubito quin καθῆκον *officium* ſit, niſi quid tu aliud: ſed inſcriptio plenior, *de officiis*. προσφωνῶ autem Ciceroni filio. [1] viſum eſt non ἀνοικεῖον. [2] De Myrtilo dilucidè. ô quales tu ſemper iſtos! [3] itane in D. Brutum? dii iſtis. Ego me, ut ſcripſeram, [4] in Pompejanum non abdidi, primò tempeſtatibus, quibus nil tetrius; deinde ab [h] Octaviano quotidie litteræ, ut negotium ſuſciperem, Capuam venirem, iterum rempublicam ſervarem; Romam utique ſtatim.

f quem *Vict. & alii.* P. CCLIX.
g eam *MSS. Jun.*
h Octavio *alii.*

—— αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ἀποδέχθαι.

is tamen egit ſanè ſtrenuè, & agit. Romam veniet cum manu magna: ſed eſt planè puer. putat ſenatum ſta-

1. *Viſum eſt non ἀνοικεῖον.*] Sic legendum ſine dubio eſt. Olim hic etiam locus deminutus erat Græcæ vocis defectu: quam primi Germani reſtituerunt, & nos quoque in noſtro antiquiore libro invenimus. οἰκεῖον proprium accommodatumque ſignificare nemini ignotum eſt, contrarium autem ἀνοικεῖον. quare hoc loco, *Viſum eſt non ἀνοικεῖον*, Viſum eſt accommodatum ſignificat & maxime congruens. Ariſtoteles etiam libros de moribus ad Nicomachum filium miſit. Græca hac voce utitur Plutarchus in commentario, quo Apollonium conſolatur de obitu filii, pro Incommodum & importunum: ſic enim inquit: Τότε μὲν οὖν ὑπὸ τὸν τῆς τελευτῆς καιρὸν ἐγτυγχάνειν σοι καὶ παρακαλεῖν ἀνθρωπίνως φέρειν τὸ συμβεβηκὸς ἀνοίκειον ἦν παρειμένῳ τότε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῆς παραλόγου συμφορᾶς. *Victor.*

2. *De M. Cæcilio dilucidè.*] Veteres codices *de Myrtilo*: quod etiam Germani obſervarunt. De hoc ipſo, ut puto, in antecente libro agit: *Sed perſcribe quæſo quæ cauſa ſit Myrtilo: pœnas quidem illum pependiſſe audivi, &c.* nihil autem de eo amplius inveni. *Idem.*

3. *Itane? in D. Brutum.*] Reſcripſerat Atticus ad id quod Cicero quæſierat ep. 13. lib. XV. Quæ cauſa ſit Myrtili (pœnas quidem illum pependiſſe audivi) & ſatisne patet unde corruptus...De Myrtilo, inquit, dilucide ſcripſiſti. O quales tu ſemper iſtos Cæſarianos, & quam ſceleſtos & nefarios narras? Itane? in D. Brutum conferunt cauſſam Myrtili, & illo autore inſidias factas? Nam Antonius fingebat ſibi inſidias fieri, ut ſic armato ſatellitio ſe ſtiparet, ut ante dictum. *Popma.*

4. *In Pompejanum abdidi.*] Omnes quidem libri & vulg. manuſc. habent, *non abdidi*: ſed tollenda mihi videtur negatio; & ita legendum, *ego me, ut ſcripſeram, in Pompejanum abdidi.* Atque hoc modo edendum curavi. Nam hoc, *non*, ex ultima ſyllaba vocis, *Pompejanum*, natum puto. *Lambin.*

5. Si

ſtatim. quis veniet? ſi venerit, quis, incertis [i] rebus, offendet Antonium? Kal. Jan. erit fortaſſe præſidio: aut quidem antè depugnabitur. [k] puero municipia mirè favent. iter enim faciens in Samnium venit Cales, manſit Teani. mirifica ἀπάντησις & cohortatio. hoc tu putares? ob hoc ego citiùs Romam quàm conſtitueram. ſimul ac conſtituero ſcribam. [l] Etſi nondum ſtipulationes legeram (nec enim Eros venerat) tamen rem pridie idus velim conficias. Epiſtolas Carinam, [m] Tauromenium, Syracuſas commodiùs mittere potero, 5 ſi Valerius interpres ad me nomina gratioſorum ſcripſerit. alii enim ſunt aliàs, noſtrique familiares fere demortui. publicè tamen ſcripſi, ſi uti vellet eis Valerius: aut mihi nomina mitteret. 6 De Lepidanis [n] feriis Balbus ad me. Uſque ad IV. kalend. exſpectabo tuas litteras: 7 deque Torquati negotiolo ſciturum puto. Quinti litteras ad te miſi, ut ſcires quàm valde eum amaret, quem dolet à te minùs amari. Atticæ, quoniam, quod optimum in pueris eſt, hilarula eſt, meis verbis ſuavium des. Vale.

[i] *in rebus alii.*
[k] puto *MSS.*
[l] *in vett. edd. initium nova epiſt.*
[m] Tauromenon *alii.*
[n] feris *alii.*

EPI-

5. *Si Valerius Mitres ad me nomina gratioſorum miſerit.*] Sunt ſanè in hoc etiam nomine antiqui codices deminuti, ita tamen, ut non parvum ſinceræ lectionis veſtigium retineant: ſic enim habent, *in tres*: quare *interpres* emendavi. De Valerio hoc interprete etiam primo libro harum Epiſtolarum agit, *De eo mihi Valerius interpres nuntiat*, *&c.* Victor.

6. *De Lepidanis feris.*] Putamus legi oportere: *Lepidianis feriis*, ut ſignificet dies in auſpiciis Lepidi deſcriptos ep. 5. h. l. is autem videtur eſſe M. Æmylius Lepidus Pont. Max. cujus pronepos erat is, qui poſtea fuit Triumvir. orat. pro Dom. & Philip. XIII. *Corrad.* *De Lepidianis feris.*] Non levis mihi Corradi conjectura viſa eſt, *feriis* emendantis: ut ii dies intelligantur, quos ſuperius ait in auſpiciis deſcriptos. Quæ tamen, ſi vera eſt, *Lepidanis* etiam videtur eſſe legendum, ne a Lepidio, non Lepido, videantur indictæ. *Malaſp.* Quamvis omnes libri repugnent & renuant, hanc tamen Corradi conjecturam recepit Boſius, & eum ſecutus Gruterus, quibus, poſcente id ſententia loci, ut ex epiſtola quinta hujus libri conſtat, hic adſtipulamur. feriæ enim Lepidanæ ſunt, quas indixit Lepidus Pontifex Maximus in ſui pontificatus auſpiciis, de quibus in illa quinta, quam laudavimus, epiſtola. *Gravius.*

7. *Meque Torquato*, *&c.*] Hic locus depravatè in impreſſis legitur, ſed in manuſcriptis non rectè, ita tamen, ut ſi primam literam tantùm permutes, cum lectione, quam in noſtro vides, eorum ſcriptura conveniat: nam Torquati ſecundo caſu in illis etiam eſt. mihi ſic caſtigare tutius viſum eſt quàm ut alii fecerunt,

EPISTOLA XII.

CICERO ATTICO S. P. D.

OPPII epiſtolæ, quia perhumana erat, tibi miſi exemplum. De Ocella, dum [8] tu muginaris, nec mihi quidquam reſcribis, cepi conſilium domeſticum. itaque me pridie idus arbitror Romæ futurum. commodius eſt viſum fruſtra me iſtic eſſe, cùm id non neceſſe eſſet, quàm, ſi opus eſſet, non adeſſe: & ſimul, ne intercluderer, metuebam. ille enim jam adventare poteſt: etſi varii rumores; multique, quos cuperem veros. nihil tamen certi. ego verò, quidquid eſt, tecum potiùs, quàm animi pendeam, cùm à te abſim, & de te, & de me. ſed quid tibi dicam? [9] πονοῦμαι enim. [10] De Ἡρακλειδείῳ Varronis, negotia ſalſa.

runt, qui totis permutatis dictionibus ſententiam longe diverſam excogitarunt, &, ut arbitror, non valde hic accommodatam. *Victor. Neque Torquati negotiolo ſtiturum puto.*] Eſt à Cruſellino. Placeret Manutio vel vulgata lectio, *deinde Torquati negotiolo ſciturum &c.* vel Cavalc. & Beſſar. mſſ. *me de Torquati n. ſciturum puto.* Cleric. *Negotiolo ſtiturum.*] Probarem magis *deque Torquati negotiolo ſciturum.* non enim, opinor, dicitur negotiolo ſiſtere, ut judicio ſiſtere. *Popma.* Recte Popma. Sic enim optime conjecit & in contextum recepit P. Victorius: *deque Torquati negotiolo ſciturum puto.* ſcilicet ex tuis litteris, quas exſpecto. *Græv.*

8. *Tu muginaris.*] Moliris, & quaſi tardius conaris. Sext. Pomp. & Non. Marcell. *Corrad. De Ocella.*] Ser. Ocella, cujus eſt mentio ep. 11. lib. x. *Muginari* eſt tricari, morari, Iſidorus; *Muginari, cauſſari.* Varro; *Dum iſta muginamur plurib. horis vivimus.* Popma.

9. *Πονοῦμαι enim.*] Ita putat Ciceronem ſcripſiſſe Boſius. Cruſellinus *pono uni enim*; Victorius ex conjectura, *bonum animum*, quod vulgò receptum eſt: Junius conjicit, *ſed quid tibi dicam boni? unum jam de.* Cleric. Quis ſuſtineat hic etiam Boſii temerarium facinus imitari, qui ex Latinis corruptis verbis Græcum fingit, & id pro genuina Ciceronis manu ipſi contextui inſerit, cum tamen priſcæ ſcripturæ ductus longe propius accedat ad lectionem, quam Victorius ex illo exſculpſit, & merito probarunt Manutius, Lambinus, Brutus, aliique omnes ante Boſium. Nec longe abit Balliol. in quo ſcribitur: *Sed quid tibi dicam bonum animum.* Clare Helmſt. *bonum animum.* quibus ſubſcribo. Omiſit autem Tullius brevitati ſtudens: *habeamus. bonum*, inquit, *animum habeamus.* Græv.

10. *Bonam enim unde Ἡρακλειδίῳ, &c.*] Nos *bonum animum*, accedentibus noſtræ opinioni eruditis quibusdam viris, emendavimus;

me velim ſcribas. erit autem quotidie cui des. Quod præterea conſulis, quid tibi cenſeam faciundum, difficile eſt, cùm abſim. verumtamen, ſi pares æquè inter ſe, quieſcendum. ſin; latius manabit, & quidem ad nos, deinde communiter. avide tuum conſilium exſpecto. timeo, ne abſim, cùm adeſſe me ſit honeſtius: venire non audeo. De Antonii itineribus neſcio quid aliter audio, atque ad te ſcribebam. omnia igitur velim explices & ad me certa mittas. De reliquo quid tibi ego dicam? ardeo ſtudio hiſtoriæ. incredibiliter enim me commovet tua cohortatio. quæ quidem nec inſtitui, nec effici poteſt ſine tua ope. coram igitur hoc quidem conferemus. In præſentia mihi velim ſcribas, [14] quibus cenſoribus G. Fannius, M. F. tribunus plebis fuerit. videor mihi audiſſe, P. Africano, L. Mummio. id igitur quæro. tu mihi de iis rebus, quæ novantur, omnia certa, clara. III. id. ex Arpinati.

EPISTOLA XIV.

CICERO ATTICO S.

NIHIL erat planè, quod ſcriberem. nam cùm Puteolis eſſem, quotidie aliquid novi de Octaviano, multa etiam falſa de Antonio. ad ea autem, quæ ſcripſiſti (tres enim acceperam III. idus à te epiſtolas) valde tibi aſſentior, ſi multum poſſit Octavianus, multo firmiùs acta tyranni comprobatum iri quàm in Telluris: atque id contra Brutum fore: ſin autem vincitur, vides intolerabilem Antonium: ut, quem velis, P. B. neſcias. O Seſtii tabellarium, hominem nequam! poſtridie Puteolis Romæ ſe dixit fore. Quòd me mones, ut pedetentim, aſſentior: etſi aliter cogitabam. nec me

14. *Quibus Cenſs. C. Fannius.*] Recte mihi Corradus, ſive ille ex manuſcriptis libris, ſive ex hiſtoria, *Cenſoribus* emendaſſe videtur. Nam Africanus in ſuo primo conſulatu collegam habuit C. Livium Druſum. an. ab U. C. DCVI. in ſecundo C. Fulvium Flaccum, anno DCXIX. Cenſor tamen fuit cum L. Mummio Achaico, anno DCXI. Sed & perſimiles inter ſe voces, ſive integræ, ſive decurtatæ, ſupinis & imperitis librariis imponere ſane facile potuerunt, quod in his libris alicubi fecerunt. *Malaſp.*

15. *Alia*

me, Philippus aut Marcellus movet. [15] alia enim eorum ratio: &; ſi non eſt, tamen videtur. ſed [16] in iſto juvene, quamquam animi ſatis, autoritatis parum eſt. tamen vide, ſi fortè in [s] Tuſculano rectè eſſe poſſum, [t] ne id melius ſit (ero libentiùs: nihil enim ignorabo) an hoc, cùm Antonius venerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non eſt dubium, quin, quod Græci καθῆκον, nos *officium*. id autem, quid dubitas, quin etiam in rempublicam præclarè caderet? nonne dicimus, *conſulum officium*, *ſenatûs officium*? præclarè convenit; aut da melius. [17] Male narras de Nepotis filio. valde mehercule moveor & moleſtè fero. neſcieram omnino eſſe iſtum puerum. Caninium perdidi, hominem, quod ad me attinet, [v] non ingratum. Athenodorum nihil eſt quod hortere. miſit enim ſatis bellum ὑπόμνημα. Gravedini, quæſo, omni ratione ſubveni. [18] Quintus, avi tui pronepos, ſcribit ad patris mei nepotem, ſe ex nonis iis, quibus nos magna geſſimus, [19] ædem Opis explicaturum, idque ad populum. videbis igitur & ſcribes. Sexti judicium exſpecto.

[s] Tuſculanum *MS.*
[t] id ne *alii.*
[v] non gratum *MS.*

EPI-

15. *Alia enim eſt eorum ratio.*] Nam Philippus eſt vitricus, quòd Aricinam habet uxorem, Marcellus vero Aricinæ filiam. Philip. III. Philippus igitur Acciam matrem Octaviam, & Marcellus Octaviam ſororem uxores habebant, ut nomina leges apud Suet. quas Cicero Aricinas vocat, quòd Accia eſſet Accii Balbi Aricini filia, quæ genuit Octaviam: ex qua C. Marcellus Marcellum ſuſtulit, quem ſummus poëta deflet. *Corrad.*

16. *In Iſto juvene.*] Octaviano, quem poëta etiam & reliqui ſcriptores tam ſæpe juvenem vocant, puerum dixit epiſt. 9. h. l. *Idem.*

17. *Male narras.*] Quod mortuus ſit nepotis filius. Idem valet illud ep. I. lib. XV. *O factum male de Alexione.* Bene narras, & male narras, eleganter dicimus, illud, cum jucundam rem audimus, hoc, cum moleſtam. exempla maxime apud comicos. *P. Manut.*

18. *Quinctus, tui patris nepos.*] Vetus liber habet, *Quinctus, tui pronepos*, ut fortaſſe legendum ſit, *Quinctus, avi tui pronepos.* Urſin. Uſus eſt circuitione, cum hoc vellet dicere, Quintus, ſororis tuæ filius, ſcribit ad Marcum filium meum ſe Ædilem plebis ex Nonis Decembribus in concione ad populum relaturum ſummam pecuniæ, a Cæſare in æde Opis depoſitæ, ejusque rationem ab Antonio exacturum. Erat autem Quintus pronepos avi Attici, quia matrem habebat Pomponiam, ſororem Attici. *Popma.*

19. *Ædem Opis explicaturum.*] Ex voce, *ædem*, conjici poteſt Ciceronem de Ædilitate Q. filii hic locutum fuiſſe: nam Ædiles, ut

EPISTOLA XV.

CICERO ATTICO S.

NOLI putare, pigritiâ me facere, quòd non meâ manu ſcribam: ſed mehercule pigritiâ. nihil enim habeo aliud quod dicam; & tamen in tuis quoque epiſtolis Alexim videor agnoſcere. ſed ad rem venio. Ego, [20] ſi me non improbiſſimè Dolabella tractaſſet, dubitaſſem fortaſſe, utrùm remiſſior eſſem, an ſummo jure contenderem: nunc verò etiam gaudeo mihi cauſam oblatam, in qua & ipſe ſentiat, & reliqui omnes

P. CCLXI. me ab illo ˣabalienatum: [21] idque præ me feram, & qui-

x alien. *alii.*

ut ait Dionyſius; ædes ſacras curabant; Ædilitasque primus erat honorum gradus. Itaque rectè hunc locum Manutius explicat. *Boſius.* *Ædem Opis explicaturum.*] Idem eſt ac ſi dixiſſet Explicaturum pecuniam templi Opis jam inde ex Nonis Decembr. quantum ſcilicet Cæſar tunc depoſuiſſet, quantum Antonius poſtea abſtuliſſet, & quibus diviſiſſet; quidve ſit reliquum. Alias *Explicare ædem* eſt proferre, ampliorem facere, ut *explicare aream*, domum & ſimilia. *Popma.*

20. *Si me non improbiſſime, &c.*] Qui, cum mihi pecuniam deberet, & de ſolutione aſſeveranter quotidie promitteret, diu variis excuſationibus ludificans, ad extremum, ne nummo quidem perſoluto, in Syriam profectus eſt ep. 13. lib. xv. *P. Manut.*

21. *Idque præ me feram, & quidem me meâ facere & Reip. cauſſâ cur illum oderim.*] Noſtri fere, *ut illum oderim.* quod puto melius. Nam *facio cur* dici vix affirmaverim: *facio ut* tritum eſt. Idem Appio Balbo, lib. epiſt. ad Torquatum: *Plane ita faciunt, ut me unice diligant.* Et ad hunc ipſum Atticum lib. IV. *Sed non faciam, ut enumerem miſerias omnes, &c.* Aliquanto aliter alibi, ſed verbis idem ſignificantibus: *Dedi operam, ut ei quam humaniſſime reſcriberem.* Eſt enim hæc περίφρασις & dicendi ratio, quæ hic quidem reſcripſi valet, illic, Diligunt, Enumerabo. Scatet enim Cicero his orationis ornamentis, a quibus non longe abſunt & illa: *Atqui es, qui pacem ſemper optaris*, Philip. VIII. pro eo quod eſt, Optaſti. Et in libro de Oratore II. *Nam quod addidiſti tertium, vos eſſe eos, qui vitam inſuavem ſine his ſtudiis putaretis.* pro vos Putare. Item ad Atticum lib. VIII. ep. 11. *Memineram me eſſe unum, qui pro meis maximis in Remp. meritis ſupplicia miſerrima & crudeliſſima pertuliſſem.* Pro eo quod eſt: Memineram me pertuliſſe. Et ad Caninium: *Nihil eſt, quod in iſto genere cuiquam poſſim commodare.* pro non poſſum commodare. Item illud: *A Panſania, Lentuli liberto, accenſo meo, audivi, cum diceret, te ſecum queſtum eſſe.* pro Dicente. Et in primo

quidem me meâ facere, & reipublicæ cauſâ, y ut illum y cum alii.
oderim. quòd cùm eam me auctore defendere cœpiſ-
ſet, non modò z deſeruerit, emptus pecuniâ, ſed etiam, z deſeruit alii.
quantum in ipſo a fuit, everterit. Quòd autem quæris, a fuerit alii.
b quomodo agi placeat, cùm dies venerit; primùm ve- b quando MS.
lim ejuſmodi ſit, ut non alienum ſit, me Romæ eſſe,
de quo, ut de ceteris, faciam, ut tu cenſueris. de ſum-
ma autem agi prorſus vehementer & ſeverè volo. etſi,
ſponſores appellare, videtur habere quandam δυσωπίαν·
tamen hoc, quale ſit, conſideres velim. 22 poſſumus
enim, ut ſponſores appellentur, procuratores introdu-
cere. neque enim illi litem conteſtabuntur. quo facto,
non ſum neſcius ſponſores liberari. ſed & illi turpe ar-
bitror, eo nomine, quod ſatisdato debeat, procurato-
res ejus non diſſolvere; & noſtræ gravitatis, jus noſtrum
ſine ſumma illius ignominia perſequi. de hoc quid pla-
ceat reſcribas velim: 23 nec dubito, quin hoc totum
leniùs adminiſtraturus ſis. Redeo ad rempublicam.
Multa mehercule à te ſæpe ἐν πολιτικῷ genere pruden-
ter: ſed his litteris nihil prudentius: 24 *quamquam enim*
poſt-

mo de Orat. *Sæpe enim ſoleo audire Roſcium, cum ita dicat.* hoc eſt, *dicentem.* Et multa id genus, quæ ne ſim longior omitto, & ad prima redeo. Nec illud lib. IV. ep. 13. ad hunc ipſum Atticum: *Quòd me ſæpe accuſas, cur hunc meum caſum tam graviter feram, &c.* ſimile eſt, cum ibi, *Quærens* vel quid hujuſmodi κατ' ἔλλειψιν deſideretur, uſitatâ dicendi formâ: hic nihil. *Malaſpina.*

22. *Poſſumus enim, ut ſponſores non appellentur, procuratorem introducere.*] Ita ſcriptum eſt in antiquo. in vulgatis deeſt *non.* Urſin. Non opus negatione. Sententia eſt: quamvis appellentur ſponſores, per quos ſatisdedit, poſſumus tamen rem deducere ad procuratores bonorum ejus. *J. F. Gronov.*

23. *Ut non dubito.*] Et Cavalcantis & Beſſarionis duo perantiqua exemplaria negativam tollunt, quam tamen retinet ſententia. itaque vel, *Et non dubito*, ut eſt in vulgatis libris; vel, *Haud dubito*, legendum crediderim, ut, quam minime poſſumus, à vetere ſcriptura diſcedamus. eſt enim in duobus illis, *Et dubito. P. Manut.* *Nec* Boſius è MSS.

24. *Quanquam enim poſtea in pr.*] Sic diſtinguendum ex MSS. conſenſu. Meliora enim hæc detruncata ſunt ex litteris Attici. *Junius.* Victorius, Lambinus, Boſius, *quanquam enim poſtea.* Sed Manutius, Brutus aliique: *quanquam enim poſſet in præſentia bellè iſte puer retundere.* Sed MSS. omnes *retundit.* Pulchre igitur Gronovius ὁ πάνυ vidit levem eſſe perturbationem paucarum litterarum, quæ hunc locum contaminavit, legendum enim cenſet:

 quam-

c *retundere* alii. *poſtea, in præſentia bellè iſte puer* [c] *retundit Antonium; tamen exitum exſpectare debemus.* at, quæ concio? nam eſt miſſa mihi. jurat, *ita ſibi parentis honores conſequi liceat :* [25] & ſimul dextram intendit ad ſtatuam. d *εἴποτε alii.* *μηδὲ σωθείην* [d] *ὑπόγε τοιούτου.* ſed, ut ſcribis, [26] certiſſimum eſſe video diſcrimen Caſcæ noſtri tribunatum: de quo quidem ipſo dixi Oppio, cùm me hortaretur, ut adoleſcentem, totamque cauſam, manumque veteranorum complecterer, me nullo modo facere poſſe, ni mihi exploratum eſſet, eum non modò non inimicum tyrannoctonis, verùm etiam amicum fore. cùm ille diceret, ita futurum: quid igitur feſtinamus? inquam

quamquam enim poteſt, & in præſentia belle iſte puer Antonium retundit. ſententia eſt liquida. Antonium poteſt egregie exercere, & cum maxime exercet ac reprimit Octavianus, tamen non læti nimis, aut illis nos dare debemus, ſed & ſpectare finem, ut appareat uter plane ſuperior ſit, & ſibine an Reip. Octavianus velit vincere. *Grav.*

25. *Et ſimul dextram intendit ad ſtatuam.*] Per parentem juravit manu ſtatuæ illius impoſita: ex vetere Græcorum more, illa ipſa, per quæ jurabant, numina tangentium. Herodotus lib. VI. & Juvenalis Sat. XIV. *Vendet perjuria ſumma Exigua Cereris tangens aramque pedemque.* P. Manut.

26. *Certiſſimum eſſe video diſcrimen Caſca noſtri tribunatum.*] Ita codex Tornæſ. ſed in hac ſcriptura aliquid deſiderat Lambinus & vult legi. *certiſſimum video veniſſe in diſcrimen*, vel, *certiſſimum video eſſe in diſcrimen.* vulg. *certiſſimum eſſe video diſcrimen Caſca noſtri tribunatûs.* Junius ex conjectura reponit, *certiſſimum iniſſe video.* Cleric. Nihil hic cenſeo mutandum, cum & libri veteres hanc lectionem retineant, & genus locutionis me quidem non offendat. Certiſſimum eſt diſcrimen tribunatûs, id eſt, certo diſcernet & aperiet voluntatem Octaviani, an inimicus tyrannicidis an amicus ſit, an Caſcam percuſſorem Cæſaris tribunatum pleb. gerere patiatur. Hoc autem paſſus eſt, ut ex Philipp. XIII. liquet. *Popma.* Nihil certius Popmæ ſententiâ. veterum codicum lectio ſe habet optime. *Diſcrimen* non eſt hic periculum, ut alii ceperunt, ſed res in qua certatur de ſumma re, ex qua totius rei eventus cognoſci poteſt & dijudicari lib. VII. ep. 13. *Cum recordare tuos magiſtratus in ipſa diſcrimina incidiſſe ſalutis fortunarumque omnium.* in illud tempus, in quo agitur ſalus fortunaque omnium, in quo decidetur ſalvi ne futuri ſimus cum noſtra publicaque re, an perituri funditus. Philipp. III. *Quapropter, quoniam res in diſcrimen adducta eſt, utrum ille pœnas reip. luat, an nos ſerviamus.* P. Mela lib. I, 13. *In receſſu intimo locus eſt magni aliquando diſcriminis fuſorum ab Alexandro Perſarum, ſpectator & teſtis.* hoc eſt locus, in quo pugnabatur de imperio Aſiæ, a quo prœlio pendebat imperium Aſiæ. Exempla quamvis multa ex uno Cicerone facile colligas. *Gravius.*

27. Nos

quam. illi enim mea opera ante kalend. Januar. nihil opus eſt. [27] nos autem ejus voluntatem ante idus Decemb. [e] perſpiciemus in Caſca. mihi valde aſſenſus eſt. Quamobrem hæc quidem hactenus. Quod reliquum eſt, quotidie tabellarios habebis, &, ut ego arbitror, etiam [f] quod ſcribas habebis quotidie. Leptæ litterarum exemplum tibi miſi: ex [g] quo mihi videtur [28] ςρατύλλαξ.

e perſciemus *MS.*
f quid *alii.*
g iis mihi *MS.*

27. *Nos autem ejus voluntatem ante Id. Decemb. ſciemus, &c.*] Antiqui codices vulgatis mendoſiores videntur: cum tamen (quamvis aliquantulum contaminati ſint) ſinceræ lectionis veſtigia non parva retineant: *perſciemus* enim habent, cum *perſpiciemus* (niſi fallor) legendum ſit. quod qui diligenter attenderit facile animadvertet. Quod autem ſequitur, *in Caſca*: male alii cum inſequenti clauſula conjungebant; cum huic hærere debeat. Nos, inquit, videbimus Octaviani voluntatem in Caſca, id eſt in negotio Caſcæ. nam ſi Caſcæ faviſſet, ut tribunatum, quem à Cæſare dictatore habuerat, gereret, bene omnino de illo exiſtimari poſſe judicabat, magnum enim eſſe putabat Cicero argumentum ſignumque præclari ejus in remp. animi, ſi hoc feciſſet. nam paulò ſuprà dixit in hanc ſententiam, *Certiſſimum eſſe video diſcrimen Caſcæ noſtri tribunatum.* indignum autem videbatur Cæſarianarum partium hominibus Caſcam honores illos gerere, quos ab eo obtinuerat, in quem poſtea tam ingratus & crudelis fuiſſet. Exprobravit autem hoc Antonius in epiſtola, quam ſcripſit Hirtio & Cæſari, quòd Caſcam ſcilicet Tribunatum gerere paſſi eſſent. *Victor.*

28. Στρατύλλαξ.] Lambinus ςρατηλάτης, vulgò ςρατηλάξ. Ad oram librorum ponitur, ςρατηλώτης. quod, quid ſit, ignorare ſe fatetur V. C. Dauſquejus, niſi qui exercitum ſibi conciliat & clavo velut adjungit; quod in Antonium non convenire docemur epiſtolâ hujus libri 8. itaque malit ςρατηλάτης, *exercitus dux:* verum invidioſa voce, ac ſi interpreteris, *exercitûs impulſor ſcelerumque hortator*, cujuſmodi Antonius, Tullii cenſurâ. Quid tamen, addit, ſi, ςρατοῦ *fax ille delectus &c.* quos enim non ſollicitavit; incentor fuit & militum, & Ægypti, & malorum prope omnium, adeoque Reip. Rom. everſor. Poterat & legi Στρατολάκης *ille* λὰξ, *dejectus de gradu.* Notum ex Homero; λὰξ ποδὶ κινήσας. Στρατολάκας, qui exercitum ſonat, & ore arma crepat. *verbo belli lituus.* lege epiſtolam 8. & mecum dices. & pronum factu eſt, ut cùm vicinæ loco voces ſunt λάκας & λὰξ, neque litteris admodum diſſitæ, per ignorationem altera alteri fraudi fuerit. ſed nec ineptum ſi dicatur Antonius Στρατάρχης voce nota Polluci lib. 1. cap. 10. ut epiſtola 11. *Muſtella* ταξιάρχης, hactenus Dauſquejus. *Cleric. Dejectus de gradu.* elegans locutio, petita a gladiatoribus & militibus, quorum ſtatus & habitus, ad prœliandum compoſitus, dicitur gradus. Inde *componere ad prœliandum gradum.* vide Lipſ. II. Saturnal. 20. & J. F. Gronov. notas ad Senec. Agamem. v. 315. *Grævius.*

 29. *Non*

Ant. ille dejectus de gradu. ſed tu, cùm legeris, exiſtimabis.

Obſignatâ jam epiſtolâ litteras à te & à Sexto accepi. nihil jucundius litteris Sexti, nihil amabilius: nam tuæ breves; priores erant uberrimæ. Tu quidem & prudenter, & amicè ſuades, ut in his locis potiſſimùm ſim, quoad audiamus, hæc, quæ commota ſunt, quorſus evadant. ſed me, mi Attice, non ſanè hoc quidem tempore movet reſpublica; non quò [h] aut ſit mihi quidquam carius, aut eſſe debeat: ſed deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. quare iſta valeant: me res familiaris movet: rem dico? immo verò exiſtimatio. cùm enim tanta reliqua ſint, ne Terentiæ quidem adhuc, quod ſolvam, expeditum eſt. Terentiam dico? ſcis nos pridem jam conſtituiſſe Montani nomine H-S. [i] xxv. diſſolvere. pudentiſſimè hoc Cicero petierat, ut [k] fide ſua. liberaliſſimè, ut tibi quoque placuerat, promiſeram; Erotique dixeram, ut ſepoſitum haberet. 29 non modò: ſed iniquiſſimo fœnore verſuram facere Aurelius coactus eſt. nam de Terentiæ nomine Tiro ad me ſcripſit, te dicere, nummos à Dolabella fore: malè eum credo intellexiſſe, ſi quiſquam malè intelligit; potiùs, nihil intellexiſſe. tu enim ad me ſcripſiſti Coccejí reſponſum, & iiſdem pæne [l] verbis Eros. veniendum eſt igitur vel in ipſam flammam. Turpius eſt enim privatim cadere quàm publicè. itaque ceteris de rebus, [m] quas ad me ſuaviſſimè ſcripſiſti, perturbato animo, 30 non potui, ut [n] conſueram,

h ea ſit *alii.*

i xxii. *alii.*

k ei de ſuo *alii.*

l rebus *MS.*

P. CCLXII.

m *alii* quin.

n *alii* conſueveram.

29. *Non modo, ſed.*] Quidam legunt *Non modo non fecit*; & interpretantur, Non modo non hoc Eros fecit quod ei mandaveram. Utrúmque eſt ἀπροσδιόνυσον. Nam hoc totum pertinet ad Aurelium, quem dicit non modo coactum eſſe verſuram facere, ſed etiam iniquiſſimo fœnore, ut Montani abſentis nomine ſeſtertiâ illa xxv. Romæ ſolveret, quæ Cicero ſe ſoluturum promiſerat ep. 50. lib. xii. Eſt autem ellipſis particulæ *etiam*, quæ interdum omittitur poſt *ſed*, cum auget ep. 10. ad Lentulum: *Omnibus negotiis non interfuit ſolum; ſed præfuit.* Varro de Re Ruſt. libro primo: *Uva non ſolum legitur ad bibendum, ſed eligitur ad edendum.* Popma.

30. *Non potui, ut conſueveram, reſcribere*] Antiqui hic codices *conſueram* habent: hoc enim verbum non ſolum poëtæ, ſed etiam, qui proſa oratione ſcripſerunt, ſæpe κατὰ συγκοπὴν pronuntiant. id ego non ſemel in manuſcriptis libris obſervavi. Sunt etiam pro-

ram, reſcribere. conſenti in hac cura, [q]ubi ſum, ut [o] inviſum MS.
me expediam: quibus autem rebus, venit quidem mihi in mentem: ſed [p] certè conſtituere nihil poſſum, priùs [p] certo alii.
quàm te videro. quî minùs autem ego iſtic rectè eſſe poſſim quàm eſt Marcellus? ſed non id agitur: neque id maximè curo. qui curem vides. adſum igitur.

EPISTOLA XVI.

CICERO ATTICO S.

JUCUNDISSIMAS tuas legi litteras. ad Plancum [q] ſcripſi; habes exemplum. cum Tirone quid [r] ſit locutus cognoſcam ex ipſo. Cum ſorore ages attentiùs, ſi te occupatione iſta relaxaris.

q ſcripſi, miſi alii.
r ſis Corrad.

M. CICERO [s] L. PLANCO PRÆT. DES. S.

s CN. Manut. conj.

ATTICI noſtri te valde ſtudioſum eſſe cognovi, mei verò ita cupidum, ut mehercule paucos æque obſervantes atque amantes me habere exiſtimem. ad paternas enim magnas, & veteres, & juſtas neceſſitudines magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me, meaque erga te, par atque mutua. Buthrotia tibi cauſa ignota non eſt: egi enim ſæpe [t] de ea re tecum, tibique totam rem demonſtravi: quæ eſt acta hoc modo. [v] Ut primùm Buthrotium agrum proſcriptum vidimus, commotus Atticus libellum compoſuit. eum mihi dedit, ut darem Cæſari. eram enim cenaturus apud eum illo die. [31] *cum li-*

t quatuor ſeqq. voces Boſius addidit.
v alii ubi.

proxima verba patum purgata & integra, ut puto: ea multi multis modis conati ſunt emendare. ipſe vulgatam lectionem, quamvis ſuſpecta mihi ſit, retinui, eandem enim in manuſcriptis inveni: quare non temerè rejiciendam cenſui. *Victor.*

31 *Cum libellum Cæſari dedi.*] Antonianus, plane melius, *cum libellum*: adſcriptamque τελείαν σύγχυσιν habet. Sane durius eſt, *Cum dedi*, pro, *Cum dediſſem*. Neque enim tum, cum daretur libellus; id quod, *Cum dedi*, valet, probare cauſam Cæſar ipſe potuit. ſed poſtquam datus eſt & lectus. Nam conjunctio *Cum*, finitivæ quidem qualitati jungitur; ſed *tum*, *cùm*, ut Diomedes ait, eo ipſo tempore ſignificat: qui etiam exempli cauſſa hæc, quæ dicam, & multa alia affert. *Cum dicam, veni*: id eſt, ipſo tem-

libellum Cæſari dedi: probavit cauſam; reſcripſit Attico æqua eum poſtulare: admonuit tamen, ut pecuniam reliquam Buthrotii ad diem ſolverent. Atticus, qui civitatem conſervatam cuperet, pecuniam numeravit de ſuo. quod cùm eſſet factum, [x] adimus ad Cæſarem, verba fecimus pro Buthrotiis, liberaliſſimum decretum abſtulimus; quod eſt obſignatum ab ampliſſimis viris. quæ cùm eſſent acta, mirari quidem ſolebam, pati Cæſarem convenire eos, qui agrum Buthrotium concupiſſent: neque ſolùm pati, ſed etiam ei negotio te præficere. itaque & ego cum illo locutus ſum, & ſæpius quidem; ut etiam accuſarer ab eo, quòd parùm conſtantiæ ſuæ conſiderem: & M. Meſſalæ & ipſi Attico dixit, ut ſine cura [y] eſſent: aperteque oſtendebat, ſe præſentum animos (erat enim popularis, ut noras) offendere nolle: cùm mare [z] tranſiſſent, curaturum ſe, ut in alium agrum deducerentur. Hæc illo vivo. poſt interitum [a] autem Cæſaris, ut primùm ex ſenatus conſulto cauſas conſules cognoſcere inſtituerunt, hæc, quæ ſupra ſcripſi, ad eós delata ſunt. probaverunt [b] cauſam ſine ulla dubitatione, ſeque ad te litteras daturos eſſe dixerunt. Ego autem, mi Plance, etſi non dubitabam, quin & ſenatûsconſultum, & lex, & conſulum decretum ac litteræ apud te plurimum auctoritatis haberent, teque ipſius Attici cauſâ velle intellexeram: tamen hoc pro conjunctione & benivolentia noſtra mihi ſumpſi, ut id à te peterem, quod tua ſingularis humanitas ſuaviſſimique mores à te eſſent impetraturi. id autem eſt, ut hoc, quod te tua ſponte facturum eſſe certò ſcio, honoris noſtri cauſâ libenter, prolixè, celeriter facias. mihi nemo eſt amicior, nec jucundior, nec carior Attico: cujus

am-

[x] *adivimus* alii. P. B.

[y] *eſſet* MS.

[z] *tranſiſſet* MS.

[a] *vero* MS.

[b] ita Manut. alii *cauſas.*

tempore quo declamabo. Et ex Æneid. libro primo: *Cum venit, aulæis jam ſe regina ſuperbis Compoſuit.* Id eſt: tempore ipſo quo venit. Quo in loco Servius. *Aut*, pro *cum veniret*, (inquit) *aut cum, eſt adverbium temporis*, pro *dum. Nec enim poteſt, Conjunctivi modi particula jungi Indicativa.* Sane ſciendum eſt, *Cum* & *Dum*, malo errore a Romanis eſſe confuſa. ſic ille. Qui plura deſiderat, Diomedem poteſt adire. Nos, tametſi non adeo religioſi ſumus, exiſtimamus tamen ſermonis proprietatem non eſſe negligendam: eo maxime, ſi veterum librorum accedat auctoritas. *Malaſpina. Libellum.*] Quo libello petebat a Cæſare, ut agrum Buthrotium liberaret: Buthrotios enim, quod reliquum pecuniæ deberent, intra certam diem ſoluturos. *P. Manut.*

32. *Quæ*

antea res ſolùm familiaris agebatur, eaque magna; nunc acceſſit etiam exiſtimatio, ut, quod conſecutus eſt magnâ & induſtriâ, & gratiâ, & vivo Cæſare, & mortuo, id, te adjuvante, obtineat. quod ſi à te erit impetratum, ſic velim exiſtimes, me de tua liberalitate ita interpretaturum, ut tuo ſummo beneficio me affectum judicem. ego, quæ te velle, quæque ad te pertinere arbitrabor, ſtudioſè diligenterque curabo. da operam, [c] ut valeas.

c *ut bene* alii.

CICERO PLANCO PRÆT. DES. S.

Pag. CCLXIII.

JAM *antea petivi abs te per litteras, ut, cùm cauſa Buthrotiorum probata à conſulibus eſſet, quibus & lege, & ſenatûsconſulto permiſſum erat, ut de Cæſaris actis cognoſcerent, ſtatuerent, judicarent, eam rem tu adjuvares: Atticumque noſtrum, cujus te ſtudioſum cognovi, & me, qui non minùs laboro, moleſtiâ liberares. omnibus enim rebus magna cura, multa opera & labore confectis, in te poſitum eſt, ut noſtræ ſollicitudinis finem quàm primùm facere poſſimus. quamquam intelligimus eâ te eſſe prudentiâ, ut videas, ſi ea decreta conſulum, quæ de Cæſaris actis interpoſita ſunt, non ſerventur, magnam perturbationem rerum fore. equidem, cùm multa, [d] quod neceſſe erat in tanta occupatione, non probentur, quæ Cæſar ſtatuerit; tamen otii paciſque cauſâ acerrimè illa ſoleo defendere: quod tibi idem [e] magnopere faciendum cenſeo: quamquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris. Igitur, mi Plance, rogo te & etiam ora, ſic medius fidius, ut majore ſtudio magiſque ex animo agere non poſſim, ut totum hoc negotium ita agas, ita tractes, ita conficias, ut, quod ſine ulla dubitatione apud conſules obtinuimus propter ſummam bonitatem & æquitatem cauſæ, id tu nos obtinuiſſe non modò facilè patiare, ſed etiam gaudeas. [32] qua quidem voluntate eſſe erga Atticum ſæpe præſens & illi oſtendiſti, & verò etiam mihi. quod ſi feceris, me, quem voluntate & [f] paterna neceſſitudine conjunctum ſemper habuiſti, maximo beneficio devinctum ha-*

d *quod* deeſt in MS.

e *magno opere* MS.

f *quem pat.* MS.

32. *Qua quidem voluntate eſſe erga Atticum.*] Lege: *qua quidem voluntate te eſſe erga Atticum. τὸ te* abſorpſerat præcedentis vocis ultima ſyllaba, ut ſæpe. *Gravius.*

 33. Plan-

habebis. idque ut facias te vehementer etiam atque etiam rogo.

P. R.

CICERO CAPITONI SUO S.

NUMQUAM *putavi fore, ut ſupplex ad te venirem. ſed hercule facilè patior datum tempus, in quo amorem experirer tuum. Atticum quanti faciam ſcis. amabo te, da mihi & hoc: obliviſcere meâ cauſâ, illum aliquando ſuo familiari, adverſario tuo, voluiſſe conſultum, cùm illius exiſtimatio ageretur. hoc primùm ignoſcere eſt humanitatis tuæ: ſuos enim quisque debet tueri: deinde, ſi me amas (omitte Atticum) Ciceroni tuo, quem quanti facias præ te ſoles ferre, totum hoc* g *da, ut, quod ſemper exiſtimavi, nunc planè intelligam, me a te multùm amari. Buthrotios cùm Cæſar decreto ſuo, quod ego obſignavi cum multis ampliſſimis viris, liberaviſſet, oſtendiſſetque nobis, ſe, cùm agrarii mare tranſiſſent, litteras miſſurum, quem in agrum deducerentur; accidit, ut ſubitò ille interiret. deinde, quemadmodum tu ſcis (interfuiſti enim, cùm conſules oporteret ex ſenatûsconſulto de actis Cæſaris cognoſcere) res ab iis in kal. Jun. dilata eſt. acceſſit ad ſenatûsconſultum lex, quæ lata eſt a. d.* IV. *non. Jun. qua lex earum rerum, quas Cæſar ſtatuiſſet, decreviſſet, egiſſet, conſulibus cognitionem dedit. cauſa Buthrotiorùm delata eſt ad conſules. decretum Cæſaris recitatum eſt, & multi præterea libelli Cæſaris prolati. Conſules de conſilii ſententia decreverunt ſecundùm Buthrotios;* 33 *Plancum dederunt. Nunc, mi Capito (ſcio enim quantum ſemper apud eos, quibuscum ſis, poſſe ſoleas, eo plus apud hominem facillimum atque humaniſſimum Plancum) enitere, elabora, vel potiùs eblandire, effice, ut Plancus, quem ſpero optimum eſſe, ſit etiam melior operâ tuâ. omnino res hujusmodi videtur eſſe, ut ſine cujusquam gratia Plancus ipſe pro ingenio & prudentia ſua non ſit dubitaturus, quin decretum conſulum, quorum & lege, & ſe-*

g *da* Boſius addidit è MSS.

Pag. CCLXIV.

33. *Plancum dederunt.*] Haud aliter ſcriptum eſt in antiquis libris: me tamen in hanc opinionem ratio ipſa perducit, ut legendum credam; *Litteras ad Plancum dederunt.* video enim ita ſcriptum ſupra: Conſules probaverunt cauſſas ſine ulla dubitatione, ſeque ad te litteras daturos eſſe dixerunt. *P. Manut.*

34 *Otii*

natûsconſulto cognitio & judicium fuit, conſervet; aſertim cùm, hoc genere cognitionum labefactato, acta æſaris in dubium ventura videantur: quæ non modò ii, orum intereſt, ſed etiam ii, qui illa non probant, 34 otii uſâ confirmare velint. quod cùm ita ſit, tamen intereſt oſtra, Plancum hoc animo libenti prolixoque facere. uod certe faciet, ſi tu nervulos tuos, mihi ſæpe cognitos, avitatemque, quâ nemo tibi par eſt, adhibueris. quod t facias te vehementer rogo.

CICERO C. CUPIENNIO S.

PATREM *tuum plurimi feci; meque ille mirificè & coluit & amavit: nec mehercule umquam mihi dubium fuit, quin à te diligerer. ego quidem id facere non liſtiti. quamobrem peto à te in majorem modum, ut ivitatem Buthrotiam ſubleves, decretumque conſulum, quod ii ſecundùm Buthrotios fecerunt, cùm & lege, & ſenatûsconſulto ſtatuendi poteſtatem haberent, des operam, ut Plancus noſter quamprimùm confirmet & comprobet. hoc te vehementer, mi Cupienni, etiam atque etiam rogo.*

CICERO PLANCO PRÆT. DES. S.

IGNOSCE *mihi, quòd cùm antea accuratiſſimè de Buthrotiis ad te ſcripſerim, eadem de re ſæpius ſcribam. non mehercule, mi Plance, facio, 35 quò parum confidam aut*

34. *Otii cauſâ confirmare velint.*] Faërnus *confirmari*, meliori ſententia. *Urſin.*

35. *Quod parum confidam.*] Anton. & Faërni *quo*, eodem ſenſu. Nec me fugit hoc atque hujusmodi a Laurentio errata exiſtimari ſcribarum, aut potius ignorantium, *quòd* de cauſſa efficienti, *quo* de finali dici: illudque *quia* valere; *hoc ut*. quod ab eo hujusmodi exemplo illuſtratur: *Caſtigo te, non quòd odio habeam, ſed quo meliorem efficiam:* ubi apparet, in priori membro efficientem cauſſam ſignificari: in poſteriore finem. Sed tamen *quo*, ſi quoties pro *quia* reperitur, erratum eſſet, ne illa multa eſſent tum in his libris, tum in reliquis errata. Nam libro VII. epiſtola *Pedem in Italia: Tu cædem (inquit) non ſine cauſſa times: non quo minus quidquam Cæſari expediat ad diuturnitatem victoriæ & dominationis, &c.* ſed ſtultum eſt in re perſpicua laborare. Nec tamen Laurentii opinionem contemno, quæ mihi, ut vere dicam, valde placet; certe tuta eſt: ſed illud volui dicere, *quo* ſi legamus hoc loco, non

aut liberalitati tua, aut noſtra amicitia; ſed cùm tanta res agatur Attici noſtri, nunc verò etiam exiſtimatis, ut id, quod probavit [h] *Caſar, nobis teſtibus & obſignatoribus, qui & decretis, & reſponſis Caſaris interfueramus, videatur obtinere potuiſſe, praſertim cùm tota poteſtas ejus rei tua ſit, ut ea, qua conſules decreverunt ſecundum Caſaris decreta & reſponſa, non dicam comprobes, ſed ſtudioſè libenterque comprobes. id mihi ſic erit gratum, ut nulla res gratior eſſe poſſit. etſi jam ſperabam, cùm has litteras accepiſſes, fore, ut ea, qua ſuperioribus litteris à te petiiſſemus, impetrata eſſent, tamen non faciam finem rogandi, quoad nobis nuntiatum erit, te id feciſſe; quod magna cum ſpe exſpectamus. deinde* [i] *enim confido fore, ut alio genere litterarum utamur; tibique pro tuo ſummo beneficio gratias agamus. quod ſi acciderit, velim ſic exiſtimes, non tibi tam Atticum, cujus permagna res agitur, quàm me, qui non minùs laboro quàm ille, obligatum fore.*

h alii *Caſ. nobis.* P. B.

i *tum* alii.

CICERO CAPITONI S.

NON *dubito, quin mirere atque etiam ſtomachere, quòd tecum de eadem re agam ſapius. Hominis familiariſſimi, & mihi omnibus rebus conjunctiſſimi, permagna res agitur, Attici. cognovi ego tua ſtudia in amicos, etiam in te amicorum. multùm potes nos apud Plancum juvare. novi humanitatem tuam. ſciò quàm ſis amicis jucundus. nemo nos in hac cauſa plus juvare poteſt quàm tu.* [k] *& res ita eſt firma, ut debet eſſe; quam conſules de conſilii ſententia decreverunt, cùm & lege, & ſenatûs conſulto cognoſcerent. tamen omnia poſita putamus in Planci tui liberalitate; quem quidem arbitramur cùm officii tui & reipublica cauſâ decretum conſulum comprobaturum, tum libenter noſtrâ cauſâ eſſe facturum. adjuvabis igitur, mi Capito: quod ut facias vehementer etiam atque etiam rogo.*

k ita Boſ. alii aliter.

non novum eſſe etiam, ſi *quia* valeat. Mihi vulgata lectio ſatis probata eſt. *Malaſpina.*

FINIS EPISTOLARUM AD ATTICUM.

M. TUL-

M. TULLII CICERONIS
Pag. CCLXXXIX.

EPISTOLARUM

AD

QUINTUM FRATREM,

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

MOralis admodum eſt hæc epiſtola : & cum ad unum Q. Ciceronem ſcripta ſit, omnibus tamen provinciarum aut civitatum rectoribus norma quædam & bene agendi regula eſſe poteſt. Eſt autem totum ejus argumentum admonitio. nam hanc unam ob cauſam ſcribit ad Quinctum fratrem, ut ei proponat ea, quæ ſi faciat honori ſuo præclare conſulat. ea porro dividitur in laudem, vituperationem, cohortationem. Laudem, quia, ut ipſe ſcripſit in epiſtola, opinor, ad Trebonium, multum refert, ſi laudes eum, quem cohortere : vituperationem, quia diſſuadendi locus eſt optimus, cum turpitudinem oſtendimus : Cohortationem, ut ejus, qui admonet, propenſa quædam ad ejus, qui admonetur, laudem voluntas ac ſtudium declaretur. Laudat Cicero Quintum à fortitudine, ſapientia, humanitate, continentia, integritate & uſu rerum gerendarum: vituperat ab iracundia, objecta illi ab omnibus fere, qui è Græcia Romam proficiſcebantur. Hortatur primum, ut æquo animo ferat annuam imperii acceſſionem, & in ſuſtinendo negotio facilitatem oſtendit, cum dicat, obveniſſe illi imperium nullis fere fortunæ motibus expoſitum, ſed quod virtute & animi moderatione facillime poſſit adminiſtrare : deinde, ut ſuis tantum committat, quantam in unoquoque fidem eſſe cognoverit: poſtremo, ne aures præbeat falſa dicentibus ; ne quid injuſtum ad aliorum arbitrium annulo ſignet ; accenſum quem diligat animadvertat;

tat; ne quid inſolens libber faciat; caveat ab aſſentatoribus; cum ſeveritate regat ſervos; ne quid, quod ad imperium ſuum vel ad remp. attineat, ſervis etiam fidelibus committat; ſit ipſe integer & continens; det operam, ut in omnibus, quos ſecum habebit, ſit pudor; familiaritate provincialium & Græcorum percautè & diligenter utatur; diſciplinam adhibeat regendæ familiæ gravem & conſtantem; facilis ſit in audiendo, lenis in diſcernendo, diligens in ſatisfaciendo ac diſputando; omnibus, quibus præeſt, utilitatem afferat; jus æquabiliter & diligenter dicat; curetque ut idem faciant ii, quibus aliquam partem ejus muneris conceſſerit; conſtantiam & gravitatem adhibeat, qua non ſolum gratiæ, verum etiam ſuſpicioni reſiſtat; linguam in iracundia contineat; in tuendis honoribus, quos adeptus eſt, operam ponat; quandoquidem eſſet in iis civitatibus cum imperio & poteſtate, in quibus virtutes ſuas conſecratas & in Deorum numen collocatas videbat. P. Manut.

EPISTOLA I.

MARCUS Q. FRATRI S.

1 I. ETsi non dubitabam, quin hanc epiſtolam multi nuntii, fama denique eſſet ipſa ſuâ celeritate ſuperatura, tuque antè ab aliis auditurus eſſes, annum tertium acceſſiſſe [1] deſiderio noſtro & labori tuo, tamen exiſtimavi à me quoque tibi hujus moleſtiæ nuntium perferri oportere. Nam ſuperioribus litteris, non
P. CCXC. unis, ſed pluribus, cùm jam ab aliis deſperata res eſſet, tamen ego tibi ſpem maturæ deceſſionis afferebam; non ſolùm, ut quàm diutiſſimè te jucunda opinione oblectarem, ſed etiam quia tanta adhibebatur & à nobis, & à prætoribus contentio, ut rem poſſe confici
2 non diffiderem. Nunc quoniam ita accidit, ut neque prætores ſuis opibus, neque nos noſtro ſtudio quidquam
a perficere *ed. vet.* [a] proficere poſſemus, eſt omnino difficile non graviter id ferre: ſed tamen noſtros animos, maximis in rebus
b & *deeſt in Ald.* [b] & gerendis & ſuſtinendis exercitatos, frangi & debili-

1. *Deſiderio noſtro.*] Deſiderantur quæ abſunt, quibus caremus, quæ exſpectamus. Itaque deſiderium ſæpe pro eo dolore uſurpamus, quem ex eo, quod re aliqua caremus, percipimus; ut in Epiſt. Fam. VI. *Neceſſe eſt minore deſiderio perdita Rep. carere, quam bonâ.* id enim eſt dolere, ut infra: *Perfice, ut lætitia provinciæ deſiderium noſtrum leniatur.* Et in V. ad Attic. ubi de ſua provincia loquitur: *Erit tibi videndum, ut hoc noſtrum deſiderium ne plus ſit annuum.* Hotoman.

2. *Im-*

litari moleſtia non oportet. [c]Et quoniam ea moleſtiſſimè ferre homines debent, quæ ipſorum culpa contracta ſunt, eſt [d]quiddam in hac re mihi moleſtiùs ferendum quàm tibi. factum eſt enim mea culpa, contrà, quàm tu mecum & proficiſcens & per litteras egeras, ut priore anno non ſuccederetur. Quod ego, dum ſociorum ſaluti conſulo, dum [e]2 impudentiæ nonnullorum negotiatorum reſiſto, dum noſtram gloriam tua virtute augeri expeto, feci non ſapienter: præſertim cùm id commiſerim, ut ille alter annus etiam tertium poſſet adducere. Quod quoniam peccatum meum eſſe confiteor, eſt ſapientiæ atque humanitatis tuæ curare & perficere, ut hoc, minùs ſapienter à me proviſum, diligentiâ tuâ corrigatur. [f]Ac ſi te ipſe vehementiùs ad omnes partes bene audiendi excitaris; non ut cum aliis, ſed ut tecum jam ipſe certès; ſi omnem tuam mentem, curam, cogitationem, 3 ad excellentem omnibus in rebus laudis cupiditatem incitaris: mihi crede, unus annus additus labori tuo, multorum annorum lætitiam nobis, gloriam [g]verò etiam poſteris noſtris afferet. Quapropter hoc te primum rogo, 4 ne contrahas aut demittas ani-

c. *Et deeſt in Ald. & Vict.*
d. quidem *ed. vet.*
e. impmd. *Ald.*
f. At *Ald.*
g. vero *deeſt in ed. vet.*

2. *Impudentia nonnullorum negotiatorum.*] Poſterius Paconium & item Tuſcenium quendam nominat, qui, cum acerbius a Quincto tractati eſſent, non tantum in provincia contumelioſè de ipſo locuti erant: verum etiam Romam ad ſenatum queſtum venerant. Cum igitur Marcus animadvertiſſet aliquid ex ea re offenſionis contractum eſſe, operam dederat, ut primo anno alter adderetur: quo poſſet Quinctus conceptam ex ea nimia ſeveritate maculam eluere, & jucundiſſimam ſui nominis memoriam in provincia relinquere. Atque hoc illud eſt, quod circa extremum ſcribit: *Sed quoniam primus annus habuit de hac reprehenſione pluriмum ſermonis, ſecundus autem multo levior, &c.* Hotoman.

3. *Ad excellentem in omnibus rebus laudis cupiditatem.*] Ita legendum opinor ex antiquo libro, in quo tamen *& excellentem*, mendoſe, pro *ad excellentem* ſcriptum eſt. *Urſin.*

4. *Ne contrahas aut demittas.*] Noſtri *ac demittas*, quod rectum eſſe puto, cum utrique verbo ſua contraria *erigas* ac *reſiſtas*, copulatè reddantur. Sane contractio animi ac demiſſio diverſæ affectiones ſunt, quamvis poſterior ex priore naſcatur, utraque ex timore aut diffidentia. Tum enim manus damus, cum diffidimus. Itaque Cicero fratrem forti animo vult eſſe: nec modo non ſuccumbere negotiorum magnitudini, ſed etiam reſiſtere atque ultro occurrere. *Malaſpina. Contrahas aut demittas animum.*] Tranſlatum à navigantibus, qui orta tempeſtate vela contrahunt, eaque dimittunt. Itaque in hac metaphora perſtat, cum poſtea dicit, con-

P. B. animum, neve te obrui, tamquam fluctu, ſic magnitudine negotii ſinas: contraque erigas ac reſiſtas, ſive etiam ultro occurras negotiis. Neque enim ejuſmodi partem reipublicæ geris, in qua fortuna dominetur, ſed
4 in qua plurimum ratio poſſit & diligentia. Quòd ſi tibi bellum aliquod magnum & periculoſum adminiſtranti prorogatúm imperium viderem; tremerem animo, quòd eodem tempore eſſe intelligerem etiam fortunæ poteſtatem in nos prorogatam. Nunc verò ea pars tibi reipublicæ commiſſa eſt, in qua aut nullam aut perexiguam partem fortuna [h] tenet, & quæ mihi tota in tua virtute ac moderatione animi poſita eſſe videatur. Nullas (ut opinor) inſidias hoſtium, nullam prælii dimicationem, nullam defectionem ſociorum, nullam inopiam ſtipendii aut rei frumentariæ, nullam ſeditionem exercitûs pertimeſcimus: quæ perſæpe ſapientiſſimis viris acciderunt, ut, quemadmodum gubernatores optimi vim tempeſtatis, ſic illi fortunæ impetum ſuperare non poſſent. Tibi data eſt ſumma pax, ſumma tranquillitas: ita tamen, ut ea dormientem gubernatorem vel
5 obruere, vigilantem etiam delectare poſſit. Conſtat enim ea provincia primùm ex eo genere ſociorum, quod eſt ex hominum omni genere humaniſſimum: deinde ex eo genere civium, qui aut, quòd publicani ſunt, [5] nos ſumma neceſſitudine attingunt, aut, quòd ita negotiantur, ut locupletes ſint, noſtri conſulatus beneficio ſe incolumes fortunas habere arbitrantur.

h teneat *Lamb.*

II. AT ENIM inter hos ipſos exſiſtunt graves controverſiæ, multæ naſcuntur injuriæ, magnæ contentiones conſequuntur. Quaſi verò ego id putem, non te aliquantum negotii ſuſtinere. Intelligo permagnum eſſe negotium & maximi conſilii. Sed memento,
P. CCXCI. conſilii me hoc negotium eſſe magis aliquanto, quàm
6 fortunæ, putare. Quid eſt enim negotii continere eos, quibus præſis, ſi te ipſe contineas? Id autem ſit magnum & difficile ceteris, ſicut eſt [i] difficillimum: tibi

i & quidem diff. *alii.*

contraque erigas. Sic ad Att. lib. I. *Contraxi vela, perſpiciens inopiam judicum.* Hotoman.

5. *Nos ſumma neceſſitudine attingunt.*] Nonſolum quia publicani equites erant, & ex equeſtri familia natus erat Cicero; ſed etiam, qui ordinem equeſtrem ſemper defenderat atque ornaverat. ad Att. lib. I. & IV. Cat. *P. Manut.*

tibi & fuit hoc ſemper facillimum, & verò eſſe debuit: cujus natura talis eſt, ut etiam ſine doctrina videatur moderata eſſe potuiſſe: ea autem adhibita doctrina eſt, [6] quæ vel vitioſiſſimam naturam attollere poſſit. Tu cùm pecuniæ, cùm voluptati, cùm omnium rerum cupiditati reſiſtes, ut facis, erit, credo, periculum, ne improbum negotiatorem, paullo cupidiorem publicanum comprimere non poſſis. Nam [5] Græci quidem ſic te [k] ita viventem intuebuntur, ut quendam ex annalium memoria, aut etiam de cœlo divinum hominem eſſe in provinciam delapſum putent. Atque hæc nunc non ut facias, ſed ut te facere & feciſſe gaudeas, ſcribo. Præclarum eſt enim ſummo cum imperio [6] fuiſſe in 7 Aſia triennium, ſic ut nullum te ſignum, nulla pictura, nullum vas, nulla veſtis, nullum [l] mancipium, nulla [m] forma cujuſquam, nulla conditio pecuniæ (quibus rebus abundat iſta provincia) ab ſumma integritate continentiaque deduxerit. Quid autem reperiri tam eximium, aut tam expetendum poteſt, quàm iſtam virtutem, moderationem animi, temperantiam, non latere in tenebris, neque eſſe abditam, ſed in luce Aſiæ, in oculis clariſſimæ provinciæ atque in auribus omnium gentium ac nationum eſſe poſitam? non itineribus tuis perterreri homines? non ſumptu exhauriri? non adventu commoveri? eſſe, quocumque veneris, & pu-

[k] jam Gronov.

[l] mancupium MS.

[m] fortunæ MS.

6. *Quæ vel vitioſiſſimam naturam attollere poſſit.*] Exturbavi vulgatum *excolere*, inductus à Pall. quatuor, in quibus illud alterum *accolere*. reſpexit fortè ad hunc locum Horatius cùm voluit *affigit humo divinæ particulam auræ*. Gruterus.

7. *Græci quidem.*] Ipſi ſocii. provinciam enim diviſit in duo genera, ſocios & cives: rurſus cives in duas ſpecies, publicanos & negociatores. Græcos autem appellat Aſianos, quia tum ferè totus ille terrarum tractus Græco ſermone utebatur: itaque M. Cœlius in quadam ad Ciceronem epiſtola Græcas pantheras vocat, quæ in Cilicia capiebantur. *P. Manut.*

8. *Fuiſſe in Aſia biennium.*] Ita omnino legendum, cum male in omnibus vulgatis codicibus ſit *triennium*. paullo poſt, pro *perterriti homines*, non dubito quin legendum ſit, *proteri homines*. Urſin.

9. *Adventu commoveri.*] Quanta autem inde formido naſci conſueverit, vel ex his Manilianæ verbis intelligi poteſt, ubi ſic ſcribit: *Ejuſmodi in provinciam homines cum imperio mittimus, ut etiam, ſi ab hoſte defendant, tamen ipſorum adventus in urbes ſociorum non multum ab hoſtili expugnatione differant.* Quod

publicè, & privatim maximam lætitiam: cùm urbs cuſtodem, non tyrannum; domus hoſpitem, non expilatorem, recepiſſe videatur?

P. B. III. HIS AUTEM in rebus jam te uſus ipſe profectò erudivit, nequaquam ſatis eſſe, [n] ipſum hasce habere virtutes, ſed eſſe circumſpiciendum diligenter, ut in hac cuſtodia provinciæ non te unum, ſed omnes miniſtros imperii tui, ſociis, & civibus, & reipublicæ præſtare videare. Quamquam legatos habes eos, qui ipſi per ſe habituri ſint rationem dignitatis ſuæ; de quibus honore, & dignitate, & ætate præſtat Tubero, quem ego arbitror, præſertim cùm ſcribat hiſtoriam, multos ex ſuis annalibus poſſe deligere, quos velit & poſſit imitari: [10] Halienus autem noſter, cùm animo & benivolentiâ, tum vero etiam imitatione vivendi. Nam quid ego de [o] Gratidio dicam? quem certò ſcio ita laborare de exiſtimatione ſua, [11] ut propter amorem in nos fraternum etiam de noſtra laboret. Quæſtorem habes, non tuo judicio [p] delectum, ſed eum, quem ſors dedit.

n te ipſum *alii.*

o Cratidio *alii.*

p dilectum *alii.*

hunc

vero majorum in his rebus inſtitutum fuerit Livius lib. XLI. his tradit verbis: *Ante hunc conſulem nemo unquam ſociis in ulla re oneri aut ſumptui fuit.* Ideo magiſtratus mulis tabernaculiſque, & omni alio inſtrumento militari ornabantur: ne quid tale imperarent ſociis, privata hoſpitia habebant, ea benignè comiterque colebant; domusque eorum Romæ hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diverti mos eſſet. Legati, qui repentè aliquo mitterentur, ſingula jumenta per oppida, iter qua faciendum erat, imperabant: aliam impenſam ſocii in magiſtratus non faciebant. Itaque Cicero ipſe, quemadmodum ſe hoc in genere, cum Ciliciæ proconſul eſſet, gesſerit, his verbis ad Att. ſcribit: *Levantur miſera civitates, quòd nullus fit ſumptus in nos, neque in legatos, neque in quæſtorem, neque in quemquam. Scito non modo nos fœnum, aut quod lege Julia dari ſolet, non accipere, ſed ne ligna quidem, nec præter quatuor lectos & tectum quemquam accipere quicquam. Multis locis ne tectum quidem, & in tabernaculo manere plerumque.* Hotoman.

10. *Alienus autem noſter.*] Lambinus edidit *Hallienus*, ſed male: ALLIENUS enim eſt in vetere denario, quem tuſit, ut opinor, hic idem ALLIENUS: in manuſcripto eſt, *Allienus autem noſter eſt cum.* Urſin.

11. *Ut propter amorem in nos fraternum etiam de noſtra laboret.*] Melius iſtud, quàm veteris editionis ſcriptura, *ut propterea am. fr. etiam demonſtrare laboret*; quomodo tamen Pall. & liber Pavilionis, quo uſus Janus Gulielmius. *Gruter.* Balliol. *demonſtrare lab.* An ſignificat *de noſtra elaboret?* Gronov.

12. Tar

hunc oportet & ſua ſponte eſſe moderatum, & tuis inſtitutis, ac præceptis obtemperare. Quorum ſi quis fortè eſſet ſordidior, ferres eatenus, quoad per ſe negligeret eas leges, quibus [q] eſt adſtrictus: non ut ea poteſtate, quam tu ad dignitatem [r] permiſiſſes, ad quæſtum [s] uteretur. Neque enim mihi ſanè placet, præſertim cùm ii mores [12] tantùm jam ad nimiam [t] lenitatem & ambitionem incubuerint, ſcrutari te omnes ſordes, excutere unumquemque eorum: ſed, quanta ſit in quoque fides, tantum cuique committere. Atque inter hos, eos, quos tibi comites & adjutores negotiorum publicorum dedit ipſa reſpublica, duntaxat finibus his [13] præſtabis, quos ante præſcripſi.

IV. Quos verò [14] aut ex domeſticis convictionibus, aut

q eſſet *MS.*
9
r ei perm. *conj. Lamb.*
s abuteretur *alii.*
t levitatem *Manut.*

12. *Tantum jam ad nimiam l. & ambitionem incubuerint.*] Pater meus præclare adjuvabat manum animumque Ciceronis, emendando *tantum non ad nimiam.* Scripſi autem *& ad ambitionem*, ut aperte habebat Balliol. ex more ſcriptoris noſtri. *Gronov.*

13. *Præſtabis.*] *Præſtare* verbum eſt juris. *Præſtare aliquem* eſt prædem eſſe pro aliquo, & periculum, quod ex eo timetur, in ſe recipere. In eandem autem ſententiam Verr. III. dixit: *Si innocentes exiſtimari volumus, non ſolum nos abſtinentes; ſed etiam noſtros comites præſtare debemus.* Quantus autem illius obligationis uſus ſit nemo unquam melius quam hic idem Noſter ad Brutum in epiſtolis ſcripſit: *Eſt*, inquit, *gravior & difficilior animi & ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero quam pecuniæ obligatio.* Hæc enim ſolvi poteſt: & eſt rei familiaris jactura tolerabilis: Reip. quod ſpoponderis, quemadmodum ſolvas, niſi is dependi facile patitur, pro quo ſpoponderis. *Hotoman.*

14. *At ex domeſticis conjunctionibus.*] Diligenter conſiderandum an potius *convictionibus* legendum ſit: quo nomine utitur M. Cicero filius in epiſtola ad Tironem, *Tum etiam jucundiſſima convictio*, etſi eo etiam loco in pluribus codicibus depravate (conjunctio) legebatur. Quod autem hic paulò poſt legimus, *apparitionibus*, vetus ille codex, *apparationibus*, habet, quemadmodum in epiſtola, qua Q. Thermo commendat M. Marcilium, ſcriptum habet Mediceus codex. *Ego, cum antea ſtudioſe commendabam Marcilium: tum multo nunc ſtudioſius, quod in longa apparatione ſingularem, &c.* Quam tamen orthographiam neutro loco nos ſecuti ſumus. *Victor.* *Ex domeſticis convictionibus.*] Victorii editio, *conjunctionibus*, quomodo aliquot item Pall. nam ceteri *convictoribus*; Pavilionis *convictioribus.* Gruter. Sane & Balliol. *conjunctionibus* vel *convinctionibus*, ut in eo manus Grutero ſit danda. Sed cur tacet de ſequentibus? Certe idem MS. pro vulgato *ex neceſſariis apparitoribus* habet *apparationibus*, pro *apparitionibus*, quod veriſſimum exiſtimo, & Tullio reſtitui, ut lib. XIII. ad Thermum ep. 54. *in longa apparitione.* Gronov.

aut ex neceſſariis apparitionibus tecum eſſe voluiſti;
P. CCXCII. qui quaſi ex cohorte prætoris appellari ſolent, horum non modò facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda nobis ſunt. Sed habes eos tecum, quos poſſis rectè facientes facilè diligere: minùs conſulentes exiſtimationi tuæ facillimè coërcere: à quibus, rudis cùm eſſes, videtur potuiſſe tua liberalitas decipi (nam ut quisque eſt vir optimus, ita difficillimè eſſe alios improbos ſuſpicatur). Nunc verò tertius hic annus habeat integritatem eandem quam ſuperiores, [15] cautiorem etiam ac diligentiorem. Sint aures tuæ, quæ id, quod audiunt, [16] exiſtimentur audire, non in quas fictè [v] & ſimulatè quæſtus cauſâ inſuſurretur. [17] Sit annulus tuus non ut vas aliquis, ſed tamquam ipſe tu: non miniſter alienæ voluntatis, ſed teſtis tuæ. Accenſus ſit [x] eo numero, quo eum

v *alii* aut.

x eo etiamnum. *Lamb.*

15. *Cautiorem etiam ac diligentiorem.*] Equidem malim, *Cautiorem etiam diligentiorem*, deletâ copulâ. nam cum quædam in fratre non ſatis probaret, præſertim quod Statio nimium indulgeret, hominem tamen naturâ iracundum irritare nollet; culpam confert in ruditatem illius, propter quam decipi potuerit ab iis, qui dignitati illius minus conſuluiſſent. Itaque mirâ quadam arte integritatem in eo, id quod eſt maximum, laudat; cautionem non adimit, quam fatetur fuiſſe diligentem, ſed hanc vult eſſe, etiam quam fuerit, diligentiorem. Vulgata non undiquaque mihi probatur. *Malaſpina.* *Cautiorem etiam ac diligentiorem.*] Feliciter hunc locum reſtituit Faërnus, qui *cautionem etiam diligentiorem* legendum indicavit. *Urſin.*

16. *Exiſtimentur audire.*] Subobſcurus locus; cujus tamen arbitror hanc eſſe ſententiam. Plerumque cum multis præſentibus inſuſurratur, is qui monetur ſe audire diſſimulat: ita qui adſunt exiſtimant illum nihil audire. Monet igitur Q. Fratrem, ne ad ſuas aures quemquam inſuſurrare patiatur, ſed omnes palàm atque apertè loqui jubeat, ut quod audivit, id exiſtimetur audiſſe. Neque tamen de occultis conſiliis, quæ ad Remp. pertinere poſſunt, id ſignificat: ſed ſe inſuſurrationibus, qualis illa eſt, quam in Verr. IV. reprehendit: *Crebro dimittebat ſe accenſus ad aurem Timarchides.* Item Verr. VII. *Atque eum vident ſedere ad latus prætoris, & ad aurem familiariter, ut ſolitus erat, inſuſurrare.* Hotoman.

17. *Sit annulus tuus non ut vas aliquod.*] Receſſi ab omnium, quas quidem ego vidi, editionum lectione, adductus auctoritate Robortelli, qui Lib. II. Emend. cap. 17. rectè, ut videtur, contra Manutium hunc locum explicat, non de vaſe, ſed de vade. Et ſanè ſi ſcribas *vas aliquod* aut ſenſus obſcurus aut omnino nullus eſt, quum è contrario, ſi legeris *vas aliquis*, omnia erunt plana, quidquid contrà dicat Sigonius libro I. Emend. cap. 27. *Verburg.*

18. *Sit*

eum majores noſtri eſſe voluerunt : qui hoc non in be-
neficii loco , ſed in laboris ac muneris , non temerè
niſi libertis ſuis deferebant : quibus illi quidem non mul-
tò ſecus ac ſervis imperabant. [18] Sit lictor non ſuæ,
ſed tuæ lenitatis apparitor : majoraque præferant faſces
illi, ac ſecures dignitatis inſignia, quàm poteſtatis. To-
ti denique ſit provinciæ cognitum, tibi omnium, qui-
bus præſis, ſalutem, liberos, famam, fortunas eſſe
cariſſimas. Denique hæc opinio ſit non modò iis,
qui aliquid acceperint, ſed iis etiam, qui dederint, te
inimicum (ſi id cognoveris) futurum. Neque verò
quiſquam dabit, cùm erit hoc perſpectum, nihil per eos,
qui ſimulant ſe apud te multum poſſe, abs te ſolere im-
petrari. Nec tamen eſt hæc oratio mea hujuſmodi, ut 11
te in tuos aut durum eſſe nimiùm, aut ſuſpicioſum ve-
lim. Nam ſi quis eſt eorum, qui tibi biennii ſpatio
numquam in ſuſpicionem avaritiæ venerit, (ut ego Cæ-
ſium, & Chærippum, & Labeonem, & audio, &, P. B.
quia cognovi, exiſtimo) nihil eſt, quod non & iis, &
ſi quis eſt alius y ejuſdemmodi, & committi, & credi y ejusmodi
rectiſſimè putem. Sed ſi quis eſt, in quo jam offende- *Lamb. & alii.*
ris, de quo aliquid ſenſeris : huic nihil credideris, nullam
partem exiſtimationis tuæ commiſeris.

V. IN PROVINCIA verò ipſa ſi quem es nactus,
qui in tuam familiaritatem z penitus intrarit, qui nobis z penetra-
antè fuerit ignotus ; huic quantum credendum ſit vide : rit *alii.*
non quin poſſint multi eſſe provinciales viri boni ; ſed
hoc ſperare licet, judicare periculoſum eſt. Multis enim
ſimulationum involucris tegitur, & quaſi velis quibuſ-
dam obtenditur uniuſcujusque natura ; frons, oculi,
vultus perſæpe mentiuntur ; oratio verò ſæpiſſime.
[20] Quam-

18. *Sit lictor non ſua ſævitia, ſed tua lenitatis apparitor.*] Ita le-
gendum, cum in aliis deſit vox *ſævitia.* Urſin. *Lictor non ſua,
ſed tua lenitatis apparitor.*] Lipſius noſter libro 1. Elect. cap. 23.
auſit reſcribere, *lictor manſues, & tua lenit.* ſed inclinat tamen
magis in id, quod Urſinus depromit è libro, *lictor, non ſævi-
tia, ſed tua &c.* neutrum placet. rationes reddidi in Suſpicionibus.
Gruter.

19. *Provinciales.*] Verbum animadverſione dignum. Nam pro-
vinciales hoc loco perſpicuè appellantur cives R. qui in provincia
ſic negotiabantur, ut in iis ſedem ac domicilium fortunarum ſua-
rum conſtituerent. Sic infra : *Delectus in familiaritatibus & pro-
vincialium hominum, & Græcorum.* Hotoman.

 29. *Quam-*

12 [20] Quamobrem, quî potes reperire ex eo genere hominum, [21] qui pecuniæ cupiditate adducti careant his rebus omnibus, à quibus nos divulſi eſſe [22] non poſſumus? te autem, alienum hominem, ament ex animo, ac non ſui commodi cauſâ ſimulent? mihi quidem permagnum videtur; præſertim ſi iidem homines privatum non ferè quemquam, prætores ſemper omnes amant. Quo ex genere ſi quem fortè tui [a] cognoſti amantiorem (fieri enim potuit) quàm temporis, [23] hunc verò ad tuum

a cognoviſti *alii.*

20. *Quamobrem qui potes reperire ex eo genere hominum, qui pecuniæ cupiditate abducti.*] Vide num rectius ſit in manuſcripto; *quamobrem, ſi poteſt reperiri ex eo genere hominum, qui pecunia cupiditate abducti.* Urſin. *Quamobrem qui potes reperire ex eo genere &c.*] Hunc locum ſic reſtitui, partim conjecturâ ductus, partim veſtigia ſcripturæ veteris ſecutus, nam ut vulgò legitur explicari non poteſt. Sic autem emendavi: *Quamobrem qui potes reperire ex eo genere hominem, qui pec. cupid. add. car. iis rebus omn. à quibus n. d. eſſe non poſſ. quemquam, qui te alien. hom. amet ex animo, ac non ſui comm. cauſa ſimulet?* ordo autem hic eſt: *Qui potes reperire quemquam, qui te alienum hominem amet. &c. ex eo genere hominem, &c.* Lambinus.

21. *Qui pecunia.*] Hoc non ab iis verbis pendet, *ex eo genere hominum.* nam, ſi ita eſſet, ex iisdem verbis illud quoque penderet, *Te autem, alienum hominem, ament ex animo,* ita, quò ſpectarent ea verba, *qui potes reperire*, prorſus non eſſet. quare ego ſic totam ſententiam diſpono: Ex eo genere hominum, ex provincialibus inquam, qui potes reperire, qui & pecuniæ cupiditate adducti careant iis, quæ à nobis coluntur, virtutibus; & te, hominem alienum, ament ex animo, at non ſui commodi cauſâ ſimulent? mihi quidem difficile inprimis videtur. itaque cavendæ ſunt eorum familiaritates. *P. Manut.*

22. *Non poſſumus? te autem &c.*] Paulo aliter Lambinus hæc & quæ ſequuntur in margine majoris editionis exhibet, ſcilicet: *Non poſſumus, quemquam, qui te, alienum hominem, amet ex animo, ac non ſui commodi cauſa ſimulet?* Verum tales conjecturæ, nam non facit mentionem alicujus codicis, qui ita legentem adjuvat, non ſunt alicujus pretii, niſi forte adjuventur codicum non vilium auctoritate, nec videntur Lambino ulterius quam ad oſtentandum ingenium placuiſſe, aut unquam ab ipſo Lambino in textum fuiſſe recipiendæ, niſi forte poſtea acceſſiſſet aliunde major auctoritas. *Verburg.*

23. *Hunc ad tuum.*] Antonianus & item aliquot alii *hunc vero ad tuum.* Aſſeverantius. vim enim habet aſſentientis ea particula, & actione adjuvanda eſt. Tale eſt illud pro Quinctio: *Gratia Sex. Nevii, ne P. Quintio noceat, id vero non mediocriter pertimeſco.* Et ad Servium Sulpicium: *Ego vero Servi vellem, ut ſcribis, in meo graviſſimo caſu adfuiſſes.* Malaſpina. *Hunc vero ad tuum numerum li-*

tuum numerum libenter adſcribito. Sin autem id non
perſpicies; nullum erit genus in familiaritate cavendum
magis: propterea quòd & omnes vias pecuniæ norunt,
& omnia pecuniæ cauſâ faciunt: &, quicum victuri
non ſunt, ejus exiſtimationi conſulere non curant.
Atque etiam è Græcis ipſis diligenter cavendæ ſunt 13
quædam familiaritates, [b] præter hominum perpaucorum, [b] præter-
ſi qui ſunt vetere Græcia digni. [c] Sic verò fallaces ſunt quam *conj.*
permulti, & leves, & diuturna ſervitute [24] ad nimiam *Lamb.*
aſſentationem eruditi. [d] quos ego univerſos adhiberi P. CCXCIII.
liberaliter, optimum quemque hoſpitio amicitiaque [c] Sin *Lamb.*
conjungi [e] dico oportere: nimiæ familiaritates eorum, [d] eos *alii.*
neque tam fideles ſunt (non enim audent adverſari no- [e] duco
ſtris voluntatibus) [f] & verò invident non noſtris ſolùm, *Grut. conj.*
verùm etiam ſuis. [f] & invident *alii.*

VI. JAM QUI in ejusmodi rebus, in quibus vereor 14
etiam ne durior ſim, cautus eſſe velim ac diligens:
quo me animo in [g] ſervos eſſe cenſes? quos quidem [g] ſervis
cùm omnibus in locis, tum præcipuè in provinciis re- *alii & MS.*
gere debemus: quo de genere multa præcipi poſſunt;
ſed hoc & breviſſimum eſt, & facillimè teneri poteſt,
ut ita ſe gerant in iſtis Aſiaticis itineribus, ut ſi iter
Appiâ [h] viâ faceres: neve intereſſe quidquam putent, [h] viâ *deeſt*
utrùm Tralles, an Formias venerint. At, ſi quis eſt *in MS.*
ex ſervis egregiè fidelis, ſit in domeſticis rebus & pri-
vatis: quæ res ad officium imperii tui atque ad aliquam
partem reipublicæ pertinebunt, de his rebus nequid at-
tingat. Multa enim, quæ rectè committi ſervis fideli-
bus poſſunt, tamen ſermonis & vituperationis vitandæ
cauſâ committenda non ſunt. Sed neſcio quo pacto 15
ad præcipiendi rationem delapſa eſt oratio mea, cùm
id mihi propoſitum initio non fuiſſet. Quid enim ei
præcipiam, quem ego in hoc præſertim genere intelli-
gam prudentiâ non eſſe inferiorem quàm me; uſu ve-
rò etiam ſuperiorem? Sed tamen ſi ad ea, quæ face-
res, auctoritas accederet mea, [25] tibi ipſi illa putavi
fore

libenter adſcribito.] *Ad tuorum numerum* liber Longolii rectius. *Urſin.*

24. *Ad nimiam aſſentationem eruditi.*] Videtur aliquid ad implendam ſententiam deſiderari, niſi forte ſit locutio (ut Pædiani verbis utar) in conſequens. *Hotoman.*

25. *Tibi ipſi illa.*] Videtur legendum, *tibi ipſa illa.* Urſin.

 26. *Le-*

fore jucundiora. Quare ſint hæc fundamenta dignitatis tuæ: tua primùm integritas & continentia: deinde omnium, qui tecum ſunt, pudor: [i] delectus in familiaritatibus, & provincialium hominum, & Græcorum, percautus & diligens: familiæ gravis & conſtans diſciplina. Quæ cùm honeſta ſint in his privatis noſtris quotidianisque rationibus, in tanto imperio, tam depravatis moribus, tam corruptrice provincia, divina videantur neceſſe eſt.

16 Hæc inſtitutio [k] atque hæc diſciplina poteſt ſuſtinere in rebus ſtatuendis & decernendis eam ſeveritatem, [l] qua tu in iis rebus uſus es, ex quibus nonnullas ſimultates cum magna mea lætitia ſuſceptas habemus. niſi fortè me Paconii neſcio cujus, hominis ne Græci quidem, [m] at Myſii, aut Phrygis potiùs, querelis moveri putas; aut Tuſcenii, hominis furioſi ac ſordidi vocibus, cujus tu ex impuriſſimis faucibus inhoneſtiſſimam cupiditatem eripuiſti ſumma cum æquitate.

[i] dilectus MS. P. B.

[k] atque disc. alii.

[l] quam MSS. duo.

[m] sed Myſi aut Phryges alii.

VII. Hæc et cetera plena ſeveritatis, quæ ſtatuiſti in iſta provincia, non facilè ſine ſumma integritate [n] ſuſtineremus. quare ſit ſumma in jure [o] dicundo ſeveritas, dummodò ea ne varietur gratia, ſed conſervetur æquabilis. Sed tamen parvi refert abs teipſo jus dici æquabiliter & diligenter, niſi idem ab iis fiet,

17 quibus tu ejus muneris aliquam partem conceſſeris. Ac mihi quidem videtur non ſanè magna varietas eſſe negotiorum in adminiſtranda Aſia, ſed ea tota jurisdictione maximè ſuſtineri. In qua ſcientiæ præſertim provincialis ratio ipſa expedita eſt. Conſtantia eſt adhibenda & gravitas, quæ reſiſtat non ſolùm gratiæ, verùm etiam ſuſpicioni. Adjungenda etiam eſt facilitas in audiendo, [26] lenitas in decernendo, in [27] ſatisfaciendo ac diſputando di-

[n] ſuſtinebimus alii.

[o] dicendo alii.

26. *Lenitas in diſcernendo.*] Lenitas in diſcernendo cur requiratur, ac non potius judicium, non ſatis perſpicio. Sane mihi probatior ea ſcriptura videtur, quæ eſt in meis omnibus, Antoniano, Faërni, reliquis omnibus, nempe *decernendo*, qua in re lenitas laudatur. adde quod diſcernendi ratio in audiendo poſita eſt. Tres ergo gradus facit Cicero, primum audiendi, proximum decernendi, tertium ſatisfaciendi, ſi requiratur. Et primo quidem facilitatem attribuit, alteri lenitatem, tertio diligentiam. Vocat autem hic in decernendo lenitatem ἐπιείκειαν, hoc eſt æquitatem, quæ de ſummo jure multum remittit; quam usque eo probarunt, ut jus eſſe nihil aliud voluerint, quam æquum bonum. *Malaſpina.*

diligentia. [20] His rebus nuper Cn. Octavius jucundiſſimus fuit: [21] apud quem primus lictor quievit; tacuit accenſus: quoties quiſque voluit dixit, & quàm voluit diu. Quibus ille rebus fortaſſe nimis lenis videretur, P. CCXCIV. niſi

In diſcernendo.] Omnes quos vidi antiqui, *decernendo*, quod ſine dubio rectum eſt: nam diſcernere pro dijudicare nunquam me, ubi de jure dicendo ageretur, legiſſe memini. Qualem autem in decernendo lenitatem ſignificet ex ea pro Quinctio facile intelligitur: ubi de Dolabella prætore queritur, qui, cum advocati Quincti de jure ſui decreti diſputarent, eos acerrimè per lictores ſummoveri juſſerat. *Hotoman.*

27. *Satisfaciendo ac diſputando.*] Hoc idem ex eodem Quinctianæ loco facillimè intelligitur, ubi litigatores prætori decernenti obſtrepebant ac tergiverſabantur, & contra eum de ſui decreti jure diſputabant. *Recuſabant* (inquit) *qui aderant tum Quinctio: demonſtrabant de re judicium prius fieri oportere: clamabat porro ipſe Quinctius &c.* Ejuſdemmodi præterea diſputationis exemplum ex-[illegible] apud Livium lib. II. Ubi Appius Decemvir detrectantibus liti-[illegible]ribus ſatisfacere conatur, & quaſi cum ipſis diſputat. *In cau-*[illegible]quit, *& perſona variat:* & quæ ſequuntur. Recte igitur, [illegible]*do:* ut in libris omnibus, nam *diſcernendo* reponere, & ne[illegible]re id ad prætores & judices pertinere, ſed totum litigatorum eſſe, nulla ratio eſt: cum ubique diſceptandi verbum in Prætoribus uſurpetur. ut in illo lib. III. de Leg. I. *Juris diſceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat, Prætor eſto.* Hotoman.

28. *His rebus nuper Cn. Octavius.*] *C. Octavius* ſcribendum eſſe docent libri veteres, & lapis antiquus Colatianus, in quo inciſum eſt:

C. OCTAVIUS. C. F. C. N. C. P.
PATER AUGUSTI.
TR. MIL. BIS. Q. ÆD. PL. CUM
C. TORANIO. JUDEX. QUÆSTIONUM
PR. PRO. COS. IMPERATOR APPELLATUS
EX. PROVINCIA, MACEDONIA. *Urſin.*

29. *Apud quem primus lictor.*] Malim *primum*, ut primum inſtituti hujus auctorem Octavium faciat; qui tanta facilitate fuerit, ut ne lictoris quidem atque accenſi operâ uti voluerit. Ii enim in judiciis præſto erant prætori, nutum illius exſpectantes. Et cum lictoris quidem munus eſſet, ut turbam a tribunali ſummoveret; accenſi, ut vel juberet dicere, vel ſilentium imperaret; Octavius tamen, nec quemquam voluit prohiberi per lictorem, nec ulli finiendæ orationis neceſſitatem per accenſum imponi. *Malaſpina.*
Primus lictor quievit: tacuit accenſus &c.] Ita de conjectura Octavius Pantagathus, cui hactenus omnes meritò acquieverunt; utique cum nihil eſſet inficetius vulgato, *qui fuit.* quod tamen in omnibus mſſ. præterquam Halberſtadienſi, qui noſtrum illud firmat, ut prodit Pighius noſter libro XVI. Annal. Roman. *Gruter.* Vide Robortell. Lib. II. Emend. cap. 20. & Sigon. Lib. I. c. 30.

niſi hæc lenitas illam ſeveritatem tueretur. Cogebantur Sullani homines quæ per vim & metum abſtulerant reddere. qui in magiſtratibus injurioſè decreverant, eodem ipſis privatis erat jure parendum. hæc illius ſeveritas acerba videretur, niſi multis condimentis huma-
18 nitatis mitigaretur. Quòd ſi hæc lenitas grata Romæ eſt, ubi tanta arrogantia eſt, tam immoderata libertas, tam infinita hominum licentia, denique tot magiſtratus, tot auxilia, tanta vis, tanta ſenatûs auctoritas: quàm jucunda tandem prætoris comitas in Aſia poteſt eſſe, in qua tanta multitudo civium, tanta ſociorum, tot urbes, tot civitates unius hominis nutum intuentur? ubi nullum auxilium eſt, nulla [p] conqueſtio, nullus ſenatus, nulla concio? Quare cùm permagni hominis eſt & cùm ipſa natura moderati, tum verò etiam doctrinâ atque optimarum artium ſtudiis eruditi, ſic ſe adhibere in tanta poteſtate, ut nulla alia poteſtas ab iis, quibus ipſe præſit, deſideretur.

p quæſtio *Manut.*

19 VIII. [q] [30] CYRUS ille à Xenophonte [31] non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem juſti imperii, cujus ſumma gravitas ab illo philoſopho cum ſingulari comitate conjungitur: quos quidem libros non ſine cauſa noſter ille Africanus de manibus ponere non ſolebat: nullum eſt enim prætermiſſum in iis officium diligentis & moderati imperii. [r] eaque, ſi ſic coluit ille, qui privatus futurus numquam fuit, quonam modo retinenda ſunt iis, quibus imperium ita datum eſt, ut redderent, &

q Si ille Cyr. *Lamb. conj.*

r ea igitur *Idem.*

30. *Cyrus ille à Xenophonte non ad hiſtoria fidem ſcriptus eſt, ſed &c.*] Ita ſcriptum eſt in antiquo. *Urſin.*

31. *Non ad hiſtoria fidem ſcriptus.*] Hoc exemplum non ob eam cauſam Cicero attulit, ut oſtenderet, Cyrum eſſe à Xenophonte ſcriptum; ſed ut ex ejus inſtitutis argumentum caperet, provinciarum rectoribus gravitatem eſſe cum humanitate jungendam. nam ſi ea ſic ille coluit, qui privatus futurus nunquam fuit; quonam modo &c. Opinor igitur, non terminari ſententiam in verbo, *ſcriptus*, nec ſubaudiri *eſt*, quod nonnulli putant; ſed pendere, donec excipiatur ab illa parte, *eaque ſi ſic coluit ille*, ut ſit, quod Græci ἀνακόλουθον vocant. quale illud eſt in Tuſc. II. *Etenim ſi orationes, quas nos multitudinis judicio probari volebamus (popularis eſt enim illa facultas, & effectus eloquentiæ eſt audientium approbatio) ſed ſi reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, niſi quid imitari ſe poſſe conſiderent &c.* ſimilia notavimus & apud Græcos multa. *P. Manut.*

32. *Sed*

: ab iis legibus datum eſt, ad quas revertendum eſt? s ab iis
.c mihi quidem videntur huc omnia eſſe referenda [s] iis, alii.
ui præſunt aliis, ut ii, qui erunt [t] eorum in imperio, P. R.
nt quàm beatiſſimi: quod tibi eſſe & antiquiſſimum t in cor.
: ab initio fuiſſe, ut primùm Aſiam attigiſti, conſtan- alii.
: fama atque omnium ſermone celebratum eſt. Eſt
utem non modò ejus, qui ſociis & civibus, ſed etiam
jus, qui ſervis, qui mutis pecudibus præſit, eorum,
uibus præſit, commodis utilitatique ſervire. Cujus 20
uidem generis conſtare inter omnes video abs te ſum-
nam adhiberi diligentiam: nullum æs alienum novum
ontrahi civitatibus: vetere autem magno & gravi
nultas abs te eſſe liberatas urbes: complures [v] dirutas v diruptas
c pænè deſertas (in quibus unam Joniæ nobiliſſimam, MSS.
lteram Cariæ, Samum & Halicarnaſſum) per te eſſe
ecreatas: nullas eſſe in oppidis ſeditiones, nullas diſcor-
lias: provideri abs te, ut civitates [x] optimatium conſi- x optima-
iis adminiſtrentur: ſublata Myſiæ latrocinia: cædes tum alii.
multis locis repreſſas: pacem totâ provinciâ conſtitutam:
neque ſolùm illa itinerum atque agrorum, ſed multò
etiam plura & majora oppidorum [y] & fanorum furta y & fa-
& latrocinia eſſe depulſa. Remotam à fama, & à for- nor. quad.
tunis, & ab otio [z] locupletum, illam acerbiſſimam edd. non
miniſtram prætorum avaritiæ calumniam: ſumptus & habent.
tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fi- z locuple-
nes incolant, tolerari æquabiliter: facillimos eſſe adi- tium alii.
tus ad te: patere aures tuas querelis omnium: nullius
inopiam ac ſolitudinem, non modò illo populari ac-
ceſſu ac tribunali, [32] ſed ne domo quidem & cubicu-
lo eſſe excluſam: tuo toto denique imperio nihil acer-
bum eſſe, nihil crudele, atque omnia plena clementiæ,
manſuetudinis, humanitatis.

IX. Quantum verò illud eſt beneficium tuum, 21
quòd iniquo [33] & gravi vectigali ædiliciorum, magnis P. CCXCV.
noſtris

32. *Sed ne domo quidem & cubiculo eſſe excluſam: tuo toto denique imperio, &c.*] Et diſtinctio & lectio eſt à quinque Pall. quibus proximè accedebat editio Victorii. *Grut.* Alii ſcilicet exhibent: *Ne domo quidem tua & cubiculo eſſe excluſam tuo: toto denique in imperio &c.*

33. *A gravi vectigali ædiliciorum.*] Locus oſtendit conſuetudinem in provinciis ſenſim jam inſtitutam ab iis, qui Romæ ludos facerent, ut pecuniam ſociis ad illos ſumptus exigerent. Hanc pecuniam,

a *Etenim MS.* noſtris ſimultatibus, Aſiam liberaſti? [a] Enimverò ſi unus homo nobilis queritur palàm, te, quòd edixeris, NE AD LUDOS PECUNIÆ DECERNERENTUR, H-S. CC. ſibi eripuiſſe: quanta tandem pecunia penderetur, ſi omnium nomine, quicumque Romæ ludos facerent, quod erat jam inſtitutum, erogaretur? Quamquam has querelas hominum noſtrorum illo conſilio oppreſſimus, quod in Aſia neſcio quonam modo, Romæ quidem non mediocri cum admiratione laudatur, quòd, cùm ad templum monumentumque noſtrum civitates pecunias decreviſſent, cumque id & pro meis magnis meritis, & pro tuis maximis beneficiis ſumma ſua voluntate feciſſent, nominatimque lex exciperet, UT AD TEMPLUM MONUMENTUMQUE CAPERE LICERET: cumque id, quod dabatur, non eſſet interiturum, ſed in ornamentis templi futurum, ut non mihi potiùs quàm [b] populo Romano ac diis immortalibus datum videretur: tamen id, in quo erat dignitas, erat lex, erat eorum, qui faciebant, voluntas, accipiendum non putavi; [c] cùm aliis de cauſis, tum etiam ut animo æquiore ferrent ii, quibus nec deberetur, nec liceret. Quapropter incumbe toto animo & ſtudio omni in eam rationem, qua adhuc uſus es, ut eos, quos tuæ fidei poteſtatique ſenatus populusque Romanus commiſit & credidit, diligas & omni ratione tueare, ut eſſe quàm beatiſſimos velis. Quòd ſi te fors Afris, aut Hiſpanis, aut Gallis præfeciſſet, immanibus ac barbaris nationibus, tamen eſſet humanitatis tuæ conſulere eorum commodis & utilitati, ſalutique ſervire. Cùm verò ei generi hominum præſimus, non modò in quo ipſa ſit, ſed etiam à quo ad alios perveniſſe putetur humanitas, certè iis [d] eam potiſſimùm tribuere debemus, à quibus accepimus. Non enim me hoc jam dicere pudebit, præſertim in ea vita atque iis rebus geſtis, [e] in quibus non poteſt reſidere inertiæ aut levitatis ulla ſuſpicio: nos ea, quæ conſecuti ſumus, his ſtudiis & artibus eſſe adeptos, quæ ſint nobis Græciæ monumentis diſciplinisque tradita. Quare præter communem fidem, quæ omni-

(Margin: b reip. *alii.* — c *alii* tum. — 22 [beside "rent ii, quibus nec deberetur"] — P. B. — d etiam eam *alii.* — e in *deeſt in aliis*)

cuniam, quia quotannis pendebatur, propterea vectigal appellat. Sed *Ædilitibrum* cur potius quàm *Ædilitio* legendum ſit non diſpicio. *Hotoman.*

34. Quæ

omnibus debetur, prætereà non iſti hominum generi præcipuè debere videmur, ut, quorum præceptis ſumus eruditi, apud eos ipſos, quod ab iis didicerimus, velimus exprimere.

X. Atque ille quidem princeps ingenii & do- 23
ctrinæ Plato tum denique fore beatas reſpublicas putavit, ſi aut docti ac ſapientes homines eas regere cœpiſſent; [f] aut ii, qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina at ſapientia collocaſſent. Hanc conjunctionem videlicet poteſtatis ac ſapientiæ ſaluti cenſuit civitatibus eſſe poſſe: quod fortaſſe aliquando univerſæ reipublicæ noſtræ, nunc quidem profectò iſti provinciæ contigit, ut is in ea ſummam poteſtatem haberet, cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate [g] percipienda, plurimum à pueritia ſtudii fuiſſet & [h] temporis. Quare cura, ut hic annus, qui ad laborem tuum acceſſit, idem ad ſalutem Aſiæ prorogatus eſſe videatur. [34] quoniam in te retinendo fuit Aſia felicior quàm nos in deducendo; perfice, ut lætitiâ provinciæ deſiderium noſtrum leniatur. Etenim, ſi in promerendo, ut tibi tanti honores haberentur, [35] quanti haud ſcio an nemini, fuiſti omnium diligentiſſimus: multò majorem in
his honoribus tuendis adhibere diligentiam debes. [i] Et 24
quidem de iſto genere honorum quid ſentirem ſcripſi ad te [k] ante. ſemper eos putavi, ſi vulgares eſſent, viles: ſi temporis cauſâ conſtituerentur leves: ſi verò (id quod ita factum eſt) meritis tuis tribuerentur, exiſtimabam multam tibi in his [l] honoribus tuendis operam eſſe ponendam. Quare, quoniam in iſtis urbibus cum ſummo imperio & poteſtate verſaris, in quibus tuas virtutes [36] conſecratas & [37] in deorum numero collocatas vides: in omnibus rebus, [m] quas ſtatues, quas decer-

f *ita MSS. Malaſp. alii* aut qui.

g præcipienda *MS.*

h temporis collocatum *alii.*

i Equidem *alii.*

Pag. CCXCVI.

k antea *alii.*

l honorib. *non hab. Lamb.*

m de quib. *MS.*

34. *Quoniamque in te retinendo fuit Aſia felicior.*] Ita legebat Faërnus. & infra, *ſuos coërcere, juris æquabilem tenere rationem,* ſine copula *et.* Urſin. *Quoniamque* præfert etiam Malaſpina.

35. *Quanti haud ſcio an nemini.*] Similiter Papirio Pæto, lib. epiſt. ad Varronem: *Contingit enim tibi, quod haud ſcio an nemini.* pro eo, quod eſt *ulli.* Malaſpina.

36. *Conſecratas.*] Et Græcis & Romanis mos fuit, illa, propter quæ datur homini adſcenſus in cœlum, mentem, pietatem, virtutem, fidem colere, earumque laudum delubra habere. Ut ipſe libro de Leg. II. & de Nat. Deor. II. teſtatur. Græci autem etiam certi hominis virtuti monimentum ponebant, idque conſecra-

cernes, quas ages, quid tantis hominum opinionibus, tantis de te judiciis, tantis honoribus debeas, cogitabis. Id autem erit ejusmodi, ut conſulas omnibus, [38] ut medeare incommodis hominum, provideas ſaluti, ut te parentem Aſiæ & dici & haberi velis.

25 XI. ATQUE huic tuæ voluntati ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani. quibus ſi adverſamur, ordinem de nobis optimè meritum, & per nos cum republica conjunctum, & à nobis, & à republica [n] dijungemus. ſin autem omnibus in rebus obſequemur, funditus eos perire patiemur, quorum non modò ſaluti, ſed [39] etiam commodis conſulere debemus. Hæc eſt una (ſi verè cogitare volumus) in toto imperio tuo difficultas. Nam eſſe abſtinentem, continere omnes cupiditates, ſuos coërcere, [o] juris æquabilem tenere rationem; facilem te in rebus cognoſcendis, in hominibus audiendis admittendisque præbere; præclarum magis eſt quàm difficile. non eſt enim poſitum in labore aliquo, ſed in quadam inductione animi atque voluntate. Illa cauſa publicanorum quantam acerbitatem afferat ſociis intelleximus ex civibus, qui nuper in portoriis Italiæ tollendis non tam de portorio, quàm de nonnullis injuriis portitorum querebantur. Quare non ignoro, quid ſociis accidat in ultimis terris, cùm [p] audierim in Italia querelas [q] civium. Hìc te ita verſari, ut & publicanis ſatisfacias (præſertim [40] publicis malè redemptis) & ſocios perire non ſinas, divinæ cu-
26 juſdam virtutis eſſe videtur, id eſt, tuæ. [r] Ac primùm

n disjung. *alii.*
o & juris *alii.*
P. B.
p audierint *MS.*
q civium? *conj. Grut.*
r At *MS.*

Græ-

crabant. Quin etiam feſtos dies in Proconſulum ſuorum honorem dicebant; unde Mutia, Marcellea, Verrea. *Hotoman.*

37. *In deorum numero collocatas vides.*] Egregiè explicat Lipſius noſter libro I. Electorum cap. 14. *Grut.*

38. *Ut medeare incommodis hominum.*] Placet *omnium*, pro *hominum*. Urſin. Et ita habet Palatinus pr.

39. *Etiam commodis conſulere debemus.*] Pal. pr. *conſ. tenemur.* ſec. *commodis conſulemus.* prætulerim utrumque vulgato. *Grut.*

40. *Publicis malè redemptis.*] Publica dicebantur, quæ eadem & vectigalia. Ea cenſores publicanis conſtituta auctione vendebant: qui ſæpe cupiditate adducti nimiò licitabantur. Sueton. in Julio: *Publicanos, remiſſionem petentes, tertia mercedum parte relevavit: ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur propalàm monuit.* Ipſe ad Att. I. *Publicani Aſiam, qui de cenſoribus conduxerant, queſti ſunt in ſenatu ſe cupiditate prolapſos, nimium magno conduxiſſe, ut induceretur locatio, poſtulaverunt.* Hotoman.

41. Cau-

Græcis, id quod acerbiſſimum eſt, quòd [s] ſunt vectigales, non ita acerbum videri debet, propterea quòd ſine imperio populi Romani, ſuis inſtitutis, per ſe ipſi ita fuerunt. Nomen autem publicani aſpernari non poſſunt, qui pendere ipſi vectigal ſine publicano non potuerunt, quod iis æqualiter Sulla deſcripſerat. Non eſſe autem leniores in exigendis vectigalibus Græcos, quàm noſtros publicanos; hinc intelligi poteſt, quòd [41] Caunii nuper omneſque ex inſulis, quæ erant ab Sulla Rhodiis attributæ, [t] confugerunt ad ſenatum, nobis ut potiùs vectigal quàm Rhodiis penderent. Quare nomen publicani neque ii debent horrere, qui ſemper vectigales fuerunt; neque ii aſpernari, qui per ſe pendere vectigal non potuerunt; neque ii recuſare, qui poſtulaverunt. Simul & 27 illud Aſia cogitet, nullam à ſe neque belli externi, neque diſcordiarum domeſticarum calamitatem [v] abſuturam fuiſſe, ſi hoc imperio non teneretur. Id autem imperium cùm retineri ſine vectigalibus nullo modo poſſit, æquo animo, parte aliqua ſuorum fructuum, pacem ſibi ſempiternam redimat atque otium.

s ſint alii.
t confugerant alii.
v aſuturam Lamb.

XII. QUOD ſi genus ipſum & nomen publicani non iniquo animo ſuſtinebunt: poterunt iis, conſilio & prudentia tua, reliqua videri mitiora. Poſſunt in pactionibus faciendis [42] non legem ſpectare cenſoriam, ſed [illegible] po-
[illegible]

41. *Caunii nuper omnes, ex inſulis.*] Victoriani libri, *omneſque ex inſulis*, & eodem alludit Balliol. in quo legitur *omnes qui ex inſulis.* Et quæſo an Caunii ex inſulis confugerunt, quum nec ipſi habuerint inſulam, ſed ſint in continente? Vix reor hanc lectionem ſponte Gruteri vel Gothofredi, in cujus editionibus quoque extare ſic video, ut & in Hervagiana, exſtitiſſe, (adeo inſulſa eſt) ſed omiſſam copulam ab operis typorum, quam reſtitui. Adde Polybii Legationum eclogam LIII. *Gronov.*

42. *Non legem ſpectare cenſoriam.*] Quæ in pactionibus faciendis conſuleret provincialibus potius quam publicanis: qua de cauſa tum pactiones facere cum provincialibus publicani ex lege cenſoria, utpote in ipſos iniquiore, omnino recuſarent: poſſunt, inquit Cicero, provinciales quoquo modo pactiones facere cum publicanis, etiam ſi non iis plane conditionibus, quæ ſunt à cenſoribus in vectigalium locatione conſtitutæ: ut ſcilicet negotium aliquando conficiant, & ea moleſtia liberentur, quam capiunt, cum ſe à publicanis quotidie appellari atque urgeri vident. Et eſt à parum multis fortaſſe animadverſum, legem cenſoriam hoc in loco non re vera pro lege ad populum lata, ſed pro locatione ipſa, uſurpatam, cenſores enim ferendarum legum jus non habebant.

potiùs commoditatem conficiendi negotii & liberationem moleſtiæ. Potes etiam tu id facere, quod & feciſti egregiè, & facis, ut commemores, quanta ſit in publicanis dignitas, quantum nos illi ordini debeamus, ut remoto imperio ac vi poteſtatis & faſcium, publicanos cum Græcis gratia atque auctoritate conjungas. [x] Sed & ab iis, de quibus optimè tu meritus es, & qui tibi omnia debent, hoc petas, ut facilitate ſua nos eam neceſſitudinem, quæ eſt nobis cum publicanis, obtinere & conſervare patiantur.

Pag. CCXCVII.

x *alii* Sed ab iis, & de quib.

28 Sed quid ego te hæc hortor, quæ tu non modò facere potes tua ſponte ſine cujusquam præceptis, ſed etiam magna jam ex parte perfeciſti? non enim deſiſtunt nobis agere quotidie gratias honeſtiſſimæ & maximæ ſocietates: quod quidem mihi idcirco jucundius eſt, quòd idem faciunt Græci. Difficile eſt autem ea, quæ commodis, utilitate & propè naturâ diverſa ſunt, voluntate conjungere. At ea quidem, quæ ſuprà ſcripta ſunt, non ut te inſtituerem ſcripſi (neque enim prudentia tua cujusquam præcepta deſiderat) ſed me in ſcribendo commemoratio tuæ virtutis delectavit: quamquam in his litteris longior fui quàm aut vellem, aut [y] quàm me putavi fore.

y *Lamb. delet* quam.

29 XIII. UNUM eſt, quod tibi ego præcipere non deſinam, neque te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. omnes enim, qui iſtinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis ſummis laudibus excipiant unam iracundiam. quod vitium, cùm in hac privata quotidianaque vita levis eſſe animi atque infirmi videtur, tum verò nihil eſt tam deforme quàm ad ſummum imperium etiam acerbitatem naturæ adjungere. Quare illud non ſuſcipiam, ut, quæ de iracundia dici ſolent à doctiſſimis hominibus, ea tibi nunc exponam, cùm & nimis longus eſſe nolim, & ex multorum ſcriptis ea facilè poſſis cognoſcere. illud, quod eſt epiſtolæ proprium, ut is, ad

P. B.

bant. cur autem non haberent diximus in libro de Legibus. *P. Manut.* *Non legem ſpectare cenſoriam.*] Perſpicuum eſt agi de Aſianis & iis, qui vectigalia pendebant; non autem de publicanis. Ergo ſenſus hic eſt: Poſſunt Aſiani; cum pactiones una publicanis facient, non quid lex Cenſoria reſtrictè & definitè præſcripſerit, ſpectare: ferè enim leges Cenſoriæ, ut emptores alliciant, publicanorum potius quàm ſociorum commodis conſulunt. *Hotoman.*

43. *Sic*

ad quem ſcribitur, de iis rebus, quas ignorat, certior
fiat, prætermittendum eſſe non puto. [43] Sic ad nos 30
omnes ferè deferunt, nihil, cùm abſit iracundia, te
fieri poſſe jucundius. ſed cùm te alicujus improbitas
perverſitasque commoverit, ſic te animo incitari, ut
ab omnibus tua deſideretur humanitas. Quare quoniam
in eam rationem vitæ nos non tam cupiditas quædam
gloriæ quàm res ipſa ac fortuna deduxit, ut ſempi-
ternus ſermo hominum de nobis futurus ſit: caveamus,
quantum efficere & conſequi poſſumus, [44] ut ne quod
in nobis inſigne vitium fuiſſe dicatur. Neque ego nunc 31
hoc contendo, quod fortaſſe cùm in omni natura, tum
jam in noſtra ætate difficile eſt, mutare animum, & ſi
quid eſt penitus inſitum moribus, id ſubitò evellere:
ſed te illud admoneo, ut, ſi hoc plenè vitare non po-
tes, quòd antè occupatur animus ab iracundia, quàm
providere ratio potuit, ne occuparetur: ut te antè com-
pares quotidieque meditere, reſiſtendum eſſe iracun-
diæ: cumque ea maximè animum moveat, tum tibi
eſſe diligentiſſimè linguam continendam: quæ quidem
mihi virtus non interdum minor videtur quàm omnino
non iraſci. Nam illud non ſolùm eſt gravitatis, ſed
nonnumquam etiam lentitudinis: moderari verò & ani-
mo, & orationi, cùm ſis iratus, [z] aut etiam tacere, & *z aut non*
tenere in ſua poteſtate motum animi & dolorem, etſi *eſt in MS.*
non eſt perfectæ ſapientiæ, tamen eſt non mediocris
ingenii. Atque in hoc genere multò te eſſe jam com-
modiorem mitioremque nuntiant. Nullæ tuæ vehe- 32
mentiores animi concitationes, nulla maledicta ad nos,
nullæ contumeliæ perferuntur: quæ cùm [a] abhorrent à a abhor-
lit- rerent *alii.*

43. *Sic ad nos omnes fere deferunt.*] Vide an rotundior ſit oratio, ſi legas, ut quidam è veteribus, tam editis quam manu exaratis, exhibent: *Sic ad nos omnes fere deferunt: nihil, cum abſit iracundia, dicere ſolent, te fieri poſſe jucundius.* Alii præterea transpoſitis vocibus dederunt: *Sic ad nos omnes deferunt: fere nihil &c.* Nihil tamen mutatum velim in orationis contextu. *Verburg.*

44. *Ut ne quod.*] Sic habet Balliol. ut extulerunt quoque Victorianæ editiones, nec ſcio cur inſequuti delerint voculam primam, quam millies ita ex abundanti apponit Tullius, ut in hac ipſa parte III, 2. Iisdem omnibus auctoribus eandem voculam mox reſtitui, *ut te ante compares*, ex ſolenni elegantia in ea duplicanda poſt interpoſitionem: idque obſervatum jam fuit etiam Manutio, a quo cur diſceſſerunt poſteri? *Gronovius.*

Pag. CCXCVIII. b & ab *alii.* litteris, [b] ab humanitate, tum verò contraria ſunt imperio ac dignitati. nam ſi implacabiles iracundiæ ſint, ſumma eſt acerbitas, ſin autem exorabiles, ſumma levitas: quæ tamen (ut in malis) acerbitati anteponenda eſt.

c hominum op. *edd. vett.* XIV. SED quoniam primus annus habuit de hac reprehenſione plurimum ſermonis, credo propterea, quòd tibi hominum injuriæ, quòd avaritiæ, quòd inſolentia, præter [c] opinionem accidebat & intolerabilis videbatur: ſecundus autem multo lenior, quòd & conſuetudo, & ratio, & (ut ego arbitror) meæ quoque litteræ te patientiorem lenioremque fecerunt: tertius annus ita eſſe debet emendatus, ut ne minimam quidem rem
33 quiſquam poſſit ullam reprehendere. Ac jam hoc loco non hortatione, neque præceptis, ſed precibus tecum fraternis ago; totum ut animum, curam cogitationemque tuam ponas in omnium laude undique colligenda. Quòd ſi in mediocri ſtatu ſermonis ac prædicationis noſtræ res eſſent: nihil abs te eximium, nihil præter aliorum conſuetudinem poſtularetur. nunc verò propter earum rerum, in quibus verſati ſumus, ſplendorem & magnitudinem, niſi ſummam laudem ex iſta provincia aſſequimur, vix videmur ſummam vituperationem poſſe vitare. Ea noſtra ratio eſt, ut omnes boni cùm faveant, tum etiam à nobis omnem diligentiam virtutemque [d] & poſtulent, & exſpectent: omnes autem improbi (quòd cum iis bellum ſuſcepimus ſempiternum) vel minima re ad reprehendendum contenti eſſe videantur. [45] Quare quoniam ejuſmodi [46] theatrum totius Aſiæ vir-

d *alii delent* &.

45. *Quare quoniam ejuſmodi theatrum totius Aſiæ virtutibus eſt datum.*] Lectio minus ſana, licet ſic quoque Victorius, nam retro cuſi; *ejuſmodi theatrum eſt totius Aſiæ, celebritate &c.* quod & Manutiani retinuere. quippe Lambinus, *theatrum tuis virtutibus eſt datum.* ſed præter mſſ. noſtros, quorum aliqui; *theatrum totius celebritate &c.* aliqui admittunt præterea vocem *Aſiæ*, excluſis tamen ceteris. *Gruter.* Etiam Balliol. *ejuſmodi theatrum totius celebr.* Gronov.

46. *Theatrum eſt totius Aſiæ.*] Neque *eſt*, neque *Aſiæ*, Beſſarionis habet liber. alter manuſcriptus, *Theatrum totius Aſiæ virtutibus eſt datum.* Ego ex hac varietate legendum conjicio ſic: *Theatrum tuis virtutibus eſt datum.* nam eò fidentius dictionem *Aſiæ* tollo, quòd abeſt à Beſſarionis libro. in eo tantùm muto, quod pro *totius* lego *tuis*, ita poſtulante ſententia. & opinor, cum ad dictionem

virtutibus eſt datum, celebritate refertiſſimum, magnitudine ampliſſimum, judicio eruditiſſimum, naturâ autem ita reſonans, ut usque Romam [47] ſignificationes P. B.
vocesque referantur: contende, quæſo, atque [e] elabo- e labora
ra, non modo ut his rebus dignus fuiſſe, ſed etiam ut MS.
illa omnia tuis artibus ſuperaſſe videare.

XV. Et quoniam mihi caſus urbanam in magi- 34
ſtratibus adminiſtrationem reipublicæ, tibi provincialem dedit; [48] etſi mea pars nemini cedit, fac, ut tua ceteros vincat. Simul & illud cogita, nos non de reliqua & ſperata gloria jam laborare, ſed de parta dimicare. quæ quidem non tam [49] expetenda nobis fuit quàm tuenda eſt. Ac ſi mihi quidquam eſſet abs te [f] ſepara- f ſperatum
tum, nihil amplius deſiderarem hoc ſtatu, qui mihi jam alii, &
partus eſt. nunc verò res ſic ſeſe habet, ut, niſi MS. malè.
omnia tua facta atque dicta noſtris rebus [g] iſtinc re- g iſtim
ſpondeant, ego me meis tantis laboribus tantisque pe- Manut.
riculis, quorum tu omnium particeps fuiſti, nihil conſecutum putem. Quòd ſi ut ampliſſimum nomen conſequeremur, unus præter ceteros adjuviſti: certè idem, ut id retineamus, præter ceteros [h] elaborabis. Non eſt h Manut.
tibi his ſolis utendum exiſtimationibus ac judiciis, qui & alii la-
nunc ſunt, hominum; ſed iis etiam, qui futuri ſint: borabis.
quamquam illorum erit verius judicium, obtrectatione & [i] malivolentia liberatum. Denique illud etiam debes 35
cogitare, non te tibi ſoli gloriam quærere: quod ſi i alii
eſſet; tamen non negligeres, præſertim cùm ampliſſi- malevol.
mis monumentis conſecrare voluiſſes memoriam nominis

ctionem *Theatrum* aliquis pro gloſſa adſcripſiſſet *Aſia*, eaque mox in Ciceronis verba eſſe recepta, ut ita legeretur, *Theatrum tuis Aſia virtutibus eſt datum*, factum eſſe, *Theatrum totius Aſia*, magnamque inde perturbationem eſſe conſecutam. *P. Manut.*

47. *Significationes vocesque referantur.*] Has in l. epiſt. ad Att. ἐυπισημασίας vocat. Et alludit ad conſuetudinem ludorum theatralium, quibus applaudi ſolebat; atque hac eadem ſignificatione iſto verbo in Sextiana eſt uſus. Nec diſſimiliter, ad Curionem ſcribens, ita loquitur: *Quod excelſo & illuſtri loco ſita ſit laus tua, in plurimorum & ſociorum & civium conſpectu: qua ad nos nec obſcuro, nec vario ſermone, ſed & clariſſima, & una omnium voce perfertur.* Hotoman.

48. *Etſi mea pars.*] Faërnus jure delebat hic quoque conjunctionis notam, &c. Urſin. Malaſpina itidem delet copulam.

49. *Expetenda fuit quam tuenda nobis eſt.*] *Nobis* in meis eſt poſt *expetenda*, hoc ordine: *Non tam expetenda nobis fuit quam tuenda eſt*, & cadit lepidius & numeroſius. *Malaſpina.*

nis tui: ſed ea tibi eſt communicanda mecum, [k] prodenda liberis noſtris. In qua cavendum eſt, ne, ſi negligentior fueris, [50] non ſolùm tibi parum [l] conſuluiſſe, ſed etiam tuis invidiſſe videaris.

k prodendaque *Jun.* l *alii* conſulueris. *non male.*

XVI. ATQUE hæc non eò dicuntur, ut te oratio mea dormientem excitaſſe, ſed potiùs ut currentem incitaſſe videatur. Facies enim perpetuò, quæ feciſti,
P.CCXCIX. ut omnes æquitatem tuam, temperantiam, ſeveritatem
36 integritatemque [m] laudent. Sed me quædam tenet, [51] propter ſingularem amorem, infinita in te aviditas gloriæ: quamquam illud exiſtimo, cùm jam tibi Aſia, ſicut unicuique ſua domus, [n] nota eſſe debeat, cùm ad tuam ſummam prudentiam tantus uſus acceſſerit, nihil eſſe, quod ad laudem attineat, [o] quod non tu optimè perſpicias, & tibi non, ſine cujusquam hortatione, in mentem veniat quotidie. Sed ego, qui, cùm tua lego, te audire, & [p] qui, cùm ad te ſcribo, tecum loqui videor: idcirco & tuâ longiſſimâ quâque epiſtolâ maximè delector, & ipſe in ſcribendo ſæpe ſum longior. Illud te ad extremum & oro, & hortor, ut, tamquam poëtæ boni & [q] actores induſtrii ſolent, ſic tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotii tui diligentiſſimus ſis, ut hic tertius annus imperii tui, [52] tamquam tertius actus, perfectiſſimus atque ornatiſſimus

m laudarent *alii.* n tota *alii.* o quod tu non, *aut* quod & tu non *alii.* p quia *alii.* q auctores *MS.*

50. *Non ſolum tibi parum conſulueris.*] In nullo meorum invenitur *non ſolum.* Quia non raro a Cicerone, ut & alii animadverterunt, omitti ſolent, tot veterum librorum conſenſum non arbitror negligendum. Sed & peritæ aures ſentiunt, quàm abſit ſine deſiderio. Valet autem *ſed etiam* in hoc loco *immo*, *quin etiam*, *immo vero*, aut certè defectus eſt negationis *non ſolum.* Malaſp.

51. *Propter ſingularem amorem, infinita in te aviditas gloria.*] Legendum opinor, *propter ſingularem in te amorem, infinita aviditas gloria.* Urſin.

52. *Tanquam tertius actus.*] Cum extremus annus provincialis negotii à M. Tullio talis in fratre poſtuletur, qualis extrema pars & concluſio poëtarum ſolet eſſe, nimirum perfectiſſima & ornatiſſima, quomodo tamen tertio actui comparatur, qui medius eſt? An per actus Cicero tres illas partes fabularum intelligit, quarum a poëtis inprimis ratio habetur πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφὴν; quamm in extrema, quâ fabula clauditur, plurimum artificii atque induſtriæ, quo plauſus excipiant, ponunt poëtæ? Hac eâdem ſimilitudine uſus eſt in Catone, iisdem pene verbis. Hoc ſi docti probant, non eſt quod vel *extremus actus* vel *ultimus* legamus, contra veterum librorum ſcripturam. *Malaſpina.*

tiſſimus fuiſſe videatur. Id facillimè facies, ſi me (cui ſemper uni magis quàm univerſis placere voluiſti) tecum ſemper eſſe putabis, & omnibus iis rebus, quas dices ac facies, intereſſe. Reliquum eſt, ut te orem, ut [r] valitudini tuæ, ſi me & tuos omnes valere vis, diligentiſſimè ſervias. r valetudini *alii*.

EPISTOLA II.

MARCUS Q. FRATRI S.

I. STATIUS ad me venit [s] a. d. VIII. kalend. Novemb. ejus adventus, quòd ita ſcripſiſti, direptum iri te à tuis, dum is abeſſet, moleſtus mihi fuit. 53 Quòd autem exſpectationem tui concurſumque eum, qui erat futurus, ſi unà tecum decederet, neque anteà viſus eſſet, ſuſtulit, id mihi non incommodè viſum eſt acciddiſſe. Exhauſtus enim eſt ſermo hominum, & [t] multis emiſſæ jam ejuſmodi voces, 54 *ἀλλὰ αἰεί τινα φῶτα μέγαν.* quæ

s *alii non habent* a. d. P. B. t multæ *Manut.*

53. *Quod autem.*] *Quod item* Faërnus. *Urſin.*

54. Α'λλ' *αἰεί τινα φῶτα μέγαν.*] Hemiſtichium eſt Homeri ex lib. x. Odyſſeæ, pronunciatum à Polyphemo, cum verò, nomine Ulyſſis audito, recordatus eſt ſibi olim à Thelemo vate hanc calamitatem præſignificatam eſſe: quòd tamen eum decepit inſidiisque expoſitum reddidit fuiſſe dicit, quòd nunquam putaſſet illum Ulyſſem eſſe tam parvo corpore & tam nullis viribus præditum: ſed ſemper ſe exiſtimaſſe magnum quempiam virum & formoſum illuc venturum, à quo ſibi timendum eſſet, quod Statio pulchre convenit. cum enim Romæ multis ſermo fuiſſet Statium quendam eſſe, qui tantum apud Quintum poſſet, ut ejus voluntate omnia in provincia gereret: exiſtimaſſentque omnes hunc prudentem quempiam virum eſſe & magni conſilii: eum poſtea ſpecioſum puerum vidiſſent, eumque eſſe cognoviſſent Statium illum, cujus nutum cuncta provincia obſervabat, ſe tantæ ſtultitiæ damnantes in ſententiam verborum Polyphemi cadebant, pariter ut ille, decepti: quas omnes voces Quinto abſente emiſſas eſſe, omniaque ea confecta ante adventum ejus, lætatur Cicero: magis enim timendas fuiſſe malevolorum linguas, ſi unà ſecum illum duxiſſet: nec antea Romæ puer ille viſus eſſet: quicquid enim dici poterat, quod Q. pudorem adferret, jam exhauſtum erat. Scimus Eraſmum aliter de hoc loco ſenſiſſe in Proverbiis: nec tamen veriti ſumus noſtram ſententiam liberè contra tanti viri judicium exponere, quia veriorem eam putamus: tam autem veritatis amici ſumus quàm qui maxime. *Victor.* Homeri verſus integri ſunt:

v ſi aut. *MS.* quæ te abſente confecta eſſe lætor. Quòd [v] autem idcirco à te miſſus eſt, mihi ut ſe purgaret, id neceſſe minimè fuit. Primùm enim numquam ille mihi fuit ſuſpectus: neque ego, quæ ad te de illo ſcripſi, ſcripſi meo judicio, ſed cùm ratio ſaluſque omnium noſtrùm, qui ad rempublicam accedimus, non veritate ſolùm, ſed etiam famâ niteretur, ſermones ad te aliorum ſemper, non mea judicia perſcripſi. qui quidem quàm frequentes eſſent & quàm graves adventu ſuo Statius ipſe cognovit. Etenim intervenit nonnullorum querelis, quæ apud me de illo ipſo habebantur: & ſentire potuit, ſermones iniquorum in ſuum potiſſimùm nomen erumpere. Quod autem me maximè movere ſolebat, cùm audiebam, illum plus apud te poſſe, quàm gravitas [x] illius ætatis [y] & imperii prudentia poſtularet (quàm multos enim mecum egiſſe putas, ut ſe Statio commendarem? quàm multa autem ipſum ἀφελῶς mecum in ſermone ita protuliſſe?) id mihi non placuit: monui, ſuaſi, deterrui. Quibus in rebus etiam ſi fidelitas ſumma eſt (quod prorſus credo, quoniam tu ita judicas) tamen ſpecies ipſa tam gratioſi liberti, aut ſervi, dignitatem habere nullam poteſt. Atque hoc ſic habeto (nihil enim nec temerè dicere, nec aſtutè reticere de-

x iſtius *Lamb.*
y *alii* imperii, prudentiæ.

Α'λλ' ἀιεὶ τινα φῶτα μέγαν καὶ καλὸν ἐδέγμην
Ενθάδ' ἐλεύσεσθαι, μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκήν·
Νῦν δέ μ' ἐὼν ὀλίγος τε, καὶ ὐτιδανὸς, καὶ ἄκικυς,
Ο'φθαλμοῦ ἀλάωσεν, ἐπεί μ' ἐδαμάσσατο οἴνῳ.

Nunc qua ratione horum verſuum ſententia, de Ulyſſe & Polyphemo ab Homero prolata, ad Quintum & Statium accommodari poſſit, ut certe egregiè poteſt, conſideremus. Per triennium jam Quintus Aſiam rexerat. ſcripta enim eſt epiſtola in exitu fere anni tertii. rationem ejus adminiſtrationis fama jam nunciique Romam pertulerant: ſatiſque notum erat, omnibus in rebus eum uti conſilio Statii liberti, quod Cicero modo occultè, modo aperte conqueritur. Exſpectabant igitur homines liberti Statii adventum in Urbem cum Quinto, quaſi τινὰ φῶτα μέγαν, a quo provinciam eſſe adminiſtratam tanquam à proconſule audiſſent: qui cum veniſſet, quaſi decepti, itidem ut Polyphemus, iiſdem, quibus ille, verſibus, errorem ſuum poterant indicare. Quæ igitur voces, ſi cum Quinto Statius urbem eſſet ingreſſus, conjectæ fuiſſent, eas in unum Statium, abſente Quinto emiſſas, Cicero gaudet; idque modeſte ſignificat, quum ait: *Id mihi non incommodè viſum eſt accidiſſe*, ne offenderet animum Quinti, ad iracundiam propenſi, & de Statio optimè exiſtimantis. *P. Manut.*

55. De

debeo) materiam omnem ſermonum eorum, qui de te detrahere velint, Statium dediſſe: & anteà tantùm intelligi potuiſſe, iratos tuæ [z] ſeveritati eſſe nonnullos: hoc manumiſſo, iratis, quod loquerentur, non defuiſſe.

z veritati *alii.*

II. [a] NUNC reſpondebo ad eas epiſtolas, quas mihi reddidit L. Cæſius (cui, quoniam ita te velle intelligo, nullo loco deero) quarum altera eſt [55] de Blaudenio Zeuxide, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi à me intimè commendari. Qua de re & de hoc genere toto, ne fortè me in Græcos tam ambitioſum factum eſſe mirere, pauca cognoſce. Ego, cùm Græcorum querelas nimiùm valere ſentirem, propter hominum ingenia ad fallendum parata, quoſcumque de te queri audivi, quacumque potui ratione placavi. Primùm [56] Dionyſipolitas, qui erant inimiciſſimi mei, lenivi: quorum principem Hermippum non ſolùm ſermone meo, ſed etiam familiaritate devinxi. Ego [b] Apamenſem [57] [c] Hephæſtum, ego leviſſimum hominem, Megariſtum Antandrium, ego Niciam [d] Smyrnæum, ego nugas maximas omni mea comitate ſum complexus, Nymphontem etiam Colophonium; quæ feci omnia, non quò me aut ii homines aut tota natio delectaret: pertæſum [e] eſt levitatis, aſſentationis, animorum, non officiis, ſed temporibus, ſervientium. Sed, ut ad Zeuxim revertar: cùm is de M. [f] Caſcellii ſermone ſecum habito, quæ tu ſcribis, ea ipſa loqueretur, obſtiti ejus ſermoni, & hominem in familiaritatem recepi. [g] Tua autem quæ fuerit cupiditas tanta neſcio, quòd ſcribis [h] cu-

a Non *Manut.*
P. CCC.
b Apameenſ. *Lamb.* *Grut.*
c Epheſium *alii.*
d Smyrnacium *vett. edd.*
e eſt enim *Lamb.*
f *alii* Caſcelli.
g Tu autem *Lamb.*

55. *De Blaudenio Zeuxide.*] Vulgò, *Blandenio.* nam Victorius *Blandenio Teuxide.* Pall. mirè diſcrepant. pr. *Blainde Teuxide.* ſec. *Blainde Zeuxide.* tert. *Blaide. Teuxide.* quart. *Blaindeno Zeuxide.* Gruter. Ball. *Blinde Zeux.* Gronov.

56. *Dionyſipolitas.*] Opinor ſcribendum *Dionyſopolitas:* in veteribus enim numiſmatibus video inciſum ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΙΤΩΝ. *Urſin.* Antea erat *Dionyſitas.*

57. *Hephæſtum.*] In hac dictione auſus ſum, contra meam conſuetudinem, pauliſper ab antiquis libris diſcedere. nam *Ephæſtum,* pro *Epheſium,* repoſui. cur enim dicat *Apamenſem Epheſium,* duarum civitatum nominibus conjunctis, cum unum hominem propriè, ſimulque ejus patriam velit nominare, ut cum infert *Megariſtum Antandrium, Niciam Smyrnæum, Nymphontem Colophonium?* P. Manut.

h cupiſſe *alii.* — i an dim. *alii.* — P. B. — k Tuſcenium *alii.* — l *alii* inceſſu. — m ipſi *alii.* — n comburatur *alii.* — o Fabium? *Jun.* — p quem *Id.*

[h]cupiiſſe te, quoniam Smyrnæ [58]duo Myſios inſuiſſes in culeum, ſimile in ſuperiore parte provinciæ edere exemplum ſeveritatis tuæ: & idcirco Zeuxim elicere omni ratione voluiſſe: quem adductum in judicium fortaſſe [i]dimitti non oportuerit; conquiri verò & elici blanditiis (ut tu ſcribis) ad judicium, neceſſe non fuit; eum præſertim hominem, quem ego & ex ſuis civibus, & ex multis aliis quotidie magis cognoſco nobiliorem eſſe propè quàm civitatem ſuam. At enim Græcis ſolis indulgeo. Quid? L. Cæcilium nonne omni ratione placavi? quem hominem? quâ irâ? quo ſpiritu? quem denique, præter [k]Tuſcenium, cujus cauſa ſanari non poteſt, non mitigavi? Ecce ſupra caput homo levis ac ſordidus, ſed tamen equeſtri [l]cenſu, Catienus: etiam is lenietur. cujus tu in patrem quòd fuiſti aſperior non reprehendo: certò enim ſcio te feciſſe cum cauſa. ſed quid opus fuit ejuſmodi litteris, quas ad ipſum miſiſti? [59]illum crucem ſibi [m]ipſum conſtituere, ex qua tu eum antè detraxiſſes: te curaturum, [60]fumo ut [n]combureretur, plaudente tota provincia. Quid verò ad C. [o]Fabium, neſcio [p]quem? (nam eam quoque epiſtolam T. Catienus circumgeſtat) renuntiari tibi, Licinium plagiarium cum ſuo pullo milvino tributa exigere? Deinde rogas Fabium, ut & patrem & filium vivos comburat, ſi poſſit: ſin minùs, ad te mittat, uti

58. *Duos Myſos.*] Cur Grutero placuerit relinquere Manutium, qui unus diſerte oſtendit a ſe acrius hunc locum in MSS. ſpectatum, in Beſſarionis libro eſſe *duo* teſtans, & alios ſequi, qui ad alia feſtinantes forſan noluerunt ad hoc attendere, non intelligo; quum toties alibi ex optimis libris ita Ciceronem reſtituerit, & ſufficiat in hac parte vel unius veteris monumenti fides. Præterea Balliol. *duos Smirſos* tanquam Hervagianam *Myſios* confirmaret, pro quo Victoriani aliique *Myſos*, quum utique ſuperius etiam triſyllabum amaverit. Scripſi etiam *Apamenſem* ex vetuſtioribus, non invidens Grutero *Apameenſem*, cujus nullam partem meam eſſe volo. *Gron.*

59. *Illum crucem ſibi ipſi conſtituere.*] In meis omnibus *ſibi ipſum.* quæ dicendi forma Ciceroni eſt etiam uſitatior. Infra ad eundem lib. III. *O Dii, quam ineptus, quam ſe ipſe amans ſine rivali.* ſed res eſt pervulgata. Nec illud obſtat, quod *illum* antea dixerit, cum *illum ipſum* dicamus pro *illummet.* Et Hercule, acrius in hominem invehitur, cum dicit *illum ipſum* ſibi mali cauſſam fuiſſe. *Malaſpina.*

60. *Fumo ut combureretur.*] Pro *fumo* placeret ſi legeretur, *furno.* Urſin.

ſti judicio comburantur. Hæ litteræ abs te per jocum miſſæ ad C. Fabium, ſi modò ſunt tuæ, cùm leguntur, invidioſam atrocitatem verborum habent. Ac, ſi omnium [q] mearum litterarum præcepta repetes, intelliges nihil eſſe à me, niſi orationis acerbitatem & iracundiam, &, ſi fortè, raró litterarum miſſarum indiligentiam reprehenſam. Quibus quidem in rebus ſi apud te plus auctoritas mea quàm tua ſive natura paullo acrior, ſive quædam dulcedo iracundiæ, ſive dicendi ſal facetiæque valuiſſent, nihil ſanè eſſet, quòd nos pœniteret. Et mediocri me dolore putas affici, cùm audiam, qua ſit exiſtimatione Virgilius, qua tuus vicinus [r] Cn. Octavius? Nam ſi te interioribus vicinis tuis, [s] Cilicienſi & Syriaco, anteponis, valdè [t] magnum facis. Atque is dolor eſt, quòd cùm ii, quos nominavi, te innocentiâ non vincant, vincunt tamen artificio benivolentiæ colligendæ, qui neque Cyrum Xenophontis, neque Ageſilaum noverint: quorum regum ſummo [v] in imperio nemo umquam verbum ullum aſperius audivit.

q mecum *alii.* r Cn. *Lamb. delet.* s Cilicenſi *alii.* t *alii* magnificum. P. CCCI. v in *deeſt in aliis.*

III. Sed hæc à principio tibi præcipiens, quantum profecerim, non ignoro. Nunc tamen decedens (id quod mihi jam facere videris) relinque, quæſo, quàm jucundiſſimam memoriam tui. Succeſſorem habes perblandum: cetera valde illius adventu [x] tua requirentur. In litteris mittendis (ut ſæpe ad te ſcripſi) nimium te [y] exorabilem præbuiſti. tolle omnes, ſi potes, iniquas, tolle inuſitatas, tolle contrarias. Statius mihi narravit, ſcriptas [z] ad te ſolere afferri, [a] ab ſe legi: &, ſi iniquæ ſint, fieri te certiorem. antequàm verò ipſe ad te veniſſet, nullum [b] delectum litterarum fuiſſe: ex eo eſſe volumina ſelectarum epiſtolarum, quæ reprehendi ſolerent. Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo: [c] ſerò eſt enim, ac ſcire potes multa me variè diligenterque monuiſſe. Illud tamen, quod Theopompo mandavi, cùm eſſem admonitus ab ipſo, vide per homines amantes tui, quod eſt facile, ut hæc genera tollantur epiſtolarum, primùm iniquarum: deinde contrariarum: tum abſurdè & inuſitatè ſcriptarum: poſtremò in aliquem contumelioſarum. Atque ego hæc tam eſſe, quàm audio, non puto: & ſi ſunt occupationibus tuis minùs [d] animadverſa, nunc perſpice & purga. Legi epiſtolam, quam ipſe ſcripſiſſe Sulla nomenclator dictus eſt, non probandam: legi nonnullas

x tuo *Lamb. Manut.* y *ita iid. alii* inexorabilem. z à te *alii.* a ad *iid.* b dilect. *MS.* c ſerum *alii.* d adverſa *alii.*

iracundas. 61 ſed tempore ipſo de epiſtolis. Nam cùm hanc paginam tenerem, 62 L. Flavius, prætor deſignatus, ad me venit, homo mihi valde familiaris. Is [e] mihi, te ad procuratores ſuos litteras miſiſſe, quæ mihi viſæ ſunt iniquiſſimæ, ne quid de bonis, quæ [f] L. Octavii Naſonis fuiſſent, cui L. Flavius heres eſt, [g] deminuerent antè quàm C. Fundanio pecuniam ſolviſſent. Itemque miſiſſe ad [h] Apollonidienſes, ne de bonis, quæ Octavii fuiſſent, deminui paterentur, priusquàm Fundanio debitum ſolutum eſſet. Hæc mihi veriſimilia non videntur. ſunt enim à prudentia tua remotiſſima. Ne [i] deminuat heres? Quid ſi infitiatur? Quid ſi omnino non debetur? Quid? 63 prætor ſolet judicare deberi? Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus ſum? non miſericordiâ moveor? nemo magis: ſed via juris ejusmodi eſt quibusdam in rebus, ut nihil ſit loci gratiæ. Atque ita mihi dicebat Flavius ſcriptum in ea epiſtola, quam tuam eſſe dicebat, te aut quaſi amicis tuis gratias acturum, aut quaſi inimicis [k] incommoda [l] laturum. Quid multa? ferebat graviter, id vehementer mecum querebatur orabatque, ut ad te quàm diligentiſſimè ſcriberem: quod facio, & te prorſus [m] vehementer etiam atque etiam rogo, ut & procuratoribus Flavii remittas de

e mihi inquit *alii*. P. B.
f L. *deeſt in aliis*.
g dimin. *alii*.
h *alii* Apollonidenſes, *aut* Apollonienſes.
i dimin. *alii*.
k incommodaturum *MS*.
l allaturum, *aut* daturum *alii*.
m & veh. *Lamb*.

61. *Sed tempore ipſo de epiſtolis.*] Haud aliter Pal. pr. & quart. alii duo & unus Wowerio excuſſus, *ſed tempore ipſo furor dabat. hac de epiſtolis.* quæ tamen habuerim pro adſuto librarii. *Gruter.*

62. *L. Flavius.*] Dio lib. XXXVII. nominat L. Flavium, Pompeji ſtudioſiſſimum; qui tamen hic non eſt. nam ille tribunatum pl. geſſit Afranio & Celere Coſſ. ut etiam patet ex lib. I. ad Atticum: hic autem, Piſone & Gabinio, præturam, anno tantum uno poſt Afranii & Celeris conſulatum. non enim arbitror, anno poſt tribunatum pl. proximo quenquam potuiſſe prætorem deſignari. quod ſi curulem ædilitatem omitti placuit: biennium tamen inter tribunatum & præturam oportuit intercedere. Itaque Domitius & Ancharius, cum tribunatum geſſiſſent, poſt annum, omiſſa ædilitate, præturam petierunt & adepti ſunt. vide orat. pro Sextio & noſtrum commentarium. de hoc autem Flavio, prætore deſignato, Dio lib. XXXVIII. & Aſconius in Commentario orationis pro Milone. *P. Manut.*

63. *Prætor ſolet.*] Prætor non judicabat, ſed jus dicebat: judicabant autem judices à prætore dati, cùm aliis de cauſis, tum etiam de iis, in quibus petita pecunia deberetur, nec ne, dijudicari oportebat, monet igitur Quintum, contra conſuetudinem eum feciſſe, qui judicaverit deberi. *Idem.*

64. *Sed*

de diminuendo, & de [n] Apollonidienſibus, nequid perſcribas, quod contra Flavium ſit: ampliùs, & Flavii cauſa, & ſcilicet Pompeji, facias omnia. Nolo mediusfidius [o] ex tua injuria [p] in illum, tibi liberalem me videri. [64] ſed & te oro, ut tu ipſe auctoritatem & monumentum aliquod decreti, aut litterarum tuarum relinquas, quod ſit ad Flavii rem & ad cauſam accommodatum. Fert enim graviter homo & mei obſervantiſſimus, & ſui juris dignitatisque [q] retinens, ſe apud te neque amicitiâ, neque jure valuiſſe: &, ut opinor, Flavii aliquando rem & Pompejus & Cæſar tibi commendarunt: & ipſe ad te ſcripſerat Flavius, & ego certè. Quare ſi ulla res eſt, quam tibi [r] me faciendam petente putes, hæc ea ſit. Si me amas, cura, elabora, perfice, ut Flavius & tibi & mihi quàm maximas gratias agat. hoc te ita rogo, ut majore ſtudio rogare [s] non poſſim.

n Apollonidenſ. *alii.*
o & *alii.*
p nimium tibi in *iid.*
q retinentiſſ. *conj. Lamb.*
P. CCCII.
r faciendam me *alii. non malè.*
s nequeam *alii.*

IV. QUOD ad me de Hermia ſcribis, mihi mehercule valde moleſtum fuit. Litteras ad te parum fraternè ſcripſeram: quas oratione Diodoti, Luculli liberti, commotus, de pactione ſtatim quòd audieram, iracundiùs ſcripſeram & revocare cupiebam. huic tu epiſtolæ, non fraternè ſcriptæ, fraternè debes ignoſcere. De Cenſorino, Antonio, [t] Caſſio, Scævola, te ab iis diligi (ut ſcribis) vehementer gaudeo. cetera fuerunt in eadem epiſtola graviora quàm vellem, [65] ὀρθὰν τὰν ναῦν, [v] & ἅπαξ θανεῖν. majora iſta erunt. Meæ objurga-

t Caſſiis *alii.*
v *alii* ἅπαξ et.

64. *Sed & te oro.*] *Sed te oro*, Faërnus ſine copula *&*. Urſin.

65. Ορθὰν τὰν ναῦν.] Videtur alludere ad ſententiam illam vulgatam εὖ ἴσθι ποτειδὰν ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύσω, quam Seneca lib. XII. Epiſtolarum Latinè pronunciat in illo loco, *Gubernator tibi non felicitatem promiſit, ſed fidelem operam, & navis regendæ ſcientiam: hoc eo magis apparet, quo illi magis aliqua fortuita vis obſtitit, qui hoc potuit dicere, Neptune nunquam hanc navem niſi rectam: arti ſatisfecit, &c.* Ad eandem puto ſpectare Quintilianum, cum dicit: *Nam & gubernator vult ſalva nave in portum pervenire. ſi tamen tempeſtate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator: dicet notum illud, Dum clavum rectum teneam.* Victor. Totum hunc locum Junius ita legit: *Cetera fuerunt in eadem epiſtola graviora: quam vellem* ὀρθὰν τὴν ναῦν· ἅπαξ θανεῖν· *majora iſta erunt. Meæ objurgationes fuerunt amoris pleniſſimæ: quæ ſunt, nonnulla; ſed tamen mediocria & parva potius.* Putat enim hæc verba eſſe ex literis Q. Ciceronis. *Verburg.*

66. *Ex*

gationes fuerunt amoris pleniſſimæ, quæ ſunt nonnullæ; ſed tamen mediocres & parvæ potiùs. Ego te numquam ulla in re dignum minima reprehenſione putaſſem, cùm te ſanctiſſimè gereres, niſi inimicos multos haberemus. Quæ ad te [x] aliqua [y] admonitione aut objurgatione ſcripſi, ſcripſi propter diligentiam cautionis meæ, in qua & maneo & manebo, & idem ut facias non deſiſtam rogare. Attalus Iphemenus mecum egit, ut ſe ne impedires, quo minùs, quod ad Q. [z] Publiceni ſtatuam decretum eſt, erogaretur: quod ego te & rogo & admoneo, ne talis viri, tamque noſtri neceſſarii, honorem minui per te aut impediri velis. Præterea Æſopi tragœdi, noſtri familiaris, Licinius ſervus, tibi notus, aufugit. Is Athenis apud Patronem Epicureum pro libero fuit, inde in Aſiam venit. Poſtea Plato quidam Sardianus, Epicureus, qui Athenis ſolet eſſe multùm, & qui tum Athenis fuerat, cùm Licinius eò veniſſet, cùm eum fugitivum poſteà eſſe [66] ex Æſopi litteris cognoſſet, hominem comprehendit & in cuſtodiam Epheſi tradidit: [67] ſed in publicam, vel in piſtrinum,

x cum aliqua *Lamb.*

y monit. *alii.*

z publicè, *aut* publicani *MSS.*

P. B.

66. *Ex Æſopi litteris cognoſceret.*] Ita Gruterus & alii, quam Michael Brutus apud Gryphium *cognoſſet*, MS. Balliol. *cognoviſſet.* Elegi, quod negari vix poterat ab manu Tullii veniſſe. An autem hic Licinius non vere ſit *Licinus*, quæ nomina propinqua & in Augusti liberto novimus quoſdam turbaſſe, viderint alii. *Gronov.*

67. *Sed in publicam, vel in piſtrinum.*] Romanus, contra quam reliqui mei, *an* loco *vel* habet. Ego, quanquam ſcio vulgatam lectionem & grammaticorum præceptis & ſcriptorum exemplis repugnare, tamen ejus unius libri auctoritatem tot aliorum teſtimoniis præferre non audeo, ſed cenſeo cogitandum, num ne afferri alius poſſit ex Cicerone locus, unde intelligamus *vel* nonnunquam *an* valere: niſi eſt ille forte ad Pætum: *Amo verecundiam, vel potius libertatem loquendi*, quem locum, ſi quis attentius epiſtolæ finem inſpiciat, ſane intelliget, ne ipſe ſibi Cicero adverſetur, ἀπορηματικῶς, cum nota interrogationis eſſe enuntiandum; atque ob eam cauſam *vel* in eo loco *an* ſignificare. Finis eſt autem hic: *Ego ſervo & ſervabo (ſic enim aſſuevi) Platonis verecundiam.* Itaque tectis verbis ea ad te ſcripſi, quæ apertiſſimis agunt Stoïci. Quem quis non videt ex adverſo cum initio pugnare? Interrogative legatur ergo; qua loquendi forma non ſemel, ad Atticum ſcribens, & alibi, uſus eſt, cum de duobus utrum adfirmaret non haberet. Nam libro primo, *Nos hic te* (inquit) *ad menſem Januarium exſpectamus; ex quodam rumore, an ex litteris ad alios miſſis.* quomodo ſi *amo verecundiam* pronuncietur, videbimur poſſe adfirmare *vel* pro *an* uſurpatum a Cicerone nonnunquam fuiſſe; &

num, non ſatis ex litteris ejus intelligere potuimus. Tu, quoquo [a] modo, quoniam Epheſi eſt, hominem inveſtiges velim, ſummaque diligentia vel tecum deducas. Noli ſpectare, quanti homo ſit: parvi enim pretii eſt, qui jam [b] nihili ſit: ſed tanto dolore Æſopus eſt affectus propter ſervi ſcelus & audaciam, ut nihil ei gratius facere poſſis, quàm ſi illum per te recuperarit.

[a] modo eſt. *alii.*
[b] *alii* nihil.

V. Nunc ea cognoſce, quæ maximè [c] exoptas. Rempublicam funditus amiſimus: adeò ut Cato, adoleſcens nullius conſilii, ſed tamen civis Romanus & Cato, vix vivus [d] effugerit; quòd, cùm Gabinium de ambitu vellet poſtulare, neque prætores diebus aliquot adiri poſſent, vel poteſtatem ſui facerent; in concionem adſcendit & Pompejum [e] privatus dictatorem appellavit. propius nihil eſt factum quàm ut occideretur. Ex hoc, qui ſit ſtatus [f] totius reipublicæ, videre potes. Noſtræ tamen cauſæ non videntur homines defuturi. mirandum in modum profitentur, offerunt ſe, pollicentur: 68 & quidem cùm ſpe ſum maxima, tum majore

[c] exoptas novæ patriæ *MS.*
[d] *alii* effugeret.
[e] privatum *MS. Wouw.*
[f] *alii non habent* totius.

& in hoc ipſo loco, de quo agitur, nihil eſſe movendum, præſertim in ea lectione conſentientibus libris. Neque tamen oblitus ſum, quid Fabius Quintilianus de his ipſis conjunctionibus ſcriptum reliquerit, nimirum eſſe quædam cognata, ut dicunt, id eſt ejusdem generis, in quibus qui alia ſpecie, quam oporteat utatur, non minus quam ipſo genere permutato, delinquat. *An* & *aut* conjunctiones eſſe quidem, *male tamen* (inquit) *interroges, hic aut ille ſit.* Sed nos exiſtimamus Quintilianum de rectiſſima dicendi ratione eſſe locutum, à qua nonnunquam magni nominis ſcriptores paululum declinant, jure quodam ſuo. Verum opponat aliquis, Fabium ibi de *an* & *aut*, non de *an* & *vel* eſſe locutum. Cui nos; nihil referre: *vel* enim & *aut* ἰσοδύναμα eſſe, ubi præſertim nullæ res hujusmodi conjunguntur, quæ naturâ disjunctæ ſint. in hoc enim genere indifferenter utrovis uti licere. Sic enim de his Feſtus: *Vel colligatio quædam eſt disjunctiva, ſed non earum rerum, quæ naturâ disjuncta ſunt, in quibus aut, disjunctione rectius utimur: ut aut dies eſt aut nox. Sed earum, quæ non ſunt contraria, quæ eligatur, nihil intereſt; Ennius: vel tu dictator, vel equorum equitumque magiſter Eſto vel conſul, &c.* Malaſpina.

68. *Equidem cùm ſpe ſum maxima, tum majore etiam animo, ut in hac re ne caſum quidem ullum pertimeſcam.*] Ita puto legendum hunc locum, comprobante etiam aliqua in parte vetere ſcriptura. *Urſin. Et quidem cùm ſpe ſum maxima, tum majore etiam animo. ſpero &c.*] Sic Aldini. at Victorius, *& quidem ut cùm ſumma ſpe ſumma, maxima, tum majore. etiam animo ſperent ſuperiores fore nos, confidant animo &c. pertimeſcat.* nec multum abeunt ab tali lectione Pall.

jore etiam animo. ſpero ſuperiores fore nos: confido animo, ut in hac [g] republica ne caſum quidem ullum pertimeſcam: ſed tamen res ſic ſe habet. Si diem nobis [h] Clodius dixerit: tota Italia concurret, ut multiplicatâ gloriâ diſcedamus. ſin autem vi agere conabitur: ſpero fore, ſtudiis non ſolùm amicorum, ſed etiam alienorum, ut vi reſiſtamus. Omnes & ſe & ſuos [i] liberos, amicos, clientes, libertos, ſervos, pecunias denique ſuas pollicentur. Noſtra antiqua manus bonorum ardet ſtudio noſtri atque amore. Siqui anteà aut alieniores fuerant, [k] aut languidiores, nunc [l] horum regum odio ſe cum bonis conjungunt. Pompejus omnia pollicetur & Cæſar: quibus ego ita credo, ut nihil de mea comparatione [m] deminuam. Tribuni plebis deſignati ſunt nobis amici. Conſules ſe optimè oſtendunt. Prætores habemus amiciſſimos & [n] acerrimos cives, [69] Domitium, Nigidium, Memmium, [70] Lentulum: bonos etiam

g re *Man. & alii.*
h *aliis abeſt* Clodius.
i *alii non habent* liberos.
P. CCCIII.
k *alii* &.
l *alii* horum odio.
m dimin. *alii.*
n *alii* acerbiſſimos.

Pall. aut alii ſcripti: ex quibus liquet locum miſerè corruptum. *Gruter.* Non ita, Grutere; nec Victorius is fuit, qui tam ridicule iteraret τὸ *ſumma*, quod vocabulum prima vice nec in Juntina nec in Stephanina apparet; lapſus calami, opinor, decepit induſtriam Gruteri. Ut autem legit Victorius, eodem inclinat Balliolenſis, idemque de codice Beſſarionis teſtatur Manutius. Mox etiam τὸ *Clodius* ignorat MS. Balliol. ut & Victorius, & videri poteſt Cicero de ea cauſa antehac ſæpius egiſſe, ut nunc ſiluerit nomen, aut noluerit nimis apertus eſſe, ut ſæpe. *Gronov.* Margini majoris editionis Lambinianæ adſcripſerat docta manus, quam ſuſpicor Junii eſſe [Hunc totum locum MSS. Palatini ſic habent: *Mirandum in modum profitentur, offerunt ſe, pollicentur. Equidem* (alii *Et quidem*) *cum ſpe ſumma, maxima, tum majore etiam animo ſperent ſuperiores fore nos, confidant animo, ut in hac rep. ne caſum quidem ullum pertimeſcant, ſed tamen ſe res ſic habet.* (Alter *ſi tamen res ſic ſe habet.*] Inde videor mihi poſſe eruere Ciceronis manum, quæ fuerit: *Mirandum in modum profitentur, offerunt ſe. Pollicentur equidem, cum ſpe ſumma, maxima, cum majore etiam animo ſperent &c.* ut eſt in Palatinis. *Verburg.*

69. *Domitium.*] L. Domitium Ahenobarbum, Cæſaris inimiciſſimum, quem prætorem cum C. Memmio collega, quem hic Cicero nominat, de ejus actis ad ſenatum retuliſſe Suetonius prodidit. atque hujus maxime prætoris metu conſenſiſſe Cæſarem cum P. Clodio tribuno pl. de Ciceronis exilio facit illud, ut credam, quod in orat. pro Sextio ſcriptum eſt his verbis: *Illi autem, aliquantum timore perterriti, quod acta illa atque omnes res ſuperioris anni labefactari à prætoribus putabant, Tribunum popularem à ſe alienare nolebant, ſuaque ſibi propiora eſſe pericula quam mea loquebantur.* P. Manut.

etiam ° alios : ſed hos ſingulares. Quare magnum fac animum habeas & ſpem bonam. De ſingulis tamen rebus, quæ quotidie gerantur, faciam te crebrò certiorem.

o alios, ſingulares MS.

EPISTOLA III.

MARCUS Q. FRATRI S.

MI frater, mi frater, mi frater, tune id veritus es, ne ego iracundiâ aliquâ adductus pueros ad te ſine litteris miſerim? aut etiam ne te videre p voluerim? Ego tibi iraſcerer? tibi ego poſſem iraſci? ſcilicet: q tu enim me afflixiſti: tui me inimici, tua me invidia, ac non ego te miſerè perdidi. Meus ille laudatus conſulatus, mihi te, liberos, patriam, fortunas; tibi velim nequid eripuerit præter unum me. Sed certè à te mihi omnia ſemper honeſta & jucunda r ceciderunt; à me tibi luctus meæ calamitatis, metus tuæ, deſiderium, mæror, ſolitudo. 71 Ego te videre noluerim? Immò verò me à te videri nolui. Non enim vidiſſes fratrem tuum: non eum, quem reliqueras: non eum, quem noras: non eum, quem flens flentem, proſequentem proficiſcens dimiſeras: ne veſtigium quidem ejus, s nec ſimulachrum; ſed quandam effigiem ſpirantis mortui. Atque utinam me mortuum priùs vidiſſes, aut audiſſes! Utinam te non ſolùm vitæ, ſed etiam dignitatis meæ ſuperſtitem reliquiſſem! Sed teſtor omnes deos,

p noluerim *alii.*
q tu me aff. *MS.*
r acciderunt *Lamb.*
s *alii* non. P. B.

70. *Lentulum.*] Non poteſt hic eſſe P. Lentulus Spinther, qui conſul fuit anno proximo poſt Piſonem & Gabinium Coſſ. diſtat autem biennio à conſulatu prætura. Cn. Lentulum Marcellinum fuiſſe ne credam eadem ratione adducor. geſſit enim conſulatum poſt Lentulum Spintherem. itaque prætor, Piſone & Gabinio Coſſ. uno tantum inter præturam & conſulatum anno interjecto, eſſe non potuit. Quid ſi de L. Lentulo, flaminis filio, intelligatur? ne hoc quidem licet. repugnat enim hiſtoria. nam qui poteſt hoc anno, id eſt eo, quo Gabinius & Piſo conſules deſignati ſunt, prætor ipſe deſignatus eſſe, cum hoc anno conſulatum cum Gabinio petierit? id quod in Vatiniana interrogatione Cicero ſignificat his verbis: *L. Lentulum, hunc judicem noſtrum, flaminem Martialem: quòd erat eo tempore Gabinii tui competitor.* Fuiſſe igitur crediderim L. Lentulum Cruſ. qui cum C. Claudio Marcello aliquot poſt annis conſulatum geſſit. *P. Manut.*

71. *Aut etiam, ne te videre noluerim.*] *Voluerim* eſt in vetere libro, pro *noluerim.* Urſin.

deos, me hac una voce à morte eſſe revocatum, quòd omnes in mea vita partem aliquam tuæ vitæ repoſitam eſſe dicebant. Quare peccavi ſceleratéque feci. nam ſi [t] cecidiſſem, mors ipſa meam pietatem amoremque in te facilè defenderet. nunc commiſi, ut vivo me careres, vivo me aliis indigeres: mea vox in domeſticis periculis potiſſimùm occideret, quæ ſæpe alieniſſimis præſidio fuiſſet. Nam quòd ad te pueri ſine litteris venerunt, quoniam vides non fuiſſe [v] iracundiæ cauſâ, certè pigritia fuit & quædam infinita vis lacrimarum & [x] dolorum. Hæc ipſa me quo fletu putas ſcripſiſſe? eodem, quo te legere certò ſcio. An ego poſſum aut non cogitare aliquando de te, aut umquam ſine lacrimis cogitare? Cùm enim te deſidero, fratrem ſolum deſidero? Ego verò 72 ſuavitate propè fratrem, propè æqualem, obſequio filium, conſilio [y] parentem. Quid mihi ſine te umquam, aut tibi ſine me jucundum fuit? Quid, quòd eodem tempore deſidero filiam? qua pietate, qua modeſtia, quo ingenio? [z] effigiem oris, ſermonis, animi mei? Quid [a] filium venuſtiſſimum mihique dulciſſimum? quem ego ferus ac ferreus è complexu dimiſi meo, ſapientiorem puerum quàm vellem: ſentiebat enim miſer jam, quid ageretur. Quid verò tuum filium? quid? imaginem [b] meam, quam meus Cicero & amabat, ut fratrem, & jam, ut majorem fratrem, verebatur? Quid quòd mulierem miſerrimam, fideliſſimam conjugem, me proſequi non ſum paſſus, ut

t occidiſſem *MS.*

v iracundiam cauſam *Lamb.* iracundiam in cauſa *alii.*

x dolor *MS.*

y patrem *MS.*

z effigie *alii.*

a quod fil. *conj. Lamb.*

b tuam *Manut.*

72. *Suavitate prope fratrem.*] Non ſecus mei omnes. Et mihi rectè Manutius emendaſſe videtur. Quamquam, ſi *fratrem* ſervare libet, liceat in hunc modum legere: *Ego vero fratrem, ſuavitate prope æqualem.* Et tamen ſic minus placet quam ſi *fratrem* deleatur. Dixit autem *ſuavitate æqualem*, quod amor, ut alibi idem ait, inter fratres ſit, ſuavitas non ſit. Ea eſt enim inter æquales, hoc eſt inter amicos. Itaque infra, cum fratri ſuavitatem, quæ ei non conveniret, tribueret, hoc temperavit, addita particula *etiam*, quæ ibi valet, ut hoc etiam addam, ut ita dicam. Locus eſt Lib. II. Epiſt. 3. hic: *Quæ quidem tuâ, mi frater, prudentiâ, patientiâ, virtute, pietate; ſuavitate etiam, tibi mihique ſunt reſtituta.* Malaſp. *Suavitate prope fratrem, propè æqualem.*] Nihil variant libri, quare malim cum Manutio ac Malaſpina abjicere *prope fratrem*; quàm reſcribere fide Lambini, *ſuavitate fratrem, ætate prope æqualem &c.* qua emendatione nihil frigidius. *Gruter.*

73. Ne-

ut eſſet quæ reliquias communis calamitatis, communes liberos tueretur? Sed tamen, quoquo modo potui, ſcripſi & dedi litteras ad te Philogono, liberto tuo, quas credo tibi poſteà redditas eſſe: in quibus idem te hortor & rogo, quod pueri tibi verbis meis nuntiarunt, ut Romam protinus pergas & properes. P. CCCIV. Primùm enim [c] te præſidio eſſe volui, ſiqui eſſent inimici, quorum crudelitas nondum eſſet noſtrâ calamitate ſatiata. Deinde congreſſus noſtri lamentationem pertimui: digreſſum verò non tuliſſem: atque etiam idipſum, quod tu ſcribis, metuebam, ne à me diſtrahi non poſſes. His de cauſis hoc maximum malum, quòd te non vidi, quo nihil amantiſſimis & conjunctiſſimis fratribus acerbius ac miſerius videtur accidere potuiſſe; minùs acerbum, [d] minùs miſerum fuit, quàm fuiſſet [e] cùm congreſſio, tum verò digreſſio noſtra. Nunc, ſi potes, id quod ego, qui fortis tibi ſemper videbar, non poſſum; erige te & confirma, ſiqua ſubeunda dimicatio erit. Spero, ſiquid mea ſpes habet auctoritatis, tibi & integritatem tuam, & amorem in te civitatis, & aliquid etiam miſericordiam noſtri præſidii laturam. ſin eris ab iſto periculo vacuus: ages ſcilicet, ſi quid [f] agi poſſe de nobis putabis. de quo ſcribunt ad me quidem multi multa & ſe ſperare demonſtrant: ſed ego, quid ſperem, non [g] diſpicio, cùm inimici plurimum valeant, amici partim deſeruerint me, partim etiam prodiderint: qui in meo reditu fortaſſe reprehenſionem ſui ſceleris [h] pertimeſcant. Sed iſta qualia [i] ſint tu velim perſpicias mihique declares. Ego tamen, quamdiu tibi opus erit, ſiquid periculi ſubeundum videbis, vivam. diutiùs in hac vita eſſe non poſſum. Neque enim tantum virium habet ulla aut prudentia, aut doctrina, ut tantum dolorem poſſit ſuſtinere. Scio fuiſſe & honeſtius moriendi tempus, & utilius: ſed non hoc ſolùm: multa alia prætermiſi: quæ ſi queri velim præterita; nihil agam, niſi ut augeam dolorem tuum, indicem ſtultitiam meam. P. B. Illud quidem nec faciendum eſt, nec fieri poteſt, me diutiùs, quàm aut tuum tempus, aut firma ſpes poſtulabit, in tam miſera tamque turpi vita commorari: ut, qui modò fratre fuerim, liberis, conjuge, copiis, [k] genere ipſo pecuniæ beatiſſimus: dignitate, auctoritate, exiſtimatione, gratiâ non inferior, quàm qui unquam fuerunt ampliſſimi: [l] is nunc in hac tam afflicta per-

c te tuis præſ. *Lamb.*
d minuſque *alii.*
e *alii* tum.
f agere *alii.*
g deſp. *quad. edd.*
h pertimeſcunt *alii.*
i ſunt *alii.*
k genero *Manut. & MS.*
l is deeſt in *MS.*

perditaque fortuna, 73 neque me, neque meos lugere diutiùs poſſim. Quare quid ad me ſcripſiſti de permutatione? quaſi verò nunc me non tuæ facultates ſuſtineant. qua in re [m] ipſa video miſer & ſentio, quid ſceleris admiſerim, cùm de viſceribus tuis & filii tui ſatisfacturus ſis, quibus debes: ego acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine fruſtra diſſiparim. Sed tamen & M. Antonio, quantum tu ſcripſeras, & Cæpioni [n] tantumdem ſolutum eſt: mihi ad id, quod cogito, hoc, quod habeo ſatis eſt. ſive enim reſtituimur, ſive deſperamur, nihil amplius opus eſt. Tu, ſi fortè quid erit moleſtiæ, te ad Craſſum & ad [o] Calidium conferas cenſeo. Quantum Hortenſio credendum ſit neſcio. me ſumma ſimulatione amoris ſummaque aſſiduitate quotidiana ſceleratiſſimè inſidioſiſſiméque tractavit, adjuncto [p] quoque Arrio: quorum ego conſiliis, [q] promiſſis, præceptis deſtitutus, in hanc calamitatem incidi. Sed hæc occultabis, ne quid obſint. Illud caveto: & eò puto per Pomponium fovendum tibi eſſe ipſum Hortenſium, 74 ne ille verſus, qui in te erat [r] collatus, cùm ædilitatem petebas, de lege Aurelia, falſo teſtimonio confirmetur. Nihil enim tam timeo, quàm ne, cùm intelligant homines, quantum miſericordiæ nobis tuæ preces [s] & tua ſalus allatura ſit, oppugnent te vehementiùs. Meſſalam tui ſtudioſum eſſe arbitror: Pompejum etiam ſimulatorem puto. Sed hæc utinam non experiare! quod precarer deos, niſi meas preces audire deſiiſſent. Verumtamen precor, [t] ut his infinitis noſtris malis contenti ſint: in quibus [v] tamen non modò nullius [x] ineſt peccati infamia; ſed omnis dolor eſt, quòd opti-

mè

m ipſe *Lamb.*
n tandem *MS.*
o Callidium *alii.*
p *alii* Q. Arrio.
q *in aliis non eſt* promiſſis.
r celatus *alii.*
s & *non eſt in aliis.*
P. CCCV.
t ut in his *alii.*
v. *alii* non modo tamen.
x *alii* eſt.

73. *Neque me neque meos.*] *Neque* hoc loco pro *vel* poſitum eſſe videtur. Id magis exſtabit, ſi verba ad naturalem dicendi rationem coaptentur. Illud inquit: Fieri non poteſt, me diutius in tam miſera vita commorari, ut diutius poſſim vel me vel meos lugere, qui modo fuerim fratre &c. beatiſſimus. Sed tamen eſt in ſententia neſcio quid, quod negationem habeat implicitam hoc modo: ut diutius lugere poſſim, ne me quidem nec meos. *Malaſpina.*

74. *Ne ille verſus.*] Verebatur, puto, ne Quintus frater de ambitu accuſaretur, quod in petenda ædilitate pecuniam contra legem dediſſet. quo tempore verſus quidam in eum de lege Aurelia, qui ambitum notaret, conferebatur. Licet autem exiſtimare, lege Aurelia ſancitum de ambitu aliquid fuiſſe. *P. Manut.*

75. *Mi-*

mè factis pœna eſt maxima conſtituta. Filiam meam & tuam, Ciceronemque noſtrum, quid ego, mi frater, tibi commendem? quin illud mæreo, quod tibi non minorem dolorem illorum orbitas affert quàm mihi. Sed, te incolumi, orbi non erunt. Reliqua, ita mihi ſalus aliqua detur poteſtasque in patria moriendi, ut me lacrimæ non ſinunt ſcribere. Etiam Terentiam velim tueare mihique de omnibus rebus reſcribas. Sis fortis, quoad rei natura patiatur. Idibus Juniis, Theſſalonicæ.

EPISTOLA IV.

MARCUS Q. FRATRI S.

AMABO te, mi frater, [y] ne, ſi uno meo facto & tu & omnes mei corruiſtis, improbitati & ſceleri meo potiùs quàm imprudentiæ [75] miſeriæque aſſignes. nullum eſt meum peccatum, niſi quòd iis credidi, à quibus nefas putaram eſſe me decipi, aut etiam quibus ne id expedire quidem arbitrabar. intimus, proximus, familiariſſimus quiſque aut ſibi pertimuit, aut mihi invidit. ita mihi nihil miſero præter [z] fidem amicorum [76] cautum meum conſilium fuit. Quòd ſi te ſatis innocentia tua & miſericordia hominum vindicat hoc tempore à moleſtia: perſpicis profectò, ecquænam nobis ſpes ſalutis relinquatur. Nam me [a] Pomponius, & [b] Sextius, & Piſo noſter adhuc Theſſalonicæ retinuerunt,

y niſi uno meo fato *edd. vett.*

z finem amic. non *alii.*

a Pompejus *edd. vett.*

b Sextus *MS.*

75. *Miſericordiaque aſſignes.*] *Miſeriæque* eſt in libro Faërni. *Urſin.* Beſſarionis liber agnoſcit quæque *miſeriaque.*

76. *Cautum meum conſilium fuit.*] Hoc veritati repugnat. Ubique enim Cicero ſuum conſilium execratur. Quare placet hic legi *defuit.* qua ratione ex eadem fidelia duos parietes dealbamus. Nam & ſuperiori ſententiæ ſuam formam damus, quæ ſic inchoata, aut potius decantata eſt, & hiſtoriæ ſervimus: ut perfidiam amicorum accuſet, à quibus proditus ſit, & ſuam imprudentiam aut potius ſtultitiam damnet, quòd iis crediderit, à quibus nunquam putaverit ſe deceptum iri. Utrumque illis verbis complexus eſt. Nullum eſt meum peccatum, niſi quòd iis credidi, à quibus nefas putaram eſſe me decipi. Uſus autem eſt hic Cicero ἀσυνδέτῳ. Hanc dicendi formam & alibi adhibuit, & lib. ad Atticum XII. ep. 15. ut quidem habent manuſcripti omnes, Antonianus, Faërni, Bononienſis, Maffei tres, reliqui: *Hic mihi primùm meum conſilium defuit, vel etiam obfuit.* Malaſpina.

runt, cùm longiùs diſcedere propter neſcio quos motus vetarent. verùm ego magis exitum illorum litteris quàm ſpe certa exſpectabam. Nam quid ſperem, potentiſſimo inimico, dominatione obtrectatorum, infidelibus amicis, pluribus invidis? 77 De novis autem tribunis plebis eſt ille quidem in me officioſiſſimus Sextius, &, ſpero, 78 Curtius, Milo, Fadius, 79 Gratidius; ſed valde adverſante Clodio: qui etiam privatus eadem manu poterit conciones concitare: deinde etiam interceſſor parabitur. Hæc mihi proficiſcenti non proponebantur: ſed [c] ſæpe triduo ſumma cum gloria dicebar eſſe rediturus. Quid tu igitur? inquies. quid? multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam: ſubita defectio Pompeji, alienatio conſulum, etiam prætorum timor, publicanorum arma. lacrimæ meorum me ad mortem ire prohibuerunt: quod certè & ad honeſtatem & ad effugiendos intolerabiles dolores fuit aptiſſimum. Sed de hoc ſcripſi ad te in ea epiſtola, quam Phaëthonti dedi. Nunc tu, quoniam in tantum luctum [d] & laborem detruſus es, quantum nemo umquam, ſi [e] relevare potes communem caſum miſericordiâ hominum, ſcilicet incredibile quiddam aſſequeris. ſin planè [f] occidi-

P. B.

c *aliis deeſt* ſæpe.

d *alii delent* & *MS.* Laboremque.

e levare *MS.*

f cecidimus *alii.*

77. *De novis autem tribunis pl.*] Hunc locum primus reſtituit Petrus Victorius, in caſtigationibus poſterioribus in libros epiſtolarum ad Familiares: cum antea & MSS. omnes & impreſſi *Denotius autem* haberent. *Malaſp.* *De novis autem tribunis pl.* conjecerat P. Manutius, adprobatque Pal. quart. nam ſec. *Devotius.* pr. & tert. *Denotius*, ut prius vulgati. *Gruter.*

78. *Curtius.*] Reſcripſerim cum Pighio *Curius.* rationes ejus videantur in laborioſo illo opere Faſtor. Romanorum, ad annum urb. cond. DCXCVI. *Idem.*

79. *Gratidius.*] Video ſic eſſe & in libris manuſcriptis. magis tamen placeret *Fabricius.* nominantur enim octo tribuni pl. in oratione poſt Red. in Sen. *T. Annius Milo*, *P. Sextius*, *C. Ceſtilius*, *M. Ciſpius* (ſic enim in poſtrema noſtrorum librorum editione repoſuimus, cum legeretur, *Moſopius.*) *T. Fadius*, *M. Curtius*, *C. Meſſinius*, *Q. Fabricius.* qui octo tribuni pl. de reditu Ciceronis promulgarunt. duo reliqui, quos in ea oratione non nominat, propterea quòd promulgare ſimul cum collegis noluerant, fuere, ut apud Aſconium legimus, *Sex. Atilius Seranus*, *Numerius Quintius.* quos à me ideo nominatos omnes volui, quo certius probarem in hac epiſtola & *Fabricius* potius legendum eſſe quàm *Gratidius*; cui ſententiæ ſubſcribere videtur etiam oratio pro Sextio; & iis aſſentiendum non eſſe, qui *Domitius* malunt quàm *de novis* legere. *P. Manut.*

80. *Ne*

dimus (me miſerum) ego omnibus meis exitio fuero, quibus antè dedecori non eram. Sed tu, ut antè ad te ſcripſi, perſpice rem & [g] pertenta; & ad me, ut tempora noſtra, non ut amor tuus fert, verè perſcribe. Ego vitam, quoad putabo tua intereſſe, aut ad ſpem ſervandam eſſe, retinebo. Tu nobis amiciſſimum Sextium cognoſces: credo tuâ cauſâ, vel Lentulum, qui erit conſul. quamquam ſunt facta verbis difficiliora. Tu & quid opus ſit, & quid ſit, videbis omnino. Si tuam ſolitudinem communemque calamitatem nemo deſpexerit: aut per te confici aliquid, aut nullo modo poterit. ſin te quoque inimici vexare cœperint, [80] ne ceſſaris. non enim gladiis [h] mecum, ſed litibus [i] agetur. Verùm hæc abſint velim. Te oro, ut ad me de omnibus rebus [k] ſcribas, & in me animi [l] potiùs, aut conſilii putes minus eſſe quàm anteà; amoris verò & officii non minus.

g protenta *edd. vett.*
P. CCCVI.
h tecum *MS.*
i ageretur *alii.*
k reſcribas *alii.*
l aut potius conſ. *Gul.*

80. *Ne ceſſaris. non &c.*] Pal. ſec. tert. & à manu ſecunda primus, adjiciunt, *ne ceſſaris me certiorem facere, ut adcurram.* idemque reperit in A. Wouwerius. *Gruter.*

 M. TUL-

M. TULLII CICERONIS EPISTOLARUM AD QUINTUM FRATREM, LIBER SECUNDUS.

EPISTOLA I.

MARCUS Q. FRATRI S.

EPISTOLAM, quam legiſti, manè dederam. ſed fecit humaniter Licinius, quòd ad me, miſſo ſenatu, veſperi venit, ut, ſiquid eſſet actum, ad te (ſi mihi videretur) perſcriberem. Senatus fuit frequentior quàm putabam eſſe poſſe menſe Decembri ſub dies feſtos. Conſulares nos fuimus, & duo conſules deſignati P. Servilius, M. Lucullus: [a] Lepidus, Volcatius, Glabrio prætores. ſanè frequentes fuimus: omnino [1] ad ducentos. Commôrat exſpectationem Lupus. egit cauſam [b] agri Campani ſanè accuratè. auditus eſt magno ſilentio. materiam rei non ignoras. nihil ex noſtris actionibus prætermiſit. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompejo. Cauſâ ſerò peroratâ ſententias ſe rogaturum negavit, ne quod onus ſimultatis nobis imponeet.

a Lupus *Ald. & alii.*

b Agripani *MS.*

1. *Ad ducentos.*] Hic tamen frequens Senatus dici vere non poteſt. nam in epiſtola quadam ad Atticum ccccxv. & in oratione poſt Red. in Sen. ccccx. ſenatores nominantur. non igitur frequentes ex univerſi ſenatûs numero, ſed frequentes, ut menſe Decembri. *P. Manut.*

2. *Mile*

neret. Ex ſuperiorum temporum conviciis, & ex præſenti ſilentio, quid ſenatus ſentiret ſe intelligere dixit. [2] Milo cœpit dimittere. Tum Marcellinus, Noli, inquit, ex taciturnitate noſtra, Lupe, quid aut probemus hoc tempore, aut improbemus, judicare. Ego, quod ad me attinet, [c] idemque arbitror ceteros, idcirco taceo, quòd non exiſtimo, cùm Pompejus abſit, cauſam agri Campani agi convenire. Tum ille, ſe ſenatum negavit tenere. Racilius ſurrexit & de [d] judiciis referre cœpit. Marcellinum quidem primum rogavit. Is, cùm graviter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus queſtus eſſet, ſententiam dixit, ut ipſe [e] judices per prætorem urbanum ſortiretur; judicum [f] ſortitione facta comitia haberentur: qui judicia impediviſſet, eum contra rempublicam eſſe facturum. Approbatâ valde ſententiâ C. Cato contrà dixit & Caſſius, maxima acclamatione ſenatûs, cùm comitia judiciis anteferret. Philippus aſſenſit Lentulo. Poſtea Racilius de privatis me primum ſententiam rogavit. Multa feci verba [3] de toto furore latrocinioque P. Clodii: [g] eum, tamquam reum, [h] accuſavi multis & ſecundis admurmurationibus cuncti ſenatûs. Orationem meam

P. B.

c itemque *alii.*

d vitiis *edd. vett.*

e judices prætor urbanus *Lamb.*

f ſortione *alii.*

g *in aliis deeſt* eum.

h accuſavi; *alii.*

2. *Milo cœpit dimittere.*] Senatum. ſed in voce *Milo* inſignem eſſe mendam exiſtimo. fuit omnino tribunus pl. T. Annius Milo, iis conſulibus, quibus hæc epiſtola ſcripta eſt; ſed exierat jam è magiſtratu, cujus, ut diximus, extremus erat dies IV. id. Decemb. ſuumque magiſtratum novi tribuni plebis, quorum unus erat Lupus, inierant. quare poteſtatem dimittendi ſenatûs cum tribunus pl. non eſſet, habere Milo non potuit. puto igitur, hæc tria verba de Lupo eſſe dicta; ut, qui ſenatum vocaverat, idem cœperit dimittere. neque vero, quod ad correctionem attinet, quò me conjectura ducat non habeo: ſed ego non is ſum, qui, cùm aliquid ſine antiquorum librorum ope, aut ſine manifeſto hiſtoriæ conſenſu corrigo, ipſe mihi magnopere placeam. dicam tamen quod ſentio. pro, *Milo cæpit dimittere*, reponi poſſet, unâ tantum additâ litterâ, *in illo cæpit dimittere:* hoc eſt, in poſtremis illis verbis, *ſe intelligere, quid ſenatus ſentiret.* P. Manut.

3. *De toto furore.*] Non de eo ſolum, quod expuliſſet fabros de area noſtra; quod Catuli porticum, quæ ex ſenatusconſulto, conſulum locatione, reficiebatur, diſturbaſſet; quod Quinti fratris domum inflammaſſet; quod inſecutus eſſet me lapidibus, fuſtibus, gladiis; quod Milonis domum meamque incendere conatus eſſet; quorum criminum nomine reus erat; ſed plane de omnibus delictis, quæ, immani quodam furore incitatus, aut in me, aut in alios, aut in ipſam remp. commiſerat. *Idem.*

meam collaudavit ſatis multis verbis, non meherculè indiſertè, 4 ſeverus Antiſtius: isque judiciorum cauſam ſuſcepit antiquiſſimamque ſe habiturum dixit. Ibatur in eam ſententiam. Tum Clodius rogatus 5 diem dicendo eximere cœpit. furebat, à Racilio ſe contumaciter

4. *Severus Antiſtius.*] Cum in epiſtola M. Bruti veterem Antiſtium vocari videam, ſuſpicor hic de menda. & forte legendum ſic: *Sex. Vetus Antiſtius:* aut, *Vetus Antiſtius*; quod dictio *Vetus*, in *Verus*, duarum litterarum *t* & *r* ſimilitudine, converſa facile ſit; & *Verus* deinde abierit in *Severus*, ut ſunt homines ad ea mutanda proclives, quæ ſtatim ut intelligerent vel rei difficultate, vel ingenii vitio non ſucceſſit. nam quod *Vetus Antiſtius* ſi legatur, nomini cognomen anteponetur eo minime perturbor, qui hujus generis exempla ſæpe notaverim. dixit enim infra: *Macer Licinius.* ad Att. *Balbi Cornelii.* Epiſt. Fam. *Gallus Caninius.* P. Manut. *Severus Antiſtius.*] Ant. Auguſtinus emendavit *Vetus Antiſtius:* eſt enim VETUS Antiſtiæ familiæ cognomen frequens, cùm apud veteres ſcriptores, tum in ejus familiæ denariis. Sed poteſt SEVERUS etiam retineri, quod eſt ejusdem gentis cognomen, ut ex inſcriptione, cujus exemplum ſubjiciam, intelligere poſſumus.

SOLI INVICTO
MITHRÆ
T. ANTISTIUS T. F.
STELLATINA
SEVERIANUS
DEDICAVIT.

Urſin. Severus Antiſtius.] Lambiniana, *Sex. Vetus Antiſtius*, quod conjecerat P. Manutius. nos nihil varietatis offendimus in exemplaribus Pall. ideoque noluimus uti licentia nimia. *Grut.* Noviſſime hæc verba arripuit auctor diſſertationis ſextæ de Præſtantia Numiſm. pag. 514. ubi tamen nihil ab eo adferri videas, cujus non lineas ductas & petitas dixeris ex P. Manutio: qui tamen cur hic diſputat de hominibus, ad nonnulla mutanda proclivibus, quum ipſe ſciat in aliis locis ab talibus hominibus ſervatum eſſe Veterem Antiſtium? *ſeverus* vidi etiam exſtare in MS. Balliol. & ſanè vel ob ſenſum tam in republica, quam in hac cauſa, vel ob ipſius orationis ſtatum potuit eum ſeverum appellaviſſe. Itaque ſic expreſſi. *Gronov.* Quid ad hanc Gronovii notationem Cenſoriam Illuſtr. Spanhemius reſponderit in majori editione, ante aliquot annos a me procurata, vide ſis apud eum Diſſert. x. p. 56. Locus Velleji, qui exſtat lib. II. cap. 43. & ibi ab eo producitur, pene me movet, ut *Vetus* reponam pro *ſeverus*, (quod ſi ferendum ſit, legendum eſt cum litera majuſcula, ut ſit cognomen Antiſtii) quod, neſcio quo pacto duriuſculum videtur. Verba Velleji ita ſe habent: *Cum* (Cæſar) *eſſet quæſtor ſub Vetere Antiſtio, avo hujus Veteris atque conſularis &c.* Verburg.

5. *Diem dicendo eximere cœpit.*] Nos, ut in manuſcriptis libris in-
ve-

citer [6] urbanéque vexatum. Deinde ejus [7] operæ repentè à Græcoſtaſi [i] & gradibus clamorem ſatis magnum ſuſtulerunt, [k] opinor in Q. Sextilium & amicos Milonis incitatæ. Eo metu injecto repentè magnâ querimoniâ omnium diſceſſimus. Habes acta unius diei. reliqua, ut arbitror, in menſem Januarium rejicientur. De tribunis plebis longè optimum Racilium habemus. videtur etiam Antiſtius amicus nobis fore. nam [8] Plancius totus noſter eſt. Fac, ſi me amas, ut conſideratè diligenterque naviges [l] de menſe Decembri.

i ex grad. *MS.*
k puto *alii.*
P. CCCVII.
l *alii* D. menſe.

EPISTOLA II.

MARCUS Q. FRATRI S.

NON occupatione, [m] quâ eram ſanè impeditus, ſed parvula lippitudine adductus ſum, ut dictarem hanc epiſtolam: & [9] non, ut ad te ſoleo, ipſe ſcriberem. Et

m quamquam eram *Gul.*

venimus, *dicendi* ſcripſimus, quod etiam Germani adnotarunt in marginibus ſui codicis. *Diem* autem *dicendi*, id eſt tempus: ad Att. lib. IV. *Metellus calumnia dicendi tempus exemit.* Victor.

6. *Urbanéque vexatum.*] Faërni liber *inurbanéque*, quod & Manutio placet. Et ſane licet convicium urbanitas ipſa ſit, facetum tamen eſt: ut, cum *contumaciter* dixerit, *inurbanè* magis conveniat. *Malaſpina.*

7. *Operæ à Græcoſtaſi &c.*] Explicat Cælius Rhodiginus libro X. Antiq. lectionum cap. 5. *Grut.*

8. *Plancius.*] Mendoſe (ſic enim puto) legebatur in omnibus libris, *Plautius.* nos *Plancius* repoſuimus: primum, quod hunc eſſe Cn. Plancium credidimus, quem tribunum pl. eodem anno cum L. Racilio fuiſſe oratio, pro ipſo quæ exſtat, à Cicerone habita demonſtrat: deinde, quod apud me ponderis eſt maximi, quia Beſſarionis in libro, *Plancius*, non *Plautius*, planè video ſcriptum eſſe. placet tamen hoc anno & Plautium tribunum pl. fuiſſe: quod à Dione lib. XXXIX. traditum eſt. ſed hic de Cn. Plancio malim quàm de A. Plautio, quem nominat Dio, intelligere. ſequor enim antiquum librum: ſequor hiſtoriam: ſequor etiam illud, quòd, cum dicat Cicero, *noſter totus eſt*, magis id convenit in Plancium, Ciceronis amiciſſimum, quàm in Plautium, cui nullam cum Cicerone interceſſiſſe inſignem neceſſitudinem legimus. & forte is eſt Hypſæus ille, de quo in Epiſt. I. ad Lentulum his verbis: *Libonis & Hypſæi non obſcura concurſatio & contentio in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere videatur*; Hypſæus enim Plautiæ gentis cognomen. *P. Manut.*

9. *Non, ut ſoleo, ad te ipſe ſcriberem.*] Noſtri, paulum commutato ordine, *non, ut ad te ſoleo, ipſe ſcriberem*, ſane lenius &

Et primùm me tibi excuſo in eo ipſo, in quo te accuſo. me enim adhuc nemo rogavit, num quid in Sardiniam [n] vellem: [10] te puto ſæpe habere, etſi non ſemper, qui, num quid Romam velis, quærant. Quod ad me [o] de Lentuli & [p] Sexti nomine ſcripſiſti, locutus ſum cum Cincio. quoquo modo res ſe habet non eſt facillima, ſed [q] habet profectò quiddam Sardinia appoſitum ad recordationem præteritæ memoriæ. Nam, ut ille [r] Gracchus augur, poſteaquàm in iſtam provinciam venit, recordatus eſt, quid ſibi, in campo Martio comitia [s] conſulum habenti, contra auſpicia accidiſſet: ſic tu mihi videris in Sardinia [11] de forma [t] Minuciana & de nominibus Pomponianis in otio recogitaſſe. Sed ego adhuc emi nihil. Culleonis auctio facta eſt. Tuſculano emptor nemo fuit. ſi conditio valde bona fuerit fortaſſe non [v] omittam. De ædificatione tua Cyrum

n velim edd. vet.
o de deeſt in MS.
p Seſti alii.
q alii habet quidd.
r Græcus alii.
s conſulibus habentibus alii.
t Numiciana aut Numiſiana alii.
v amitt. alii.

quâ de ſententiâ fortaſſe etiam verius. Intereſt enim nonnihil, utrum *ad te* cum verbo *ſoleo*, an cum *ſcribere* jungatur. Sed & ſic eſt in editione Victorii. *Malaſp.*

10. *Te puto ſæpe habere.*] Poſt hæc verba ſequebatur, *Etſi non ſemper.* quod cum mihi numquam ſatis probatum fuiſſet (abſurdum enim minimeque neceſſarium videbatur) tollere tamen, niſi meam opinionem ſcriptus liber confirmaret, numquam auſus ſum. nunc in meo illo, mihi magnopere probato, Beſſarionis antiquo exemplari, video, quod conjecturæ meæ reſpondeat, ſcriptum eſſe ſic inquam: *Te puto ſæpe habere, qui, num quid Romam velis, quærant.* P. Manut. *Te puto ſæpe habere, etſi non ſemper, &c.*] Hæc verba *etſi non ſemper*, præter Romanum, in nullo meorum leguntur. Sed & in eo inverſo ordine, & *certè* adverbio addito, in hunc modum: *Te puto, etſi non ſemper, ſæpe certè habere, &c.* Minus ineptè. Ego tamen tot librorum conſenſum libenter amplector. *Malaſpina.* Paulus Manutius, ſecutus fidem codicis Beſſarionis, delevit *etſi non ſemper.* & verò vocum illa trias etiam abeſt tribus Palatinis. habet tamen numero primus, *te puto ſemper*, omiſſis intermediis. videturque vel ultimum iſtud ſequendum, vel alterum, plurium manuſcriptorum auctoritate firmatum. *Gruter.* Beſſarionis librum liquide ſequitur & firmat MS. Balliol. *Gronov.*

11. *De forma Minuciana.*] Ædificium forte Quinctus ad eam formam, quam Minucius architectus fecerat, exſtrui volebat. qua de re videtur ſignificari infra ep. 5. *P. Manut.* *De forma Minuciana.*] Pall. noſtri omnes, *Numiſſiana*, vel *Numiſiana*; ut forte fuerit *Numiciana.* Grut. Sed & Balliol. *Numiſiana*, in quo miror judicium & peritiam Gruteri in nominibus Romanis, quaſi non & plurimi Numiſii ex eis forent noti vel ex ipſo Livio & Tacito. Sed etiam codex idem *Pompejanis*, ut eſt quoque in Victorianis. *Gronov.*

12. *Ob-*

rum urgere non ceſſo. ſpero eum in officio fore. ſed
omnia ſunt tardiora propter furioſæ ædilitatis exſpecta-
tionem. Nam comitia ſine mora futura videntur. edi-
cta ſunt [x] a. d. XI. kal. Febr. Te tamen ſollicitum eſſe x alii ad
nolo. omne genus à nobis cautionis adhibebitur. De XI.
rege Alexandrino factum eſt ſenatûs conſultum, cum
multitudine eum reduci periculoſum reipublicæ videri.
Reliqua cùm eſſet in ſenatu contentio, Lentuluſne,
an Pompejus reduceret; obtinere cauſam Lentulus vi- P. B.
debatur. In ea re nos & officio erga Lentulum mirifi-
cè, & voluntati Pompeji præclarè ſatisfecimus. ſed per
12 obtrectatores Lentuli res calumniâ extracta eſt. Con-
ſecuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi non
poterat. Quid futurum ſit latrocinio tribunorum non
divino: ſed tamen ſuſpicor, per vim [y] rogationem [z] Ca- y rogatio-
ninium perlaturum. In ea re Pompejus quid velit ne alii.
13 non diſpicio. Familiares ejus quid cupiant omnes z Ennium
vident. Creditores verò regis apertè pecunias ſuppe- ed. vet.
ditant contra Lentulum. Sine dubio res à Lentulo re-
mota videtur eſſe cum magno meo dolore: quamquam
multa

12. *Obtrectatores Lentuli.*] Adverſarios in reductione regis duos inprimis Lentulus habebat, Catonem & Caninium, tribunos pl. Catonem quidem, totam reductionem regis oppugnantem, nec minus Pompejo quam Lentulo infenſum, quod oſtendit epiſt. 5. Caninium autem reduci regem, non à Lentulo, ſed à Pompejo cupientem. & Cato eò proceſſit iracundiæ ac malevolentiæ, ut de abrogando Lentulo Ciliciæ imperio legem promulgaverit, quod ex eadem epiſtola cognoſcitur. Nonius etiam hæc Feneſtellæ verba ex Annali XXII. recitat. *Ut magiſtratum*, inquit, *inierunt tribuni, C. Cato, turbulentus adoleſcens & audax, nec imparatus ad dicendum, concionibus aſſiduis invidiam & Ptolemao ſimul, qui jam ex urbe profectus erat, & P. Lentulo conſuli, paranti jam iter, concitare, ſecundo quidem populi rumore, cæpit.* Caninius autem usque eo Pompeji ſtudioſus fuit, ut legem ferre conatus ſit, qua Pompejus cum duobus lictoribus Ptolemæum reduceret. Quod apud Plutarchum in Pompejo ſcriptum eſt. idque Cicero ipſe in epiſtola ſeptima ſignificat his verbis: *Mihi ſemper tua laudi favere viſus eſt, etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore Caniniano.* P. Manut.

13. *Non diſpicio.*] Solebat enim Pompejus & ſilentio tegere voluntatem, & aliud ſentire ac loqui. Id oſtendunt Ciceronis epiſtolæ lib. I. ad Lentulum ep. I. & 5. libro ad Attic. IV. ep. 9. & 14. Cœlius etiam ep. I. lib. IIX. *Quam*, inquit, *Pompejus orationem habuerit, quamque oſtenderit voluntatem (ſolet enim aliud ſentire & loqui, neque tamen tantum valere ingenio, ut non appareat, quid ſentias) fac mihi perſcribas.* Idem.

14. *Tu*

multa fecit, quare, ſi fas eſſet, jure ei ſuccenſere poſſemus. [14] Tu, ſi ita expedit, velim quàm primùm bona & certa tempeſtate cenſcendas ad meque [a] venias. innumerabiles enim res ſunt, in quibus te quotidie in omni genere deſiderem. Tui noſtrique valent. XIV. kal. Febr.

(a venire contendas *ed. vet.*)

EPISTOLA III.

MARCUS Q. FRATRI S.

SCRIPSI ad te anteà ſuperiora: nunc cognoſce poſteà quæ ſint acta. A kal. Febr. legationes in idus Febr. rejiciebantur. eo die res confecta non eſt. [b] a.d. IIII. non. Febr. Milo affuit. ei Pompejus advocatus venit. Dixit Marcellus, à me rogatus. honeſtè diſceſſimus. producta dies eſt in [c] IIII. id. Febr. Interim rejectis legationibus [d] in idus, referebatur de provinciis quæſtorum [15] & de ornandis prætoribus. Sed res, multis querelis de republica interponendis, nulla transacta eſt. [e] Cato legem promulgavit de imperio Lentuli abro-

(b *alii* ad IV. — c VIII. *Lamb. & alii.* — d III. Iduum *Ald.* — e C. Cato *MSS. & alii.*)

[14]. *Tu ſi ita expedit.*] Faërni liber, *tu ſi iſta expediſti.* cujus etiam lectionis & Poggianus & Antonianus veſtigia quædam oſtendunt. Habent enim *ſi iſta expedit.* Sed prorſus illa vera eſt, ſive Quintus in Sardiniam rei frumentariæ cauſſâ legatus eſt à Pompejo, quod rentur Manutius & Corradus. ſive aliqua de cauſſa à Republicâ miſſus (nam animi non arbitror) omnino illa conveniunt, *ſi iſta expediſti.* Malaſp.

[15]. *Et de ornandis prætoribus.*] Malim, *prætoriis*; ut de provinciis intelligatur, quod probat Latinè loquendi conſuetudo. nam in ep. ad Att. lib. III. *Antequam*, inquit, *ad me ſcripſiſſetis, veſtro conſenſu conſulares provincias ornatas eſſe.* ad eundem lib. IV. *Qui ſe dicerent in ornandis provinciis conſularibus ſcribendo affuiſſe.* & in epiſt. ad Catonem Fam. lib. XV. *Provinciam*, inquit, *ornatam & ſpem non dubiam triumphi neglexi.* poterat enim facile triumphum ſperare, cum ornatam provinciam acciperet, hoc eſt, exercitu pecuniâque inſtructam. id eſt enim ornare provinciam, quod etiam diximus in commentario ad Atticum. Suſpicor autem, apud Suetonium in Julio mendoſè legi: *Ac neque more neque jure, antequam provinciæ ordinarentur, profectus eſt in ulteriorem Hiſpaniam*; & pro *ordinandis* reponendum, *ornandis.* P. Manut. *Et de ornandis prætoribus.*] Malebat Manutius *prætoriis*, quod ſtatim in contextum recepit Lambinus, præter mſſ. quorum Pall. duo, *ordinandis*; quomodo & vetuſtius impreſſi. neque aliter Suetonius cap. XXIII. Veſpaſiani. *Gruter.*

16. *Cum*

rogando. [f] veſtitum filius mutavit. A. d. [g] IIII. id. Febr. Milo affuit. dixit Pompejus, ſive voluit. nam, ut ſurrexit, operæ Clodianæ clamorem ſuſtulerunt: idque ei perpetua oratione contigit, non modò ut acclamatione, ſed ut convicio & maledictis impediretur. qui ut peroravit: [h] nam in eo ſanè fortis fuit: non eſt deterritus: dixit omnia; atque interdum etiam ſilentio, [16] cum auctoritate peregerat: ſed, ut peroravit, ſurrexit Clodius. [i] ei tantus clamor à noſtris (placuerat enim referre gratiam) ut neque mente, neque lingua, neque [k] ore conſiſteret. Ea res acta eſt, cùm H. VI. vix Pompejus peroraſſet, usque ad H. VIII. cùm omnia maledicta, verſus [l] etiam obſcœniſſimi in Clodium & Clodiam [m] dicerentur. Ille furens & exſanguis interrogabat ſuos in clamore ipſo, quis eſſet, qui plebem fame necaret. reſpondebant operæ, Pompejus. Quis Alexandriam ire cuperet. Reſpondebant, Pompejus. Quem ire vellent. Reſpondebant, Craſſum. Is aderat tum, Miloni animo non amico. H. ferè IX. quaſi ſigno dato, Clodiani noſtros conſputare cœperunt. Exarſit dolor. urgere illi, ut loco nos moverent. Factus eſt à noſtris impetus: [n] fuga operarum. Ejectus [17] de roſtris Clodius: ac nos quoque tum fugimus, ne quid in turba. Senatus vocatus in curiam: Pompejus domum. neque ego tamen in ſenatum, ne aut de tantis rebus tacerem, aut in Pompejo defendendo (nam is carpebatur à Bibulo, Curione, Fa-

f veſtem tum *alii.*

Pag. CCCVIII.

g *numeri in aliis variant.*

h nam eo *alii.*

i & *MSS. & edd. vett.*

k oratione *alii.*

l denique *edd. vett.*

m conjicerentur *alii.*

n fugatæ operæ *alii.*

16. *Cum autoritate peregerat.*] Vetus liber, *quod autoritate ſemper egerat:* & ita olim ex ingenio (ut puto) emendavit Daneſius. *Urſinus.* *Cum auctoritate ſemper.*] Secutus ſum P. Daneſii Vaurenſis antiſtitis conjecturam: non tamen omni ex parte. Nam verbum *egerat* delendum curavi, ut ſupervacaneum & alienum. Quin (ut dicam quod ſentio) hoc totum, *cum auctoritate peregerat*, ſeu, ut nos edidimus, *cum auctoritate ſemper*, ſuppoſitum eſſe arbitror; verumtamen eam lectionem, quam ſecutus ſum, quamque excudendam curavi, veram puto: probabilis quidem certè eſt. *Lamb.* *Cum auctoritate peregerat.*] Habent & iſtud Pall. at Petrus Daneſius conjiciebat, *ſemper egerat*; quod magis placet P. Manutio. Lambinus, abjecta voce *peregerat*, ejus loco immiſit *ſemper.* placeret res, ſi à libris confirmaretur. Gulielmius legendum putabat, *perfregerat.* Gruter.

17. *De Roſtris.*] Non quod accuſatores in foro de Roſtris loquerentur, ſed quia Clodius, Milonis accuſator, ædilis erat, & jure magiſtratûs ad populum de Roſtris verba facere poterat. *P. Manut.*

18. *Con-*

o *alii* bonor. viror.

p *alii* III. id. ſenatus *deleto* Febr.

Favonio, Servilio filio) animos °bonorum offenderem: res in poſterum dilata eſt. Clodius in Quirinalia produxit diem. A. d. ᵖVI. id. Febr. ſenatus ad Apollinis fuit, ut Pompejus adeſſet. Acta res eſt graviter à Pompejo, eo die nihil perfectum eſt. A. d. VII. id. ad Apollinis ſenatûs conſultum factum eſt, EA, QUÆ FACTA ESSENT

P. B. A. D. VIII. ID. CONTRA REMPUBLICAM ESSE FACTA.

q *alii* nobiſcum.

Eo die Cato eſt vehementer in Pompejum invectus, & eum oratione perpetua, tamquam reum, accuſavit. De me multa, me invito, cum mea ſumma laude dixit. Cùm illius in me perfidiam increparet, auditus eſt magno ſilentio malivolorum. Reſpondit ei vehementer Pompejus Craſſumque deſcripſit: dixitque apertè, ſe munitiorem ad cuſtodiendam vitam ſuam fore quàm Africanus fuiſſet; quem C. Carbo interemiſſet. Itaque magnæ mihi res jam moveri videbantur. Nam Pompejus hæc intelligit ᑫnobiſcumque communicat, inſidias vitæ ſuæ fieri: C. Catonem à Craſſo ſuſtentari: Clodio pecuniam ſuppeditari: utrumque & ab eo, & à Curione, Bibulo ceteriſque ſuis obtrectatoribus confirmari: vehementer eſſe providendum, ne opprimatur, [18]concionario illo populo à ſe propè alienato, nobilitate inimica, non æquo ſenatu, juventute improba. Itaque ſe comparat, homines ex agris arceſſit. Operas autem ſuas Clodius confirmat. manus ad Quirinalia paratur: in eo multò ſumus ſuperiores ipſius copiis. [19]Sed magna manus ex Piceno & Gallia exſpecta-

18. *Concionario illo populo.*] An non reſcriptum oportuit? *concionatorio.* ſic ſanè putat Gulielmius. at quid ſi fuit, *concionali?* Gruter.

19. *Sed magna manus.*] Non convenit *ſed* cum præcedenti ſententia. Indicatur enim hac particula diffidentia quædam præſentium copiarum, cui mederi cogitarint, nova manu ex Piceno & Gallia arceſſita. Quæ porro diffidentia potuit eſſe, ubi multo eſſent ſuperiores? Mihi videtur, ut quam minimum à ſcriptura recedamus, *&* eſſe corrigendum: ut ſignificetur ad priores copias eam quoque multitudinem acceſſuram, qua non modo Clodianis operibus, quibus jam tum ſuperiores erant, ſed Catonis quoque rogationibus de Milone & Lentulo, reſiſti poſſit. Quam porro facile *s* accedere *&* proxima dictione, *t* vero in *d* tranſire potuerit, ne admonendum quidem arbitror. Satis enim conſtat, eam affinitatem inter eas literas fuiſſe, ut *d* nova litera, ut Quintilianus ait, non videatur, ſed *t* mollitum. Hinc factum eſt, ut *adque* pro *atque*, & *ſet* pro *ſed* non raro inveniantur.

Quod

ſpectatur, ut etiam Catonis rogationibus de Milone & Lentulo reſiſtamus. A. d. IIII. id. Seſtius, ab indice Cn. Nerio Pupinia de ambitu eſt poſtulatus: & eodem die à quodam M. Tullio de vi. is erat æger. domum (ut debuimus) ad eum ſtatim venimus: eique nos totos tradidimus: idque fecimus præter hominum opinionem, qui nos ei jure ſuccenſere putabant; ut humaniſſimi gratiſſimique & ipſi & omnibus videremur: itaque faciemus. Sed idem Nerius index edidit [r] ad [s] allegatos, [t] Cn. Lentulum Vacciam & C. [v] Cornelium. Eodem die ſenatûs conſultum factum eſt, UT SODALITATES [20] DECURIATIQUE DISCEDERENT: LEXQUE DE IIS FERRETUR, UT, QUI NON DISCESSISSENT, EA POENA, QUÆ EST DE VI, TENERENTUR. A. d. III. id. dixi pro Beſtia de ambitu apud prætorem Cn. Domitium, in foro medio, maximo conventu: incidique in eum locum in dicendo, cùm [x] Seſtius multis in templo Caſtoris vulneribus acceptis ſubſidio Beſtiæ ſervatus eſſet. Hîc [21] προωκονομησάμην [y] quiddam εὐκαίρως de iis, quæ in Seſtium apparabantur crimina: & eum ornavi veris laudibus, magno aſſenſu omnium. res homini fuit vehementer grata. Quæ tibi eò ſcribo, quòd me de retinenda Seſtii gratia litteris ſæpe monuiſti. Prid. [z] id. hæc ſcripſi ante lucem. eo die apud Pomponium in ejus nuptiis eram cenaturus. Cetera ſunt in rebus noſtris [a] hujusmodi (ut tu mihi ferè diffidenti prædicabas) plena dignitatis & gratiæ: quæ quidem tua, mi frater, prudentia, patientia, virtute, pietate, ſuavitate etiam, tibi mihique ſunt reſtituta. Domus tibi ad lucum Piſonis [b] Liciniana conducta eſt. ſed, ut ſpero, paucis menſibus poſt kalend. Quint. in tuam commigrabis. Tuam in Carinis mundi habitatores [c] Lamiæ conduxerunt.

r *alii* ad ſe.
s alligatos *alii.*
P. CCCIX.
t *alii* Cn. Vaciam.
v *alii* Corn. iſta.
x Sextius *alii*, *& ita deinde.*
y quidem *alii.*
z *alii* Id. Febr.
a cujusmodi tu mihi *Lamb.*
b Lucinia-na *alii.*
c Carinæ *ed. vett.* Camiæ *alii.*

Quod quidem *ſet* poſteriores, non in voce ſed in literâ erratum eſſe rati, *ſed* fecerunt. *Malaſpina.*

20. *Decuriatique.*] Et verbum *Decuriare*, & *Decuria* ſæpe non pro decem tantum hominibus, ſed pro aliquo numero in unum coacto, & tanquam in decuriam deſcripto, ejusdem rei tractandæ cauſâ. Sic Phil. v. *Non improbos decuriabat? non ſollicitabat agrarios?* Et in oratione pro Plancio ſæpe utitur hoc verbo, cum loquatur de ambitu: item in Verrem & aliis in locis. *P. Manut.*

21. Προοικονομησάμην.] De ea voce P. Victorius libro XXXV. Var. lect. cap. 4. *Gruter.*

22. *La-*

d jubentem *aut* Vibienſem *alii.* runt. A te poſt illam [d] Olbienſem epiſtolam nullas litteras accepi. Quid agas, & ut te oblectes, ſcire cupio: maximeque teipſum videre quamprimùm. Cura, mi frater, ut valeas. & quamquam eſt hiems, tamen Sardiniam iſtam eſſe cogites. xv. kalend. Mart.

EPISTOLA IV.

MARCUS Q. FRATRI S.

e *alii* III. *Alii aliter.* SEstius noſter abſolutus eſt a. d. [e] II. id. Mart. &, quod vehementer interfuit reipublicæ nullam videri in ejuſmodi cauſa diſſenſionem eſſe, omnibus ſententiis abſolutus eſt. Illud, quod tibi ſæpe curæ eſſe intellexeram, ne cui iniquo relinqueremus vituperandi locum, qui nos ingratos eſſe diceret, niſi illius perverſitatem quibusdam in rebus quàm humaniſſimè ferremus: ſcito hoc nos in eo judicio conſecutos eſſe, ut omnium gratiſſimi judicaremur. f Nam def. *alii.* g homini *id.* h applaud. *alii.* [f] Nam in defendendo moroſo [g] homine cumulatiſſimè ſatisfecimus, & (id quod ille maximè cupiebat) Vatinium, à quo palàm oppugnabatur, arbitratu noſtro concidimus, diis hominibusque [h] plaudentibus. Quinetiam Paullus noſter, cùm teſtis productus eſſet in Seſtium, confirmavit, ſe nomen Vatinii delaturum, ſi Macer Licinius cunctaretur: & Macer à Seſtii ſubſelliis ſurrexit, ac ſe illi non defuturum affirmavit. Quid quæris? homo petulans & audax Vatinius valde perturbatus debilitatusque diſceſſit. i filius tuus *alii.* Quintus [i] tuus, puer optimus, eruditur egregie. hoc nunc magis animadverto, quòd Tyrannio docet apud me. Domus utriusque noſtrûm ædificatur ſtrenuè. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curavi. Spero nos ante hiemem contubernales fore. De noſtra Tullia, tui mehercule amantiſſima, ſpero cum Craſſipede nos confeciſſe. Dies erant duo, qui poſt [22] Latinas habentur religioſi; [k] ce-

22. *Latinas.*] Si Varronem & Macrobium ſequamur, antiquitatis utrumque peritiſſimum, conceptivæ feriæ erant Latinæ, non ſtativæ: concipiebaturque in dies vel certos, vel incertos. Livius tamen ſtativas indicat fuiſſe, cum ait libro XXV. *Romæ conſules prætoresque usque ante diem* V. *Kal. Mai. Latinæ tenuerunt. eo die perpetrato ſacro in monte in ſuas quisque provincias proficiſcuntur.* non enim ſimile veri eſt, conſules, cum Victor Hannibal

k ceterum, quî confectum erat [23] Latiar, erat exiturus. k ceterò *alii*.

EPISTOLA V.

MARCUS Q. FRATRI S.

DEDERAM ad te litteras anteà, l quibus erat ſcriptum, Tulliam noſtram Craſſipedi prid. non. April. eſſe m deſponſatam: ceteraque de re publica privataque perſcripſeram. Poſteà ſunt hæc acta. [24] Non. Apr. ſenatûs l in quibus *alii*. m deſponſam *alii*.

bal vaſtaret Italiam, conſulto in v. Kal. Mai. qui dies à primo initi magiſtratus die, hoc eſt ab idibus Martii, XLIII. dierum ſpatio diſtat, Latinas diſtuliſſe; ut ipſi ſibi diutinæ in urbe manſionis neceſſitatem imponerent: cum ire in provincias neque conſulibus, neque prætoribus liceret, niſi Latinarum ſacro perpetrato. aut igitur eas è ſtativis in ordinem conceptivarum poſtea transiiſſe credendum eſt: aut latentem cauſſam alii perſcrutentur. placet enim indicare, in quo, cum ipſe mihi non ſatisfaciam, eorum, qui magis ingenio doctrinaque præſtant, elaborare poſſit induſtria. *P. Manut.*

23. *Latiar, erat exiturus.*] In libro viri doctiſſimi emendatum eſt, *Lucceius erat exiturus*, credo ex conjectura. *Urſin.* *Latiar erat &c.*] Videatur ſuper hoc loco Cælius Rhodiginus libro Antiq. Lect. XXVIII. cap. 24. P. Manutius conjiciebat, *Latiare.* unde Lambinus ſuum deduxit *Laetari.* cujus deſultorias hariolationes piget producere. videantur apud ipſum. *Grut.* Edidi, ut præclare & veriſſime locum interpretatus eſt & compoſuit pater libro IV. Obſervat. cap. 25. *Gronov.*

24. *Non. Aprilibus* S. C. *Pompejo pecunia decreta in rem frumentariam ad H-S.* MCCCC.] Nos notam hanc *M* delevimus, nunquam à nobis in antiquis libris neque hic neque alibi inventam. Habent tamen hoc loco antiqua exemplaria ſupra numerum illum lineam, quæ augmentum Millenarii numeri ſignificat: quam nollem librarios noſtros omiſiſſe. *Victor.* *Ad H-S. M.* CCCC.] Conveniunt mei omnes cum editione Petri Victorii; *milleque* ſeu *millies*, quoquo modo *M* illud interpreteris, quam tamen figuram in MSS. non repperi, prorſus non habent: ſed tantùm *H-S.* CCCC. quod nos ſeſtertiûm quadringenties exponimus, ſesquiminore ſumma quam illa ſit. Neque dicimus ſeſtertiûm millies quadringenties, vel quod inde comparari poterat tritici numerum, in tantis reip. vectigalibus tantaque hominum multitudine, quantum urbs illa capiebat, fidem excedere: illud affirmamus, vetuſta exemplaria omnia *H-S.* CCCC. habere. quod ſi ſeſtertiûm quadringenties, ut dixi, interpretemur, haud ſane parva ſumma videri poterit, quæ decies centena millia aureorum noſtratium excedat: cum præſertim & pauci menſes ſupereſſent ad novas fruges, & Romæ annonæ difficultas eſſet, non funditus evacuata & exhauſta horrea; ut

natûs conſulto Pompejo pecunia decreta in rem frumentariam ad H-S. cccc. Sed eodem die vehementer actum de agro Campano clamore ſenatûs propè concionali. acriorem cauſam inopia pecuniæ faciebat & annonæ caritas. Non prætermittam, ne illud quidem, M. Fu-
P. CCCX. rium Flaccum, [25] equitem Romanum, hominem nequam, Capitolini & Mercuriales de collegio ejecerunt, præſentem, ad pedes uniuſcujuſque jacentem.

EPI-

ut ſi ad tritici, quod reſtaret, id quoque, quod ea pecunia pararetur, accederet, ſuffecturum videretur. Addo illud, quod eo anno, ut ipſemet Cicero gloriatur, magna frugum ubertas & copia fuit. Ita enim poſt Reditum ad Quirites: *En ego tot teſtimoniis, Quirites, hac auctoritate ſenatus, tanta conſenſione Italiæ, tanto ſtudio bonorum omnium, agente P. Lentulo, conſentientibus ceteris magiſtratibus, deprecante C. Pompejo, omnibus hominibus faventibus, Diis denique immortalibus, frugum ubertate, copia, vilitate reditum meum adprobantibus; mihi, meis, Reip. reſtitutus: tantum vobis, quantum facere poſſum, pollicebor.* Quantum porro etiam, exiſtimamus, quo carius veniret, comprimi potuiſſe? Sed hæ conjecturæ ſunt, & ſæpe fallaces. Illud quidem certum *H-S.* cccc. ſcriptum in vetuſtis eſſe, quod & ſequimur. Adde illud, lineolam ſuperne ductam in nonnullis exemplaribus inveniri, à pleriſque tamen, quæ puto veriora, abeſſe. Immanis enim pecunia eſſet, præſertim in ejus penuria, in totum annum ad luxum ſuffectura, vel ſi domeſtici tritici ne granum quidem ſuperfuiſſet. *Malaſpina.*

25. *Equitem Romanum.*] Vide, non eam modo plebem, quæ infra equeſtrem ordinem cenſeretur, ſed ipſos quoque equites in collegia diſtributos fuiſſe, verum & collegia turpia fuere, ut opificum, & honeſta, ut rei divinæ cauſâ, cum equitum etiam ac ſenatorum ſodalitates fiebant. Opificum vero collegia, multis & S. C. & legibus, ſublata, ut à Pediano traditum eſt, reſtituit lege lata P. Clodius tribunus pl. qui etiam nova quædam addidit, ex omni fece urbis ac ſervitiorum, ut in Piſonem Cicero dixit, conſtituta. Non igitur, in ea collegia eſſe adſcriptum, honori fuit, quæ ſenatus atque etiam populus ſæpe damnaverit, & in quibus ſordidi ac ſedentarii opifices, ut fabri piſtoreſque, verſari ſolebant, at vero ſodalitates quaſdam ne ingenuo dignas homine non exiſtimem fuiſſe, Catonis auctoritas facit, graviſſimi viri; quem de ſodalitatibus, quaſi honeſta de re, loquentem induxit Cicero in libro de Senectute. *Sodalitates*, inquit, *me quæſtore ſunt conſtitutæ.* Nec dubito, quin ſacrorum cauſâ. Subjungit enim: *Sacris Idæis Magnæ matris acceptis.* Itidem igitur collegium illud, quo Flaccus eſt ejectus, de ſacris rebus, ad Mercurii Joviſque Capitolini templa pertinentibus, non artis ſedentariæ cauſâ fuiſſe conſtitutum facile licet exiſtimare; cum equeſter ordo, quo ex ordine Flaccus erat, mœchanicas artes non exerceret. *P. Manut.*

26. *Idem*

EPISTOLA VI.

MARCUS Q. FRATRI S.

A D. VIII. id. Apr. ſponſalia Craſſipedi præbui. Huic convivio puer optimus Quintus tuus meusque, quòd perleviter commotus fuerat, defuit: a. d. VI. id. April. veni ad Quintum eumque vidi planè integrum, multumque is mecum ſermonem habuit & perhumanum de diſcordiis mulierum noſtrarum. Quid quæris? nihil feſtivius. Pomponia autem etiam de te queſta eſt. ſed hæc coràm agemus. A puero ut diſceſſi in aream tuam veni. res agebatur multis ſtructoribus. Longilium redemptorem cohortatus ſum. [26] fidem mihi faciebat, ſe velle nobis placere. Domus erit egregia. magis enim cerni jam poterat quàm quantum ex forma judicabamus. itemque noſtra celeriter ædificabatur. Eo die cenavi apud Craſſipedem. cenatus in hortos ad Pompejum lecticâ latus ſum. Luccejum convenire non potueram, quòd abfuerat. videre autem volebam, quòd eram poſtridie Româ exiturus, & quòd ille in Sardiniam iter habebat. Hominem conveni & ab eo petivi, ut quamprimùm te nobis redderet. ſtatim dixit. Erat autem iturus (ut ajebat) a. d. III. id. Apr. ut aut Labrone, aut [n] Piſis conſcenderet. Tu, mi frater, [27] ſimulac ille venerit, primam navigationem (dummodò idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris. [28] ἀμφιλαφίαν autem illam, quam

n Pariſcis *alii*.

26. *Idem mihi ajebat, ſe velle nobis placere.*] Omnes manuſcripti *faciebat* pro *ajebat* habent. Quare nos exiſtimavimus unius litteræ defectu locum hunc eſſe perverſum. pro *idem* igitur *fidem* ſcripſimus, niſi fallimur longe meliore ſententiâ. Cum enim Longilium redemptorem cohortatus eſſet, dicit illum ita reſpondiſſe, ut fidem ſibi fecerit, ſe velle nobis placere: quod in ſermone ſuo cupere ſe ipſe maximè oſtenderat. *Victor.*

27. *Simulac ille venerit.*] *Simulatque venerit* Faërnus. *Urſin.* *Simulac ille venerit.*] In noſtris, *ſimul ut.* Idem valet fateor, ſed non id agimus, ut quacunque lectione contenti ſimus, dum idem ſignificetur, ſed ad veram ſcripturam revocari volumus. Dicimus autem *ſimul ac*, *ſimul atque*, *ſimul &*, quemadmodum Antonianus habet, licet ut ſuperne additum ſit, *& ſimul ut.* Malaſp.

28. Ἀμφιλαφίαν] Ab hac voce, & quæ ſequuntur omnia, usque ad finem epiſtolæ, leguntur in Aldina editione in epiſt. quæ hic

 nona

quam tu ſoles dicere, bono modo deſidero, ſic prorſus, ut advenientem excipiam libenter: latentem etiam nunc non excitem. Tribus locis ædifico, reliqua [o] reconcinno; vivo paullò liberaliùs quàm ſolebam. Opus erat, ſi te haberem, paulliſper fabris locum dare. ſed & hæc (ut ſpero) brevi inter nos communicabimus. [29] Res autem Romanæ ſic ſeſe habent. Conſul eſt egregius Lentulus, non impediente collega: ſic, inquam, bonus, ut meliorem non viderim. dies comitiales exemit omnes. nam etiam Latinæ [30] inſtaurantur: nec tamen deerant ſupplicationes. [p] ſic legibus pernicioſiſſimis obſiſtitur, maximè Catonis: cui tamen egregiè impoſuit Milo noſter. nam ille vindex gladiatorum & beſtiariorum emerat de Coſconio & Pomponio beſtiarios: nec ſine his armatis umquam in publico fuerat. hos alere non poterat. itaque vix tenebat. Senſit Milo. dedit cuidam non familiari negotium, qui ſine ſuſpicione emeret eam familiam à Catone: quæ ſimulatque abducta eſt Racilius, qui unus eſt hoc tempore tribunus plebis, rem patefecit, eosque homines ſibi emptos eſſe dixit (ſic enim placuerat) & tabulam proſcripſit, SE FAMILIAM CATONIANAM VENDITURUM. In eam [q] tabulam magni riſus conſequebantur. Nunc igitur Catonem Lentulus à [r] legibus removit, & eos, qui de Cæſare monſtra promulgarunt, quibus intercederet nemo. Nam quod de Pompejo [s] Caninius agit ſanè quàm refrixit. neque enim res probatur, & Pom-

o *alii* reconcino.

p id *alii*.

P. B.

q tabellam *alii*.

r *alii* regibus removet.

s *alii* Ennius.

nona eſt, & incipit *placiturum* poſt verba ad *noſtrum Jovem revertamur*. quod vel ideo eſt dicendum, ne quis meam in paginarum notis in margine ponendis negligentiam temerè accuſet. *Verburg.*

29. *Res Romanæ.*] A privatis rebus ad publicas ſermonem traducit. & cum dixit res Romanæ potius quam publicæ, feſtivum ſimul & amplum quiddam videtur adamaſſe: quod, cum hæc vox, *res Romanæ*, magnum aliquid præ ſe ferat, ipſe tamen ea ſignificet, quæ infra Romani nominis dignitatem ſint. unde & illud ad Atticum ep. 15. lib. IV. *Nunc Romanas accipe res*, & ad eundem, quo in loco certum non habeo, ſed ad eundem certe: *Jam exclames neceſſe eſt, res Romanas diutius ſtare non poſſe.* & hic infra: *Res Romanæ ſic ſe habebant.* P. Manut.

30. *Inſtaurantur.*] Quaſi, faciendis eis, aut prætermiſſum aliquid eſſet, aut, quod non oporteret, commiſſum. quibus de cauſſis ſæpe legimus apud Livium inſtauratos eſſe ludos. inſtauratos autem decreto pontificum Latinos ex Livii lib. XXXII. planum eſt. *Idem.*

31. *De*

Pompejus noſter in amicitia P. Lentuli vituperatur, & herculè non eſt idem. nam apud illam perditiſſimam atque infimam fæcem populi, propter Milonem, ſuboffendit: & boni multa ab eo deſiderant, multa reprehendunt. Marcellinus autem hoc uno mihi quidem non ſatisfacit, quòd eum nimis aſperè tractat: quamquam id ſenatu non invito facit: quo ego me libentiùs à curia & ab omni parte reipublicæ ſubtraho. In judiciis ii ſumus, qui fuimus. domus celebratur, ita ut cùm maximè. Unum accidit imprudentiâ Milonis [t] incommodè [31] de S. Cœlio: quem neque hoc tempore, neque ab imbecillis accuſatoribus mihi placuit accuſari. ei tres ſententiæ [v] tæterrimæ in conſilio defuerunt. Itaque hominem populus revocat, & retrahatur neceſſe eſt. non enim [x] ferunt homines. & quia, cùm apud ſuos diceret, pænè damnatus eſt, vident damnatum. Ea ipſa in re Pompeji offenſio nobis obſtitit. ſenatorum enim urna copioſè abſolvit, equitum adæquavit, tribuni ærarii condemnarunt. Sed hoc incommodum conſolantur quotidianæ damnationes [y] inimicorum, in quibus me perlubente Servius alliſus eſt, ceteri [z] conciduntur. [a] C. Cato concionatus eſt, comitia haberi [32] non ſiturum, ſi ſibi [b] cum populo dies agendi eſſent exempti. Appius à Cæſare nondum redierat. Tuas mirificè litteras exſpecto: atque adhuc clauſum mare ſcio fuiſſe: ſed quoſdam veniſſe tamen [c] Oſtiâ dicebant, qui te unicè laudarent plurimique [33] in provincia fieri dicerent. iidem

t incommodum *MS. & alii.*
v deterr. *alii.*
x *alii* fuerunt.
P. CCCXII.
y munitorum *MS.*
z *alii* conciderunt.
a *alii* Cato.
b à *multi MSS.*
c Olbiâ *alii & MSS.*

31. *De Sex. Cælio.*] Conjicit P. Manutius *Clodio*, admiſitque Lambinus. ſcripti ſtant à vulgato. ſed reſtituendum magis *Clælio*. ita enim idem nebulo ſemper vocatur à membranis melioribus, quemadmodum ſæpius teſtati ſumus in Orationibus Tullii. *Gruter.*

32. *Non ſiturum.*] Nec ſivit, tribunicio intercedendi jure. nulla enim hoc anno habita comitia, ac ne duobus quidem proxime ſequentibus, ſed ex interregno conſules per triennium creatos Cicero ipſe aliquot locis & Dio lib. XXXIX. præterea Plutarchus Appianusque declarant. hoc autem anno, ſublatis comitiis à C. Catone tribuno pl. veſtem ſenatus mutavit. epitome, Dio lib. XXXIX. *P. Manut.*

33. *In provincia.*] Fecit aliquando hæc vox, ut Quinctum exiſtimarem in Sardinia fuiſſe pro prætore, extra ordinem, dum aliquis annuo legitimo imperio ſuccederet: quia non ultra menſem Majum in Sardinia Quinctum fuiſſe conſtat. nunc, illum à Cicerone omnibus litteris Romam vocari cum videam, opinionem muto. qui enim acceerſeret eum Cicero, quem ſciret non ante ſuc-

 ceſſoris

iidem ajebant nuntiare te prima navigatione tranſmiſſurum. id cupio: &, quamquam teipſum ſcilicet maximè; tamen etiam litteras tuas antè exſpecto. Mi frater, vale.

EPISTOLA VII.

MARCUS Q. FRATRI S.

d II. *Manut. & alii.* e *alii* Agnino. P. B.

AD. [d] III. id. April. ante lucem hanc epiſtolam dictaveram ſcripſeramque in itinere, ut eo die apud T. Titium in [e] Anagnino manerem. poſtridie autem in Laterio cogitabam: inde, cùm in Arpinati quinque dies fuiſſem, ire in Pompejanum: rediens adſpicere Cumanum, ut, quoniam in non. Majas Miloni 34 dies prodita eſt, prid. non. Romæ eſſem, teque, mi cariſſime & ſuaviſſime frater, ad eam diem (ut ſperabam) viderem. Ædificationem Arcani ad tuum adventum ſuſtentari placebat. Fac, mi frater, ut valeas quamprimumque venias.

EPISTOLA VIII.

MARCUS Q. FRATRI S.

f O *deeſt in aliis.*

[f] O Litteras mihi tuas jucundiſſimas exſpectatas, ac primo quidem cum deſiderio, nunc verò etiam cum timore! Atque has ſcito litteras me ſolas ac-

ceſſoris adventum poſſe decedere? Fuit igitur potius in Sardinia Quinctus alia de cauſa, quod illa indicant verba: *Tu, ſi ita expedit, velim quam primum bona & certa tempeſtate conſcendas ad meque venias.* Certe enim, ſi Quinctus pro prætore Sardiniam regeret, non hoc Cicero diceret; *Si ita expedit, ſtatim conſcendas.* Nec rediit Quinctus Romam, niſi quatuor fere poſt menſes, menſe Majo. quod ſi hæc verba, *in provincia plurimi fieri*, vix in privatum videntur poſſe convenire: credamus iviſſe quidem in Sardiniam eo nomine, ut ſuam rem ageret, cum libera tamen legatione, ut eſſet honoratior, aut potius, quod jam diximus, rei frumentariæ cauſâ, Pompeji legatum. certe hoc anno, ut proxime oſtendimus, pro prætore Sardiniam rexit Appius. *P. Manut.*

34. *Dies prodita.*] Legendum hoc modo cenſuit idem Manutius, auctoritate libri Beſſarionis & alterius cujuſdam; neque ſecus Pall. noſtri., recepta lectio *producta.* Gruter.

35. *Aqua*

accepiſſe poſt illas, quas tuus nauta attulit, g Olbiâ datas. Sed cetera (ut ſcribis) præſenti ſermoni reſerventur. hoc tamen non queo differre. Id. Majis ſenatus frequens divinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda. Adjurat Procilius hoc nemini accidiſſe. Foris valde plauditur. Mihi cùm ſua ſponte jucundum, tum jucundius, quòd me abſente (eſt enim εἰλικρινὲς judicium) ſine oppugnatione, ſine gratia noſtra. eram Antii. Quòd idibus & poſtridie fuerat dictum de agro Campano actum iri non eſt actum. In hac cauſa mihi 35 aqua hæret. Sed plura quàm conſtitueram. coràm enim. Vale, mi optime & optatiſſime frater, & advola. Idem te noſtri rogant pueri: illud ſcilicet, cenabis cùm veneris. g Jubiâ alii.

EPISTOLA IX.

MARCUS Q. FRATRI S.

PLACITURUM tibi eſſe 36 librum meum ſuſpicabar: tam valde placuiſſe, quàm ſcribis, valde gaudeo. 37 Quòd

35. *Aqua hæret.*] Quam in partem me dem, quid ſententiæ dicam, incertus ſum. ductum à clepſydris, in quibus non ſemper fluebat aqua, ſed interdum hærebat immobilis. ſic hærebat Cicero, dubius animi, quid ageret, utrum agri Campani venditionem probaret, quod videbatur è rep. an Pompejo, de ſe optime merito, gratificaretur, qui dividi potius agrum illum ſuis veteranis militibus voluiſſet; qui etiam Vibullium ad Ciceronem miſerit cum mandatis, ut integrum ſibi de cauſa Campana ad ſuum reditum reſervaret. quod ita à Cicerone eſſe factum aperte conſtat; quia ſcribit ad fratrem, non eſſe actum Idibus de agro Campano. *P. Manut.*

36. *Librum meum.*] Hic liber, quo erat in extremo Jovis oratio, qui fuerit ignoratur. de his certe, qui extant, nullus eſt in quo Jupiter loquatur. crediderim fuiſſe poëma. nam inducere Jovem loquentem poëticum quiddam eſt, non oratorium. ac forte intelligendum eſt de verſibus illis, quibus acta conſulatûs ſui perſecutus eſt. mihi enim venit in mentem cogitanti, Jovis in perſonam optime convenire tres illos verſus, qui ſunt in Att. ep. 3. lib. II.

Interea curſus, quos prima à parte juventa,
Quosque adeo conſul virtute animoque petiſti,
Hos retine, atque auge famam laudesque bonorum.

idque videtur illa oratio confirmare, quæ Salluſtii nomine in Ciceronem inſcribitur. *Quid ego*, inquit, *plura de tua inſolentia com-*

 me-

[37] Quòd me admones de [38] noſtra Urania ſuadesque; ut meminerim Jovis orationem, quæ eſt in extremo illo libro: ego verò memini, & illa omnia mihi magis ſcripſi quàm ceteris. Sed tamen poſtridie, quàm tu es
P. CCCXI. profectus, multa nocte cum Vibullio veni ad Pompejum. Cumque ego egiſſem de iſtis operibus atque inſcriptionibus, [39] per mihi benignè reſpondit: magnam ſpem

memorem? quem Minerva omnes artes docuit, Jupiter optimus maximus in concilio Deorum admiſit; ut Ciceronem Jupiter, admiſſum in concilium Deorum, illa fortaſſe oratione, qua de nunc ad fratrem ſcribit, ſic allocutus. *P. Manut.*

37. *Quod me admones de non curantia.*] Ego auſus ſim propemodum affirmare, *de noſtra Urania* ſcribendum eſſe hoc loco. Satis enim conſtat M. Tullium tres libros de ſuo Conſulatu carmine ſcripſiſſe, eosque à trium Muſarum nominibus appellaſſe: certe Muſis in eis loquendi partes dederit. In quibus Uraniam fuiſſe ea teſtantur, quæ ſunt in libro primo de Divin. totidem verbis. *Sed quo potius utar aut auctore aut teſte quàm te, cujus edidici etiam verſus & libenter quidem, quos in ſecundo de Conſulatu Urania Muſa pronuntiat?* Calliopem quoque in hoc numero fuiſſe epiſtola mihi illa facile ſuadet, quæ eſt ad Att. lib. II. ep. 3. continens: *Sed me κατάκρισις mea illa commovet, qua eſt in libro III.*

Interea curſus, quos prima à parte juventa,
Quosque adeo conſul virtute animoque petiſti,
Hos retine: atque auge famam laudesque bonorum.

Hac mihi cum in eo libro, in quo multa ſunt ſcripta ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipſa præſcripſerit &c. His ergo argumentis videmur non inepte *Urania* reſtituiſſe. Manuſcripti tamen cum vulgata conſentiunt, præter unum Faërni, qui habet, *de non Uratia.* qua de Urania quidem à conjectura noſtra non ſane valde diſtans. *Malaſp.*
Quod me admones de non curantia.] *De noſtra Urania* ex vetere quodam libro commodam, ut videtur, lectionem primus Faërnus elicuit. *Urſin.*

38. *De non curantia.*] Rara vox & fortaſſe ſingularis. *Curantia* itaque videtur mihi, ceteris, opinor, item duriuſcule poſita: tametſi quæ pariter deſinant aliarum vocum exempla non deſunt, ut *Vigilantia*, *jactantia*, *arrogantia* atque etiam *negantia.* Sed ſi, quia ſimilia in uſu multa ſint, eam tueri volumus: cujus tamen teretes aures rotundæque ſint, is, non video, quî ferre poſſit negantem illam particulam quæ antecedit. dixit quidem alibi Cicero, non corpus, cum exprimere vellet ἀσώματον: ut eadem forte licentia *non curantiam* pro ἀμελία dixerit. *P. Manut.*

39. *Per mihi benigne reſpondit.*] Noſtri omnes *per mihi benigne*; ut alibi *per mihi gratum.* Malaſp. Exhibendum in hac editione putavi, ut inſtruebat codex Balliolenſis, etſi nullus, quod ſcio, antea ſic ediderat. Sed non poteſt dubitari, quin ſit Ciceronis illa tmeſis toties ab eo uſurpata, ut *per enim magni intereſt* in epiſtolis ad Atticum. Unde in eadem parte etiam lib. XV. ep. 4. obſecutus ſum

ſpem attulit. cum Craſſo ſe dixit loqui velle: mihique ut idem facerem ſuaſit. Craſſum conſulem ex ſenatu domum reduxi: ſuſcepit rem: dixitque eſſe, quod Clodius hoc tempore cuperet per ſe & per Pompejum conſequi: putare ſe, ſi ego [h] eum non impedirem, poſſe me adipiſci ſine contentione quod [i] vellem. totum ei negotium permiſi, meque in ejus poteſtate dixi fore. Interfuit huic ſermoni P. Craſſus adoleſcens, noſtri (ut ſcis) ſtudioſiſſimus. Illud autem, quod cupit Clodius, eſt legatio aliqua: ſi minùs per ſenatum, per populum, libera, aut Byzantium, [k] aut ad Brogitarum, aut utrumque. Plena res nummorum. Quod ego non nimiùm laboro, etiam ſi minùs aſſequor, quod volo. Pompejus tamen cum Craſſo locutus eſt, videntur negotium ſuſcepiſſe. ſi perficiunt: optimè. ſin minùs: ad noſtrum Jovem revertamur. A. d. III. id. [l] Maji ſenatûs conſultum eſt factum de ambitu in Afranii ſententiam, quam ego dixeram, cùm tu adeſſes: ſed magno cum gemitu ſenatûs. Conſules non ſunt [m] perſecuti eorum ſententias: qui Afranio cùm eſſent aſſenſi, [n] addiderunt, ut prætores ita crearentur, ut dies LX. privati eſſent. eo die Catonem planè repudiarunt. Quid multa? tenent omnia: idque [o] ita omnes intelligere volunt.

h tum *alii*.
i velim *alii*.
k *alii* aut Brogit.
l Febr. *Vict.* & *alii*.
m proſecuti *MS.*
n addixerunt *MS.* & *alii*. P. F.
o ita *deeſt in aliis*.

EPISTOLA X.

MARCUS Q. FRATRI S.

TU metuis, ne me [p] interpelles? primò ſi in iſto eſſem, tu ſcis, quid ſit interpellare. 40 An te Atejus? mehercule mihi 41 docere videbaris iſtius generis hu-

p interpelles primum *MS.*

ſum patri monenti, illic eandem rationem ſervatam *te pervidere velim.* Gronov. MS. primus Palat. exhibet *permulta benignè*, quod forſan non de nihilo eſt.

40. *An te Atejus? mehercule &c.*] Pal. pr. & tert. *Antea te is mehercule.* ſec. *Antehac mehercule.* quart. *Antea te his mehercule.* quæ produco, ut appareat, recedendum à conjectaneo Lambini, *Ante Statius?* Gruter.

41. *Docere videbaris.*] Ant. Faërn. aliquot alii, *videbis.* rectum arbitror, *videris*: ut hominem fraternè caſtiget, cui quidem in mentem venire potuerit, vereri, ne ſe interpellaret. Tu, inquit, mihi videris iſtiusmodi humanitatis exemplum inter nos inducere, quod mihi ſequi non libeat. Ita enim illud accipio, *qua quidem nihil*

q *alii non habent* ego. r & obl. *deeſt in MS.* s in ea *alii.*

humanitatem: quâ quidem q ego nihil utor abs te. Tu verò, ut me & appelles, & interpelles, r & obloquare, & colloquare velim. Quid enim mihi ſuavius? Non mehercule quisquam 42 *μουσοπάτακτος* libentius ſua recentia poëmata legit, quàm ego te audio quacumque de re, publica, privata, ruſtica, urbana. Sed s meâ factum eſt 43 inſulſâ verecundiâ, ut te proficiſcens non tollerem. Oppoſuiſti ſemel 44 *ἀντείσακτον* cauſam, Cice-

nihil utor abs te. Itaque & ſuperiora illa: *Tu ſcis quid ſit interpellare* cum nota ſciſcitandi lego, ut hujus loci totius ſenſus ille ſit. Tu times, ne me interpelles? Primum, ſi in iſto eſſem, ut nollem interpellari, tu ſcis quid ſit interpellare? hoc eſt, videris mihi neſcire quid ſit interpellare, cum tu mihi importunus advenire nunquam poſſis. An te Atejus interpellat? Sane mihi videris iſtius generis humanitatem docere, quâ ego non utor abs te: hoc eſt, nolo à te diſcere. Nam arbitratu meo ad te accedam, de interpellatione nihil ſollicitus. Sic ego & interpretor & lego. Quod ſi vulgatam ſequamur, cùm in reliquis omnibus, tum in illo, *qua quidem nihil utor abs te*, non parum frigoris inerit. Sed non omittam illud, quod mihi venit in mentem, ſubvereri, ne in illis, *an te Atejus?*, mendum ſit. Nam primo, quis hic Atejus, Quincto tam familiaris, ut quidvis agenti importunus advenire nunquam poſſet? certe, cum tanta charitas eſſet duorum fratrum, ut nemo uni amicus eſſe poſſet, quin àlteri eſſet cariſſimus, in tot tamque variis ſcriptis M. Tullii, taceri Atejus non debuit. Deinde in Antoniano & nonnullis aliis manuſcriptis non, *an te Antejus*, ſed, *ante a te is* legitur. perperam ipſum quidem, ſed quod tamen vulgatæ ſuſpicionem creet, quæ aliis quoque de cauſis ſuſpecta potuit eſſe. Quanquam aliter etiam exponi poſſe videtur, nempe: *An te Atejus hanc humanitatem docuit?* ut Atejum Capitonem ſignificet, Juriſconſultum quidem præcellentem, ſed aditu fortaſſe difficillimum: qui, cum & in reſpondendo & in ſcribendo eſſet occupatiſſimus, interpellari ſe ægrè pateret. Hujus à Gellio ſcripta non pauca commemorantur, de Judiciis publicis, de jure Pontificio, Collectanea; quanquam eo tempore duo Atei inveniantur fuiſſe, L. & C. utrique Capitones. Prioris mentio fit in epiſt. Cœlii ad Ciceronem; poſterioris, Ciceronis ad Plancum. *Malaſpina.*

42. *Μουσοπάταγος.*] Nos rectius, ut in aliquo libro vidimus, *μουσοπάτακτος* legi putavimus, id eſt à muſis percuſſus & vulneratus: *πάταγος* ſonus eſt, qui ex percuſſione reſultat. hanc etiam vocem videntur Germani in ſuo antiquo inveniſſe. *Victor.*

43. *Inſulſa verecundia.*] Sic conjicit Victorius lib. VI. Var. Lect. cap. 6. cùm eſſet in libris *infuſa*, in editis *inviſa*. idem non rejiciat, *inſita*. Wouwerii codex habebat; *Sed in me affatim eſt infuſa verecundia*; quod omnino ſapit gloſſam. *Gruter.* *Inſulſa* habet etiam MS. Faërni.

44. *Αντείσακτον.*] Ita reſtituit ex Beſſarionis P. Manutius, & proximè

ceronis noſtri valitudinem : conticui. iterum [t] Cicerones: quievi. Nunc mihi jucunditatis plena epiſtola hoc adſperſit moleſtiæ, quòd videris, ne mihi moleſtus eſſes, veritus eſſe atque etiam nunc vereri. Litigarem tecum, ſi fas eſſet : ſed mehercule iſtuc 45 ſi umquam ſuſpicatus ero, nihil dicam aliud, niſi verebor, nequando ego tibi, cùm ſum unà, moleſtus ſim. Video te ingemuiſſe. ſic fit, εἶδ' ἐν ἄκιᾳ ἔζησας. nunquam enim dicam, ἔα πάσας. Marium autem noſtrum in lecticam mehercule conjeciſſem, non illam regis Ptolemæi [v] Anicianam. memini enim cùm hominem portarem ad Bajas, Neapoli, [x] octophoro [y] Aniciano, machærophoris centum ſequentibus, miros riſus nos edere, cùm ille ignarus ſui comitatus repentè aperuit lecticam, & pænè ille timore, ego riſu corrui. Tunc, ut dico, certè ſuſtuliſſem, ut aliquando ſubtilitatem veteris urbanitatis & humaniſſimi ſermonis attingerem. ſed hominem infirmum in villam apertam, ac ne [z] rudem quidem etiam nunc, invitare nolui. Hoc verò mihi peculiare fuerit, hîc etiam iſto frui. nam illorum prædiorum ſcito mihi 46 vicinum Marium lumen eſſe. apud [a] Anicium videbimus ut paratum ſit. nos enim ita philologi ſumus, ut vel cum fabris habitare poſſimus. habemus hanc philoſophiam non ab [b] Hymetto, 47 ſed ab area Syra. Marius & valitudine eſt & naturâ imbecillior. De interpellatione [c] tantum ſumam à vobis temporis ad ſcribendum, quantum dabitis. utinam nihil detis, ut potiùs veſtrâ injuriâ quàm ignaviâ [d] meâ ceſſem! De republica nimiùm te laborare doleo, & meliorem civem eſſe quàm Philoctetem, qui acceptâ injuriâ

t ceteri omnes edd. vett.

v *alii* Sycianam, *aut* Aſicianam, *aut* Aſitianam.

x *alii* heptaphoro.

y *eadem varietas.*

P. CCCXIII.

z *alii* tutam. *Gul.* rutam.

a Antium videmus *alii.*

b *alii* injecto, *aut* Himaco.

c tamen *alii.*

d meâ *deeſt in aliis.*

ximè accedit Pal. quartus. nam ceteri adhærent vulgato, *ἀντίεκλον*, quod mutabat in *ἀντίλεπτον* Victorius d. cap. 6. qui videatur. *Grut.* Etiam Balliol. *ἀντίεκλον*. Huc ſane accedit proxime conjectura paterna, quæ eſt *ἀνίαλον*, exponitque *ſonticam*. Gronov.

45. *Si unquam ſuſpicatus ero.*] Balliolenſis *ſuſpicaturus*, ut lib. XII. ad Att. ep. 35. *Ero venturus.* Idem.

46. *Vicinum Marium lumen eſſe.*] P. Victorius tollit vocem *lumen* lib. VII. Var. Lect. cap. 7. ſed non neceſſariò. *Gruter.*

47. *Sed ab area Syra.*] Variè iſthæc ſcribuntur in Pall. nam. pr. *ſed ab aray ſira.* ſec. *ſed ab Araiſira.* tert. *non ab injecto, ſed ab Arayſira.* emendatumque alias. *ab himaco ſea ab ara ſiria.* quart. *ſed ab araxira.* quomodo correxerit Cælius Rhodiginus, videndum Antiq. lect. lib. XXVIII. cap. 23. *Idem.*

48. Se-

juriâ [e] illa ſpectacula quærebat, quæ tibi acerba eſſe video. Amabo te, advola: conſolabor te & omnem abſtergebo dolorem, & adduc, ſi me amas, Marium. ſed adproperate. Hortus domi eſt.

e *alii* ea.

EPISTOLA XI.

MARCUS Q. FRATRI S.

EPISTOLAM hanc convicio efflagitarunt codicilli tui. nam res quidem ipſa & is dies, quo tu es profectus, nihil mihi ad ſcribendum argumenti ſanè dabat. Sed quemadmodum, coràm cùm ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet, ſic epiſtolæ noſtræ debent interdum [f] halucinari. Tenediorum igitur libertas [48] ſecuri Tenedia præciſa eſt. cùm eos præter me, & Bibulum, & Calidium, & Favonium nemo defenderet. [49] De te magis ab Sipylo mentio eſt honorifica facta, cùm te unum dicerent poſtulationi L. Sextii Panſæ reſtitiſſe. Reliquis diebus, ſi quid erit, quod te ſcire opus ſit, aut etiam ſi nihil erit, tamen ſcribam quotidie aliquid. Prid. id. neque tibi, neque Pomponio deero. [50] Lucretii poëmata (ut ſcribis) [g] lita ſunt multis luminibus

f vaticinari *alii.*

P. B.

g non ita *alii.*

48. *Securi Tenedia.*] Ictu vehementi; cum univerſus fere ſenatus contra Tenediorum libertatem conſentiret. &, *ſecuri Tenedia*, cum dixit, quaſi quodam jocó alluſit ad veterem illam ſive fabulam, ſive hiſtoriam de Tenne rege, à quo inſula nomen accepit; qui leges ſanxit, ſi quis adulterum deprehendiſſet, ut eum ſecuri interficeret: idque ſervavit ita diligenter, ut etiam de filio ſuo deprehenſo interrogatus, quid fieri oporteret, reſpondiſſe dicatur; id fieret, quod lex juberet. inde datus locus proverbio de Tenedia ſecuri, in iis rebus, quæ præciduntur. Heraclides ἐν τῷ περὶ πολιτειῶν. *P. Manut.*

49. *De te magis ab Sipylo mentio &c.*] Pal. pr. nihil variat, niſi quod *à* collocarit ſupra *è* vocis *te.* tert. verò expreſſit *tea.* P. Victorius lib. xxx. Var. Lect. cap. I. emendat, *de te à Magnetibus ab Sipylo*, quod illicò arripuit Lambinus. *Gruter.*

50. *Lucretii poëmata (ut ſcribis) lita ſunt multis, &c.*] Non veriti ſumus hanc licet ſatis receptam lectionem delere. In manu enim ſcriptis libris non invenimus, & nullo modo rectam eſſe judicamus. Nam quæ infrà poſita ſunt verba *multa tamen artis:* neceſſe ut antecedenti ſententiæ repugnent. Cum igitur artem in illis laudet, veriſimile eſt aliquid prius improbatum fuiſſe. Quod ſi cui mirum videtur judicatum eſſe quandoque Lucretium elegantiſſimum & ornatiſſimum poëtam, non ſatis multis ingenii luminibus

ıus ingenii. multæ [h]tamen artis. Sed cùm veneris [51] virum te putabo, ſi Salluſtii Empedoclea legeris: hominem non putabo. Vale.

h tantæque MS.

EPISTOLA XII.

MARCUS Q. FRATRI S.

GAUDEO tibi jucundas eſſe meas litteras: nec tamen habuiſſem ſcribendi nunc quidem ullum argumentum, niſi tuas accepiſſem. nam prid. id. cùm Appius ſenatum [i]infrequentem coëgiſſet, tantum fuit frigus, ut populi convicio coactus ſit nos dimittere. De [k] Commageno rege quòd [l]rem totam diſcuſſeram, mirificè mihi & per ſe & per Pomponium blanditur Appius. Videt enim, hoc genere dicendi ſi utar in ceteris, Februarium ſterilem futurum: eumque luſi jocosè ſatis: neque solùm illud extorſi oppidulum, quod erat poſitum [52] in Euphrate & Zeugmate: ſed præterea togam ſum

i freq. MS.
k *alii* Eomazeno. MS. Comazeno.
l *alii* rem diſcuſſ.

nibus ſua poëmata ſcripſiſſe, is judicium Quinti reprehendat. nam ſuſpicari poſſumus, cum quo modo poteſt eum tueatur & ornet M. Cicero, non valde (etſi videatur illud confirmare) fratris judicio de hac re ſtetiſſe: noluiſſe tamen iracundo homini adverſari: qui forraſſe, quòd ipſe quoque verſus ſcribebat, invidia motus verum non videbat: potuit tamen ſic judicare, quòd Lucretius poëma ſuum non contexuit, ut ingenium ejus eluceſcat, ſed rationem ab Epicuro traditam ſumma induſtria & artificio explicavit. *Victor.*

51. *Virum te putabo &c.*] Id eſt, fortem & patientem, & malis invictum, *ſi potueris ferre*, id eſt, patienter legere ſeu audire tam indoctum poëma: *hominem non putabo*; id eſt, putabo te omnis humanitatis expertem, ferum, immanem, ſeu ſenſus expertem. *Lambin. Hominem non putabo.*] Forte ſcripſerat Quinctus rediturum ſe eſſe in urbem, cum legiſſet ea, quæ Salluſtius Empedocleo more verſibus tractaverat. eam morandi cauſam M. Cicero deprehendit. Virum, inquit, te putabo, cum veneris: ſi Salluſtii Empedoclea legeris hominem non putabo. Laudis enim eſt virum vocari; hominem non item. quia, in quibus etiam nihil laudes, homines tamen ſunt; qui verò de hominibus ipſis excellunt, viros cum laude nominamus. itaque in Bruto, *Vidi*, inquit, *Mitylenis virum, & vidi plane virum.* & ad Att. epiſt. 15. lib. v. *O virum, o civem, Memmium.* & apud Terentium in Hecyra: *Tu virum me, aut hominem deputas adeo eſſe?* P. Manut.

52. *In Euphrate & Zeugmate.*] Pal. pr. *in Euphrate & eugmate.* quomodo ſec. & tert. niſi quod ambo *euginate.* tertius præterea *Euphrati.* at eſt in quarto, *in Euphrati Zeugmate.* P. Manutius vult &

ſum ejus prætextam, quam erat adeptus Cæſare conſule, magno hominum riſu cavillatus. 53 Quòd non vult, inquam, renovare honores eoſdem, quo minùs togam prætextam quotannis interpolet, decernendum nihil

m *alii* Quos, *alii* Sed vos. cenſeo. [m] Vos autem homines nobiles, 54 qui Buſrenum prætextatum non ferebatis, Commagenum feretis? Genus vides & locum jocandi. Multa dixi in ignobilem regem: quibus totus eſt exploſus. quo genere commotus (ut dixi) Appius, totum me amplexatur. Nihil eſt enim facilius quàm reliqua diſcutere. Sed non faciam, ut illum offendam, ne imploret fidem Jovis Hoſpitalis: Grajos omnes convocet, per quos mecum

P. CCCXIV. in gratiam rediit. Theopompo ſatisfaciemus. De Cæſare fugerat me ad te ſcribere. Video enim, quas tu litteras exſpectaris. ſed ille ſcripſit ad Balbum, faſcicu-

n fuerat mea *alii.* lum illum epiſtolarum, in quo [n] fuerat & mea & Balbi, totum ſibi aquâ madidum redditum eſſe: ut ne illud quidem ſciat, meam fuiſſe aliquam epiſtolam. ſed ex Balbi epiſtola pauca verba intellexerat, ad quæ reſcripſit his verbis, De Cicerone video te quiddam ſcripſiſſe, quod ego non intellexi: quantum autem conjecturâ conſequebar, id erat hujuſmodi, ut magis optandum quàm ſperandum putarem. Itaque poſteà miſi ad Cæſarem eodem illo exemplo litteras. Jocum autem illius de ſua egeſtate ne ſis aſpernatus. Ad quem ego reſcripſi, nihil

& Zeugmate eſſe gloſſema. Lambinus finxit, *in Euphrate Zeugma*, quod non diſplicet. *Gruter.*

53. *Quòd nolit, inquam.*] Noſtri, *quod vult, inquam*, utrum melius in re obſcura ſtatui non poteſt. verba ſunt, aut duo loci potius ex ſententia illa, quam dixit Cicero in regem Commagenum cavillatus: quos Quinctus deguſtaret judiciumque faceret, quam illi jocoſè tractari potuiſſent. Itaque ſtatim addit, *genus vides & locum jocandi.* Jocum vero arbitror in illis fuiſſe, *quo minus togam prætextam &c.* Item in Burisrieni perſona, ut ſit quidem argumentum à majori ad minus, ſed ironicè tamen, cum obſcurus aliquis regulus ſignificetur, qui tamen hoc ſibi honoris poſtulare non dubitarit. Leves hæ quidem conjecturæ, ſed quibus fortaſſe veluti lucernâ ad veram ſententiam ingenioſiores deducantur. Illud quidem certe affirmare poſſe videor, verba illa, *decernendum nihil cenſeo*, ab reliquo ambitu, illa moræ nota, ſecerni non oportere, ſed ſeparatim legi. *Malaſpina.*

54. *Qui Buſrenum.*] Mire variat nomen iſtud in mſſ. noſtris. nam Pal. pr. *qui vix Rhenum.* ſec. *qui Buſcenum.* tert. *Buſthenum.* quart. *Burrenum.* Gruter.

55. Riſi

nihil eſſe, quòd poſthac [o] arcæ noſtræ fiduciâ contur- o artis
baret: luſique in eo genere & familiariter & cum di- MSS.
gnitate. Amor autem ejus erga nos [p] perfertur omnium p alii pro-
nuntiis ſingularis. [q] Et litteræ quidem ad id, quod ex- fertur.
ſpectas, ferè cum tuo reditu jungentur; reliqua ſingu- q Et deeſt
lorum dierum ſcribemus ad te, ſi modò tabellarios tu in aliis.
præbebis. quamquam ejuſmodi frigus impendebat, ut
ſummum periculum eſſet, ne Appio ſuæ ædes ure-
rentur. Vale.

EPISTOLA XIII.

MARCUS Q. FRATRI S.

55 RIsi nivem atram: teque hilari animo eſſe & prompto ad jocandum valde me juvat. De Pompejo aſſentior tibi, vel tu potiùs mihi. nam, ut ſcis, 56 jampridem iſtum canto Cæſarem. mihi crede, in ſinu eſt: neque ego diſcingor. Cognoſce nunc idus. [r] Decimus erat [s] Cœlio dies. 57 Domitius ad numerum ju-

r Decumus MS.
s alii Clodio & MS.

55. *Riſi nivem atram.*] De qua ſcripſiſti. Anaxagoræ fuit opinio nivem atram eſſe, quòd ex aqua fieret, quæ nigra eſſet: inepto ac falſo argumento. Sed hoc nihil ad hunc locum. ſcripſerat forte Quinctus jocoſè nivem ſe atram inveniſſe, illam inquam Anaxagoræ; quaſi triſtem minimèque jucundam; quia ſcilicet ei per nives incommodiſſimo itinere eundum, ac forte etiam in ipſis nivibus cum hoſte, non ſine ſummo vitæ diſcrimine, pugnandum foret. *P. Manut.*

56. *Jampridem iſtum canto Cæſarem.*] Non diſſentiunt libri, Lipſius tamen imbibit Ciceronem ſcripſiſſe; *jampridem iſtunc ante Cæſarem.* qui conſulatur lib. IV. Antiq. Lect. cap. 13. *Gruter.*

57. *Domitius.*] Cn. Domitius prætor. Nolo quemquam in prænominibus errare. duo eodem tempore Cn. Domitii fuerunt: uterque præturam geſſit: ad utrumque Cicero dixit. horum alter eſt Cn. Domitius Calvinus, qui tribunus pl. fuerat Cæſare & Bibulo Coſſ. ut indicant oratio pro Sextio, interrogatio in Vatinium: & poſt biennium (ædilitatem enim omiſit, ut multi) præturam geſſit, Marcellino & Philippo Coſſ. ut eædem duæ, oratio & interrogatio, docent. in prætura de ambitu quæſivit; & apud eum Cicero Beſtiam defendit, ut in hoc ipſo libro ſupra cognoſcitur. anno, qui poſt annum, quo ſcripta eſt hæc epiſtola, ſequitur proximus, conſulatum geſſit cum M. Meſſalla. itaque ſatis patet, non eſſe hunc, qui de Cœlio quæſtionem exercuit: cum & inter præturam conſulatumque biennium intercedat; & præturam ab illo non hoc anno, hoc eſt Appio Ahenobarbo coſſ. geſtam,

judices non habuit. vereor ne homo tæter & ferus Pola Servius ad accuſationem veniat. nam noſter Cœlius valde oppugnatur à gente Clodia. certe nihil eſt adhuc: ſed veremur. Eodem igitur [t] die Tyriis eſt ſenatus datus frequens: frequentes contrà Syriaci publicani. vehementer vexatus Gabinius: [58] exagitati tamen à Domitio publicani, quòd eum eſſent cum equis proſecuti. C. noſter Lamia paullò ferociùs, cùm Domitius dixiſſet, veſtrâ culpâ hæc acciderunt, equites Romani; diſſolutè enim judicatis: Nos judicamus, [59] vos laudatis, inquit. Actum eſt eo die nihil. nox diremit. Comitialibus diebus, qui Quirinalia [v] ſequuntur, Appius interpretatur non impediri ſe lege Pupia, quo minùs habeat ſenatum, & quòd Gabiniâ ſanctum ſit, etiam cogi ex kal. Febr. usque ad kal. Mart. legatis ſenatum quotidie [x] dari. ita putantur detrudi comitia in menſem Martium. ſed tamen his [60] comitialibus tribunis plebis de Gabinio ſe acturos eſſe dicunt. Omnia colligo, ut novi ſcribam aliquid ad te. ſed, ut vides, res me ipſa deficit. Itaque [61] ad Calliſthenem & ad Philiſtum redeo: in

t. B.

t die. de Tyriis *MS.*

v ſequantur *MSS.*

x *alii* dare.

ſtam, ſed Marcellino & Philippo coſſ. jam oſtenderim. Alter eſt Cn. Domitius hic, qui de vi cognovit in cauſa Cœlii, quem in ipſa oratione Cicero appellat. conſulatum numquam geſſit. *P. Manut.*

58. *Exagitati tamen à Domitio publicani.*] *Tum* pro *tamen* Faërnus: & *dare* paullo poſt, pro *dari.* Urſin.

59. *Vos laudatis.*] Ita & Pall. ſed Wouwerius adſcripſit oræ, ex neſcio quo veteri codice, *vos colluditis.* Gruter. *Vos colluditis* eſt in manuſcripto. *Urſin.* Ita video etiam adſcriptum eſſe à docta manu editioni majori Lambini, quæ penes me eſt. an ea ſit manus Wouwerii, an verò alius, hactenus expiſcari non potui, quòd nuſquam ſcriptoris nomen appareat & manus Wouwerii mihi plane ſit ignota. interim ſatis patet illum id potuiſſe proferre ex MS. Urſini, quod mirum eſt Gruterum non vidiſſe. *Verburg.*

60. *Comitialibus.*] Qui nulli dum fuerant. nam toto menſe Feb. comitiales qui fuerunt, omnes poſt Quirinalia, nec plures quam ſex fuiſſe conſtat. Comitiales autem erant de numero faſtorum. ſed eodem tempore & lege & cum populo non agebatur: ſi lege, non cum populo: ſi cum populo, non lege. itaque licebat utrumque: ſed eodem tempore utrumque non fiebat. ſenatus autem per eos dies non habebatur. contraque qui dies faſti non erant comitiales, iis & lege agi, & haberi ſenatum, idque eo die, confectis judiciis, licebat: factumque animadvertimus. *P. Manut.*

61. *Ad Calliſthenem redeo.*] Muretus lib. II, cap. 5. Novar. lect. ab-

in quibus te video volutatum. [62] Calliſthenes quidem, vulgare & notum negotium; quemadmodum Græci aliquot locuti ſunt. [63] Siculus ille, capitalis, creber, acutus, brevis, pænè puſillus Thucydides, ſed [y] utros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utrosque, neſcio. [64] Me magis de Dionyſio delectat. ipſe eſt enim veterator magnus & perfamiliaris [z] Philiſto. Sed [a] quod adſcribis, aggrederiſne ad hiſtoriam? me auctore potes. &, quoniam tabellarios ſubminiſtras, hodierni diei res geſtas Lupercalibus habebis. Oblecta te cum Cicerone noſtro quàm belliſſimè.

y veros *alii.*
z Philiſto Dionyſius *alii.*
a quoad ſcribis *alii.*

EPISTOLA XIV.

[65] MARCUS Q. FRATRI S.

DUAS adhuc à te accepi epiſtolas: quarum alteram in ipſo diſceſſu noſtro, alteram Arimino datam. plures, quas ſcribis te dediſſe, non acceperam. Ego me in Cumano & Pompejano, præterquàm quòd ſine te, ceterùm ſatis commodè oblectabam. & eram in iiſdem locis usque ad kal. Jun. futurus. Scribebam illa, P. CCCXV.

quæ

abjicit *redeo*, de conjectura; quæ, quo fundamento nitatur, ibidem videatur. & verò id ſtatim etiam ſecutus eſt Lambinus; ſed invitis omnibus mſſ. noſtris. *Gruter.*

62. *Calliſthenis quidem vulgare ac notum negotium.*] Muretus in ſuis Var. Lect. *Calliſthenes* emendat, ut eadem prorſus dicendi ratio ſit, quæ eſt illa ad Att. I. *Teucris illa, lentum ſane negotium.* atque ita quodam in libro manuſcripto inveniri ait. Porro *vulgare & notum* triviale exponit, & in quo nihil admodum excellat: quo ſenſu illa ſunt apud Horatium. *Malaſpina.*

63. *Secutus ille capitalis.*] Nos *Siculus ille*, auxilio meliorum librorum, reſtituimus. cum enim de Calliſthene & Philiſto ſuprà locutus eſſet, judiciumque ſuum de Calliſthene jam protuliſſet; nunc de Philiſto quid ſentiat exponit: quem Siculum quaſi vafrum & callidum appellat. ſic enim de Epicharmo quoque loquitur libro primo ad Attic. *Ille Siculus inſuſurret Epicharmus.* Fuit enim Syracuſius, Dionyſii tyranni cognatus, pro quo contra cives ſuos pugnans, ab illis captus & interfectus eſt. *Victor.*

64. *Me magis de Dionyſio delectat.*] Alterum ſcilicet corpus, in quo de Dionyſii rebus geſtis egerat, inquit Victorius libro XXXII. cap. 19. Variar. Lect. malè enim qui tolli debere præpoſitionem exiſtimarent. *Gruter.*

65. *Marcus, &c.*] Hanc adhuc ſuperiori epiſtolæ adnectunt edd. vett. & Pall. noſtri. *Idem.*

quæ dixeram, πολιτικὰ· ſpiſſum ſanè opus & operoſum. ſed ſi ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita. ſin minùs: in illud ipſum mare dejiciemus, quod [b] ſcribentes ſpectamus. aggrediemur alia, quoniam quieſcere non poſſumus. Tua mandata perſequar diligenter, & adjungendis hominibus, [c] & quibusdam non alienandis. Maximæ mihi verò curæ erit, ut Ciceronem tuum noſtrumque videam, ſcilicet quotidie: ſed inſpiciam quid diſcat quàm ſæpiſſimè: &, niſi ille [d] contemnet, etiam magiſtrum me ei profitebor: cujus rei nonnullam conſuetudinem nactus ſum in hoc horum dierum otio, Cicerone noſtro [66] minore [e] producendo. Tu, quemadmodum ſcribis, quod etiam ſi non ſcriberes, facere te diligentiſſimè tamen ſciebam, facies, ſcilicet, ut mea mandata digeras, perſequare, conficias. Ego, cùm Romam venero, nullum prætermittam Cæſaris tabellarium, cui litteras ad te non dem. His diebus (ignoſces) cui darem, fuit nemo ante hunc M. [f] Orfium, equitem Romanum, noſtrum & perneceſſarium, & quòd eſt ex municipio Atellano: quod ſcis eſſe in fide noſtra. Itaque eum tibi commendo in majorem modum, hominem domi ſplendidum, gratioſum etiam extra domum: quem fac ut tua liberalitate tibi obliges. eſt tribunus militum in exercitu noſtro. gratum hominem obſervantemque cognoſces. Trebatium ut valde ames vehementer te rogo. Vale.

b ſpectantes ſcribimus *Vict.* ſpectabamus *alii.*

c *alii* & in quib.

d contemnat *MS.*

e perdocendo *Lamb.*

f *alii* Orphium.

EPISTOLA XV.

P. B.

MARCUS Q. FRATRI S.

A D. IIII. non. Jun. quo die Romam veni, accepi tuas litteras, datas Placentiæ: deinde alteras poſtridie, datas [67] Blandenonæ, cum Cæſaris litteris, refertis

66. *Minore.*] Scio rectè dictum *minore*; ut à majore, Quincto filio, diſtinguatur; quomodo & Africanus major, Africanus minor; Cato major, Cato minor; moveor tamen ſuſpicione nonnulla, ne gloſſema fuerit, additum ad illud, *Noſtro.* cur enim, cum ad fratrem ſcribat, adjungat *minore?* nonne ſatis filium ſuum ab illius filio diſtinxit, cum de ſuo dixit, *noſtro*; de illo, *tuum.* *P. Manut.*

67. *Blandenona.*] Mendoſum locum exiſtimo, & cur exiſtimem cau-

tis omni officio, diligentia, ſuavitate. Sunt iſta quidem magna, vel potiùs maxima. Habent enim vim magnam ad gloriam & ad ſummam dignitatem. Sed, mihi crede, quem noſti, quod in iſtis rebus ego [g] plurimi æſtimo, id jam habeo: te ſcilicet primùm tam inſervientem communi dignitati: deinde Cæſaris tantum in me amorem: quem omnibus his honoribus, quos me à ſe exſpectare vult, antepono. Litteræ verò ejus unà datæ cum tuis, quarum initium eſt, [h] Quàm ſuavis ei tuus adventus fuerit & recordatio veteris amoris; deinde, ſe effecturum, ut ego in medio dolore ac deſiderio tui, te, cùm à me abeſſes, potiſſimùm ſecum eſſe lætarer: incredibiliter delectarunt. Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris, ſed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea ſtudia in iſtum [i] unum conferam. Ego verò ardenti quidem [k] ſtudio: ac fortaſſe efficiam, quod ſæpe viatoribus, cùm properant, evenit: ut, ſi ſeriùs, quàm [l] voluerunt, fortè ſurrexerint, properando etiam citiùs, 68 quàm ſi de [m] multa nocte

[g] *alii* plurimum.
[h] quamvis *alii & MS.*
[i] unum *deeſt in aliis.*
[k] ſtudio hoc fort. *MSS. & Ald.*
[l] *alii* voluerint.
[m] multa *deeſt in MSS.*

cauſas tres habeo, ſententiam, geographiam, veteres libros: ſententiam, quia, cum dicat Cicero, *deinde alteras*, dictio *deinde* ſatis indicat non eum eodem die accepiſſe litteras & Placentiæ datas & Blandenonæ. itaque in Blandenonæ dies, quo accepit eas litteras, videtur ineſſe, ſed mendo perturbata latet. geographia me monet; quia loci hujus mentionem, ut geographos omnes evolverim, nullam tamen inveni. ſuſpicionem augent libri veteres, quia diſſentiunt ab impreſſis. nam in eo, qui Beſſarionis fuit, video ſcriptum, *Blandenona.* quibus iisdem adducor cauſis, ut hominis egregiè docti &, quod hodiè perquam rarum eſt, in judicio litterarum elegantiſſimi, Caroli Sigonii conjecturam ſequar mirificéque laudem: is, cum inter nos, ut fere pro noſtra conjunctione & familiaritate quotidie ſolemus, hoc de loco ſatis multis verbis collocuti eſſemus, rediit ad me poſtridie, quaſi theſauro invento lætiſſimus, dixitque ſe non magna mutatione excogitaſſe quiddam, quod à me probatum iri exiſtimaret. quid, inquam? tum ille, hoc: pro *Blandenona* reponendum puto, *Laudenonis.* ut duas ſe dicat Cicero epiſtolas accepiſſe, unam IV. non. Jun. Placentiæ datam; alteram nonis, cum Cæſaris litteris, *Laude.* quod oppidum adhuc eſſe, Placentiæ proximum, qua tranſeundum erat Quincto, in Galliam proficiſcenti, nemo neſcit. gratulatus homini amiciſſimo properavi ad ſcribendum, cum ejus ſententiam, ut ceteri quoque judicare poſſint, qui tamen haud ſane dubito, quin mecum ſentientes eam probent, notam ac teſtatam eſſe vellem. *P. Manut.*

68. *Quam ſi de multa nocte vigilaſſent.*] Non diſſentiunt exemplaria, niſi quod *multa* non habent, ſed tantum *de nocte*; quod cum

nocte vigilaſſent, perveniant quò velint: ſic ego, quoniam in iſto homine colendo tam indormivi diu, te mehercule ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem;
69 tum equis, tum vero (quoniam ſcribis poëma ab eo ho-

ante primam lucem, &, cum adhuc nox eſſet, ſignificet, poſſumus exiſtimare, *vigilare* pro *evigilare* poſitum eſſe; niſi *evigilare* eſt melius, quod ego tamen contra omnium exemplarium ſcripturam affirmare non auſim: eoque minus, quod idem pro Muræna ſcripſit: *Vigilas tu de nocte, ut tuis conſultoribus reſpondeas*; quod valet *evigilas*, excitaris à ſomno & expergiſceris, & Plautus in Moſtellaria:

T. *Ecce autem, hic depoſuit caput & dormit: ſuſcita*
Philo. Etiam vigilas? pater, inquam, aderit jam hic meus.

quod eſt, evigilas. Quin contra *evigilo* à Cicerone pro vigilo, aut potius invigilo, elaboro cogitoque poſitum invenio. Unde ſupra: *Honeſta & expedita tua conſilia: quam evigilata tuis cogitationibus.* quod eſt, diligenter & accuratè cogitata atque diſcuſſa. *Malaſpina.*

69. *Cùm equis, tum viris, quoniam ſcribis poëma noſtrum ab eo probari quadrigis poëticis.*] Omnes excuſi codices & manu etiam ſcripti unam eandemque hanc lectionem habent: ſed tamen nos eam perverſam & depravatam eſſe putamus. Eraſmus, pro *viris*, *velis* legit, quod non improbamus: ut ſit proverbium, *Equis veliſque ſequi*, aut *fugere:* cum omni conatu & totis viribus ſignificare volumus. Nos tamen, pro *viris*, *vero* ſcripſimus, aliquantulum, quod neceſſe erat, à veſtigiis illis corruptis declinantes: ut totum illud, *quoniam ſcribis poëma noſtrum ab eo probari*, κατὰ παρένθεσιν dictum ſit, maneatque in translatione curſus tum equorum, tum quadrigarum. cum enim fortaſſe velis inferre vellet: aptius viſum eſt, quadrigis poëticis dicere, cum recordatus eſſet, poëma ſuum ab eo probari. nam ſi aliter legas, verba illa, *quadrigis poëticis*, quaſi abundare videbuntur, &, cum à nullo pendeant, otioſa nimis eſſe & inania. *Victor.* Erant omnia jam formis excuſa, cum incidi in locum quendam ex epiſtola ad Varronem, de quo non incommodum eſſe puto hic agere. non diſſimilem autem ille huic vim ſignificatumque (ut opinor) habet: verba quidem certè eadem utriusque ſunt, *nunc quum confecta ſunt omnia, dubitandum non eſt quin equis viris.* ita enim ſcriptum eſt in antiquis libris, quamvis excuſi fermè omnes priorem vocem corruptam habeant: nonnulli autem, neque hi pejores, ſinceram ſanè eam, ſed poſteriorem immutatam, depravatam dicere non audeo. Arbitror autem ſic, ut in illis eſt, conformatam eſſe dictionem illam ab aliquo, cui Eraſmi caſtigatio valde probaretur. Cùm tamen omnes codices antea ambobus in locis eandem lectionem retinerent: conſiderandum eſt diligentius, an *equis viris* potuerit eſſe proverbium: quod & ipſum ſummo ſtudio & omni apparatu ſignificarit. non enim video, cur tam facilè duobus locis *viris* in *velis* converti debeat. Quod ſi ingenuè quod quisque ſentit liberè proferre debet, admoneo eruditum lectorem ut accuratè videat,

noſtrum probari) quadrigis poëticis. modò mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, [n] penicillo meo. Sed quid ago? quod mihi tempus, Romæ præſertim, ut iſte me rogat, manenti, vacuum oſtenditur? ſed videro. fortaſſe enim (ut fit) vincet tuus amor omnes difficultates. Trebatium quòd ad ſe miſerim, perſalſè & humaniter etiam gratias mihi agit. negat enim, in tanta multitudine eorum, qui unà eſſent, quemquam fuiſſe, [70] qui vadimonium concipere poſſet. M. Curtio tribunatum ab eo petivi (nam Domitius ſe derideri putaſſet, ſi eſſet à me rogatus: hoc enim eſt ejus quotidianum, ſe ne tribunum militum quidem facere: etiam in ſenatu luſit Appium collegam, propterea iſſe ad Cæſarem, ut aliquem tribunatum auferret) ſed in alterum annum. id & Curtius ita volebat. Tu, quemadmodum me cenſes oportere eſſe in republica & in noſtris inimicitiis, ita & eſſe, & fore, [71] auriculâ in-

Pag. CCCXVI.

n peniculo *MSS.* peniculo illo meo *alii.*

an eodem hoc proverbio fuerit in VIII. Philippica Cicero uſus, cum idem ſignificare vellet: quod in cunctis tamen excuſis libris eo etiam loco corruptum & inquinatum ſit (adeo omnia mendorum plena ſunt) ac pro *viribus* legendum ſit *viris*, qua in voce vitium manere ſuſpicor. ita autem illi habent, *Putabam fore ut omnes, inflammati odio, excitati dolore, armis, equis, viribus D. Bruto ſubveniremus.* Quod ſi cui (quia ejus ratio obſcura eſt, nec facilè explicari poteſt, quomodo *equi* & *viri* conjuncti ſint) hoc proverbium parum certum eſt, ſciat is, me quoque nihil de eo compertum habere: nollem tamen veterem ſcripturam commutaſſe. quod ſi tunc hæc animadvertiſſem, profectò non feciſſem. Nihil autem difficilius eſſe puto quàm velle obſcuriorum quorundam proverbiorum originem aperire: nam multa antiquorum truncata adducuntur, & cauſam ortumque etiam noſtra tempeſtate, nova quædam ſæpe cum habent, quem ægrè poſſit aliquis omni ſtudio inveſtigare. Quod ſi neceſſe eſt *quadrigis poëticis* inferioribus verbis adnectere, cogitandum eſt, an hoc prius proverbio uſus fuerit in epiſtola ſua Quintus: cui parti literarum ob hanc cauſam Marcus etiam ipſe ſuperiore illo proverbio reſpondere voluerit: nam, habere hæc verba, de quibus nunc agimus, proverbii vim, notius clariusque eſt quàm ut declarari debeat. *Victor.*

70. *Qui vadimonium concipere poſſet.*] Valde hic variant tam MSS. quam editi codices, quorum quidam exhibent: *Qui vadimonium concipere poſſet. vale.* quidam poſt *poſſet* addunt: *Priusquam Trebatius veniret, vicem imperatoris ſubire. vale.* Verburg.

71. *Auricula infima.*] Neque acrem in tuenda rep. neque acerbum in perſequendis inimicis, ſed in utroque ita remiſſum ac lenem, ut, quod dici ſolet, mollior auriculâ infimâ videri poſſim.

 Mo-

o *alii* habent. infimâ ſcito molliorem. Res Romanæ ſe ſic o habebant. Erat nonnulla ſpes comitiorum, ſed incerta: erat aliqua ſuſpicio dictaturæ, ne ea quidem certa: ſummum p odium *MS. & alii.* p otium forenſe, ſed ſeneſcentis magis civitatis quàm acquieſcentis. Sententia autem noſtra in ſenatu ejusmodi, magis ut alii nobis aſſentiantur quàm nosmetipſi. 72 *τοιαῦτα ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.* Calamo & atramento temperato, charta q etiam 73 dentata q etiam: dum tanta *MSS.* res agetur. Scribis enim te meas litteras ſuperiores vix legere potuiſſe: in quo nihil eorum, mi frater, fuit, quæ putas. neque enim occupatus eram, neque perturbatus, nec iratus alicui: ſed hoc facio ſemper, ut, quicumque calamus in manus meas venerit, eo ſic utar tamquam bono. Verùm attende nunc, mi optime & ſuaviſſime frater, ad ea dum reſcribo, quæ tu in hac eadem brevi epiſtola r *πραγματικῶς* valde ſcripſiſti. De quo petis, ut ad te, nihil occultans, nihil diſſimulans, nihil tibi indulgens, s genuinè fraternéque reſcribam, 74 id eſt, utrum voles, ut dixerimus, ad expediendum

r *in aliis deeſt πραγμ.* P. B.

s germanè *MS.*

te,

Monuerat Quinctus, ut ex illo doctus rationem haberet aliquando etiam ſalutis. hinc illud epiſt. 13. *Tua mandata perſequar &c.* P. Manut.

72. Τοιαῦτα ἐξεργάζεται.] Nos hunc ſenariolum diſſolutum & fractum in ſuos numeros reſtituimus, quos in noſtro etiam vetere codice conſervarat. Eſt autem Euripidis verſus in Icetidibus, à Theſeo pronunciatus, cum Adraſto loquente. cum enim ille adverſam ſuam fortunam lamentaretur, narrans cædem fortium virorum ducumque in Thebana clade, dixiſſetque: *Ἐνταῦθ᾽ ἀπώλεσ᾽ ἄνδρας ἀργείων ἄκρους*, ſubjungit Theſeus, *Τοιαῦθ᾽ ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται.* *Victor.*

73. *Dentata.*] Apri, aut etiam equi, dente lævata. quod item nunc, ubi quid ſcribimus accuratius, facere ſolemus, ad inæqualitatem chartæ complanandam, quo calamus quaſi currat expeditius. Nec verò mirari ſatis poſſum, quid Eraſmo venerit in mentem hoc in loco interpretari, *charta dentata*, pro acerba & iracunde ſcripta: cum de litteris agi, quæ bono calamo, temperato atramento, levi ac polito commodius formantur, illa verba demonſtrent: *Scribis, te meas litteras ſuperiores vix legere potuiſſe*; & illas: *Hoc facio ſemper, ut, quicunque calamus in manus venerit, eo ſic utar tanquam bono.* Verum hoc, itemque alia, tum in adagiis, tum alibi non ſatis recte aut explanata, aut de Græcis converſa, homini erudito ac de litteris, quantum præſtare potuit, bene merito, largiamur. *P. Manut.*

74. *Id eſt, utrum voles.*] Mendi labes ſatis manifeſta; nec eluere conabor, cum ab impreſſis libris minimum diſſentiant ſcripti.

tan-

te, ſi cauſa ſit, commorere. Si, mi Quinte, parva aliqua res eſſet, in qua [t] ſciſcitarere, quid vellem: tamen, cùm tibi permiſſurus eſſem, ut faceres, quod velles; ego ipſe, quid vellem, oſtenderem. In hac verò re hoc profectò quæris, cujusmodi illum annum, qui ſequitur, exſpectem: planè [v] aut tranquillum nobis, [x] aut certè munitiſſimum: quod quotidie domus, quod forum, quod theatri ſignificationes declarant: 75 nec laborant quòd mea conſcientia copiarum noſtrarum, quòd Cæſaris, quòd Pompeji gratiam tenemus. hæc me ut confidam faciunt. ſin aliquis erumpet amentis hominis furor; omnia ſunt ad eum frangendum expedita. Hæc ita ſentio, judico, ad te exploratè ſcribo. dubitare te, non aſſentatoriè, ſed fraternè veto. [y] Quare ſuavitatis equidem noſtræ fruendæ cauſâ cuperem te ad id tempus venire, quod dixeras: 76 ſed illud malo tamen, quod putas; magis etiam illa ([z] etenim magis æſtimo me) ἀμφιλαφίαν illam tuam [a] & exſpectationem debitorum tuorum. Illud quidem ſic habeto, nihil nobis [b] expeditis, ſi valebimus, fore [c] fortunatius.

t ſciſcitare *Lamb.* ſciſcitareris *MSS.* & *alii.*
v autem *MS.*
x & *id. MS.*
y Si ſuav. *alii.*
z etiam magna *MS.*
a *alii non habent* &.
b expeditius *alii.*
c fortunatiusve. *alii.*

tantum enim, pro *commorere*, Beſſarionis liber habet, *commoneres.* quod ſi, pro *dixerimus*, legeretur *dixerim an*, nihil opinor ſupereſſet vitii, hoc ordine: *Id eſt, utrum voles (ut dixerim) an ad expediendum te, ſi cauſa ſit, commorere.* nec eſſet obſcura ſententia. nam *voles* μεταφορικῶς uſurpatum, pro, celeriter venias & commorere opponuntur. ſed minus audeo, propter incertas maximéque fallaces conjecturæ viaſ. *P. Manut.*

75. *Neque laborant &c.*] Locus corruptus, in quo me libri veteres, quod ad has duas voces, *neque laborant*, attinet, nihil adjuverunt. Sed quòd ad ea, quæ deinceps ſequuntur, in uno reperi *conſentia*, pro *conſcientia*, quod eſt in vulgatis, unde feci *conſenſio*. Videtur autem ſic poſſe totus hic locus emendari, ſaltem ut aliqua ex eo ſententia probabilis eliciatur, alioqui nihil affirmo, cum ſolâ conjecturâ nitar. Sic igitur legere fortaſſe licet, *noſtri inimici laborant, quod mira eſt conſenſio &c.* Lambinus. *Neque laborant, quod mea conſcientia copiarum noſtrarum &c.*] Laudo P. Manutium, qui à loco deſperato manus abſtinet. Lambinus conjectando tantum prodit ignorantiam artis. Pall. nihil variant. *Gruter.*

76. *Sed malo tamen, quod putas; magis etiam illa (etenim magis æſtimo me) ἀμφιλαφίαν &c.*] Sic P. Manutius aliique. pater Aldus; *magis etiam, illa etiam magni æſtimo me ἀμφ.* quibus adhærent Pall. niſi quod quidam, *magna æſtimo*; unus *magnam æſtimo*. ſec. etiam ac tert. à manu prima; *magnis etiam illa magna æſt.* Idem.

d quo noſtris *Jun.*

natius. parva ſunt, quæ deſunt, [d] noſtris quidem moribus, & ea ſunt ad explicandum expeditiſſima, modò valeamus. 77 Ambitus redit immanis. numquam fuit par. 78 Idib. Quint. 79 fœnus fuit ZZ ex Z coitione Mem-

77. *Ambitus redit immanis, nunquam fuit par: Quintanus &c.*] Locus hic in vulgatis codicibus valde corruptus & mancus legebatur, in noſtro multò minus depravatus eſt, etſi aliquid adhuc deſideretur. Nos enim quæ tutò potuimus caſtigavimus. Quæ enim in antiquis libris ſententiæ optimè quadrantia invenimus, ſi recipimus, non videmur nobis in culpam incidere poſſe: quæ autem in illis quoque depravata deprehendimus, ut ab illis accepimus aliis damus. Videtur hic eandem rem exponere, quam ad Attic. ſcripſit libro quarto his verbis: *Ardet ambitus, σῆμα δέ τοι ἴσον fœnus ex triente Id. Quintilibus factum erat beſſibus.* ut fortaſſe notæ hæ, quas nos, ut potuimus, ex antiquo noſtro libro depinximus, trientem & beſſem ſignificent hoc ſenſu, Idib. Quint. fœnus fuit beſſibus ex triente. Hanc tamen ſuſpicionem & conjecturam quandam eſſe fatemur, & ita accipi volumus. Notis autem quibusdam ſolitos eſſe majores illos ſignificare partes & nomina libræ nemini dubium eſſe debet. nam etiam Voluſius Metianus libellum de illis compoſuit, qui exſtat: nec omnino his diſſimiles quasdam habet, quibus hæc nomina ſignificari docet. etſi veriſimile eſt, notas has, vetuſtate & incuriâ librariorum corruptas, deformatas eſſe. In verbis etiam, quæ ſtatim poſt has ſunt, nonnihil mendi ineſt, ut propter hoc nos ſtellulam appoſuerimus. Quod autem, pro *Meſſala fleret*, ſcripſimus, *Meſſala flaccet*, vetuſto codici tribuimus, & concordat cum illo in epiſtola ſuprà citata, *Meſſala languet*. Victor.

78. *Idibus Quint. fœnus fuit zz ex z. &c.*] Variantes lectiones hujus loci ſatis habui annotare ad oram codicis Gulielmiani. nam nimium diſcrepabant Pall. neque quidquam potui eruere boni. Conſulatur Tullius libro IV. ad Atticum epiſt. 15. *Grut.* Quid de hac nota exiſtimaverit pater aperuit lib. IV. Obſerv. cap. 9. *Gronov.*

79. *Fœnus fuit ZZ ex Z.*] Duplicatum fœnoris quæſtum ſignificat, idque ipſum ſcribit ad Atticum ep. 15. lib. IV. his verbis: *Fœnus ex triente idibus Quinctilibus factum erat beſſibus*: hoc eſt, ut centenis acceptis, octoni pro annuo fœnore penderentur. atque his notis *ZZ* duos trientes, qui bes eſt, ſignificari oportet: ut hic locus cum illo ad Att. jam recitato congruat: & hoc dicatur, ex uno triente fœnus eſſe factum duobus, hoc eſt, ex triente beſſibus, quod idem eſt. nam bes duo trientes fuit. Beſſarionis liber habet, *Fuit & ex*, pro, *Fuit ZZ ex Z.* utrumque ſuſpicor eſſe mendoſum, & forte ſincerum hoc, *Fuit-S-S-ex S.* aut hoc: *Fuit* 33-*&* 3. nam hâc notâ 3. triens indicabatur, qui beſſis dimidium eſt; item hac *S*, *ut*, ſive *S-S*, reponas, quemvis notis beſſem ſignificari Demetrius tradit; ſive 33. quas Demetrius idem videtur probare; ſiquidem unam 3. pro triente ponit; ab antiqua numerorum ratione nihil recedas. quia tamen in hac emendandi ra-

Memmii, quam cum Domitio habuit Scaurus, unum vincere. Meſſala flaccet. non dico [e] ὑπερβολικῶς· vel H-S. centies conſtituunt in [f] prærogativa pronuntiare. Res ardet invidiâ. Tribunicii candidati compromiſerunt, [80] H-S. quingenis in ſingulos apud M. Catonem depoſitis, petere ejus arbitratu, ut, qui contrà feciſſet, ab eo condemnaretur. [g] quæ quidem comitia gratuita ſi fuerint, ut [h] putantur, [81] plus unus Cato fuerit quàm omnes leges omnesque judices.

e *alii.* ὑπερβολικῶς.
f prærogativas *Jun.*

Pag. CCCXVII.

g quæque com. *alii.*
h putamus *alii.*

EPISTOLA XVI.

MARCUS Q. FRATRI S.

CUM à me litteras librarii manu acceperis, [82] ne paullum otii me habuiſſe judicato: cùm autem mea, nul-

...ratione eas maxime conjecturas approbo, quæ quàm minimum à depravatis veræ ſcripturæ veſtigiis recedere videntur, fit ut in hanc libentius inclinem, *Fuit* 3. & 3. quam in illam, *Fuit S ex-S-S.* Nam enim facile ex 33. fieri potuerit *ZZ*, id eſt è duabus minuſculis litteris eædem majuſculæ, omnes, ut opinor, intelligunt. *Manut.*

80. *H-S. qua in ſingulos apud M. Catonem depoſitis.*] Nos, pro *qua*, *quincenis* ſcripſimus. verbaque hæc omnia κατὰ παρένθεσιν dicta intelligimus, & ita notavimus: *qua*, autem pro *q.* errore librariorum ſcriptum fuiſſe putavimus; per quam literam eum numerum quandoque ſignificabant cum prima ejus nominis eſſet: pro *q.* etiam, cum nomen ſignificat, ſæpe in antiquis libris *qua* legitur: hic autem in noſtro ſanè antiquiore *q.* recte eſt. Eandem rem IIII. libro ad Atticum his verbis explicat: *Tribunicii candidati jurarunt ſe arbitrio Catonis petituros, apud eum H-S. Quingena depoſuerunt, ut qui à Catone damnatus eſſet id perderet, & competitoribus tribueretur.* Quam rem & Plinius in procemio ſuorum librórum tangit: & Plut. in vita Catonis diligentiſſime narrat. qui depoſuiſſe dicit: *Δραχμὰν ἕκαστον ἀργυρίου δέκα δύο ἥμισυ μυριάδας.* *Victor.*

81. *Plus unus Cato fuerit.*] Vel *pluris fuerit* eſt legendum, quod & ars & uſus ſcriptorum poſtulat: vel, *plus potuerit.* quod poſterius magis probo, Ciceronis ipſius auctoritate permotus, qui, hac ipſa de re ſcribens ad Att. lib. IV. *plus potuerit*, dixit. Hæc enim illius ſunt: *Quæ ſi, ut putantur, gratuita fuerint, plus unus Cato potuerit quàm omnes quidem judices.* Malaſpina. *Plus unus Cato fuerit.*] *Potuerit* legebat Faërnus & loco ſimili in ep. 14. lib. IV. *Urſin.*

82. *Ne paullum otii.*] Videtur quibusdam tanquam integumentis velata ſententia; ſed oſtendetur hoc modo: Cum à me librarii

 manu

nullum. ſic enim habeto, numquam me à cauſis & judiciis [i] diſtrictiorem fuiſſe: atque id anni tempore graviſſimo & caloribus maximis. Sed hæc (quoniam tu ita præſcribis) ferenda ſunt: neque committendum, ut aut ſpei, aut cogitationi veſtræ ego videar defuiſſe: præſertim cum, [k] tametſi id difficilius fuerit, tamen ex hoc labore magnam gratiam magnamque dignitatem ſim collecturus. Itaque, ut tibi placet, damus operam, ne cujus animum offendamus, atque ut etiam ab iis ipſis, qui nos cum Cæſare tam conjunctos dolent, diligamur: ab æquis [l] verò, aut etiam à propenſis in hanc partem vehementer [83] & colamur, & amemur. De ambitu cùm atrociſſimè ageretur in ſenatu multos dies, quòd ita erant progreſſi candidati conſulares, ut non eſſet [m] ferendum, in ſenatu non fui. Statui ad nullam medicinam reipublicæ ſine magno præſidio accedere. Quo die hæc ſcripſi, Druſus erat de prævaricatione à tribunis [n] ærariis abſolutus, in ſumma, quattuor ſententiis cùm ſenatores & equites [o] damnaſſent. Ego eodem die poſt meridiem Vatinium aderam defenſurus. ea res facilis eſt. Comitia in menſem Sept. rejecta ſunt. Scauri judicium ſtatim exercebitur: cui nos non deerimus. συνδείπνους Σοφοκλέους, quamquam à te actam fabellam video eſſe feſtivè, nullo modo probavi. Venio nunc ad id, quod neſcio an primum eſſe debuerit. O jucundas mihi tuas de Britannia litteras! timebam Oceanum, timebam litus inſulæ. Reliqua non equidem contemno, ſed plus habent tamen ſpei quàm timoris, magisque ſum ſollicitus exſpectatione ea quàm metu. Te

i deſtrict. *MS.*
k *alii* ſi id.
l autem etiam *MS.*
m inferendum *MS.*
n ærarii *alii.*
o clamaſſ. *alii.*
P. B.

manu litteras acceperis, ne quidquam otii me habuiſſe judicato; cum autem meâ, nè nullum. cum utor, inquit, librarii manu, prorſus otii nihil habeo; cum autem meâ nonnihil hic ſignificari demonſtratur infra initio 2. epiſt. lib. III. ſic enim ibi eſt: *Occupationum mearum ſignum tibi ſit librarii manus*; cauſamque ſubſcribit occupationis hanc: *Diem ſcito eſſe nullum, quo die non dicam pro reo.* Hanc igitur epiſtolam librarii manu ſcripſit Cicero: nam infert hic quoque: *Sic habeto, nunquam me à cauſis & judiciis diſtrictiorem fuiſſe.* In epiſtola etiam ad Atticum 15. lib. IV. ſignum ait eſſe occupationum librarii manum. *P. Manut.*

83. *Excolamur.*] Nuſquam hâc ſententiâ uſurpatum, quod meminerim, hoc verbum inveni. venit in mentem, cum ſequatur *&, amemur* ſcriptum forte à Cicerone, *& colamur, & amemur.* Idem.

84. *Num*

Te verò ὑπόθεσιν ſcribendi egregiam habere video. Quos tu ſitus, quas [p] naturas rerum & locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quem verò ipſum imperatorem habes? Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adjuvabo, [q] & tibi verſus, quos rogas, [r] γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, mittam. Sed heus tu, celari videor à te, quomodonam, mi frater, de noſtris verſibus Cæſar? nam primum librum ſe legiſſe ſcripſit ad me antè: & prima ſic, ut neget ſe ne Græca quidem meliora legiſſe. Reliqua ad quendam locum ῥαθυμότερα· hoc enim [s] utitur verbo. Dic mihi verum, [84] num aut res eum, aut χαρακτὴρ non delectat? nihil eſt, quòd vereare. Ego enim ne pilo quidem minùs me amabo. Hac de re φιλαλήθως, &, ut [t] ſoles, ſcribe fraternè.

p materias MS. & alii.
q ut alii.
r alii Athenas noctuam.
s utimur alii.
t alii ſoles ſcribere, fraterne, vale.

84. *Num aut res eum, aut χαρακτὴρ non delectat?*] In Longolii libro ita ſcriptum eſt, cum in aliis deſit vox *eum*. Urſin.

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARUM
AD
QUINTUM FRATREM,
LIBER TERTIUS.

EPISTOLA I.

MARCUS Q. FRATRI S.

I. EGo ex magnis caloribus (non enim meminimus majores) in Arpinati ſumma cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus, Philotimo [1] tribulibus commendatis. In Arcano a. d. IV. idus Sept. fui. ibi

Pag. CCCXVIII. ibi [2] Meſſidium cum Philoxeno, [a] aquamque, quam ii ducebant non longè à villa, bellè ſanè fluentem vidi, præſertim maxima ſiccitate: uberioremque aliquanto ſeſe collecturos eſſe dicebant. apud Herum rectè erat. In [b] Manliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. ſed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & aviarium. Villa mihi valde placuit, propterea quòd ſummam dignitatem pavimentata porticus habebat: quod mihi [c] nunc denique apparuit, poſteaquam & ipſa tota patet, & columnæ politæ ſunt. Totum in eo eſt (quod mihi erit curæ,) tectorium ut [d] concinnum ſit. pavimenta rectè fieri videbantur. camaras quaſdam non probavi mutarique juſſi. Quo loco in porticu te ſcribere ajunt ut atriolum fiat, mihi, ut eſt, magis placebat. neque enim ſatis loci eſſe videbatur atriolo: neque ferè ſolet, niſi in his ædificiis fieri, in quibus eſt atrium majus: nec habere poterat adjuncta cubicula & ejusmodi membra. nunc hoc [3] vel honeſtate teſtudinis, vel valde boni

a *alii* aquaque, *alii* aquam.
b Manliano *MSS.* Antiano *Gul.*
c nunc *non habent edd. vett.*
d continuum *Manut.*

1. *Tribulibus commendatis.*] Ut eis meo nomine ad ſpectandos ludos locum daret. moris enim erat, ut amicis & tribulibus & in circo & in foro locus ad ſpectandum daretur. ad Att. ep. 1. lib. 11. & pro Muræna. Tribules autem intellige non eos tantum, qui Romæ domicilium haberent, verum & municipes, & ſi qui præterea cives in Italia habitarent: quos interdum ad urbem veniſſe ludorum ſpectandorum cauſâ ſimile veri eſt. *P. Manut.*

2. *Meſſidium.*] *Muſſidium* libentius ſcriberem, quod eſt familiæ nomen in Cæſaris numismatibus: quamvis *Meſſidium* à Meſſia gente ferre poſſit. *Urſin.*

3. *Vel honeſtate teſtudinis, vel valde boni.*] Hic locus præcipuè debuit mendi notâ ſignari. eſt enim corruptiſſimus. Noſtri meliores codices nihil à vulgatis hic diſcrepant. nonnulli, pro *boni*, *bonum* legunt, nulla utilitate vetera veſtigia licet corrupta, magis contaminantes & pervertentes. etenim nihilominus vera ſententia latet. *Victor.* *Vel honeſtate teſtudinis.*] Ego mehercule huic loco, tanquam ulceri corrupto, manus admovere vix audeo: indicabo tamen, quæ potuerit ſententia Ciceronis eſſe; quo diligentius attendatur, ſi quid, quod ad eam videatur accedere, in antiquis libris aliquando reperietur, una enim me litterula, in magna perturbatione errantem, ſæpe ad correctionem, quaſi via demonſtrata, perduxit. hoc igitur fortaſſe Cicero ſenſit. Nunc hoc vel in æſtate teſtudinis, vel hieme, æſtivum locum obtinebit. ut hoc dicat. Verum (nam ſæpe *nunc* pro *verum* Cicero uſurpat: quod item Græci faciunt) hoc, id eſt, quo modo potitus nunc eſt, in æſtate loco teſtudinis erit; hieme vero, quo habent æſtiva loca, id obtinebit. optamus enim in æſtate algorem, hieme teporem & algorem quærentes, fornicatis cameris, quæ vocantur

boni æſtivum locum obtinebit. tu tamen ſi aliter ſentis reſcribe quàm primùm. In balneariis aſſa in alterum apodyterii angulum promovi; propterea quòd ita erant poſita, [4] ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, [5] eſſet ſubjectum cubiculis. ſubgrande cubiculum autem & hibernum altum valde probavi, quòd & ampla erant, [e] & loca poſita ambulationis uno latere, eo, quod eſt proximum balneariis. Columnas neque rectas, neque è regione Diphilus [f] collocarat. eas ſcilicet demolietur. aliquando perpendiculo & linea diſcet uti. Omnino ſpero paucis menſibus opus Diphili perfectum fore. curat enim diligentiſſimè Cæſius, qui tum mecum fuit.

e & *delet Jun.*

f *alii* collocavit.

II. Ex eo loco rectâ Vitulariâ viâ profecti ſumus in Fuſidianum fundum, quem tibi proximis nuntiis Arpini [6] de Fuſidio H-S. CCCIↃↃↃ emeramus. Ego locum æſtate umbroſiorem vidi numquam; permultis locis aquam

P. B.

tur teſtudines, libenter utimur: quod æſtate fit. teporem vero quia non habent, niſi quæ ſol adverſus diu ſpectat loca, ea nos per hiemem tenent. porticus igitur, ut eſt nunc, id habebit commodi, quod in æſtate teſtudines, hieme æſtiva loca. *P. Manut.* *Vel honeſtate teſtudinis, vel valde boni æſtivum locum obtinebit.*] Ita Pal. pr. & olim cuſi. nam ſec. & tert. *honeſtatem teſtudinis, vel valde bonum æſtivum &c.* quart. *honeſta teſtudinis vel valde boni æſt.* quod & de conjectura annotarat ad oram codicis ſui Gulielmius. P. Manutius ingenioſè divinabat: *Nunc hoc vel in æſtate teſtudinis, vel hieme æſtivum locum obtinebit.* Lambini emendatio ridicula eſt. Turneb. lib. XXIV. cap. 39. Adverſariorum putabat locum redintegrari, ſi reſcriberetur tantum, *boni æſtivi.* Gruter.

4. *Ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit.*] Opinor totum hoc, *ex quo ignis erumpit*, gloſſema eſſe verbi *vaporarium.* Urſin.

5. *Eſſet ſubjectum cubiculis.*] Ita mſſ. Turnebi, neque ſecus Pal. ſec. nam ceteri *ſubjectum cubiculi.* ineptius adhuc retro vulgati, *ſub tectum cubiculi.* Joſeph. Scaliger ad Catullum emendat, *cubili ſuberunde.* idem antea delet, ceu ſpurium, *ex quo ignis erumpit.* Gruter.

6. *De Fuſidio* H-S CCCC *emeramus.*] Sic vulgati codices. Noſter antiquus, *H S* CCCIↃↃↃ *emeramus:* quæ notæ centum millia ſignificant, ut ait Priſcianus, non ſpernendus grammaticus in libello de Ponderibus & Menſuris, ſeu quis magis alius verus ejus libelli autor eſt: nam à doctiſſimis viris Priſciani eſſe non creditur. Noſtri librarii pro *ci* in medio *&* ſcripſerunt perverſè. Quare locus emendandus eſt. ſunt autem pluribus locis hæ notæ in libris Ciceronis, quas nos ex antiquis exemplaribus reſtituimus: ſæpe tamen eâdem negligentiâ uſi noſtri librarii, virgulam illam lineam, quæ cum his apoſtrophis c. ponitur, per *l.* litteram expreſſerunt, omnino malè & contra veterum codicum auctoritatem, in quibus I ſemper ſcriptum eſt. *Victor.*

7. In

aquam profluentem & eam uberem. Quid quæris? Jugera L. prati Cæſius irrigaturum facilè te arbitrabatur. Equidem hoc, quod meliùs intelligo, affirmo, mirifica ſuavitate te villam habiturum, piſcina & ſalientibus [g] additis, palæſtra 7 & ſilva viridicata. Fundum audio te hunc [h] Bovillanum velle [i] retinere. de eo quid videatur ipſe conſtitues. Calvus ajebat, aqua dempta, & ejus aquæ jure conſtituto, & ſervitute fundo illi impoſita, tamen nos pretium ſervare poſſe, ſi [k] vendere vellemus. Meſſidium mecum habui. is ſe ternis nummis in pedem tecum tranſegiſſe dicebat: 8 ſeſe autem menſum pedibus 9 ajebat paſſuum IV CIↃ. mihi plus viſum eſt. ſed præſtabo, ſumptum nuſquam meliùs poſſe poni. [l] Chilonem arceſſieram Venafro. ſed eo ipſo die quattuor ejus conſervos & diſcipulos Venafri [m] cuniculus oppreſſerat. Idibus Sept. in Laterio fui. viam perſpexi, quæ mihi ita placuit, ut opus publicum videretur eſſe, præter CL. paſſ. ſum enim ipſe menſus ab eo ponticulo, 10 qui eſt ad Furinæ, Satricum verſus. eo loco pulvis, [n] non glarea injecta eſt: [o] & mutabitur: & ea viæ pars valde acclivis eſt. ſed intellexi aliter duci non potuiſſe, præſertim cùm tu neque per Locuſtæ, neque per Varronis velles ducere. Veluinus ante ſuum fundum propè munierat. Locuſta non attigerat: quem ego Romæ aggrediar, &, ut arbitror, commovebo: & ſimul M. Taurum, quem tibi audio promiſiſſe, [p] qui nunc Romæ erat, de aqua per fundum ejus ducenda rogabo. [q] Nicephorum

g aquis *alii.*
h Bobilianum *alii.*
i redimere *MS.*
k videre *alii.*
l *alii* Cillonem *aut* Cilonem.
m culiculus, *aut* cumulus *alii.*
n vel *alii.*
o at *Jun.*
p quia *Jun.*
q Nicophorum *edd. vett.*

7. *Et ſilva viridicata.*] Sic Pall. tres. nam pr. *virdicata.* Lambinus edidit *vindicata*, natum ſub Turnebi manu, cum offendiſſet in Memmiano *viridata.* videatur d. cap. 39. *Gruter.*

8. *Seſe autem menſum pedibus ajebat* CCCCM] Longe diverſus numerus eſt pedum in noſtro antiquo exemplari. Sic enim in illo legitur: *Paſſuum* IIIbus. ut *paſſuum* III. *millibus* putem legi debere. Quod autem paulò ſuprà *reſinere*, in excuſis libris legebatur, nos *retinere*, una tantum mutata litera, caſtigavimus. Quod verbum, ſi diligenter locus conſiderabitur, optime quadrare, ni fallor, judicabitur. Germani improbius & deteriore ſignificatu *reſcindere* emendarant. *Victor.*

9. *Ajebat paſſuum* IV. CIↃ.] Placuit ſic reſcribere, cùm offendiſſem in Pall. aut *vidus* aut *judus*, loco numerorum illorum, vulgata nimis enormis *paſſuum* CCCC. CIↃ. *Gruter.*

10. *Qui eſt ad Furinæ.*] *Forinæ* ſcribendum eſt, ſi veteris inſcriptionis auctoritatem ſequi velimus. *Urſin.*

11. H.

ephorum, villicum tuum, ſanè probavi: quæſivique x eo, ecquid ei de illa ædificatiuncula Laterii, de qua necum locutus es, mandaviſſes. [r] tum is mihi reſpon-it, ſe ipſum ejus operis [11] H-S. XVI. [12] conductorem uiſſe: ſed te poſtea multa addidiſſe ad opus, nihil ad retium; itaque id ſe omiſiſſe. Mihi hercule valde pla-et, te illa, ut conſtituebas, addere: quamquam ea illa, quæ nunc eſt, [13] tamquam [s] philoſophia videtur ſſe, quæ objurget ceterarum villarum inſaniam. Ve-umtamen illud additum delectabit. [t] Topiarium lauda-ri: ita omnia [v] conveſtit hederâ, quà baſim villæ, quà ntercolumnia ambulationis, [14] ut denique illi palliati opiariam facere videantur & hederam vendere, jam ἀποδυτηρίῳ nihil alſius, nihil muſcoſius. Habes ferè de rebus ruſticis. Urbanam expolitionem urget [x] ille qui-dem, & Philotimus, & Cincius: ſed [y] etiam ipſe cre-brò interviſo: quod eſt facile factu. Quamobrem eâ te curâ liberatum volo.

III. De Cicerone quòd me ſemper rogas igno-ſco equidem tibi, ſed tu quoque mihi velim ignoſcas. Non enim concedo tibi, plus ut illum ames quàm ipſe amo. Atque [z] utinam his diebus [15] in Arpinati, quod

&

Pag. CCCXIX.
r *alii* Firmius tum *Jun.* fieri. is tum.
s *alii* philoſopha.
t Copiarium *alii.*
v conveſtivit *MSS.*
x illam *alii.*
y omnia crebro *alii.*
z *alii* utinam mihi.

11. H-S XVI. *conductorem.*] Haud aliter editus à Victorio; & reſpondet Pal. pr. & quart. nam ſec. ac tert. *operis* CCC XVI. *cond.* quomodo Aldus ſenior, niſi quod præmittat *numero* H-S. at filius publicavit, H-S. X. ∞ *cond.* Lambinus H-S. XVI CIↃ *cond.* Gruter.

12. *Conductorem.*] Villam habebat Quinctus in Laterio, frugaliter exſtructam, ad eam cum addere quandam ædificatiunculam decreviſſet, villicus conduxit opus illud H-S X M, hoc eſt aureis ſcutatis CCC. ſed cum multò plura quam convenerat adjungere Quinctus vellet, ad pretium autem nihil, villicus eam ædificatiunculam omiſit. *P. Manut.*

13. *Tanquam philoſophia.*] *Philoſophia* rectiſſime Faërnus: & *conveſtivit* paullo poſt. *Urſin.*

14. *Ut denique illi palliati topiariam facere videantur.*] Opinor deſignari thermas Græcorum, & doctorum præcipue virorum, quorum imagines palliatæ erant in villis, ut ex eorum reliquiis, quæ ſuperſunt, conjici poteſt. *Idem.*

15. *In Arpinati.*] Antonianus & plerique, *in Arpinate.* ſed nihil laboramus, cum Priſcianus lib. VII. hujuſmodi nomina, tam in *i* quàm in *e*, ablativum facere doceat, illis ex Cicerone exemplis adductis. Pro Vareno: *C. Ancharius Rufus fuit è municipio Fulginate.* In eodem: *In præfectura Fulginate.* Idem pro Cluent. *Ex municipio Aletrinate.* Paulò infra tamen *in Arpinati* ſcribitur. *Malaſp.*

16. Ve-

& ipſe cupierat, & ego non minùs, mecum fuiſſet. Quod ad Pomponiam: ſi tibi videtur, ſcribas velim; cùm aliquò exibimus, eat nobiſcum puerumque ducat. clamores efficiam, ſi eum mecum habuero otioſum. nam Romæ reſpirandi non eſt locus. Id me ſcis anteà [a] gratis tibi eſſe pollicitum. Quid nunc putàs tanta abs te mihi mercede propoſita? 16 Venio nunc ad tuas litteras: quas pluribus epiſtolis accepi, dum ſum in Arpinati. nam mihi uno die tres ſunt redditæ, & quidem, ut videbantur, eodem abs te datæ tempore: una pluribus verbis, in qua primum erat, quòd antiquior dies in tuis fuiſſet adſcripta litteris quàm in Cæſaris. Id facit [b] Oppius nonnumquam neceſſariò, ut, cùm tabellarios conſtituerit mittere, litteraſque à nobis acceperit, aliqua re nova impediatur, & neceſſariò ſeriùs, quàm conſtituerat, mittat: neque nos datis jam epiſtolis diem commutari curemus. Scribis de Cæſaris ſummo in nos amore. hunc & tu fovebis, & nos, quibuſcumque poterimus, rebus augebimus. De Pompejo & facio diligenter, & faciam quod mones. Quòd tibi mea permiſſio manſionis tuæ grata eſt, id ego ſummo meo dolore & deſiderio, tamen ex parte gaudeo. In [c] Hippodamis & nonnullis aliis arceſſendis, quid cogites, non intelligo. Nemo iſtorum eſt, [d] quin abs te munus, fundi ſuburbani inſtar, exſpectet. Trebatium verò meum quod iſto [e] admiſceas nihil eſt. Ego illum ad Cæſarem miſi, qui mihi jam ſatisfecit. ſi ipſi minùs, præſtare nihil debeo: teque item ab eo vindico & libero. Quòd ſcribis te à Cæſare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo. Balbum verò, qui eſt iſtius rei (quemadmodum ſcribis) adjutor, in oculis fero. Trebonium meum à te amari, teque ab illo, pergaudeo. De tribunatu quòd ſcribis, ego verò nominatim petivi Curtio, & mihi

[a] *alii* gratis eſſe.

P. B.
[b] Appius *MSS. & edd. vett.*

[c] oppidanis *alii.*

[d] qui nos te minus *alii.*

[e] admittas *alii.*

16. *Venio nunc ad tuas litteras, quas pluribus epiſtolis acceperam.*] Hoc eſt, ad ea, quæ ſcripſiſti. Conſtat enim litterarum nomen multò latius patere quàm epiſtolarum, libroſque & orationes & monumenta etiam ſignificare. Idem in Bruto: *Hanc ſententiam Varro pluribus atque illuſtrioribus litteris explicavit.* Quod valet, libris. Et ad Att. lib. XII. *Ipſe me per litteras conſolatus ſum, quem librum ad te mittam.* Et ad eundem lib. XIII. *His libris nova proœmia ſunt addita, quibus eorum uterque laudatur. Has litteras veli habeas.* Sed res eſt perſpicua. *Malaſpina.*

mihi ipſe Cæſar nominatim Curtio paratum eſſe reſcripſit, meamque in rogando verecundiam objurgavit. Si cui præterea petiero (id quod etiam Oppio dixi, ut ad illum ſcriberet) facilè patiar mihi negari, quoniam illi, qui [f] ſibi moleſti ſunt; ſibi negari à me non facilè patiuntur. Ego Curtium (id quod ipſi dixi) non modò rogatione, ſed etiam teſtimonio tuo diligo, quòd litteris tuis ſtudium illius in ſalutem noſtram facilè perſpexi. De Britannicis rebus cognovi ex tuis litteris nihil eſſe, nec quòd metuamus, nec quòd gaudeamus. De publicis negotiis, quæ vis ad te Tironem ſcribere; negligentiùs ad te antè ſcribebam, quòd omnia, minima maxima, ad Cæſarem mitti ſciebam.

f mihi *Lamb.*

P. CCCXX.

IV. RESCRIPSI epiſtolæ maximæ. Audi nunc [g] de minuſcula: in qua primum eſt de Clodii ad Cæſarem litteris; in quo Cæſaris conſilium probo, quòd tibi amantiſſimè petenti [17] veniam non dedit, uti ullum ad illam Furiam verbum [h] reſcriberet. Alterum eſt de [i] Calventi Marii oratione. quod ſcribis miror: [18] tibi placere, me ad eum reſcribere, præſertim cùm illam nemo lecturus ſit, ſi ego nihil reſcripſero, meam in illum pueri omnes, tamquam dictata, [k] perdiſcant. Libros [l] meos, quos exſpectas, inchoavi: ſed conficere non poſſum his diebus. Orationes efflagitatas pro Scauro & pro Plancio abſolvi. Poëma ad Cæſarem, [19] quod compoſueram, incidi. Tibi quod rogas, quoniam ipſi fontes jam ſitiunt, ſiquid habebo ſpatii ſcribam. Venio ad tertiam. Balbum quòd ais maturè Romam benè comitatum eſſe venturum, mecumque aſſiduè usque ad id. Majas futurum; id mihi pergratum perque jucundum [m] erit. Quòd me in eadem epiſtola, ſicut ſæpe anteà, cohortaris ad ambitionem [n] & ad laborem, faciam

g de *non eſt in MS.*
h reſcriberes *Jun.*
i Calveni Matii *Lamb.* Calventii *alii.*
k perdiſcent *Jun.*
l meos omnes *aliі.*
m erit *deeſt in aliis*
n & lab. *alii.*

17. *Veniam non dedit.*] Cum tu peteres per amicitiam, ut ad P. Clodium reſcriberet (quia nolles Cæſarem noſtrâ cauſâ facere, ut reſpondendi officium omitteret) ſatisfacere tibi noluit. Id enim ſignificat, *tibi veniam non dedit.* itaque locutus eſt in epiſt. ad Att. ultima lib. v. *Dedi veniam homini impudenter petenti:* id eſt, conceſſi, ſatisfeci in eo, quod imprudenter petebat. *P. Manut.*

18. *Tibi placere, me ad eam reſcribere.*] Ita Faërnus pro *ad eum*, ut eſt in aliis. *Urſin.*

19. *Quod compoſueram.*] Ant. & Faër. *Inſtitueram.* ut inchoatum indicetur poëma, non abſolutum. Sed quia non pauciores cum vulgata conſentiunt, nihil ſtatuo. *Malaſp.*

ciam equidem. ſed quando vivemus? Quarta epiſtola mihi reddita eſt Id. Sept. quam a. d. IIII. id. Sex. ex Britannia dederas. In ea nihil ſanè erat novi, præter Erigonam: quam ſi ab Oppio accepero, ſcribam ad te quid ſentiam. nec dubito, quin mihi placitura ſit. Et, quod præterii, de eo, [o] quem ſcripſiſti de Milonis plauſu ſcripſiſſe ad Cæſarem: ego verò facilè patior ita Cæſarem exiſtimare, illum quàm maximum fuiſſe plauſum: & prorſus ita fuit: & tamen ille plauſus, qui illi datur, quodammodò nobis videtur dari. Reddita [p] eſt etiam mihi pervetus epiſtola, ſed ſerò allata, in qua de æde Telluris & de porticu Catuli me admones. fit utrumque diligenter. ad Telluris quidem etiam tuam ſtatuam locavi. Item [q] de hortis, quòd me admones: nec fui umquam valde cupidus, & nunc domus ſuppeditat mihi hortorum amœnitatem. Romam cùm veniſſem a. d. XIII. kal. Octob. abſolutum offendi in ædibus tuis tectum: quod ſupra conclavia non placuerat tibi eſſe multorum faſtigiorum: [20] id non honeſtè vergit in tectum inferioris porticûs. Cicero noſter, dum ego [r] abſum, non ceſſavit apud rhetorem. De ejus eruditione quòd labores nihil eſt, quoniam ingenium ejus noſti: ſtudium ego video. cetera ejus ſuſcipio, ut me putem præſtare debere.

o quod ſcribis *alii.*
P. B.
p eſt *alii delent.*
q & de *alii.*
r adſum *alii.*

V. GABINIUM [21] tres adhuc factiones poſtulant: L. Lentulus, [s] flaminis filius, qui jam de majeſtate poſtulavit: Ti. Nero cum bonis ſubſcriptoribus: C. Memmius, tribunus plebis, cum L. Capitone ad urbem acceſſit a. d. XII. kal. Octobr. nihil turpius, [t] nec deſertius. ſed his judiciis nihil audeo [22] confidere. Quòd [23] Cato non

s *alii* Flaminini.
t nec deſ. *deeſt in aliis.*

20. *Honeſtè vergit in tectum inferioris porticus.*] Manuſcripti *vertit* habent: quam vocem hic non improbo. Paulò pòſt, *Sed his judiciis nihil audeo confidere:* iidem libri *indiciis* habent. Nos receptam lectionem ſecuti ſumus, nec tamen veterem ſupprimere voluimus: poſſunt nunc ſtudioſi, ſi has magis probaverint, ipſi ſuo arbitrio reſtituere. *Victor.*

21. *Tres.*] Una de majeſtate L. Lentulus; duæ de repetundis Ti. Nero & C. Memmius. acceſſit poſtea, item de repetundis, quarta factio, C. & C. Antonii, ut in epiſtola, quæ ſequitur: etiam quinta, de ambitu, P. Sulla, ut infra & ad Att. ep. 16. lib. IV. & Dio lib. XXXIX. *P. Manut.*

22. *Confidere. Quod Cato non valebat, adhuc.*] Interpunctione mutata

non valebat, adhuc de pecuniis repetundis non erat poſtulatus. Pompejus à me valde contendit de reditu in gratiam: ſed adhuc nihil profecit: nec, ſi ullam partem libertatis tenebo, proficiet. Tuas litteras vehementer exſpecto. Quòd ſcribis te audiſſe in candidatorum conſularium coitione me interfuiſſe, id falſum eſt. ejuſmodi enim pactiones in ea coitione factæ ſunt, quas poſteà Memmius patefecit, ut nemo bonus intereſſe debuerit: & ſimul mihi committendum non fuit, ut
v his coitionibus intereſſem, quibus Meſſala excluderetur: cui quidem vehementer ſatisfacio rebus omnibus: v lis *alii.*
ut arbitror, etiam Memmio. Domitio ipſi multa jam P. CCCXXI.
feci, quæ voluit, quæque à me petivit. Scaurum beneficio defenſionis valde obligavi. adhuc erat valde incertum, & quando comitia, & qui conſules futuri eſſent. Cùm hanc jam epiſtolam complicarem, tabellarii à vobis venerunt a. d. xi. kal. Sept. viceſimo die. O me ſollicitum! quantum ego dolui in Cæſaris ſuaviſſimis litteris! 24 ſed quò erant ſuaviores, eò majorem dolorem illius 25 ille caſus afferebat. Sed ad tuas venio lit-

tata egregiè ſic locum hunc reſtituebat Turnebus lib. XXIV. cap. 39. Adverſar. *Gruter.*

23. *Cato.*] M. Cato prætor, qui de repetundis hoc anno quæſivit. eo ægrotante poſtulari Gabinius de repetundis non poterat. Sed cur tot annis prætor Cato poſt tribunatum pl. quem geſſit Silano & Murena Coſſ? quia, qui fuit ei legitimus annus petendæ præturæ, Piſone & Gabinio Coſſ. eo anno in Cyprum Clodia rogatione ante comitiorum tempus emiſſus eſt: nec rediit, niſi biennio poſt, Marcellino & Philippo Coſſ. quo anno habita comitia non ſunt, & ex interregno conſules facti Pompejus & Craſſus: quibus comitia prætorum habentibus, cum prætorem Catonem populus faceret, Pompejus, in Vatinium propenſior, auſpicia mentitus, comitia diſſolvit. ita in annum ſequentem rejecta Catonis petitio eſt; quo anno, Domitio & Appio Coſſ. ex interregno creatis, præturam obtinuit & geſſit. *P. Manut.*

24. *Sed quo erant ſuaviores &c.*] Lambinus intulit, *ſcilicet*; inconſiderate, corripiturque ea propter à Stewechio noſtro commentariis ad Vegetium lib. II. cap. 18. *Gruter.*

25. *Ille caſus.*] Quem mihi Cæſar litteris ſignificat. at qui caſus? de interitu Juliæ filiæ dicet aliquis: alius, de legatis & legione cum cohortibus cæſa. ego neutrum. nam de filia, quæ Romæ obiit, ſatis ipſe ſine Cæſaris litteris norat. nec diceret, *ille*, ut de re longinqua; neque, *caſus*; ſed, *luctus*: de legatis autem & legione ratio temporum non patitur intelligi. cladem enim illam nondum Cæſar acceperat. hieme ſequenti id evenit. quod lib.

litteras. Primùm tuam remanſionem etiam atque etiam probo, præſertim cùm, ut ſcribis, cum Cæſare communicaris. Oppium miror quidquam cum [x] Publilio: mihi enim non placuerat. Quod [26] interiore epiſtola ſcribis, me idib. Sept. Pompejo legatum [y] iri: id ego non audivi, ſcripſique ad Cæſarem, [z] Vibullium Cæſaris mandata de mea manſione ad Pompejum pertuliſſe, nec ad Oppium. quo conſilio? [a] quamquam Oppium ego [b] tenui, quòd priores [27] partes Bibuli erant. cum eo

x *alii* Publio: nihil.
y ire *alii*.
z Vibullum *alii*.
a quicquam *alii*.
b tenui? *iid*.

lib. v. Commentariorum ipſius exponitur. itaque & Cicero ipſe in epiſtola hujus libri ultima, quam ſcripſit in extremo anno, calamitatem eam ſignificat, cùm Cæſaris in ſummo dolore virtutem & gravitatem commemorat. de filiæ vero obitu in epiſtolæ clauſula ſignificat, cùm Cæſaris in ſummo dolore luctum nominat, quæ in mortem propriè dictio convenit. Caſum igitur puto dici naufragium multarum navium in Oceano: de quo libro iv. Commentariorum de Bello Gallico mentio fit. tres enim adverſi maximéque triſtes Cæſaris eventus tribus in locis attinguntur, *naufragium*, *interitus filiæ*, *cædes legatorum*. P. Manut.

26. *Interiore epiſtola.*] Interiorem epiſtolam vocari exiſtimo non eam epiſtolæ partem, quæ a principio & fine pari diſtat intervallo, ſed eam, quæ ab extremo propius abſit quàm a principio. Id adeo cognoſcetur, ſi, quod apud antiquos epiſtolæ claudendæ genus eſſet, oſtendemus. non enim tunc eo, quo nunc ſolemus, modo, complicabantur, ſed in orbem involvebantur epiſtolæ, ita ut, quæ ultima ſcripta in pagina pars erat, involveretur primâ; quæ prima, ultimâ. Itaque proprie volumen una epiſtola & erat & dicebatur: idque Ciceronis teſtimonio comprobatur, qui ad Atticum ſcripſit his verbis: *Volumen à te plenum querelæ iniquiſſimæ reddiderunt.* & infert: *Eadem epiſtolâ petebas, &c.* Idem.

27. *Partes Bibuli erant.*] *Vibullii* reſtitui oportere, quod Paulus conjecturâ adductus fecit, veterum quoque librorum ſcripturâ confirmatur, in quibus, ſi non plane *Vibullii*, perſimile tamen quiddam inſpici poteſt. Nam Antònianus *Bibullii* ſcriptum habet, ex Vibullii factum, ſine dubio, litterarum *V* & *B*, ut tum quidem ſcribebant, ſimilitudine. Itaque non raro, in manuſcriptis etiam melioribus, *B*, loco *V*, legi ante nos alii notaverunt: nec minus etiam illud, *I* geminatum, raro in his reperiri. Quare *Mai.* pro *Maji*, & *Pompei* pro *Pompeji*, quemadmodum hic *Vibulli* pro *Vibullii*, ſcriptum invenias *Malaſpina*. *Bibuli.*] Quid Bibulo cum Cæſare? Parumne notæ ſunt, quæ inter eos omnium acerbiſſimæ fuerunt inimicitiæ? ego & minima mutatione, & ſententia poſtulante, libenter pro *Bibuli* repoſuerim, *Vibullii*. nam & ad Att. ep. 2. lib. viii. pro *Vibullii* & *Vibullius* libri ſunt veteres, qui male omnino tamen habeant, *Bibuli* & *Bibulus*. tota res perpendatur, male omnino ſenſiſſe non videbimur. *P. Manut.*

28. *Ego*

eo enim coram Cæſare egerat, ad Oppium ſcripſerat. [28] Ego verò nullas δευτέρας φροντίδας habere poſſum in Cæſaris rebus. ille mihi ſecundùm te & liberos noſtros ita eſt, ut ſit pænè par. videor id judicio facere. jam enim debeo: ſed tamen amore ſum incenſus.

VI. Cum ſcripſiſſem hæc infima, quæ ſunt mea manu, venit ad nos Cicero tuus ad cenam, [29] cùm Pomponia foras cenaret. dedit mihi epiſtolam legendam tuam, [30] quam paullo antè acceperat, [31] Ariſtophaneo mo-

28. *Ego verò nullas δευτέρας φροντίδας, & cetera.*] Etſi nos hic nihil mutavimus, non ingratum tamen fore putamus, ſi ſententiam horum verborum aperuerimus. Proverbium eſt, Δευτέραι φροντίδες σοφώτεραι: quod pronunciare ſolent qui ſe quòd ſententiam mutarint excuſant. re enim à ſe melius & accuratius conſiderata, ſe cognoviſſe errorem, perſeverareque in illo noluiſſe oſtendunt. Euripides in Hippolyto Coronato ex perſona nutricis, quæ cum Phædræ amorem graviter increpuiſſet, poſtea re diligentius meliusque cogitata & animadverſa, cum ipſam intempeſtivæ ſeveritatis pœniteret, ſe conſilium mutaſſe dicit his verbis: Νῦν δ' ἐννοοῦμαι φαῦλος οὖσα καὶ σοφοῖς αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι, operamque illi ſuam in eo amore conficiendo pollicetur. Athenæus etiam lib. XIII. ſex verſus Euripidis ex Creſſis (quæ tragœdia periit) citat, quorum primus eſt idem qui in Hippolyto, Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι. Quin etiam Cicero in XII. Philippica hoc proverbium interpretatur: *Poſteriores enim cogitationes (ut aiunt) ſapientiores ſolent eſſe.* Quare cognoſcere poſſumus, nihil aliud hic Ciceronem per hæc verba ſignificare voluiſſe, niſi ſe, quod ſemel conſilium ceperit de Cæſaris rebus, id perpetuò velle retinere, etiam ſi non nimis ſapienter feciſſet, in integrumque reſtituere poſſet: nec enim ullas ſe habere in illis poſteriores cogitationes, quamvis vulgato proverbio ſapientiores fieri ſoleant. *Victor.*

Cum Pomponia foras cenaret.] Antea erat *foris*; ſed mutavit è fide mſſ. Victorius libro XV. Var. Lect. cap. 5. neque aliter Pall. noſtri. *Grut.* Certe in eo capite ſic ſe gerit Victorius, ut & ex MSto ſuo id proferat, & ita tamen defendat, ut *cenare foris* non poſſit damnare, quin & Plauto uſurpatum demonſtret. Utinam veniſſet quoque illi in mentem Petronii locus cap. 10. *Qui ut foris cenares, poëtam laudaſti.* Utique Balliolenſis retinet *foris.* Gronov.

30. *Quam paullo ante acceperat ab Ariſtophaneo modo.*] *Ab Ariſtophane meo* emendatum eſt in margine libri, qui collatus eſt cum manuſcripto. *Urſin.* *Acceperat, Ariſtophaneo modo.*] Revocavit hanc ſcripturam ex membranis ſuis P. Victorius, qui conſulatur d. cap. 5. ſicque etiam reperi in Pal. pr. ac quarto. nam intermedii, *ab Riſtophaneo meo.* vulgata, *acc. ab Ariſtophane meo.* Gruter.

31. *Ab Ariſtophaneo modo.*] Sincerum illud puto, *ab Ariſtophane*; corruptum, *o modo.* emendatio quidem à me nulla. quod ſi particula, *ab*, tollatur; de qua tollenda quid ſtatuam non habeo,

Ttttt 3 cum

modo, valde mehercule & ſuavem, & gravem: quâ ſum admodum delectatus. Dedit etiam alteram illam mihi, quâ jubes, eum mihi eſſe affixum, tamquam magiſtro. Quàm illum epiſtolæ illæ delectarunt? quàm me? Nihil puero illo ſuavius, nihil noſtri amantius. Hæc inter cenam Tironi dictavi, ne mirere alia manu eſſe. Annali litteræ tuæ pergratæ fuerunt, quòd & curares de ſe diligenter, & tamen conſilio ſeveriſſimo [c]juvares. P. Servilius pater ex litteris, quas ſibi à Cæſare miſſas eſſe dicebat, ſignificat valde te ſibi gratum feciſſe, quòd de ſua voluntate erga Cæſarem humaniſſimè diligentiſſiméque locutus eſſes. Cùm Romam ex Arpinati revertiſſem, dictum mihi eſt, Hippodamum ad te profectum eſſe. Non poſſum ſcribere, me miratum eſſe, illum tam inhumaniter feciſſe, ut ſine meis litteris ad te proficiſceretur: illud ſcribo, mihi moleſtum fuiſſe. jam enim diu cogitaveram ex eo, quod tu ad me ſcripſeras, ut, ſi quid eſſet, quod ad te diligentiùs perferri vellem, illi darem: quòd, mehercule hisce litteris, quas vulgò ad te mitto, nihil ferè ſcribo, quod, ſi in alicujus manus inciderit, moleſtè ferendùm ſit. Minucio me, & Salvio, & Labeoni reſervabam. [32] Labeo aut tardè proficiſcetur, aut hîc manebit. Hippodamus ne [d]nunc quidem, quid velim, rogavit. T. Pinarius amabiles ad me de te litteras mittit: ſe maximè litteris, ſermonibus, cenis denique tuis delectari. Is homo ſemper me delectavit: fraterque ejus mecum eſt multùm. quare, ut inſtituiſti, complectere [33] adoleſcentem.

P. B.

c curares *alii.*

d nunquid vellem quidem *Lamb.* me quidem *Gul.*

VII.

cum ea nonnullis à veteribus libris abſit, Beſſarionis tamen in libro ſit: minima diſtinctione ſententia patefiet; nec jam ſuſpicio mendi reſidebit ulla. diſtinguetur autem ſic: *Quam paullò ante acceperat, Ariſtophaneo modo:* ut *Ariſtophaneo modo* epiſtola dicatur, quæ Ariſtophanis ad ſimilitudinem accedat: puta, quia comicum quiddam in ſententiis, ex Ariſtophanis genere, præ ſe ferat. *P. Manut.*

32. *Labeo autem.*] In meis omnibus, *Labeo, aut.* bona & ſententia & dicendi ratione. Nam ſequitur, *aut alterum.* Malaſp.

33. *Adoleſcentem.*] Adoleſcentes interdum appellabantur annos etiam plures quam triginta nati. itaque in ep. ad M. Cœlium, *Hominem*, inquit, *adoleſcentem non tam allicere volui quàm alienare nolui.* cum loquatur de C. Cœlio, qui jam quæſtor fuerat, & quæſtura non ante annum XXXI. lege annali gerebatur, etiam in Oratore modo adoleſcentem, modo virum appellat Iſocratem: etſi virum, dignitatis cauſâ dictum in eo loco, item ut alibi,

poſſit

VII. Quòd multos dies epiſtolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum, ideò multa conjecta ſunt, aliud alio tempore, velut hoc. T. [e] Anicius mihi ſæpe jam dixit, ſeſe tibi, ſuburbanum ſiquod inveniſſet, non dubitaturum eſſe emere. In ejus ſermone ego utrumque ſoleo admirari; & te de ſuburbano emendo, cùm ad illum ſcribas, non modò ad me non ſcribere, ſed etiam aliam in ſententiam ſcribere; &, cùm ad illum ſcribas, nihil te recordari [f] de ſe, 34 de epiſtolis illis, quas in Tuſculano ejus tu mihi oſtendiſti, nihil de præceptis Epicharmi, 35 γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται· totum denique vultum, animum, ſermonem ejus: quemadmodum conjicio, quaſi. Sed hæc tu videris. De ſuburbano, cura, ut ſciam quid velis: & ſimul nequid ille turbet vide. Quid prætereà? Quid? etiam. Gabinius a. d. IIII. kal. Octobr. noctu in urbem introivit: & hodie H. VIII. cùm edicto C. Alfii de majeſtate eum adeſſe oporteret, concurſu magno & odio univerſi populi [g] pænè afflictus eſt. nihil illo turpius. proximus tamen eſt Piſo. itaque mirificum ἐμβόλιον cogito in ſecundum librorum meorum includere, dicentem Apollinem in [h] concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus eſſet: quorum alter [i] exercitum perdidiſſet, alter vendidiſſet. Ex Britannia Cæſar ad me kal. Sept. dedit litteras: quas ego accepi a. d. IIII. kalen. Octobr. ſatis commodas de Britannicis rebus: quibus, ne admirer, quòd à te nullas acceperim, ſcribit, ſe ſine te fuiſſe, cùm ad mare acceſſerit. Ad eas ego ei litteras nihil reſcripſi, ne gratulandi quidem cauſâ, propter ejus luctum. Te oro etiam atque etiam, mi frater, ut valeas.

e *alii* Annius.

Pag. CCCXXII.

f de ſe *Lamb. & Jun. delent.*

g peraffl. *alii.*

h *alii* conſilio. *malè.*

i exercitus *alii.*

EPI-

poſſit aliquis exiſtimare. nunc adoleſcentis nomen de ætate ſolum uſurpatur ea, quæ anno incipit XIII. deſinit XX. *P. Manut.*

34. *De epiſtolis illis, quas in Tuſculano ejus, &c.*] Omnes quos vidi manuſcripti codices hic *epulis* retinent, quos nos ſecuti ſumus: nec tamen ita damnamus receptam lectionem, ut prorſus eam deleamus repudiemusque. *Victor.*

35. Γνῶθι πῶς ἄλλῳ κέχρηται.] *Vide quo modo alium tractaverit.* Cautum præceptum atque utile, adeo, ut illud etiam Iſocrates, ſive rhetor ille magnus, cujus domum Cicero dicendi officinam fuiſſe tradit, ſive quis alius fuit, in ſuam Parænesin ad Demonicum tranſtulerit his verbis: *Μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς πῶς κέχρηται τοῖς προτέροις φίλοις. Malaſpina.*

 36. *Ad*

EPISTOLA II.

MARCUS Q. FRATRI S.

36 Ad. vi. id. Octobr. Salvius Oſtiam veſperi navi profectus erat cum iis rebus, quas tibi domi mitti volueras. Eodem die Gabinium ad populum luculentè calefecerat Memmius, ſic, ut Calidio verbum facere pro eo non licuerit. Poſtridie autem ejus diei, qui erat tum futurus, cùm hæc ſcribebam ante lucem, apud Catonem erat [k] divinatio in Gabinium futura inter Memmium, & Ti. Neronem, & [l] C. & L. Antonios, M. F. Putabamus fore, ut Memmio daretur, etſi erat Neronis mira contentio. Quid quæris? probè premitur, niſi noſter Pompejus, diis hominibusque invitis, negotium everterit. Cognoſce nunc hominis audaciam, & aliquid in republica perdita [m] delectare. Cum Gabinius, quacumque veniebat, triumphum ſe poſtulare dixiſſet, ſubitoque bonus imperator noctu 37 in urbem, hoſtium planè, invaſiſſet, 38 in ſenatum ſe non committ-

P. B.

k dimicatio *alii &* *MS.*

l *alii* M. C.que Ant.

m *alii* delectabit. delectaret *MS.*

36. *Ad vi Oct. Salvius Oſtiam veſperi navi profectus &c.*] Ita veteres & recentes libri omnes *Oſtiam*. Cariſius tamen lib. I. inter eas urbes Oſtiam commemorat, quæ plurali numero enuntiantur. *Nomina*, inquit, *fluminum & montium & civitatum ſemper ſingularia ſunt, niſi quæ naturâ pluraliter enuntiantur: ut Athenæ, Thebæ, Mycenæ, Bajæ, Cumæ, Puteoli, Oſtia, Brixia, Abellæ, Argi.* Idem Diomedes ex Phoca. Ita enim; *Item urbium, niſi quæ naturaliter pluraliter efferuntur, ut Athenæ, Thebæ, Cumæ, Mycenæ, Graviſcæ, Cruſtumia, Ricoſæ, Carpi, Puteoli, Oſtia.* Quod ſecutus Dio videtur lib. XXXVI. cum de piratis loqueretur, qui non modo transmarinas urbes, ſed Italiæ quoque invaſiſſent ac diripuiſſent. ſic enim ibi: Καὶ ἐς αὐτὰ τὰ ὤστια ἐσέπλεον. Itaque dubitarem, ne mendum eſſet in verbis Ciceronis, niſi Græcos itidem vidiſſem *Oſtiam* ſingulari numero femineoque genere pronuntiaſſe. Dionyſius enim Halicarnaſſeus lib. I. Hiſt. ſic ſuis verbis: Ἀπὸ μὲν τῶν Βορείων μερῶν ὁ Τίβερις, Ὠστίας πόλεως πλησίον ἐκδίδωσι. *Malaſpina.*

37. *In urbem, hoſtium planè, invaſiſſet.*] Petrus Victorius emendandum putabat, *in urbem; noctu planè invaſiſſet*, lib. IV. Var. Lect. cap. 23. quem refellit Robertus Titius lib. VI. Controverſ. cap. 18. haud probem tamen explicationem ejus, adhæſerimque Manutianæ. *Gruter.* Lambinus legendum conjicit: *Noctu urbem hoſtium, plane hoſtium.*

38. *In Senatum ſe non committebat.*] Non modo enim noctu urbem

mittebat. Interim ipſo decimo die, quo ipſum oportebat hoſtium numerum & militum renuntiare, 39 in re hæſit ſummâ infrequentiâ. cùm vellet exire, à conſulibus retentus eſt: introducti publicani. Homo undique [n] actus, cùm à me maximè vulneraretur, non tulit, & me trementi voce exſulem appellavit. Hîc, ô dii! nihil umquam honorificentius nobis accidit. conſurrexit ſenatus cum clamore ad unum, ſic, ut ad corpus ejus accederet: pari clamore atque impetu publicani. Quid quæris? omnes, tamquam ſi tu eſſes, ita fuerunt. Nihil hominum ſermone foris clarius. Ego tamen teneo ab accuſando vix meherculè: ſed tamen teneo, 40 vel quòd nolo cum Pompejo pugnare (ſatis eſt quod inſtat de Milone) vel quòd judices nullos habemus. ἀπότευγμα formido. addo etiam malivolentiam hominum: & timeo, ne illi, me accuſante, aliquid accidat: nec deſpero rem, & ſine me, & nonnihil per me, confici poſſe. De ambitu poſtulati ſunt omnes,

[n] atterritus MS.

bem ingreſſus eſt, ſed ſcelerum ſuorum conſcientiâ perterritus decimum quoque diem domi ſe continuit, nec in conſpectum prodire auſus eſt. Emendandus eſt locus apud Dionem lib. XXXIX. proque, ἔξω τῆς Ιταλίας, ἔξω τῆς οἰκίας reponendum eſt. Hæc enim eadem fere ibi narrat his verbis: Καὶ ὅτω καὶ αὐτὸς αἰσχρῶς καὶ κακῶς ὑπὸ τοῦ συνειδότος διετέθη, ὥς τε καὶ χρόνιος ἐς τὴν Ιταλίαν ἀφικέσθαι, καὶ νυκτὸς ἐς τὴν πόλιν ἐσκομισθῆναι, ἔξω δὲ τῆς Ιταλίας (hic exiſtimamus τῆς οἰκίας ſcribendum) συχναῖς πάνυ ἡμέραις μὴ τολμῆσαι φανῆναι. *Malaſpina.*

39. *In re hæſit ſummâ infrequentiâ.*] Germani *irrepſit* caſtigarunt, quam lectionem non contemno. Quia tamen in nullis inveni manuſcriptis, eam reponere non ſum auſus. ſatis admonere lectorem viſum eſt. Quod autem paulò pòſt legebatur: *Homo undique a tuis*, nullo ſenſu, caſtigavimus, *homo undique actus.* Quam lectionem verba quæ ſequuntur non parum confirmant: *Cum omnes hominem* (inquit) *agerent & truderent, & cum ego eum maxime vulnerarem, ſuſtinere non potuit.* quia gravioribus & acerbioribus verbis, quàm ceteri in illum uſus erat, dicit ſe illum vulneraſſe, cum illi tantum proturbarent, & de recto gradu dejicerent. *Victor.* Victorius tentabat, *irrepſit ſumma infreq.* Lipſius autem malebat, *mirè hæſit ſumma in frequentia.* videatur libro IV. Antiq. Lect. cap. 13. illud *mirè* placuit item Gulielmio, ſed nihil præterea mutatum ibat. *Gruter.*

40. *Vel quod nolo &c. vel quod judices.*] Pal. ſec. ac tert. habent item illud Beſſarionis, *id quod nolo &c. id quod judices*, quod placuit Manutio; mihi verò diſplicet. *Idem.*

Pag. CCCXXIII. omnes, qui conſulatum petunt : [41] à Memmio Domitius : à Q. [o] Curtio, bono & erudito adoleſcente, Memmius : à Q. Pompejo Meſſala : à Triario Scaurus. [p] Magno res in motu eſt, propterea quòd aut hominum, aut legum interitus oſtenditur. Opera datur, ut judicia [q] ne fiant. Res videtur ſpectare ad interregnum. Conſules comitia habere cupiunt : rei nolunt & maximè Memmius, quòd [42] Cæſaris adventu ſperat ſe futurum conſulem. ſed mirum in modum [r] jacet. Domitius cum Meſſala certus eſſe videbatur. Scaurus refrixerat. Appius ſine lege Curiata confirmat ſe Lentulo noſtro ſucceſſurum : qui quidem mirificus illo die (quod pænè præterii) fuit in Gabinium : accuſavit majeſtatis, nomina data, cùm ille verbum nullum. Habes forenſia. Domi rectè, & ipſa domus à redemptoribus tractatur non indiligenter. Vale.

o Acutio MSS.
p alii magna.
q non alii.
r alii tacet.

EPISTOLA III.

MARCUS Q. FRATRI S.

OCCUPATIONUM mearum tibi ſignum ſit librarii manus. Diem ſcito eſſe nullum, quo die non dicam pro reo. ita, quidquid conficio, aut cogito, in am-

41. *A Memmio Domitius.*] Candidatus à candidato. abſolutum conſtat, quia conſul fuit anno proximo cum Meſſalla : nec Domitium modo, ſed omnes plane candidatos. nam in ultima epiſtola, *Meſſallam*, inquit, *jam noſtrum reliquoſque moleſtiâ levatos vehementer gaudeo.* aut igitur is, qui exſulavit Athenis, ad quem ſcribuntur à Cicerone epiſtolæ lib. Fam. XIII. alius Memmius eſt (meminimus autem ſupra quoque de duobus Memmiis, quorum utrique prænomen fuerit Cajo) aut, ſi hic eſt, poſtea in alio judicio condemnatus. *P. Manut.*

42. *Cæſaris adventu.*] In urbem? minime : quia cum imperio Cæſar erat; nemo autem cum imperio urbem introibat, exceptis qui triumphabant, quorum ipſo triumphi die finiebatur imperium. Ad urbem? ne id quidem : præfectis enim provinciarum egredi provinciæ terminis non licebat : & provinciæ Galliæ, quam Cæſar adminiſtrabat, Rubico flumen erat finis. Quo igitur? in Galliam Togatam, Cæſaris provinciæ partem, quæ ad ſuffragia veniebat, non tamen univerſa, ſed coloniæ tantum Romanæ & municipia. quod etiam diximus in comment. ep. 1. lib. 1. ad Att. his igitur ad comitia venientibus fore ſperabat Memmius, ut à Cæſare commendaretur : ſimul illud, ut, cum peragendorum con-

ambulationis ferè tempus confero. negotia noſtra ſic ſe habent. Domeſtica verò, ut volumus. Valent pueri, ſtudioſè diſcunt, diligenter docentur, & nos, & inter ſe amant. Expolitiones utriusque noſtrûm ſunt in manibus: ſed tua ad perfectum 43 jam res ruſtica Arcani & Laterii. Præterea de aqua [s] & via nihil prætermiſi quadam epiſtola, quin enucleatè ad te perſcriberem. ſed me illa cura ſollicitat [t] angitque vehementer, quòd dierum jam amplius L. intervallo nihil à te, nihil à Cæſare, nihil ex iſtis locis, non modò litterarum, ſed ne rumoris quidem affluxit. Me autem jam & mare iſtuc, & terra ſollicitat: neque deſino (ut fit in amore) ea, quæ minimè volo, cogitare. Quare non equidem jam te rogo, ut ad me de te, de rebus [v] iſtis ſcribas (numquam enim, cùm potes, prætermittis) ſed hoc te ſcire volo, nihil ferè umquam me ſic exſpectaſſe, ut, cùm hæc ſcribebam, litteras tuas. Nunc cognoſce ea, quæ ſunt in republica. Comitiorum quotidie ſinguli dies tolluntur obnuntiationibus, magna voluntate bonorum omnium: tantâ invidiâ ſunt conſules propter ſuſpicionem pactorum à candidatis præmiorum. Candidati conſulares quattuor, omnes rei, cauſæ ſunt difficiles: ſed enitemur, ut Meſſala noſter ſalvus ſit; quod

s de *Vict.* & *MS.*

t tangitque *alii.*

P. R.

v ipſis *MS.* & *alii.*

conventuum cauſâ Cæſar Alpes tranſiſſet, de ſuis militibus Romam mitteret, qui Memmium in petitione conſulatûs adjuvarent. itaque ad Att. ep. 17. lib. IV. *Memmius*, inquit, *Cæſaris commendetur militibus*, & hîc in epiſt. ultima. *P. Manut.*

43. *Jam res ruſtica.*] Sive ſic, ut eſt in ſcripto Beſſarionis libro, legas; ſive, ut in impreſſis omnibus, præter hunc noſtrum, poſtremo editum, *Jam res eſt ruſtica*, utroque modo ſubeſſe mendum intelligetur. mihi Beſſarionis librum, cujus habeo jam ſatis perſpectam bonitatem, ſequi placuit; ad eumque volo, quaſi minus remotum à veritate, meam correctionem accommodare. opinor enim, nec fortaſſe non recte, legendum ſic: *jam, res ruſticas:* ut *ruſticas* dictum accuſandi caſu, verbum *perſcriberem* infra poſitum ſpectet. nam & in ea ipſa, quam ſignificat, epiſtola, cum de Arcano & Laterio plene ſcripſiſſet, concluſit eam partem his verbis: *habes fere de rebus ruſticis.* deinde ſubjunxit de urbanarum ædium expolitione. *P. Manut.* *Sed tua ad perfectum jam res ruſtica Arcani & Laterii.*] Haud aliter quoque Pall. quatuor. P. Manutius hariolabatur: *perfectum. jam res ruſticas &c.* ut pendeant à verbo *perſcriberem.* Lambinus audacius fecit intulitque in contextum; *ſed tua pene ad tectum jam perducta res eſt ruſtica.* unde autem iſtud deſumpſerit plane tacet; tantum indicat, ſecutum ſe antiqua veteris ſcripturæ veſtigia. *Gruter.*

44. *Qua-*

quod eſt etiam cum reliquorum ſalute conjunctu Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla, ſubſcriben privigno Memmio, fratre Cæcilio, Sullæ filio. Cont dixit L. Torquatus. omnibusque libentibus non ob nuit. 44 Quæris, quid fiat de Gabinio? ſciemus majeſtate triduo: quo quidem in judicio odio premi omnium generum: maximè teſtibus cæditur: accuſa ribus frigidiſſimis utitur: conſilium varium: quæſito gravis & firmus, x Alfius; Pompejus vehemens y judicibus rogandis. Quid futurum ſit neſcio: loc tamen illi in civitate non video: animum præbeo illius perniciem, moderatum; ad rerum eventum, niſſimum. Habes ferè de omnibus rebus. Unum ill addam. Cicero tuus noſterque ſummo ſtudio z Pæonii ſui rhetoris, hominis, opinor, valde exe citati & boni. ſed noſtrum inſtituendi genus e paullo eruditius & θετικώτερον non ignoras. Qua neque ego impediri Ciceronis iter atque illam diſcip nam volo, & ipſe puer magis illo declamatorio gene duci & delectari videtur, in quo quoniam ipſi qu que fuimus, patiamur illum ire noſtris itineribus, eode enim perventurum eſſe confidimus. ſed tamen, 45 ſi n biscum eum rus aliquò eduxerimus, in hanc noſtra rationem conſuetudinemque inducemus. Magna eni nobis à te propoſita merces eſt, quam certè noſtrâ cul numquam minùs aſſequemur. Quibus in locis & q ſpe hiematurus ſis ad me quàm diligentiſſimè ſcribas velim. a Vale.

x *alii* Alphius.
y judiciis *alii*.
z inſtituitur Pæonii rhet. *Lamb.*
* Pag. CCCXXIV.
a *alii & MS.* Vale cariſſime atque optime frater.

EPISTOLA IV.

MARCUS Q. FRATRI S.

GABINIUS abſolutus eſt. omnino nihil accuſatore Lentulo ſubſcriptoribusque ejus infantius: nihil illo

44. *Quæris quid fiat de Gabinio? ſciemus.*] P. Manutius & Lambinus publicarunt tantum, *Quæris quid fiet. ſciemus.* ſed alterum illud erat in ceteris editionibus, præferuntque Pall. omnes, niſi quod pr. interpungat, *Quæris quid fiat. de Gabinio ſciemus &c.* Gruter.

45. *Si nobiscum eum rus aliquò eduxerimus.*] Vide num rectius ſit, *Si nobiscum eum rurſus aliquò eduxerimus.* Urſin.

46. *Con-*

lo conſilio ſordidius. ſed tamen niſi incredibilis contentio & preces Pompeji, dictaturæ etiam rumor, plenus timoris fuiſſet, ipſi Lentulo [b] non reſpondiſſet, qui [c] tum illo accuſatore illoque conſilio ſententiis 46 condemnatus ſit XXXII. cùm LXX. tuliſſent. Eſt omnino tam gravi fama hoc judicium, ut videatur reliquis judiciis periturus, & maximè de pecuniis repetundis. Sed vides nullam eſſe rempublicam, nullum ſenatum, nulla judicia, nullam in ullo noſtrûm dignitatem. Quid plura de judicibus? duo prætorii ſederunt, Domitius Calvinus: is apertè abſolvit, ut omnes viderent: & 47 Cato: is 48 diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit & Pom-

[b] non *deeſt in aliis.*

[c] tamen illo *alii.*

46. *Condemnatus ſit* XXXII.] Hoc maluit, ut eſt lib. IV. Epiſt. ad Atticum 16. P. Manutius. Pall. tamen & editi prius XXII. *Gruter.*

47. *Cato.*] Non is, qui poſtea Uticenſis dictus eſt. erat enim hoc anno prætor, ut in prima hujus libri epiſtola demonſtratum eſt. prætores autem in aliorum prætorum conſilio judices ſediſſe non eſt ut credi poſſit. Accedit illa ratio, quod, vir omnium optimus & conſtantiſſimus cum eſſet, nunquam adulandi gratiâ Gabinium abſolutum primus Pompejo nuntiaſſet. eſt igitur alius Cato, vel Porcius, vel Hoſtilius; qui ſuâ ſententiâ Gabinium videtur abſolviſſe: de C. Catone, qui tribunus pl. fuit Marcellino & Philippo Coſſ. non licet intelligi. non enim uno tantum anno poſt tribunatum gerere præturam potuit. *P. Manut.*

48. *Diruptis tabellis.*] *Diribitis* emendat Grucchius, *diremptis* Sigonius, aliudque *dirimere*, aliud *diribere* ſignificare contendit: Dirimi enim, hoc eſt, dinumerari lata ſuffragia: Diribi, hoc eſt, diſtribui ferenda. Id quod maxime ex Lucano probat, de ſimulatis Cæſaris ſuffragiis, ita lib. V. canente:

——— *fingit ſolemnia campus*
Et non admiſſa dirimit ſuffragia plebis,
Decantatque tribus, & vana verſat in urna.

Et hercule in oratione pro Plancio: *Diremptio* legitur in impreſſis & manuſcriptis libris, tametſi Grucchius *diribitis* conetur emendare. ita enim in illa: *Nam ſi, quotieſcunque præteritus erit is, qui non debuerit præteriri, totiens opus erit eum, qui factus erit, condemnari; nihil jam eſt, quod populo ſupplicetur: nihil quod diremptio, nihil quod ſupplicatio magiſtratuum, renunciatio ſuffragiorum exſpectetur.* Hi duo loci multum apud me valent; eoque magis, quod in Lucano de modo dubitari non poteſt, quaſi *diribit* legi debeat, cum ii verſus à Priſciano ibi adducantur, ubi de verbo *dirimo* mentionem facit. *Malaſpina.* *Diruptis.*] Malim *diremptis*, pro *diſcretis, dinumeratis:* ut, quæ abſolviſſent, quæ damnaſſent, cognoſceretur. Non enim diſceſſit Cato, niſi poſtea quàm, tabellis dinumeratis, Gabinium vidit abſolutum. eâdemque conjecturâ ductus legendum crediderim in orat. pro Plancio *diremptio*, non *direptio*. Sic Lucanus lib. V. *Et non admiſſa dirimit ſuffragia plebis*

Pompejo primus nuntiavit. Ajunt nonnulli, [d] Salluſtius item, me oportuiſſe accuſare. Iis ego judicibus committerem? Quid [e] eſſem, ſi me agente eſſet elapſus? ſed me alia moverunt. Non putaſſet ſibi Pompejus de illius ſalute, ſed de ſua dignitate mecum eſſe certamen: in urbem intraſſet: ad inimicitias res veniſſet: [f] cum Æſernino Samnite Pacidianus comparatus viderer, auriculam fortaſſe mordicus abſtuliſſet. cum Clodio quidem certè rediiſſet in gratiam. Ego verò meum conſilium (ſi præſertim tu non improbas) vehementer approbo. Ille, [g] cùm à me ſingularibus meis ſtudiis ornatus eſſet, cumque ego illi nihil deberem, ille mihi omnia, tamen in republica me à ſe diſſentientem non tulit (nihil dicam gravius) & minùs potens eo tempore, quid in me florentem poſſet oſtendit. nunc, cùm ego ne curem quidem multum poſſe, res quidem publica certè nihil poſſit, unus ille omnia poſſit, cum illo ipſo contenderem? ſic enim faciendum fuiſſet. Non exiſtimo te putare, id mihi ſuſcipiendum fuiſſe. [h] Alterutrum, inquit idem Salluſtius, defendiſſes: idque Pompejo contendenti dediſſes. etenim vehementer orabat. lepidum amicum [i] Salluſtium, qui mihi aut inimicitias putet periculoſas ſubeundas fuiſſe, aut infamiam ſempiternam. Ego verò hac mediocritate delector: ac mihi illud jucundum eſt, quòd, cùm teſtimonium ſecundùm fidem & religionem graviſſimè dixiſſem, reus [k] dixit, ſi in civitate licuiſſet ſibi eſſe, [l] mihi ſe ſatisfacturum: neque me quidquam interrogavit. De verſibus, quos tibi à me ſcribi vis, deeſt mihi quidem opera, quæ non modò tempus, ſed etiam animum vacuum ab omni cura deſiderat: ſed abeſt etiam ἐνθουσιασμὸς. non enim ſumus omnino ſine cura venientis anni: etſi ſumus ſine timore. Simul & illud (ſine ulla mehercule ironia loquor) tibi iſtius generis in ſcribendo priores partes tribuo quàm mihi. De bibliotheca tua Græca ſupplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim iſta confici, præſertim cùm ad meum quoque uſum ſpectent. Sed ego, mihi ipſi iſta per quem agam, non habebo. neque enim venalia ſunt, quæ quidem placeant;

d *alii* ait Sall. me. *MS.* aut Sall. *MS.* *alius* quod Sall. me appetiviſſet acc. F. B.

e eſſet *MS.*

f ſi cum *MS.*

g tamen à me cum *alii.*

h Alterum igitur *Jun.*

i ac Sall. *alii.*

k ſe dixit *alii.*

l mihi ſat. *iid.*

P. cccxxv.

plebis. Sic apud Varronem lib. III. de Re Ruſtica: *Dum diriminuntur ſuffragia, villa publica manent umbrâ:* P. Manut.

49. Ut

eant ; & confici, niſi per hominem & peritum & di- gentem, non poſſunt. Chryſippo tamen imperabo, & um Tyrannione loquar. De [m] fiſco quid egerit Scipio uæram. quod videbitur rectum eſſe curabo. De ſcanione tu verò quod voles facies : me nihil in- erpono. De ſuburbano quòd non properas laudo : 9 ut tu habeas hortor. Hæc ſcripſi a. d. IX. kalend. Jovem. quo die ludi committebantur, in Tuſculanum roficiſcens ducenſque mecum Ciceronem meum in dum diſcendi, non luſionis. ea re non longiùs quàm ellem, quòd Pomptino ad triumphum a. d. III. non. Jovemb. volebam [n] adeſſe. etenim erit neſcio quid negotioli. Nam Cato & [o] Servilius prætores prohibi- uros ſe minantur : nec quid poſſint ſcio. 5o Ille nim & Appium conſulem ſecum habebit, & prætores, tribunos plebis. ſed minantur tamen : in primiſque [p] ἄρη πνέων Q. Scævola. Cura, mi ſuaviſſime & ca- iſſime frater, [q] ut valeas.

m Siſto, *vel* Siſco *alii.*
n eſſe *alii.*
o Calvilus *MS.*
p ἀντιτεύ- ξων Scæv. *MS.*
q ut bene feliciterque valeas *MS.*

EPISTOLA V.

MARCUS Q. FRATRI S.

QUOD quæris, quid de illis libris egerim, quos, cùm eſſem in Cumano, ſcribere inſtitui ; non eſſavi, neque ceſſo, ſed ſæpe jam ſcribendi totum con-

49. *Ut tu habeas hortor.*] Placet, *ut tamen habeas hortor.* Urſin.

50. *Ille enim & Appium Conſulem ſecum habebit.*] Magno fuit au- ilio Appius Pomptino in hoc ſuo negotio : ſeque ab eo magnum eneficium accepiſſe Pomptinus ſemper præ ſe tulit, gratoque ani- no operam illi ſuam poſtea præſtitit, cum legatus Cicero- is in Cilicia illum à Dolabella reum factum audiſſet. Quod Cice- o ad Appium his verbis ſcripſit : *Pomptinus, qui à te tractatus eſt raſtanti ac ſingulari fide, cujus tui beneficii ſum ego teſtis, præſtat ibi memoriam benevolentiamque, quam debet.* Non tamen parum ne- otii habuit Pomptinus, ut putabat Cicero. Valde enim ipſi Tribuni plebis moleſti fuerunt, ut ſine magnis concertationibus & cædibus illi triumphum ducere non licuerit. Cur autem tan- opere illi infenſi eſſent narrat Dion Hiſtoriarum lib. XXXIX. uem locum diligenter ab ipſo explicatum, quo melius tota hæc es intelligatur, hic ſcribemus : Κἂν τούτῳ καὶ ὁ Πομπτῖνος ὁ άϊος τὰ ἐπινίκια τῶν Γαλατῶν ἔπεμψεν, ἐς γὰρ ἐκεῖνο τοῦ χρόνου ανδεὸς οἱ διδόντος αὐτὰ ἔξω τοῦ πωμηρίου διέμεινε καὶ τότε δ' ἂν υτῶν ἥμαρτεν εἰ μὴ ὁ Σάλβιος ὁ Σέρουιος συστρατευσάμενος αὐτῷ κρύφα

conſilium rationemque mutavi. Nam jam duobus [r] factis libris, in quibus, novendialibus iis feriis, quæ fuerunt Tuditano & Aquilio conſulibus, ſermo eſt à me inſtitutus Africani, paullo antè mortem, & Lælii, Phili, Manilii, Q. Tuberonis, & Lælii generorum Fannii & Scævolæ: ſermo autem in novem & dies, & libros diſtributus de optimo ſtatu civitatis & de optimo cive: ſanè texebatur opus luculenter, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat. hi libri cum in Tuſculano mihi legerentur, audiente Salluſtio: admonitus ſum ab illo, multo majore auctoritate illis de rebus dici poſſe, ſi ipſe loquerer de republica, præſertim cùm eſſem non Heraclides Ponticus, ſed conſularis, & is, qui in maximis verſatus in republica rebus eſſem. quæ tam antiquis hominibus attribuerim, ea [s] viſum iri ficta eſſe. [t] oratorium ſermonem in illis noſtris libris, quòd eſſet de ratione dicendi, bellè [v] à me removiſſe; ad eos tamen retuliſſe, quos ipſe vidiſſem: Ariſtotelem denique, quæ de republica & præſtante viro ſcribat, ipſum loqui. Commovit me, & eo magis, quòd maximos motus noſtræ civitatis attingere non poteram, quòd erant inferiores quàm illorum ætas, qui loquebantur. Ego autem id ipſum tum eram ſecutus, ne in noſtra tempora incurrens offenderem quempiam. Nunc & id vitabo, & loquar ipſe tecum, & tamen illa, quæ inſtitueram, ad te, ſi Romam venero, mittam. Puto enim te exiſtimaturum à me libros illos non ſine aliquo meo ſtomacho eſſe relictos. Cæſaris amore, quem ad me perſcripſit, unicè delector: [x] promiſſis iis, quæ oſtendit, non valde pendeo: nec honores ſitio, nec deſidero gloriam: magiſque ejus voluntatis perpetuitatem quàm promiſſorum exitum exſpecto. vivo tamen in ea ambitione & labore, 51 tamquam id, quod non poſtulo, exſpectem. Quòd me de [y] faciendis verſibus rogas, incredibile eſt, mi fra-

[r] feci *alii.*

P. B.

[s] viſu mirifica eſſe *MS.*

[t] *alii* oratorum.

[v] me à me *Lamb.*

[x] a prom. *conj. Lamb.*

[y] verſibus faciundis *alii.*

κρύφα καὶ ὑπὸ τὴν ἔω ϛρατηγιὰν τὴν ψῆφον τισὶν καί περ οὐκ ἐξὸν ἐκ τῶν νόμων πρὶν πρώτην ὥραν γενέσθαι ἐν τῷ τιχρηματισθῆναι ἔδωκε καὶ διὰ τῦτο τῶν δημάρχων τινὲς ἀπολειφθέντες τῆς ἐκκλησίας. ἐν γῦν τῇ πομπῇ πράγματα αὐτῷ παρέσχον ὥστε καὶ σφαγὰς συμβῆναι. Victor.

51. *Tamquam id, quod non poſtulo, exſpectem.*] Pro *tanquam* vetus liber habet *quum*, ex quo conjicio legendum eſſe, *quaſi*. Urſin.

51. Ἀπ-

frater, quàm egeam tempore: nec ſanè ſatis commoveor animo ad ea, quæ vis, canenda. [52] ὑποθέσεις verò [z] ad ea, quæ ipſe [a] ego ne cogitando quidem conſe- z ego cog. MS.
quor, tu, qui omnes iſto eloquendi & exprimendi genere ſuperaſti, à me petis? Facerem tamen, ut poſ- a & ea quæ Lamb.
ſem: ſed (quod te minimè fugit) opus eſt ad poëma quadam animi alacritate, quam planè mihi tempora eri- P. cccxxvi.
piunt. Abduco equidem me ab omni reipublicæ cura dedoque litteris: ſed tamen indicabo tibi, quod mehercùlè in primis te celatum volebam. Angor, mi ſuaviſſime frater, angor, nullam eſſe rempublicam, nulla judicia, noſtrumque hoc tempus ætatis, quod in illa auctoritate ſenatoria florere [b] debebat, aut forenſi labore b debet MS.
jactari, aut domeſticis litteris ſuſtentari. Illud verò, quod à puero adamaram,

„ *Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων*,

totum occidiſſe: inimicos à me partim non oppugnatos, partim etiam eſſe defenſos: meum non modò animum, ſed ne odium quidem eſſe liberum: unumque ex omnibus Cæſarem eſſe inventum, qui me tantum, quantum ego vellem, amaret, aut etiam (ſicut alii putant) hunc unum eſſe, qui vellet. Quorum tamen nihil eſt ejuſmodi, ut ego me non multa conſolatione quotidie leniam: ſed illa erit conſolatio maxima, ſi unà erimus. nunc ad illa [c] vel graviſſimum accedit tui deſiderium. c ut MS.
Gabinium ſi, ut Panſa putat oportuiſſe, defendiſſem, con-

52. *Ἀμπαντις ad ea verò, &c.*] Verbum Græcum, qualecunque eſt, conjungi debet cum ſequenti clauſula, ſimulque ordo trium primarum vocum reſtituendus, qui perverſus erat: quod etiam cum noſtra concordantes adnotarunt Germani in margine ſui codicis. Reſtat nunc de characteribus illis Græcis divinare, qui non mediocriter corrupti ſunt. nos *ὑποθέσεις* ſcripſimus, videntes ex verborum ſtructura accuſandi caſu eſſe omnino debere dictionem illam, in noſtroque antiquo libro formas eas literarum huic verbo viciniores & ſimiliores invenientes, itaque deſinentes ut caſum illum multitudinis numero præ ſe ferant. Utitur autem ſæpe hac Græca voce Cicero, eaque huic loco rectè convenire videtur: vel enim *ὑποθέσεις* appellat argumenta, ex quibus poëtæ ſua poëmata conficiunt, vel quas intelligit, de oratione quapiam Bruti cum Attico loquens. Ego tamen, ſi illam cauſam habuiſſem, ſcripſiſſem ardentius *ὑποθέσεις*. Ego quod potui præſtiti: ſiquis, qui noſtram hanc opinionem non probarit, meliorem ipſe certioremque invenerit, me quoque habebit ſuæ ſententiæ comitem & defenſorem. *Victor.*

conciſſiſſem: qui illum oderunt (ii ſunt toti ordines) propter quem [d] oderunt, meipſum odiſſe cœpiſſent. Tenui me, ut puto, egregiè, tantum ut facerem, quantum omnes viderent. Et in omni ſumma, ut mones, valde me ad [e] otium pacemque converto. De libris, Tyrannio eſt ceſſator.: Chryſippo dicam: ſed res operoſa eſt & hominis perdiligentis. Sentio ipſe, qui in ſummo ſtudio nihil aſſequor. De Latinis verò, quò me vertam, neſcio: ita mendoſè & ſcribuntur & veneunt: ſed tamen quod fieri poterit non negligam. [f] Crebrius, ut antè ad te ſcripſi, Romæ eſt: & qui omnia [g] adjurant, debere tibi valde [h] renuntiant. Ab ærario puto confectum eſſe, dum abſum.

d eum oderunt *alii*.
e totum otium *alii*.
f Cerbrius *alii*.
g adjurat *MS*.
h renuntiat *id. MS*.

EPISTOLA VI.

P. B.

MARCUS Q. FRATRI S.

QUATTUOR tragœdias XVI. diebus abſolviſſe [i] cùm ſcribas, tu quidquam ab alio mutuaris? 53 & κλέος quæris, cùm Electram & Troadem ſcripſeris? Ceſſator eſſe noli: & illud γνῶθι σεαυτὸν noli putare ad arrogantiam minuendam ſolùm eſſe dictum, verùm etiam ut bona noſtra norimus. 54 Sed & iſtas & Erigonam mihi

i te cum *Lamb*.

53. *Et κλέος quæris.*] Eſt etiam nobis hæc dictio Græca non parum ſuſpecta: non enim ex antiquo codice manifeſtò comprehenditur quomodo legenda ſit. Alii aliis modis caſtigaverunt. Nonnulli χρέος legunt. Germani, πλέον. nobis immutare non tutum viſum eſt:, magis enim adhuc vulgatas lectiones improbare poſſimus quàm veram eſſe ullam ex ipſis confirmare, aut ipſi certiorem in medium adferre. hujuſcemodi ſunt veſtigia in manuſcriptis libris, ut, qui πάθος legerent, non longè ab illis diſcederent (primum enim ejus dictionis elementum potius π Græco ſimile eſt quàm κ litteræ. Λ autem & Α tam ſimiles ſunt, ut altera pro altera paſſim ſumatur) ſed quæ idonea ſententia eliceretur? Nos rem incertam relinquimus cupimusque integriorem aliquem codicem in lucem venire, qui hanc litem dirimat. nam etiam minutæ quædam perverſiones tantam caliginem offundunt, ut vix aut ne vix quidem veritas poſſit pulſis tenebris apparere. *Victor.*

54. *Sed & iſtam & Erigonam.*] Germani, putantes de duabus tragœdiis ſuprà ſermonem habitum eſſe, *iſtas*, corrigunt. Nos, ut in cunctis & excuſis & manuſcriptis invenimus, *iſtam* retinuimus. Potius ſuſpicamur ſuprà vitium eſſe in illis verbis, *Electram & Troa-*

mihi velim mittas. 55 Habes duas epiſtolas 56 proximas.

EPISTOLA VII.

MARCUS Q. FRATRI S.

ROMÆ & maximè Appia ad Martis mira [k] proluvies. Craſſipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ: magna vis aquæ usque ad piſcinam publicam. Viget illud Homeri,

[k] alluvies Vict.

„ Ἦματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
„ Ζεύς.

57 Cadit enim in abſolutionem Gabinii,

„ Ὅτε δήγ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπαίνῃ,
„ Οἳ βίῃ ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιςας,
„ Ἐκ γὰρ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Sed

Troada: nec enim Troas proprium nomen, unde appellata ſit tragœdia: & in noſtro antiquiore non legimus *Troada*, ſed *Croda*, omnino depravatè & deformiter, non nego: ſed tamen ut ſuſpicionem noſtram augeat, de una tantum tragœdia intelligere, vocemque hanc, cum antecedente copula conjunctam, Electræ fortaſſe cognomen quoddam debere ſignificare. nunc tamen nihil habemus quod certius proferamus. ſcripturam, quam invenimus, eam conſervavimus. Quod tamen judicii habuerim de hac re non potui ſilentio præterire: quod ſtudio juvandi hos libros ea qua poſſumus ingenuitate facimus, petimus ne in nobis culpetur. Confidimus autem eos, qui hunc locum accuratius conſiderarint, non penitus hanc noſtram ſuſpicionem conjecturamque contempturos. *Victor.*

55. *Habes duas.*] Corrigo, *habes ad duas.* Urſin.

56. *Proximas.*] Hanc brevem & proximam ſuperiorem, utramque in eundem faſciculum conjectas. nam, cum illam ſcripſiſſet atque obſignaſſet, alteram hanc, litteris à Quincto acceptis, illicò ſcripſit, breviorem omnino quàm ut videri poſſit ad fratrem trans Alpes usque miſſa: verum, ſi cum proxima ſimul miſſam intelligamus, tollitur admiratio. Aut dicamus epiſtolam falſò putari: particulam enim potius epiſtolæ ſuperioris eſſe. quod eo etiam veroſimilius videtur, quia, cum dixit, *epiſtolas proximas*, epiſtolam non appellaret ſex aut ſeptem verſus. quod ſi ita eſt, epiſtolas proximas vocabit duas ſuperiores, quia ſimul utramque miſerit. Ac vereor, ne item ea, quæ ſequitur, epiſtola cum hac ſit conjungenda: ut eam de ſe ipſo ſcripſerit Marcus, ſuperiora omnia ad Quinti litteras reſponderit. *P. Manut.*

57. *Cadit enim in abſolutionem Garrini.*] Sic jam excuſi codices habebant. Nos, cum de Gabinio manifeſtò agatur, *Gabini* emendavimus: & tamen noſter melior codex *Garirni* retinet, ſeu fuerit

Sed hæc non curare decrevi. Romam cùm venero, quæ perſpexero, ſcribam ad te, & maximè de dictatura: & ad Labienum, & ad Ligurium litteras dabo. [58] Hanc ſcripſi ante lucem, ad lychnuchum ligneolum, qui mihi erat perjucundus, quòd eum te ajebant, [59] cùm eſſes Sami, curaſſe faciendum. Vale, mi ſuaviſſime & optime frater.

EPISTOLA VIII.

MARCUS Q. FRATRI S.

l quid *MS.*

Pag. CCCXXVII.

SUperiori epiſtolæ [l] quòd reſpondeam nihil eſt: quæ plena ſtomachi & querelarum eſt: quo in genere alteram quoque te ſcribis pridie Labieno dediſſe; qui adhuc non venerat. Delevit enim mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola. Tantùm te & moneo, & rogo, ut in iſtis moleſtiis, & laboribus, & deſideriis recordere, conſilium noſtrum quod fuerit profectionis tuæ. Non enim commoda quædam ſequebamur parva ac mediocria. Quid enim erat, quod diſceſſu noſtro [m] emendum putaremus? Præſidium firmiſſimum [n] petebamus ex optimi & potentiſſimi viri benivolentia ad omnem ſtatum noſtræ dignitatis. Plura ponuntur in ſpe quàm in pecuniis: reliqua ad jacturam ſtruentur. Quare ſi crebrò referes animum tuum ad rationem & veteris conſilii noſtri, & ſpei, faciliùs iſtos militiæ labores ceteraque, quæ te offendunt, feres: & tamen, cùm

m merendum *alii.*

n putabamus *MS.* & *alii.*

rit hoc librarii vitium, quod puto, ſeu aliquod illius obſcurum cognomen: poſt quod nomen duos Homeri verſus reſtituimus, qui à Germanis quoque inventi & ſuo loco repoſiti fuerant, qui ſuperiores duos conſequuntur, quibus judicium facit, quid immodici illi imbres portendant: ſunt autem omnes ἐν τῷ κ. λ. *Victor.*

58. *Hanc ſcripſi ante ad lychnuchum.*] Deeſt vox *lucem*, ut integra lectio ſit, *hanc ſcripſi ante lucem ad lychnuchum.* Urſin.

59. *Cum eſſes ſana mentis.*] Nos (*cum eſſes*) *Sami* reſtituimus (ni fallimur) recte, ab antiquo noſtro codice ferè nihil aut nihil potius diſcedentes: tantum aliquantulum vox illa *Sami* divulſa erat. ſed tamen ut nullum ejus membrum deeſſet, extrema ſolum pars ejus importunè ſequenti dictioni implicita erat, ut poſſit integra iterum componi. intelligit autem, ut putamus, tempus, quo Aſiam regebat. *Victor.*

60. *Otio-*

cùm voles, depones. Sed ejus rei maturitas[o] nequedum venit, & tamen jam appropinquat. Etiam illud te [p] admoneo, nequid ullis litteris committas, quod ſi prolatum ſit moleſtè feramus. Multa ſunt, quæ ego neſcire malo quàm cum aliquo periculo fieri certior. Plura ad te vacuo animo ſcribam, cùm (ut ſpero) ſe Cicero meus bellè habebit. Tu velim cures, ut ſciam, quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde litteras mittemus: Cæſarisne tabellariis, ut is ad te protinus mittat, an Labieni. Ubi enim iſti [q] ſint Nervii, & quàm longè abſint, neſcio. De virtute & gravitate Cæſaris, quam in ſummo dolore adhibuiſſet, magnam ex epiſtola tua [r] accepi voluptatem. Quòd me inſtitutum ad illum poëma jubes perficere; etſi diſtentus cùm operâ, tum animo [s] ſum multo magis, quoniam tamen ex epiſtola, quam ad te miſeram, cognovit Cæſar, me aliquid eſſe exorſum, revertar ad inſtitutum: idque perficiam his ſupplicationum [60] otioſis diebus: quibus Meſſalam jam noſtrum reliquosque moleſtiâ levatos vehementer gaudeo: eumque quòd certum conſulem cum Domitio numeratis, nihil à noſtra opinione diſſentitis. Ego Meſſalam Cæſari præſtabo. Sed Memmius in adventu Cæſaris habet ſpem: in quo illum puto errare: hic quidem friget. Scaurum autem jampridem Pompejus abjecit. res prolatæ. ad interregnum comitia adducta. Rumor dictatoris [t] injucundus bonis: mihi etiam magis quæ loquuntur. Sed tota res & timetur, & refrigeſcit. Pompejus planè ſe negat velle: antea ipſe mihi non negabat. [v] Hirrus auctor fore videtur. O dii quam ineptus! [61] quàm ſe ipſe amans ſine rivali! [62] Craſſum Junianum, hominem mihi deditum, per me

o necdum *alii & MS.*

p admonet *alii.*

q ſint *deeſt in aliis.*

r cepi *alii.*

s *alii interpungunt poſt* ſum.

P. B.

t jucundus *Lamb. & alii.*

v *alii* Hirtius *aut* Hirpus.

60. *Otioſis.*] Per dies enim ſupplicationum lege non agebatur. ita otium illi à forenſi labore futurum erat. ne cum populo quidem tum potuiſſe agi indicat illud in epiſtola, *Dederam ad te*, lib. II. *Lentulus dies comitiales exemit omnes. nam etiam Latinæ inſtaurantur: nec tamen deerant ſupplicationes.* P. Manut.

61. *Quàm ſe ipſe amans ſine rivali.*] Significat amatum à nemine. Translatio ducta eſt ab amatoribus, quorum ſit amica deformis, quam nemo ſibi expetat, aut amicam habere velit. Hoc aliis verbis ad Att. ſcribens extulit lib. VI. *Hujus nebulonis operatione, ſi Brutus moneri poteſt: licebit enim ſolus ames: me æmulum non habebis.* Malaſpina.

62. *Craſſum Junianum.*] *P. Craſſus* hic *Junianus* deſcriptus eſt in ve-

me deterruit. velit, nolit, ſcire difficile eſt. Hirro tamen agente nolle ſe non probabit. Aliud hoc tempore de republica nihil loquebantur. agebatur quidem certè nihil. Serrani [x] Domeſtici filii funus perluctuoſum fuit a. d. IIX. kal. Decemb. Laudavit pater ſcripto meo. Nunc de Milone. Pompejus ei nihil tribuit: & omnia Guttæ: dicitque ſe perfecturum, ut in [y] illo Cæſar incumbat. hoc horret Milo: nec injuriâ: &, ſi ille dictator factus ſit, pæne diffidit. Interceſſorem dictaturæ ſi juverit manu & præſidio ſuo, Pompejum metuit inimicum. ſi non juverit, timet, ne per vim perferatur. Ludos apparat magnificentiſſimos: ſic, inquam, ut nemo ſumptuoſiores. ſtultè bis terque non poſtulatus: vel [63] quia munus magnificum dederat, vel quia fa-

x domeſticis *Lamb.*

y illum *Lamb.*

veteribus aliquot denariis, in quibus Q. METELLI quoque PII SCIPIONIS nomen inciſum eſt, quod ejus legatus in Africa fuerit. Manutius autem putavit aliquando *Licinianum*, pro *Junianum*, debere emendari: ſed, admonitus à me de vetuſtis denariis, eorum auctoritati repugnandum non cenſuit. *Urſin.* *Craſſum Junianum.*] Quæ ſit hic mea conjectura dicam: ea probari debeat, nec ne, judicium aliorum eſto. libenter legerem, *Craſſum Licinianum:* ut, cum eſſet Licinius Craſſus, in aliam poſtea familiam, adoptionis jure, tranſierit. at quam familiam? opinor Cœliam. placet enim, hunc eſſe Cœlium illum, qui in M. Cœlii epiſtola ad Ciceronem *Cœlius Vicinianus* male nominatur, cum *Licinianus* videatur eſſe reponendum. & congruit hic de dictatura locus cùm illo. nam hic verbum *deterruit* ſignificat eum, quod inſtituerat de dictatura, omiſiſſe: in epiſtola vero M. Cœlii, promulgatam ab eo de dictatore legem, ſcriptum eſt. Eundemque crediderim eſſe Cœlium illum, qui in IV. de Bello Civili *Vindicanus* vocatur, mendoſe, pro *Licinianus*. Præterea tribunum pl. hunc eodem anno cum C. Hirro fuiſſe ideo credibile eſt, quia eodem etiam anno ædilitatem ſimul biennio poſt petierunt. quod ex ea, quam nominavi, M. Cœlii epiſtola conſtat. Ut omittam, quod hunc ipſum, qui de dictatore Pompejo egit, *Lucilium* video apud Plutarchum nominari. ut *Liciniani* nomen in *Vicinianum*, *Lucilium*, ob ſimilitudinem facile videatur abiiſſe. Neque vero quidquam obſtat, cur, etſi *Cœlius* ex *Licinio* ſit factus, prioris tamen familiæ nominibus *Craſſus Licinianus* appellari non poſſit. nam Scipionis cognomen retinuit is, qui Magni Pompeji ſocer fuit, qui tamen Cæcilius, adoptante Metello Pio, factus erat: & Lucullus, frater L. Luculli, cum Terentius Varro per adoptionem factus eſſet, quod ſupra probavimus, Lucullus tamen, novo cognomine omiſſo, vetere conſervato, nominatur. *P. Manut.*

63. *Vel quia munus magnificum dederat,*] Adduntur rationes, cur ſtultè bis terque ludos appararet, præſertim non poſtulatus. primùm illa, quia ſatis erat, munus maxime illa magnificentia de-

facultates non erant, vel quia magiſter, vel quia potuerat magiſtrum ſe, non ædilem putare. Omnia ferè ſcripſi. Cura, mi cariſſime frater, [64] ut valeas.

EPISTOLA IX.

MARCUS Q. FRATRI S.

DE Gabinio nihil fuit faciendum iſtorum, [z] quæ amantiſſimè [a] cogitata [b] ſunt. τότε μοι χάνοι. feci ſumma cum gravitate, ut omnes [c] ſentiunt, & ſumma cum lenitate, quæ feci. illum neque urſi, neque levavi. teſtis vehemens fui: præterea quievi. Exitum judicii fœdum & pernicioſum leviſſimè tuli. Quod quidem bonum mihi nunc denique redundat, ut his malis reipublicæ licentiâque audacium, quâ antè [d] rumpebar, nunc ne movear quidem. nihil eſt enim perditius his hominibus, his temporibus. Itaque, ex republica quoniam nihil jam voluptatis capi poteſt, cur ſtomacher neſcio. Litteræ me, & ſtudia noſtra, & otium villæque delectant, maximeque pueri noſtri. Angit unus Milo. ſed velim finem afferat conſulatus: in quo enitar non minùs quàm ſum [e] eniſus [f] in noſtro, tuque iſtinc, quod facis, adjuvabis. De quo, cætera (niſi planè vis eripuerit) rectè ſunt: de re familiari timeo,

„ Ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς,

[65] qui ludos H-S ccc. comparet. [66] cujus in hoc uno con-

Pag. cccxxviii.
z quæ ne *alii.*
a à te cog. *conj. Lamb.*
b ſunt *deeſt in MS.*
c ſentiant *alii.*
d dirumpebar *alii.*
e enixus *MS.*
f in noſtro *deeſt in aliis.*

dediſſe: deinde, quia facultates non erant, &c. Reliquæ explicantur à Manutio. *Malaſpina.*

64. *Ut valeas.*] In quibuſdam editis additur, *meque ſemper, ut conſuevisti, ames.* Verburg.

65. *Qui Ludos* H-S ccc.] Vereor ne hi numeri, qui ſumptum, quem Milo in ludis faciebat, indicant, corrupti ſint. nam cum ſuprà in alia (ut arbitror) epiſtola, quæ tamen in omnibus impreſſis cum hac cohæſit, dixerit, *Ludos apparat magnificentiſſimos, ſic, inquam, ut nemo ſumptuoſiores: &c.* non mihi videtur hæc ſumma pecuniæ talis eſſe, quæ profuſa rem poſſet ejus familiarem evertere, & quæ omnes impenſas, quæ unquam in ludis factæ eſſent, ſuperaret: multo enim majores ſumptus erant, qui paſſim in hujuſcemodi rebus ab eis fiebant, unde ſæpe multi fortunarum ſuarum naufragia faciebant. Tradit autem Plinius tot millia æris alieni Milonem debuiſſe, ut ad illam ſummam hæc non magna pecuniæ portio ſit. Quod autem mihi ſuſpicionem auget, & rem (ut arbitror) manifeſtiorem facit, eſt quòd in veteribus exempla-

conſiderantiam & ego ſuſtinebo, ut potero, & tu, ut poſſis, eſt tuorum nervorum. De motu [g] temporum venientis anni nihil te intelligere volueram domeſtici timoris, ſed de communi reipublicæ ſtatu: in quo etiam ſi nihil procuro, tamen nihil curare vix poſſum. Quàm autem te velim cautum eſſe in ſcribendo ex hoc conjicito, quòd ego ad te ne hæc quidem ſcribo, quæ palàm in republica turbantur, ne cujusquam animum meæ litteræ interceptæ offendant. Quare domeſticâ curâ te levatum [h] volo. In republica ſcio quàm ſollicitus eſſe ſoleas. Video Meſſalam noſtrum conſulem, ſi

[g] temporis alii & MS.

[h] MS. & alii volo, ut in rep. Scio.

plaribus poſt tres illos CCC. eſt alius quidam character, qui fortaſſe ſummam eam majorem reddit. cujus ego certam rationem adferre non poſſum, eſt enim deformatus & non parum contaminatus, ut puto. Non eſt autem virgula illa, quæ ſolet figuras has rectas ab apoſtrophis diſtinguere, ſed potius apoſtrophus ɔ: ſed nequè hæc etiam compoſita & bene formata; nec tamen fruſtra ibi eam deſcriptam eſſe exiſtimandum eſt. non eſt mirum harum notarum imperitos librarios omnia confudiſſe & commaculaſſe: nullam certiorem de hac conjecturam & ſcientiam adferre poſſum: rem totam doctiores cognoſcent, & quicquid eis viſum fuerit ſtatuent. *Victor.* *Qui ludos* H-S CCC. *comparet.*] Hinc ſublatam ſtellulam miror, cum ſatis appareat, hanc pecuniæ ſummam non eſſe hujuſmodi, unde fortunarum ſuarum Milo naufragium facere potuerit. De qua re plura Victorius. Adhæc valde ſuſpecta eſt vox illa & nova & ſententiæ repugnans conſiderantia. *Malaſpina.* *Qui ludos* H-S. CCC. *comparet.*] Ita ferè libri editi ſcriptique. Lambinus edidit, H-S. CCCIƆƆƆ. non vituperarem, ſi niſus exemplari manuſcripto. idem mox quoque *conſiderantiam* mutavit in *inconſiderantiam*, cuſis ac calamo exaratis nolentibus. *Grut.*

66. *Cujus in hoc uno conſiderantiam.*] Ego hunc locum corruptum puto: verbum enim hoc barbarum eſt: quod ſi Latinum ſit & elegans, ſententiæ tamen admodum repugnat & contrarium eſt: erat enim temeritas & inſania potius quædam rem ſuam familiarem effundere in ludorum apparatione. Oſtendit autem verbis Homeri nunc illum tantopere inſanire, ut non amplius ſuſtineri poſſit: ut, quod de illo Plinius lib. XXXVI. cap. 15. tradit, cum hoc loco conveniat: itaque & ipſum Milonem H-S. ſeptuaginta millia æris alieni debuiſſe inter prodigia humani animi judico. Nos contra hoc verbum ſtellulam adponi volebamus. Librarii verò è regione Græcorum verborum importunè ſtatuerunt, quæ & integra ſunt & plana. hujuſmodi tamen errata præſtare non debemus: nec enim præſentes eorum negligentiam corrigere potuimus, quæ ſanè tanta eſt, ut à nullo regi & refrenari queat. *Victor.* *Cujus in hoc uno conſiderantiam & ego ſuſtinebo.*] *Inconſiderantiam* magis placet, ut eſt in margine libri, qui emendatus eſt ex antiqua ſcriptura. *Urſin.*

67. *Ap-*

ſi per interregem, ſine judicio: ſi per dictatorem, tamen ſine periculo odii [i] nihil habet. Hortenſii calor multum valebit. Gabinii abſolutio lex impunitatis putatur, ἐν [k] παρέργῳ. De dictatore tamen actum adhuc nihil eſt. Pompejus abeſt: 67 Appius miſcet: [l] Hirrus parat: multi interceſſores numerantur: populus non curat: principes nolunt: ego quieſco. De mancipiis, quod mihi polliceris, valde te amo: & ſum equidem, uti ſcribis, & Romæ, [m] & in prædiis infrequens. Sed cave, amabo, quidquam, quod ad meum commodum attineat, niſi maximo tuo commodo & maxima tua facultate, mi frater, cogitaris. De epiſtola [n] Vatinii riſi. ſed me ab eo ita obſervari ſcio, ut ejus iſta odia non ſorbeam ſolùm, ſed etiam concoquam. Quòd me hortaris, ut abſolvam: habeo abſolutum ſuave, mihi quidem [o] uti videtur, ἔπος ad Cæſarem: 68 ſed quæro lo-

i enim nihil eſt *conj. Lamb.*
k παρέργῳ *MS.* P. B.
l Hircius *alii.*
m & præd. *MS.*
n Vacinii *alii.*
o ut *alii.*

67. *Appius miſcet.*] Notat hominis ingenium, miſcentis potius quàm agentis. Miſcet autem, non quia dictatorem, ſed quia comitia vellet. nam in epiſt. hujus lib. III. *Conſules*, inquit, *comitia habere cupiunt.* quam video ſcriptam poſt rumorem de dictatura natum. nam in ea conſulares ait candidatos de ambitu poſtulatos: & ad Att. ubi eosdem reos memorat, odorem eſſe nonnullum dictaturæ dicit. Atque hoc ideo dictum volui, ne quis Appium dictaturæ, quam Pompejo delatum iri credebatur, exiſtimet favere, quia filiam ſuam Pompeji filio collocaſſet, ut eſt in Fam. *P. Manut.*

68. *Quod ego nactus.*] Locus corruptus & lacer: Germani ſic in margine ſui codicis ſcripſerunt, *ne accipiat quod Ericonæ tuæ, quod ſoli Caſare &c.* Ut, ſi conjecturis locus ſit, putem legi non incommode poſſe, *ſed quæro locupletem tabellarium, ne accidat quod Erigona tua, cui ſoli Caſare imperatore iter ex Gallia tutum non fuit:* ut intelligamus Q. Ciceronem M. fratri ex Gallia Erigonam tragœdiam miſiſſe: quæ tamen in itinere amiſſa ſit: vel aliquem caſum paſſa, ut ſalva non venerit. Timens igitur ne idem ſuo accidat poëmati M. Cicero, ſe locupletem tabellarium quærere dicit, qui illud ad Cæſarem portet. Parvâ nobis omnino licentiâ videtur poſſe ſatis aptè locus hic depravatiſſimus reſtitui, ſi teſtimonio Germanorum fides habeatur: qui omnia ſe è vetere codice, quæ in marginibus adnotarunt, accepiſſe teſtati ſunt. Quod ſi noſter antiquus liber cum Germanico penitus concordaſſet, non veriti fortaſſe eſſemus aliquantulum nobis indulgentes locum, ut ſupra ſcripſimus, reſtituere: ſed paulò ille vulgaris hoc loco melior eſt: *ergo* tantum habet, ubi excuſi, *ego*, ut tamen & ipſe *Erigonæ* veſtigium aliquòd retineat: ſed tamen, cum ſtatim tam abruptè in ſermonem de ædificiis veniat, neceſſariò cogimur locum hunc mancum & decurtatum eſſe credere. *Victor.*

 69. Quid

p nec iacc. alii.
q quod MS.

locupletem tabellarium, [p] ne accedat quod Erigonæ tuæ: [q] cui ſoli, Cæſare imperatore, iter ex Gallia tutum non fuit. ** [69] Quid? ſi cæmentum bonum non haberem, deturbem ædificium? quod quidem quotidie mihi magis placet: in primiſque inferior porticus & ejus conclavia fiunt rectè. De Arcano, [70] Cæſaris opus eſt, vel mehercule etiam elegantioris alicujus. [71] imagines

69. *Quid? ſi cæmentum bonum non haberem, deturbem ædificium? quod quidem quotidie mihi magis placet.*] Ex veteris libri corrupta ſcriptura poteſt elici lectio (ut mihi videtur) commodior, ſi ita ſcribas: *Quid ſi cauſam tam bonam non haberem? de urbano ædificio, quod quæris, cotidie mihi magis placet.* Urſin. Junius legit, *de urbano ædificium, quod quæris quotidie.*

70. *Cæſaris opus.*] Maximum videlicet. magnifica enim Cæſaris monumenta, qui forum uſque ad atrium libertatis explicare, deinde in campo Martio ſepta & tecta marmorea facere cogitaverit: ut eſt ad Att. ep. 17. lib. IV. legimus etiam apud Tranquillum, Italiæ, Galliarum, Hiſpaniarum, Aſiæ quoque & Græciæ potentiſſimas urbes, ejus munificentiâ, præcipuis operibus exornatas. *P. Manut.*

71. *Imagines enim iſtæ, & palæſtra, & piſcina, & in his.*] Nos ex melioribus libris, *& Nilus*, ſcripſimus. Quis enim non vidiſſet antè *in his* corruptè legi? nec tamen ſine antiquorum librorum ope poterat locus reſtitui. Vox enim hæc rara admodum eſt: & ex illis maximè, quæ, quia raro inveniebantur, ferè è Latinæ linguæ finibus ejectæ ſunt. Cicero lib. II. de Legibus: *Ductus vero aquarum, quos iſti Nilos & Euripos vocant, quis non cum hæc videat irriſerit?* Ex quo loco integritas hujus vocis oſtenditur & ſignificatus aperitur, etſi illinc etiam penè dejecta eſt: plures enim excuſi codices, & hi etiam qui meliores putantur, *tubos* habent, cum tamen omnes manuſcripti *Nilos* retineant. Videndum quoque eſt accuratius an è loco etiam quodam Plinii, qui eſt lib. XXXII. cap. 2. eadem vox indigniſſime deturbata ſit. Sic enim in omnibus impreſſis ſcriptum eſt: *E manu veſcuntur piſces in pluribus quidem Cæſaris villis.* Cum (ut opinor) *Cæſaris Nilis* ſcribendum ſit. nam & antiqua exemplaria *Nillis* habent: & vulgaris illa lectio parum apta & propria mihi videtur. Quis enim, qui propriè loqui vellet, unquam diceret piſces in villis vivere, & non potius in ſtagnis, piſcinis & aquis omnino, ubi illi aluntur, & extra quas degere non poſſunt? non enim villæ ſemper piſcinas habere intelliguntur. ſed non tam facile hujus lectionis inconcinnitas & ruſticitas refelli poteſt quàm veræ ſinceritas & probitas ab unoquoque cognoſci. Non ignotum fuit hoc nomen erudito & diligenti viro (ut tempora illa ferebant) Blondo Forolivienſi. Sic enim lib. IX. Romæ Triumphantis, cum de Pegaſo loqueretur (quod inſtrumentum quoddam in domibus vult fuiſſe à Pegaſo equo, quem poëtæ fingunt, denominatum, ſuper quo veſtes ſuſpenderentur) inquit: *De qua duriore forſan tranſlatione minus mi-*

nes enim iſtæ, & palæſtra, & piſcina, & nilus, mul-
rum Philotimorum eſt, non Diphilorum. ſed & ipſi
adibimus, & mittemus, & mandabimus. De [r] Feli- r Ficilis
s teſtamento tum magis [s] querere, ſi ſcias. [t] Quas alii.
nim tabulas ſe putavit obſignare, [72] in quibus in unciis s querare Vict.
rmiſſimum tenuerat (lapſus eſt per errorem & ſuum, t Duas
Sicuræ ſervi) non obſignavit: quas noluit, eas ob- alii.
gnavit. ἀλλ᾽ οἰμωζέτω· nos modò valeamus. Cice-
onem, & ut rogas, amo, & ut meretur, & ut debeo.
Dimitto autem à me, & ut à magiſtris ne abducam;
[73] & quòd mater Pomponia diſcedit, ſine qua edacita-
em [74] pueri pertimeſco. ſed ſumus unà tamen valde
mul-

abitur, *qui infrà videbit Euripos*, *Nilos à ſimilitudine dicta fuiſſe arva in domibus aquarum canalia.* Adducit autem non multò pòſt, um iterum de hoc ageret, locum Ciceronis è II. de Legibus mendatum: nondum enim ea, quæ poſtea per omnes libros diu mpune graſſata eſt tempeſtas, invaſerat, è quo ſignificatum ejus, ut puto, elicuit. Idem fatum fuit etiam Latinæ & elegan-iſſimæ vocis, eandemque penè rem ſignificantis *Silanus:* ut cum paucis admodum locis inveniretur, illinc ferè ſemper ab his, qui ſe corrigere libros putant, cum verius inquinent & corrumpant, ſublata ſit: ut ex libro VI. Lucretii, ubi atrocem illam peſtilentiam deſcribit, quæ Athenas vaſtavit, vel potius ex II. libro Thucididis interpretatur, à quo accuratiſſimè narrata eſt: *Multa ſiti proſtrata viam per proque voluta Corpora Silanos ad aquarum ſtrata jacebant, Interclusa anima nimia dulcedine aquai.* quod Thucidides his verbis expreſſerat: Καὶ περὶ τὰς κρήνας ἀνάδας ἀμαθῆντες τῇ τοῦ ὕδατος ἐπιθυμίᾳ. Quem locum in cunctis ante ſe & excuſis & manuſcriptis codicibus integrum Marullus Byzantius vitiavit, *ſic amnis* pro *Silanos* emendando. Quod etiam nuper candidiſſimo auctori Cornelio Celſo accidit, cum enim dixiſſet lib. II. *Conjecit etiam aliquid ad ſomnum Silanus juxta cadens.* quidam contra veterum codicum auctoritatem, *Solenos*, Græcam vocem, reponere pro illa auſi ſunt. Silani autem nominantur etiam à Sexto Pompejo in dictione Tullii: *Tullios alii dixere eſſe Silanos*, *alii rivos*, *&c.* Victor.

72. *In quibus in unciis &c.*] Magna hujus loci in aliis eſt varietas, ſunt enim, ut Lambini marginem taceam, qui exhibent *in quibus* III. *unciis fortiſſimè tenes vero lapſus eſt p. e. e. ſ. e. s. ſ. n.* ant, ut alii, *fortiſſimum tenes vero l. e. p. e. e. ſ. e. Sicara ſ.* Verburg.

73. *Et quod mater Pomponia diſcedit.*] Habent iſtud Victorius & ſeqq. ſed prius cuſi, *mater Porcia non diſcedit.* adeo ut adſentiar P. Manutio, arbitranti illud *Pomponia* eſſe ab interprete. *Gruter.*

74. *Pueri.*] Annum XIII. Quinctus filius, cum hæc ſcripta eſt epiſtola, hoc eſt Appio & Ahenobarbo Coſſ. nondum impleverat. id ex eo conjicio, quia togam puram ſumpſit Paullo & Marcello: quam

multùm. Reſcripſi ad omnia, mi ſuaviſſime & optime frater.

quam non niſi anno ætatis xvi. finito ſumi ſolitam ſatis conſtat. ad Att. ep. 20. lib. v. & 1. lib. vi. *P. Manut.*

Pag. CCLXXIII.

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARUM
AD
BRUTUM,
*LIBER SINGULARIS.

ARGUMENTUM.

Poſt interitum C. Cæſaris M. Brutus, qui conjurationis in illum particeps atque etiam auctor princepsque fuerat, Cretam provinciam a ſenatu accepit adminiſtrandam; nec ita multo poſt, plebis concitatæ furorem extimeſcens, urbe ceſſit; redituque deſperato, cum in Creta non multum neque ſibi neque reip. præſidii putaret eſſe, intendit animum ad Macedoniam, quam ei Q. Hortenſius prætor, Hortenſii oratoris filius, facile tradidit. nam Cæſar, de Parthica expeditione cogitans, & magiſtratus in triennium creaverat, & provincias diviſerat: ex quibus Macedoniam regi à M. Bruto, abſolutâ præturâ voluerat. ad eum igitur Macedoniæ præfectum Cicero ſcribit. & ſunt etiam ad Ciceronem aliquot, unaque ſane præclara ad T. Pomponium Atticum Bruti epi-

* LIBER SINGULARIS.] Ita alii ediderunt, ita ego ſecutus ſum. Manutius tamen exhibuit LIBER PRIMUS, quòd plures ad Brutum ſcripſerit Cicero, è quibus hic ſolus ſupereſt integer: ex aliis fragmenta quædam ſuperſunt. Hunc citat Nonius Marcellus primi libri nomine, qui alio loco etiam octavum epiſtolarum ad Brutum librum nominat. Porro & illud notandum eſt, has ad Brutum epiſtolas a quibuſdam præponi iis, quæ ad Q. Fratrem ſcriptæ ſunt, cujus mutationis exiguas, aut potius nullas, habent cauſas. *Verburg.*

1. *Ut*

piſtola. At ſciendum eſt ſcriptos eſſe à Cicerone, præter eos, qui nunc
extant, multos epiſtolarum libros ad C. Cæſarem juniorem, ad Pan-
ſam, ad Hirtium, ad hunc ipſum Brutum. P. Manut.

EPISTOLA I.

CICERO BRUTO S. D.

P. Clodius, tribunus plebis deſignatus, valde me diligit, vel, [1] ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. quod cùm mihi ita perſuaſum ſit, non dubito (bene enim me noſti) quin illum quoque judices [a] à me amari. [2] Nihil enim mihi minùs hominis videtur quàm non reſpondere in amore iis, à quibus provocere. Is mihi viſus eſt ſuſpicari, nec ſine magno quidem dolore, aliquid à ſuis, vel [3] per ſuos potiùs inimicos ad te eſſe delatum, quo tuus animus à ſe eſſet alienior. Non ſoleo, mi Brute (quod tibi notum eſſe arbitror) temere affirmare de altero. eſt enim periculoſum, propter occultas hominum voluntates multipliceſque naturas. Clodii animum perſpectum habeo, cognitum, judicatum: multa ejus indicia: ſed ad ſcribendum non neceſſaria. Volo enim hoc [4] teſtimonium tibi videri potiùs

[a] & à me *Jun.*

[1]. *Ut ἐμφατικώτερον dicam.*] *Dicam* in nullis invenitur MSS. & ... que poteſt omitti, ſoletque non raro, ſententiâ non modo non imminutâ, ſed etiam grata brevitate. *Malaſpina.* *Vel ut ἐμφατικώτερον dicam.*] Vox *dicam* exterminanda: utpote quæ non comparat in Pall. quatuor, quos contuli, tanquam ceteris potiores. *Gruter.*

[2]. *Nihil enim mihi minus hominis videtur &c.*] Pal. quart. *nihil enim minus dignum homine libero mihi videtur*; quomodo etiam emendatum in tertio. ſed non admiſerim. *Idem.*

[3]. *Per ſuos potius inimicos.*] In meis omnibus *iniquos*, quod etſi melius non eſt, puto tamen eſſe verius, tot librorum veterum conſenſione adductus, à quibus ut alii diſſentiant, vix adduci poſſum. Iniquos vero inimicos etiam ſignificare, quæ ſunt apud eundem, planum faciunt; *iniqui mei*, & *Servilius Jovi ipſi iniquus*, & *iniqui noſtri* pro Plancio & in Verrem, & *ceteri ſunt partim obſcurius iniqui, partim irati* ad Lentulum. Et ad Q. Fratrem: *nobilitate inimica, non æquo ſenatu*, quod eſt malè animato. *Malaſpina.*

[4]. *Teſtimonium.*] Teſtes enim duntaxat ea de re, qua de agitur, teſtimonium dicunt: cetera tacent. item ego, cum indicia multa ad animum Clodii probandum poſſim colligere, omittam: de iſta tantum re, cujus cauſſâ hanc epiſtolam ſcripſi, hoc dicam, Clodium de te amiciſſimè & loqui & ſentire. *P. Manut.*

5. *Ma-*

tiùs quàm epiſtolam. Auctus Antonii beneficio eſt. ejus ipſius beneficii magna pars [b] à te eſt. itaque eum ſalvis nobis vellet ſalvum. In eum autem locum rem adductam intelligit (eſt enim, ut ſcis, minimè ſtultus) ut utrique ſalvi eſſe non poſſint. itaque nos mavult. De te verò amiciſſimè & loquitur, & ſentit. Quare ſi quis ſecus ad te de eo ſcripſit, aut ſi coràm locutus eſt, peto à te etiam atque etiam, mihi ut potiùs credas, qui & faciliùs judicare poſſum quàm ille neſcio quis, & te plus diligo. Clodium tibi amiciſſimum exiſtima civemque talem, qualis & prudentiſſimus, & fortunâ optimâ eſſe debet.

b abs te eſt. Ita eum *MS.*

P. B.

EPISTOLA II.

CICERO BRUTO S.

Scripta & obſignatâ jam epiſtolâ litteræ mihi redditæ ſunt à te, plenæ rerum novarum. [5] maximéque [c] mirabile, Dolabellam quinque cohortes miſiſſe in [d] Cherroneſum. Adeone copiis abundat, ut is, qui ex Aſia fugere dicebatur, Europam appetere conetur? Quinque autem cohortibus [e] quid ſe nam facturum arbitratus eſt, cùm tu eo quinque legiones, optimum equitatum, maxima auxilia haberes? quas quidem [f] cohortes ſpero jam tuas eſſe, quoniam latro ille tam fuit demens: [6] & tuum conſilium vehementer laudo, quòd non priùs [g] exercitum Apolloniâ Dyrrachioque moviſti quàm de Antonii fuga audiſti, Bruti eruptione, po-

c mirabiles *alii.*
d Cherſ. *alii.*
e quidnam ſe *MSS. Malaſp.*
f coh. *non eſt in MS.*
g tuum ex. *Lamb.*

5. *Maximeque mirabiles.*] *Littera mirabiles* mihi quidem non valde ſatisfacit, nec uſitatum puto. quod ſi, *Littera plena rerum novarum maximéque mirabilium*, legas; tum vero non loquendi modo genus, verum ipſa quoque ſententia mirificè ſatisfaciet. Ac video ita ſcriptum eſſe in libro Pauli Magnuli, quo in libro ſolebat ille (quod ex ipſo, quum viveret, audierim) miniatulis litteris ea notare, quæ in antiquis exemplaribus, contra quam eſſet in impreſſis, animadverterat. *P. Manut.* Præclare noſtri *mirabile*, ut non ad literas, ſed ad illud, quod eſt dicturus, reſpectus habeatur. Hoc modo; maximeque mirabile illud eſt; vel illud eſſe viſum. *Malaſpina.*

6. *Et tuum conſilium &c.*] Vel legendum *ſed*, ut viſum Gulielmio, vel delendum illud *&*. tanquam quod non compareat in Pal. pr. aut quarto. *Grut.* aberat etiam a Codd. Malaſpinæ.

7. Sa-

populi Romani victoria. Itaque, quòd ſcribis, poſtea ſtatuiſſe te ducere exercitum in [h] Cherroneſum, nec pati, [7] ſceleratiſſimo hoſti ludibrio eſſe imperium populi Romani, facis ex tua dignitate & [i] è republica. Quòd ſcribis de ſeditione, quæ facta eſt in legione quarta, [8] de Catoniis ([9] in bonam partem accipies) magis mihi probatur militum ſeveritas quàm tua. Te benivolentiam exercitûs equitumque expertum vehementer gaudeo. De Dolabella, ut ſcribis, [10] ſi quid habes novi, facies me certiorem: in [k] quo valde delector, me antè providiſſe, ut tuum judicium liberum eſſet cum Dolabella belli gerendi: [l] & id valde pertinuit, ut ego tum intelligebam, ad rempublicam; ut nunc [m] judico, ad dignitatem tuam. Quòd ſcribis me [11] maximo otio egiſſe, ut inſectarer Antonios, idque laudas: credo ita videri tibi: ſed illam diſtinctionem tuam nullo pacto probo. Scribis enim, *acrius prohibenda bella civilia eſſe quàm in ſuperatos iracundiam exercendam.* Vehementer à te, Brute, diſſentio: [n] nec clementiæ tuæ concedo; ſed ſalutaris ſeveritas vincit [12] inanem ſpeciem cle-

h Cheſ. *alii.*
i ex rep. *alii.*
k quo del. *alii.*
l & *deeſt in aliis.*
m video *alii.*
Pag. CCLXXIV.
n *alii* neque.

7. *Sceleratiſſimo hoſti.*] Dolabellam quòque ſenatus in hoſtium numerum retulerat, itaque, cum dixerit, *Hoſti*, verè dixit, cum *ſceleratiſſimo*, deprompſit maledictum ex ipſius peſſimè factis, ac præcipuè ex C. Trebonii cæde, quem Smyrnæ, noctu ſubito adventu oppreſſum, occiderat. infra quoque ſcelus ei attribuit, cum ait: *ut ſceleris pœnas perſolvat.* P. Manut.

8. *De Antoniis.*] Poggii liber *de Catoniis.* fortaſſe, *de C. Antonio*; nam cum hic de ſeditione, quæ in legionibus Macedonicis commota eſt, ſermo ſit de Antoniis, niſi de Cajo, ſeditionis auctore, ſcribi alienum eſt. ἀσυνδέτως tamen legi volo, commate interpoſito. Quod ſequitur autem *quòd dicam*, non equidem rejicio, teſtari tamen libet in nullo meorum inveniri. Nec, ſi abſit, ſane valde deſideretur. *Malaſpina.*

9. *In bonam partem accipies.*] Ejeci duo vocabula, quæ præmittebant editiones aliæ, neque tamen erant in ullo Palatinorum; *quod dicam.* & quis non ſentit eſſe a librariis? *Gruter.*

10. *Si quid habes novi.*] *Habebis* Faërnus ex vetere libro. *Urſin.*

11. *Maximo otio.*] Ita veteres libri, ſine dubio mendoſè. quid enim elicitur ſententiæ? ego mallem *maximo animo*, non omnino procul a vetere ſcriptura. nam ſi, *animo*, tribus duntaxat litteris lineâ ſuperimpoſitâ, ſcribas, *ſic*, *ajo*; neque contra conſuetudinem facias, & facilem fuiſſe ex *animo* in *otio* mutationem facile perſpicias. *P. Manut.*

12. *Inanem ſpeciem.*] Eſt enim clementia ſpecie quidem præclara, ſed re ipſa nonnunquam perniciosa. qui enim ita ſunt perditi,

clementiæ. Quòd ſi clementes eſſe [o] volumus, numquam deerunt bella civilia. Sed de hoc tu videris. De me poſſum idem, quod Plautinus pater in Trinummo:
„ Mihi quidem ætas acta ferme eſt; tua iſtuc refert maxime. Opprimemini (mihi crede) Brute, niſi [p] providetis. Neque enim populum ſemper eundem habebitis, neque ſenatum, [13] neque ſenati ducem. Hæc ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta. nihil poteſt eſſe verius. [q] XIV. kalend. Majas.

o *alii* voluerimus.
p *ita MSS. alii* provideritis.
q *MSS.* XII.

EPISTOLA III.

M. T. C. M. BRUTO S.

NOSTRÆ res meliore loco videbantur. Scripta enim ad te certo ſcio, quæ geſta [r] ſunt. quales tibi [s] ſæpè ſcripſi conſules, tales exſtiterunt. Cæſaris verò pueri mirifica [14] indoles virtutis. Utinam tam facilè eum floren-

r ſint *alii.*
s ipſe ſcripſi *alii.*

ren-

ti, ut ne beneficio quidem affecti pravitatem mentis exuere poſſint, præſtat eos tollere quàm ſervare. Brutus tamen, cum C. Antonio de concitata ſeditione peperciſſet, iterum ei, in ejusdem culpæ crimine deprehenſo, veniam tribuit. *P. Manut.*

13. *Neque ſenati ducem.*] Magno conſenſu noſtri *ſenati*, lenius, ut ſenſus indicat, nec apud hunc ſingulare. Nam ut grammatico nobiliſſimo placet Soſipatro lib. I. In Divinatione in Verrem ſic legi debet: *Quod in unaquaque re, beneficio ſenati populique Romani, juris habui.* Priſci enim homines, quæ poſtea quartæ declinationis ſunt facta, more ſecundæ declinabant: *domique* pro *domus*, unde *domi eſſe*, ut Romæ, dixerunt ſcriptores. *Tumulti* pro *tumultus: queſti* pro *queſtus: fructi* pro *fructus*, quo uſus eſt Terentius in Adelphis:

Nunc ætate exacta, hoc fructi pro labore ab iis fero.

Itaque Priſcianus: *Diverſis vocibus unum aliquando ſignificamus, ut queſtus & queſti, ornatus & ornati, tumultus & tumulti.* Quare indifferenter etiam poſteriores, parcius tamen, εὐφωνίας cauſſâ, his fere genitivis in *i.* uſi ſunt: quam Salluſtius itidem ut M. Tullius ſequi voluit, cum in Catilinario ſcripſit, ut eſt apud Soſipatrum & Priſcianum, *Senati decretum, ſicut ille conſuerat.* Quintilianus quidem lib I. *Quid de aliis dicam, cum ſenatus ſenatus ſenatui, an ſenatus ſenati ſenato faciat, incertum eſt.* Malaſpina,

14. *Indoles virtutis.*] Virtutem enim viris attribuimus, indolem pueris & adoleſcentibus. & quanquam Octavianus è pueris jam exceſſiſſet, cum annum ætatis, ut Vellejus lib. II. & Tacitus lib. XIII. ſcripſerunt, undeviceſimum tunc ageret; tamen ad earum rerum, quas contra Antonium pro rep. geſſerat, majorem admira-

ra-

rentem & honoribus, & gratiâ, regere ac tenere poſſimus quàm facilè adhuc tenuimus ! Eſt omnino illud difficilius : ſed tamen non diffidimus. Perſuaſum eſt enim adoleſcenti, & maximè per me, ejus operâ nos eſſe ſalvos. & certè, niſi is Antonium ab urbe avertiſſet, periiſſent omnia. Triduo verò, aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam, timore quodam perculſa civitas tota ad te ſe cum conjugibus & liberis effundebat. eadem recreata a. d. XII. kalend. Majas te huc venire quàm ſe ad te ire malebat. Quo quidem die magnorum meorum laborum multarumque vigiliarum fructum cepi maximum, ſi modo eſt aliquis fructus ex ſolida veraque gloria. Nam tantæ multitudinis, [t] quantam capit urbs noſtra, concurſus eſt ad me factus. P. B. [15] ea cum usque in Capitolium deductus, maximo clamore atque plauſu [16] in roſtris collocatus ſum. Nihil eſt in me inane: neque enim debet: ſed [v] tamen omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio gratulatioque me commovet; propterea quòd popularem me eſſe in populi ſalute præclarum eſt. [17] Sed hæc te malo ab aliis audire. me velim de tuis rebus conſiliiſque facias diligentiſſimè certiorem: illudque conſideres, ne tua liberalitas diſſolutior videatur. Sic ſentit ſenatus, ſic populus Romanus, nullos umquam hoſtes digniores omni ſupplicio fuiſſe quàm eos cives, qui hoc bello contra patriam arma ceperunt: quos quidem ego omnibus ſententiis

t quantum *Grut. & alii.*
v tantum *alii.*

rationem ſæpe puerum Cicero appellat, ut in epiſtola ad Cornificium : *Puer egregius præſidium ſibi primum & nobis, deinde ſummæ reip. comparavit.* Et in alia ad Brutum : *Ne adoleſcentem, vel puerum potius Cæſarem judices temerè feciſſe.* & Philippica IV. *Laudo, laudo vos, Quirites, cum gratiſſimis animis proſequimini nomen clariſſimi adoleſcentis, vel pueri potius.* P. Manut.

15. *Ea cùm usque in Cap. &c.*] Poſteriores, *ab ea cùm usque ad &c.* ſed invitis olim cuſis & Pall. quatuor. *Gruter.*

16. *In roſtris collocatus.*] Ut inde Panſæ litteras de victoria recitaret. quod ab ipſo factum tradit Appianus lib. III. Illud addo, de roſtris verba facere privato cuiquam non licuiſſe, niſi magiſtratus ei concionem daret. *Collocatus* igitur concione, à magiſtratu data. *P. Manut.*

17. *Sed hæc te malo ab aliis audire.*] Si conſtitit Grutero ratio, recte eſt : non tamen meretur prætermitti, verbum poſtremum abeſſe ab MS. Balliol. atque etiam Victorianæ editiones ignorant. nec quæ id requirat ulla cauſa eſt. *Gronov.*

tentiis ulciſcor & perſequor, omnibus bonis approbantibus. Tu quid de hac re ſentias tui judicii eſt. Ego ſic ſentio, trium fratrum unam & eandem eſſe cauſam. Conſules duos, bonos quidem, ſed duntaxat [x] bonos, amiſimus. [y] Hirtius quidem in ipſa victoria [z] occidit, cùm paucis diebus magno prœlio antè viciſſet. Nam Panſa fugerat, vulneribus acceptis, quæ ferre non potuit. Reliquias hoſtium Brutus perſequitur & Cæſar. Hoſtes autem omnes judicati, qui M. Antonii ſectam ſecuti ſunt. itaque id ſenatûs conſultum plerique interpretantur, etiam ad tuos, ſive captivos, ſive dediticios pertinere. Equidem nihil diſſerui duriùs, cùm nominatim de C. Antonio decernerem, quòd ita ſtatueram, [a] à te cognoſcere cauſam ejus ſenatum oportere. x. kalend. Majas.

x bonos conſules *alii.* y Hircius *alii.* z cecidit *alii.* a ante cogn. *alii.*

EPISTOLA IV.

BRUTUS CICERONI S.

P. CCLXXV.

QUANTA ſim lætitiâ affectus, cognitis rebus Bruti noſtri & conſulum, facilius eſt tibi exiſtimare quàm mihi ſcribere. Cùm alia laudo & gaudeo accidiſſe, tum quòd Bruti eruptio non ſolùm ipſi ſalutaris fuit, ſed etiam maximo ad victoriam adjumento. Quòd [b] ſcribis, trium Antoniorum unam atque eandem cauſam eſſe: quid ego ſentiam mei judicii eſſe: ſtatuo nihil, niſi [c] hoc: Senatûs aut populi Romani judicium eſſe de iis civibus, qui pugnantes non interierint. [d] At hoc ipſum, inquies, iniquè facis, qui hoſtilis animi in rempublicam homines cives appelles. Immò juſtiſſimè. Quod enim nondum ſenatus cenſuit, nec populus Romanus juſſit, id arroganter non præjudico, neque revoco ad arbitrium meum. Illud quidem non muto, quòd ei, quem me occidere res non coëgit, neque crudeliter quidquam eripui, neque diſſolutè quidquam remiſi: habuique in mea poteſtate, quoad bellum fuit. Multo quidem honeſtius judico, magisque quod concedere poſſit reſpublica, [e] miſerorum fortunam non inſectari quàm [f] infinitè tribuere [g] potentibus, quæ cupiditatem & arrogantiam incendere poſſint. Qua in re, Cicero, vir optime ac fortiſſime, mihique merito, &

b ſcribis mihi *MSS. Malaſp.* c hoc ſen. *alii.* d Ad *alii.* e miſeriorum *alii.* f *ita Vict.* infinita *Aldus & alii.* g *alii* petentibus.

meo

meo nomine, & reipublicæ cariſſime, nimis credere videris ſpei tuæ: ſtatimque, ut quisque aliquid rectè fecerit, omnia dare ac permittere. Quaſi non liceat traduci ad mala conſilia corruptum largitionibus animum. Quæ tua eſt humanitas, æquo animo te moneri patieris, præſertim de communi ſalute: facies tamen quod tibi viſum fuerit: etiam ego, cùm me docueris. Nunc, Cicero, nunc agendum eſt, ne fruſtra oppreſſum eſſe Antonium gaviſi ſimus, neu ſemper primi cujusque mali [18] excidendi cauſa ſit, ut aliud renaſcatur illo pejus. Nihil [h] jam neque opinantibus, aut patientibus nobis, adverſi evenire poteſt, in quo non cùm omnium culpa, tum [i] præcipuè tua futura ſit: cujus tantam auctoritatem ſenatus ac populus Romanus non ſolùm eſſe patitur, ſed etiam cupit, quanta [k] maxima in libera civitate [l] unius eſſe poteſt: quam tu non ſolùm benè ſentiendo, ſed etiam prudenter, tueri debes. Prudentia porrò, quæ tibi ſupereſt, nulla abs te deſideratur, niſi modus in tribuendis honoribus. Alia omnia [m] ſic adſunt, ut cum quolibet antiquorum comparari poſſint [19] tuæ vir-

h non jam opin. *MS. Faërn.* P. B.
i præcipua *alii.*
k *alii* maximè.
l unius *deeſt in MS.*
m *ita MSS. alii* ſic abundè adſunt.

18. *Excidendi cauſſa ſit, ut aliud renaſcatur.*] Obſcurè dictum ac intellectu difficile, ut minus equidem miror, Bruti ſenſum nonnunquam ne ipſum quidem Ciceronem aſſequi potuiſſe. Verumtamen loci hujus, ſi quis eſt, hic mihi videtur. Nunc danda opera eſt, Cicero, ne dum malum parum altè excidimus, ſemper nobis cauſſa ſit, hoc eſt materia reſtet excidendi, ita ut noſtrâ culpâ aliud renaſcatur, illo pejus. Hoc eſt; ſi Antonii excidenda tyrannis eſt, ut ne ea in Octavio renaſcatur. Renaſcetur autem ſine dubio, ſi ei immodica concedamus. Translatio ab odioſis plantis ſumpta eſt; quæ niſi radicitus excidantur repullulaſcunt. *Malaſp.*

19. *Tua virtutes.*] In Beſſarionis libro *tua virtutis* video ſcriptum eſſe, & conjungi cum ſequentibus: ut ſit, *Tua virtutis unum boa.* Mihi, ut dicam quod ſentio, neque ſcriptura vetus, neque impreſſis libris recepta ſatis probatur. vetere quid ſignificetur non video. recens primum non caret ſuſpicione mendi, quod ab antiqua diſcrepat: deinde occurrit animo quiddam fortaſſe probabilius. periodum enim libentius ita concluderem: Alia omnia ſic adſunt, ut cum quolibet antiquorum comparari poſſint. *Tua virtutes* additum fortaſſe eſt, ut, quænam eſſent illa, quæ cum quolibet antiquorum comparari poſſent, exponeretur. *P. Manut.* *Tua virtutes* in Antoniano ſeparatim ſcriptum eſt; hoc eſt, utrinque moræ ſigno appoſito, quaſi nihil ei, nec cum antecedentibus nec cum conſequentibus, negotii ſit: Manutiique conjecturam firmare videntur. *Malaſpina.* *Comparari poſſint tua virtutes.*]

virtutes. unum hoc, grato animo liberalique profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem deſiderat. Nihil enim ſenatus cuiquam dare debet, quod malè cogitantibus [n] exemplo aut præſidio ſit. [20] Itaque timeo de conſulatu, ne Cæſar tuus altiùs ſe adſcendiſſe putet decretis tuis [21] quàm inde, ſi conſul factus ſit, deſcenſurum. Quòd ſi Antonius, ab alio relictum regni inſtrumentum, occaſionem regnandi habuit: quonam animo fore putas, ſi quis auctore, non tyranno interfecto, ſed ipſo ſenatu, [o] putet ſe imperia quælibet concupiſcere poſſe? Quare tum & felicitatem, & providentiam laudabo tuam, cùm exploratum habere cœpero, Cæſarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. Alienæ igitur, inquies, culpæ [22] me reum facies? Prorſus alienæ, [23] ſi provideri potuit ne exſiſteret. quod utinam inſpectare poſſis timorem de illo meum! His litteris ſcriptis te conſulem factum audivimus. tum verò incipiam proponere mihi rempublicam juſtam [p] & jam ſuis nitentem viribus, ſi iſthuc videro. Filius valet & in Macedoniam cum equitatu præmiſſus eſt. Idibus Majis, [q] ex caſtris.

n exemplum *alii.*

o putat *alii.*

p *alii* etiam.

q ex caſtr. *non eſt in aliis.*

EPI-

P. Manutius delevit duas poſtremas voces, ſecutusque ejus auctoritatem Lambinus. ego adhuc hæreo; quoniam eas reperi in omnibus Palat. etſi in quibusdam alia diſtinctione. *Gruter.*

20. *Itaque timeo de conſulatu, ne Cæſar tuus.*] Faërnus delebat, *de conſulatu.* Urſin.

21. *Quam inde, ſi conſul factus ſit, deſcenſurum.*] In manuſcripto eſt, *Quam inde, ſi conſul factus ſit, ſit deſcenſurus.* Idem.

22. *Me reum facies.*] Atqui in Juntina & Rob. Stephani legitur *me reum ſubjicies*, nec aliter vidi in MS. Balliol. Quod non poterunt dubitare, quin præferant, qui ſciunt *ſubjicere* Latinis dici in vicem alterius ſubmittere & ponere, etiam in variis judiciorum partibus; ut apud Senecam Her. Fur. *Meque ſubjectum tuis Reſtitue vinclis*, & apud Aſconium in Verrinam de prætura urbana, *ſubjicere improbos judices ad venales ſententias proferendas.* Gronov.

23. *Si provideri potuit.*] Quomodo culpæ M. Tullius affinis non ſit, provideri potuit, ne ea exiſteret? Nos *ſi provideri non potuit*, & ex ſententia, & ex uno etiam meorum, emendamus. Erit, inquit, Octaviani ingenii culpa, non tua, ſi aliter fieri non potuit. *Malaſpina.* Aliud agebat Malaſpina, cum ſcribebat legendum hoc loco, *ſi provideri non potuit*, quæ lectio hîc nullo modo ferri poteſt. Hoc enim ſignificat Brutus. Prorſus alienæ culpæ te reum faciam, id eſt, prorſus eorum, quæ peccarit Cæſar Octavianus, in te culpam conferam, ſi provideri abs te potuit, ne quid ille peccaret. hoc eſt, ſi potuiſti, ut potuiſti,

EPISTOLA V.

CICERO BRUTO S.

Pag. CCLXXVI.

AD. v. kalendas Majas cùm de iis, qui hoſtes judicati ſunt, bello perſequendis, ſententiæ dicerentur, dixit 24 Servilius etiam de Ventidio, & ut Caſſius perſequeretur Dolabellam. Cui cùm eſſem aſſenſus, decrevi hoc amplius, ut tu, 25 ſi arbitrarere utile, r éque republica eſſe, perſequerere 26 bello Dolabellam! 27 ſi minùs id commodo reipublicæ facere poſſes, ſive non exiſtimares s è republica eſſe, ut in iiſdem locis exercitum contineres. Nihil honorificentius potuit facere ſenatus quàm ut tuum eſſet judicium, t quid maximè conducere reipublicæ tibi videretur. Equidem ſic ſentio, ſi manum habet, ſi caſtra, ſi ubi conſiſtat uſpiam Do-

r *alii* exque *aut* & ex.

s *alii* ex.

t quod *MSS.*

tuiſti, prohibere, ne ille conſulatum & tantam poteſtatem tantumque imperium obtineret. *Lambinus.*

24. *Servilius etiam de Ventidio.*] Servilius, Iſaurici filius, is, qui C. Cæſaris collega fuerat in conſulatu: Ventidio Baſſo Mulione, qui ex humili admodum fortuna ad conſulatum eſt evectus, primusque Romanorum de Parthis triumphum duxit. Gellius lib. xv. cap. 4. *P. Manut.*

25. *Si arbitrarere utile, éque.*] Abjeci *fore*, poſitum in vulgatis ante *utile*, quorum nullum erat veſtigium in Pal. pr. tert. quarto. *Gruter.* Feſtinavit Gruterus: nam τὸ *fore* ponitur poſt *utile*, non ante. Sic certe editiones Victorii, ſic Hervagiana, ſic Michaëlis Bruti. Et eſt eodem loco id verbum in Balliol. Abjicit quidem Gruterus, quod iſta repetitio verbi ſubſtantivi non videatur neceſſaria. Quid igitur ad hæc in Bruto cap. 18. *Nec vero ignoro, nondum eſſe ſatis politum hunc oratorem, & quærendum eſſe aliquid perfectius.* II. in Verr. 50. *Cum eſſet ex veterum numero quidam ſenator demortuus, & cum ex utroque genere par numerus reliquus eſſet.* Et agnoſcit quoque apud eum Palat. ſecundus. Cur autem in ep. 6. *Glaucona* editur ab Grutero, quum & MS. Balliol. & priores editi habeant *Glicona*, pro *Glycona*, ut eſt apud Suetonium quoque, ubi notavit Torrentius? *Gronov.*

26. *Bello Dolabellam.*] Alii *Dolabellam bello*, ſed plerique meorum *bello Dolabellam.* Qua ratione ſi quod eſt in *Fortunatam natam* vitii, non prorſus declinatur. tamen quia remotius eſt, minus apparet. *Malaſpina.*

27. *Si minus id commodo reip. facere poſſes, ſive non exiſtimares è republ. eſſe.*] Sex verba poſteriora videntur à gloſſatore. quod ſi mei foret arbitratûs, adhuc etiam alia reſecarem, faceremque *ſin minus; ut in iiſdem &c.* Gruter.

Dolabella, ad fidem & ad dignitatem tuam pertinere eum perſequi. De Caſſii noſtri copiis nihil ſciebamus. neque enim ab ipſo ullæ litteræ, neque nuntiabatur quidquam, quod pro certo haberemus. Quantopere autem interſit opprimi Dolabellam profectò intelligis; cùm ut ſceleris pœnas perſolvat, tum ne ſit, quò ſe latronum duces ex Mutinenſi fuga conferant. Atque hoc mihi jam antè placuiſſe potes ex ſuperioribus meis litteris recordari: quamquam tum & fugæ portus erat in tuis caſtris, & ſubſidium ſalutis in tuo exercitu. quo magis nunc liberati (ut ſpero) periculis, in Dolabella opprimendo occupati eſſe debemus. Sed hæc cogitabis diligentiùs, ſtatues ſapienter. 28 Facies nos, quod conſtitueris, & quid agas (ſi tibi videbitur) [v] certiores. Ciceronem noſtrum in veſtrum collegium [x] cooptari volo. Exiſtimo omnino abſentium rationem 29 ſacerdotum comitiis poſſe haberi. nam etiam factum eſt antea. C. enim Marius, cùm in Cappadocia eſſet, lege Domitia factus eſt augur: nec, quo minùs id poſtea liceret, ulla lex ſanxit. Eſt etiam in lege Julia, quæ [y] lex eſt de ſacerdotiis proxima, his verbis, QUI [z] PETIT, CUJUSVE RATIO HABEBITUR. apertè indicat, poſſe rationem haberi, etiam non [a] præſentis. Hac de re ſcripſi ad eum, ut tuo judicio uteretur, ſicut in rebus omnibus. Tibi autem ſtatuendum eſt de Domitio

v etiam cert. *alii.*
x *alii* coapt. *alii.*
P. B.
y *alii* lex de.
z PETET *alii.*
a potentis *alii.*

28. *Facies nos, quod conſtitueris.*] Eſt à Pall. quatuor. vulgata, *& quid conſtitueris.* P. Victorius, *nos, quid conſt.* Grut.

29. *Sacerdotum comitiis.*] Ratio creandorum ſacerdotum hæc fuit. Creati ſunt à collegio pontificum usque ad conſules C. Marium & C. Fimbriam, qui fuit annus ab U. C. DCL. quo anno Cn. Domitius tribunus pl. lege lata inſtituit, ut populi comitiis crearentur; ut ex oratione II. in Rullum & ex Suetonio in Nerone cognovimus. rurſus victor Sulla eorum creandorum poteſtatem, populo ereptam, collegio pontificum reſtituit, ut ex Dionis Hiſtoriarum XXXVII. collegimus. Mox Labienus tribunus pl. lege Domitia renovata, jus creationis à pontificibus ad populum tranſtulit, anno ab U. C. DCXCI. ut ex eodem Dionis loco perſpicuum eſt. Ejusdem ferè ſententiæ, novo aliquo jure adſcripto, legem tulit C. Cæſar Dictator. poſtremo conſul M. Antonius, qui triumvir fuit, pontificibus veterem cooptandi poteſtatem, lege lata, reſtituit, ut apud Dionem legimus lib. XLIV. in extremo. quam tamen à Panſa conſule ſequenti anno eſſe abrogatam oſtendimus in libro de Legibus Romanis, quem propediem edituri ſumus. *P. Manut.*

30. *Sub-*

mitio [b]& de Catone noſtro. Sed quamvis liceat abſentis rationem haberi, tamen omnia ſunt præſentibus faciliora. Quòd ſi ſtatueris in Aſiam tibi eundum, nulla erit ad comitia noſtros arceſſendi [c]facultas. Omnino Panſa vivo, celeriora omnia putabamus. ſtatim enim collegam ſibi [d]ſubrogaſſet: deinde ante prætoria ſacerdotum comitia fuiſſent. Nunc per auſpicia longam moram video. Dum enim unus erit patricius magiſtratus, auſpicia ad patres redire non poſſunt. magna ſanè perturbatio. Tu tota de re quid ſentias velim me facias certiorem. III. nonas Majas. Vale.

b & deeſt in aliis.

c alii facultas omnino. Panſa.

d MSS. ſubrogaviſſet.

EPISTOLA VI.

BRUTUS CICERONI S.

NOLI exſpectare, dum tibi gratias agam. jampridem hoc ex noſtra neceſſitudine, quæ ad ſummam benivolentiam pervenit, 30 ſublatum eſſe debet. Filius tuus à me abeſt. in Macedonia congrediemur. Juſſus eſt enim 31 Ambraciâ ducere equites per Theſſaliam, & ſcripſi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret. Cùm eum videro, quoniam nobis permittis, communiter conſtituemus de reditu ejus ad petitionem, [e]aut ad commendationem honoris. Tibi [f]Glaucona, medicum Panſæ, qui ſororem Achilleos noſtri in matrimonio habet, diligentiſſimè commendo. audimus, eum veniſſe 32 in ſuſpicionem Torquato de morte Panſæ, cuſtodirique

e aut com. alii.

Pag. CCLXXVII.

f Clitona aut Glycona alii.

30. *Sublatum eſſe debet.*] Pluribus iſtud explicat Erricus Stephanus libro Schediaſmatum tertio, qui videatur. *Gruter.*

31. *Ambraciâ ducere.*] Alii *Ambraciam*. Mei omnes *Ambraciâ*, ſexto caſu; & puto rectum. Nam cum in Macedonia congreſſuri eſſent, juſſuſque eſſet Cicero filius M. Bruto Heracleam occurrere: atque ita equites per Theſſaliam, hoc eſt, à meridie, quò vergit Ambracia, ad ſeptemtriones ducere: ſi *Ambraciam* legatur, contrario itinere uti videbitur, ac longius a Macedonia recedere. Erat autem Brutus in ima Candavia, cujus montes, ut Manutius docet ex Plinio, aberant a Dyrrachio millia paſſuum LXXIX. Sed quoniam plures erant Heracleæ, una in Macedonia, Thraciam ſpectans, altera inter Boeotiam & Theſſaliam, Trachinia cognomento, de qua Thucydides: Ἀφικόμενοι ἐς Ἡράκλειαν ἐν Τραχῖνι, ad utram ſibi vellet occurri Brutus, quóve ſe conferret, difficile eſt divinare aut conjecturâ aſſequi. *Malaſpina.*

32. *In ſuſpicionem.*] Legimus & apud Suetonium, ſuſpectam Pan-

que ut parricidam. nihil minùs credendum eſt. quis enim majorem calamitatem morte Panſæ accepit? præterea eſt modeſtus homo & frugi: quem ne utilitas quidem videatur impulſura fuiſſe ad facinus. Rogo te, & quidem valde rogo (nam Achilleus noſter non minùs quàm æquum eſt laborat) eripias eum ex cuſtodia conſerveſque. Hoc ego ad meum officium privatarum rerum æquè atque ullam aliam rem pertinere arbitror. Cùm has ad te ſcriberem litteras, ab Satrio, legato C. Trebonii, reddita eſt mihi epiſtola à [g] Tullio & Dejotaro, Dolabellam cæſum fugatumque eſſe. Græcam epiſtolam tibi miſi [h] Cycherei cujusdam, ad Satrium miſſam. Flavius noſter de controverſia, quam habet [i] cum Dyrrhachinis hereditariam, ſumpſit te judicem. rogo te, Cicero, & Flavius rogat, rem conficias. quin ei, qui Flavium fecit heredem, pecuniam debuerit civitas non eſt dubium: neque Dyrrhachini infitiantur: ſed ſibi donatum æs alienum à Cæſare dicunt. Noli pati à 33 neceſſariis tuis neceſſario meo injuriam fieri. [k] xvii. kalend. Jun. ex caſtris, ad imam Candaviam.

g Tillio *aut* Tylio *MSS.*
h Cicerei *alii, aut* Citherei.
i cum *deeſt in aliis.*
k xiv. *alii.*

EPISTOLA VII.

BRUTUS CICERONI S.

L. Bibulus quàm carus mihi eſſe debeat, nemo meliùs judicare poteſt quàm tu: cujus tantæ pro republica [l] contentiones ſollicitudinesque fuerunt. Itaque vel ipſius virtus, vel noſtra neceſſitudo debet conciliare te illi: quo minùs multa mihi ſcribenda eſſe arbitror. Voluntas enim te movere debet noſtra, ſi modò

l conciones *alii.*

P. B.

Panſæ mortem fuiſſe, medicumque Glyconem cuſtoditum eſſe, quaſi venenum vulneri indidiſſet, quod & Tacitus lib. 1. ſignificat his verbis: *Cæſis Hirtio & Panſa (ſive hoſtis illos, ſeu Panſam venenum vulneri offuſum, ſive milites Hirtium & machinator doli Cæſar abſtulerat) utriusque copias occupaviſſe.* P. Manut.

33. *Neceſſariis tuis.*] Erat enim Dyrrhachium in fide Ciceronis. itaque lib. xiv. ad Terentium, *Civitas*, inquit, *hæc ſemper à me defenſa eſt.* Et ad Atticum lib. iii. *Quod mei ſtudioſos habui Dyrrhachinos, ad eos perrexi.* & in oratione pro Plancio: *Dyrrhachium, quod erat in fide mea, petere contendi.* Idem.

34. *In*

dò juſta eſt, aut pro officio neceſſario ſuſcipitur. 34 In Panſæ locum petere conſtituit. eam nominationem à te petimus. neque conjunctiori dare beneficium quàm nos tibi [m] ſumus, neque digniorem nominare potes quàm Bibulum. De Domitio & Apulejo quid attinet me ſcribere, cùm ipſi per ſe tibi commendatiſſimi ſint? Apulejum verò tu tua auctoritate ſuſtinere debes. 35 Sed Apulejus in ſua epiſtola celebrabitur. Bibulum noli [n] dimittere ex ſinu tuo, tantum jam virum, ex quanto, crede mihi, poteſt evadere, qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus.

m ſimus *alii.*

n emitt. *alii.*

EPISTOLA VIII.

CICERO BRUTO S.

36 MULTOS tibi commendavi; & commendem neceſſe eſt. optimus enim quisque vir & civis maximè ſequitur judicium tuum, tibique omnes fortes viri navare operam & ſtudium volunt: nec quisquam eſt, quin ita exiſtimet, [o] meam apud te & [p] gratiam & auctoritatem valere plurimum. Sed C. Naſennium, municipem Sueſſanum, tibi ita commendo, ut neminem diligentiùs. Cretenſi bello, Metello imperatore, 37 octavum principem duxit: poſtea in re familiari occu-

o *alii* me.

p gratiâ & auctoritate *iid.*

34. *In Panſa locum.*] Ut Pontifiex minor creetur ep. 18. auctor Rhetoricorum ad Herennium itidem locutus eſt lib. 1. *Augur damnatus de pecuniis repetundis, in demortui locum qui petat, nominavit.* quam loquendi rationem qui non intelligebant pro, *in Panſa locum*, fecerunt, *is Panſa locum*, non modo contra veterem Latinè loquendi conſuetudinem, verum etiam contra quam in antiquis libris ſcriptum eſt. *P. Manut.*

35. *Sed Apulejus in ſua epiſt. celebr.*] Palat. ſec. & tert. *ſed Domitius in &c.* quod examinabunt quibus majus otium. *Gruter.*

36. *Multos tibi commendavi.*] Ita Antonignus & alii nonnulli, quod probo. Hoc enim dicit: Multos tibi antehac commendavi, & nunc commendem neceſſe eſt. Alii *commendo.* Malaſpina.

37. *Octavum Principem.*] In quavis legione erat ætas prima, Haſtatorum; altera, Principum; tertia, Triariorum, quæ, Velitibus exceptis, dividebantur ſingulæ in decem centurias, qui & manipuli dicebantur. prima Haſtatorum centuria, primus Haſtatus, ſecunda, ſecundus, & eodem modo usque ad decimam vocabatur. Sic primus Princeps, ſecundus Princeps. primus autem Triarius non dicebatur, ſed primus pilus. centuriones autem centu-

cupatus [q] fuit. Hoc tempore cùm reipublicæ partibus, tum tua excellenti dignitate commotus, [r] vellet per te aliquid auctoritatis aſſumere. Fortem virum, Brute, tibi commendo, frugi hominem, &, ſi quid ad rem pertinet, etiam locupletem. Pergratum mihi erit, ſi eum ita tractaris, ut merito tuo mihi gratias agere poſſit.

[q] eſt *alii.* [r] *alii* valeat.

EPISTOLA IX.

Pag. CCLXXVIII.

CICERO BRUTO S.

[s] FUNGERER officio, quo tu functus es in meo luctu, teque per litteras conſolarer, niſi ſcirem, [t] his remediis, quibus meum dolorem [v] tu levaſſes, te in tuo non egere: ac velim faciliùs quàm tunc mihi, nunc tibi tute medeare. Eſt enim alienum tanto viro, ut es tu, quod alteri [x] præceperit, id ipſum facere non poſſe. Me quidem cùm rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua, à nimio mærore deterruit. Cùm enim molliùs tibi ferre viderer quàm [y] deceret virum, præſertim eum, qui alios conſolari ſoleret accuſaſti, me per litteras gravioribus verbis quàm tua conſuetudo ferebat. Itaque judicium tuum magni æſtimans, idque veritus, me [z] ipſe collegi: & ea, quæ didiceram, legeram, acceperam, graviora duxi, tua auctoritate addita. Ac mihi tum, Brute, officio ſolùm erat & naturæ; tibi nunc populo & ſcenæ (ut dicitur) ſerviendum eſt. Nam cùm in te non ſolùm exercitus tui, ſed omnium civium ac penè gentium conjecti oculi ſint, minimè decet, propter quem fortiores ceteri ſumus, eum ipſum animo debilitatum videri. Quam ob rem accepiſti tu quidem dolorem (id enim amiſiſti, cui ſimile in terris nihil fuit) & eſt [a] dolendum, in tam gravi vulnere (ne id ipſum, carere omni ſenſu doloris, ſit miſerius quàm dolere) ſed, ut modicè, ceteris utile eſt, tibi neceſſe eſt.

[s] Funereo *MS.* [t] iis remed. *alii.* [v] tum *alii.* [x] præceperis *alii.* [y] deceret, virum præſ. *alii.* [z] ipſum *alii.* [a] verendum *Lamb.*

turio primi Haſtati, centurio primi Principis, centurio primi pili. Velites autem in centurias non dividebantur, ut Polybius lib. VI. docet. Naſennius igitur octavum Principem, id eſt octavam centuriam Principum, duxerat ſub Metello. ſic apud Cæſarem de Bello Gall. *Gal. T. Calventius anno ſuperiore primum pilum duxerat.* P. Manut.

38. *Vix*

eſt. Scriberem plura, niſi ad te hæc ipſa nimis multa eſſent. Nos te tuumque exercitum exſpectamus: ſine quo ut reliqua ex ſententia ſuccedant [38] vix ſatis liberi videmur fore. [b] De tota republica plura ſcribam, & fortaſſe jam certiora his litteris, quas Veteri noſtro cogitabam dare.

[b] De rep. alii.

EPISTOLA X.

CICERO BRUTO S.

P. B.

NULLAS adhuc à te litteras habebamus: ne famam quidem, quæ declararet, te, cognita ſenatûs auctoritate, in Italiam [c] adducere exercitum: quod ut faceres, idque maturares, magnopere deſiderabat respublica. Ingraveſcit enim in dies inteſtinum malum, nec [d] externis hoſtibus magis quàm domeſticis laboramus: qui erant omnino ab initio belli, ſed faciliùs frangebantur. Erectior ſenatus erat, non ſententiis ſolùm noſtris, ſed etiam cohortationibus excitatus. Erat [e] in ſenatu ſatis vehemens & acer Panſa, cùm in ceteros hujus generis, tum maximè in [39] ſocerum: cui conſuli non ani-

[c] alii ducere.

[d] exteris alii.

[e] præterea in ſen. MSS.

38. *Vix ſatis liberi.*] Quaſi ſolidam libertatem præter Brutum nemo ſpectaret, ne ex iis quidem, qui tum reip. cauſ in contra M. Antonium in Italia tuebantur, præſertim cum Octavium Cæſaris nomen incitare contra libertatis auctores videretur. Plutarchus etiam unum M. Brutum legitima reip. jura cogitaſſe tradit. Scripſit idem ad C. Caſſium his verbis: *Ut omnia, ut ſpero, proſperè ſuccedant, multum intereſt te venire. exigua eſt enim ſpes reip.* & ad ipſum Brutum infra ſcribens indicat, ſe non optimè ſperare de rep. ne hoſtibus quidem victis. ep. 19. *P. Manut.*

39. *Socerum.*] Niſi me conjectura fallit, Panſæ ſocer fuit Q. Fufius Calenus. Conjecturam inde duco, quod eum video à Panſa conſule ſententiam primum rogari, qui tamen neque dum conſul fuerat, neque Ciceroni certe rebus geſtis & meritis in remp. antecellebat, ut hoc ei deferre honoris, niſi propinquitate moveretur, Panſa non debuerit. Recitemus Ciceronis verba ex oratione x. in Antonium. *Neceſſitatem*, inquit, *mihi attulit paullò plura dicendi ſententia ejus, qui rogatus eſt ante me.* & infert proxime: *Quæ eſt enim iſta tua oratio, Calene? quæ mens? qui nunquam poſt kal. Januarias idem ſenſeris, quod is, qui te ſententiam primum rogat.* Et in IIX. in eundem, poſteaquam Caleni conſilium de pace cum Antonio jungenda ſatis multis verbis exagitavit, ſubjungit hæc: *Satis multa cum Fufio, ac ſine odio omnia, nihil ſine dolore.* Credo autem, qui generi querelam moderate ferat, æquo ani-

animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Bellum ad Mutinam [f]gerebatur, nihil ut in Cæſare reprehenderes; nonnulla in Hirtio. hujus belli fortuna, ut in ſecundis, fluxa: ut in adverſis, bona. erat victrix respublica, cæſis Antonii copiis, ipſo expulſo 40 à Bruto. Deinde ita multa peccata, ut quodammodo victoria excideret è manibus, perterritos, inermes, ſaucios non ſunt noſtri duces perſecuti: datumque Lepido tempus eſt, in quo levitatem ejus [g]ſæpè perſpectam majoribus in malis [h]experiremur. Sunt exercitus boni, ſed rudes, Bruti & Planci. Sunt fideliſſima & maxima auxilia Gallorum. ſed Cæſarem meis conſiliis adhuc gubernatum, præclara ipſum indole admirabilique conſtantia, improbiſſimis litteris quidam fallacibusque interpretibus ac [i]nuntiis impulerunt in ſpem certiſſimam conſulatûs. Quod [k]ſimulatque ſenſi; neque ego illum abſentem litteris monere deſtiti, nec accuſare præſentes ejus neceſſarios, qui ejus cupiditati ſuffragari videbantur: nec in ſenatu ſceleratiſſimorum conſiliorum fontes aperire [l]dubitavi: nec verò ulla in re memini, aut ſenatum meliorem, aut magiſtratus. Numquam enim in honore extraordinario potentis hominis, vel potentiſſimi potiùs (quando quidem potentia jam in vi poſita eſt &

f *alii delent* gerebatur.
g ſemper *alii.*
h *alii* experiemur.
i nuptiis *alii.*
k ſimulac *alii.*
Pag. CCLXXIX.
l non dub. *alii.*

animo laturum amici. quo in loco quin Caleni gener Panſa, qui conſul erat, demonſtretur, vix putaverim poſſe dubitari. Convenit enim generi querela cum hujus epiſtolæ verbis, *Vehemens & acer Panſa, cùm in ceteros hujus generis, tum maxime in ſocerum.* P. Manut.

40. *Bruti deinde.*] Et ſententia patet, & ita ſcriptum eſt in antiquis libris. miror tamen, cur iſtam culpam in D. Brutum nominatim Cicero contulerit, cur non potius in Octavianum, quem à Bruto, ut Cæſaris filium, non amari probe noverat: cujus certe gravius quam D. Bruti peccatum illud fuit, quòd Antonium, ex Mutinenſi prœlio fugientem, perſecutus non eſt. habebat enim copias veteranorum militum firmiſſimas: at D. Brutus & tirones, & omnium rerum inopia, propter diuturnam obſidionem, peſſime acceptos, quod ipſe in quadam epiſtola, ſuam tarditatem in Antonio perſequèndo excuſans, conqueritur: Præterea ipſe Cicero proximi verbis non uni Bruto id tribuit, ſed inter duces communicat, ait enim: *Perterritos, inermes, ſaucios non ſunt noſtri duces perſecuti.* Videndum igitur, an gloſſa fuerit dictio *Bruti*, an illud *peccata*, ſcripta ab homine imperito, qui, quod Bruti Octavianique commune fuerat, id unius Bruti proprium putarit. *Idem.*

41. *Il-*

& armis) accidit, ut nemo tribunus plebis, nemo alio magiſtratu, nemo privatus, auctor exſiſteret. ſed in hac conſtantia atque virtute erat tamen ſollicita civitas. [41] Illudimur enim, Brute, cùm militum deliciis, tum imperatoris inſolentiâ. Tantum quisque [m] ſe in republica poſſe poſtulat, quantum habet virium. non ratio, non modus, non lex, non mos, non officium valet: non judicium, non exiſtimatio civium, non poſteritatis verecundia. Hæc ego multo antè proſpiciens fugiebam ex Italia, tum, cùm me veſtrorum edictorum fama revocavit. Incitaviſti verò tu me, Brute, Veliæ. quamquam enim dolebam, in eam me urbem ire, quam tu fugeres, qui eam liberaviſſes, quod mihi quoque quondam acciderat, periculo ſimili, caſu triſtiore; [n] perrexi tamen Romamque perveni, nulloque præſidio [o] quatefeci Antonium: contraque ejus arma nefanda præſidia, quæ oblata ſunt, Cæſaris conſilio & auctoritate firmavi. qui ſi ſteterit idem mihique paruerit, ſatis videmur habituri præſidii. ſin autem [p] impiorum conſilia plus valuerint quàm noſtra, aut imbecillitas ætatis non potuerit gravitatem rerum ſuſtinere, ſpes omnis eſt in te. Quam ob rem advola, obſecro, atque eam rempublicam, quam virtute atque animi magnitudine magis quàm eventis rerum [q] liberaſti, exitu libera. omnis omnium concurſus ad te futurus eſt. Hortare idem per litteras Caſſium. Spes libertatis nusquam, niſi in veſtrorum caſtrorum [42] [r] principiis eſt. Firmos omnino & duces habemus ab occidente, & exercitus. Hoc adoleſcentis præſidium equidem adhuc firmum eſſe confido. ſed ita multi labefactant, ut, ne mo-

m *alii non habent* ſe.
n perſpexi *alii.*
o *alii* patefeci.
p imperitorum *alii.*
q liberaviſti *alii.*
P. B.
r præſidiis *alii.*

41. *Illudimur enim, Brute, cùm militum deliciis, tum Imperatoris inſolentiâ.*] Videtur legendum *Imperatorum:* & in manuſcripto eſt *Impp.* Urſin.

42. *Præſidiis.*] *Principiis* eſſe video in antiquis libris, quos ego libenter ſequi ſoleo. hic tamen teneo me paulisper. nam etſi, *principia*, locum in caſtris fuiſſe non ignoro; mihi tamen novè, nec ſatis ad exprimendam ſententiam accommodatè, dictum videtur. cur enim *in principiis veſtrorum caſtrorum* potius quàm *in veſtris caſtris?* quibus in totis certe, hoc eſt, in univerſo Bruti exercitu, non in principiis, hoc eſt, in parte aliqua, ſpes erat poſita libertatis, *præſidiis*, vel antiquus liber ſi haberet, probarem multò magis quàm *principiis.* eſſet aperta ſententia, eſſet uſitata locutio. *P. Manut.*

43. *Mi-*

moveatur; interdum extimeſcam. Habes totum reipublicæ ſtatum: qui quidem tum erat, cùm has litteras dabam. Velim deinceps meliora ſint: ſin aliter fuerit (quod dii omen avertant!) reipublicæ vicem dolebo: quæ immortalis eſſe debebat. 43 mihi quidem quantulum reliqui eſt?

EPISTOLA XI.

BRUTUS CICERONI S.

VETERIS Antiſtii 44 talis animus eſt in rempublicam, ut non dubitem, quin & in Cæſare & Antonio ſe [s] præſtaturus fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis, ſi occaſioni potuiſſet occurrere. Nam, qui in Achaja congreſſus, P. Dolabella milites atque equites habente, quodvis adire periculum, ex inſidiis paratiſſimi ad omnia latronis, maluerit quàm videri aut coactus eſſe pecuniam dare, aut libenter dediſſe homini nequiſſimo atque improbiſſimo, is nobis ultro & pollicitus eſt, & dedit H-S. xx. ex ſua pecunia: &, quod multo carius eſt, ſeipſum obtulit & conjunxit. Hinc perſuadere [r] cœpimus, ut imperator in caſtris remaneret remque publicam defenderet. 45 ſtatuit id ſibi, quoniam exercitum dimiſiſſet. ſtatim verò rediturum ad nos confirmavit, legatione ſuſcepta, niſi prætorum comitia habituri eſſent conſules. Nam illi ita ſentienti de republica magnopere auctor fui, ne differret tempus petitionis ſuæ. cujus factum omnibus gratum

[s] *ita Vict. alii* præſtiturus.

[r] cupimus *alii.*

43. *Mihi quidem quantulum reliqui eſt?*] Lambinus finxit *vitæ qu. reliqua*, niſi velimus, inquit, *reliquum.* erat in mſſ. aliquot, item Pall. duobus *aliquantulum*; quod mutabat in, *mihi quidem mali quantulum reliqui eſt?* Gulielmius. *Gruter.*

44. *Talis animus eſt in rempublicam.*] Balliol. *republica.* Quod ego non minorem Venerem habere opinor ac vulgatum, & vel Ciceronis linguâ dignum. Nec enim aliter loquitur epiſt. 13. *Nihil ego poſſum in ſororis meæ liberis facere*, ut jam edunt viri docti, ubi olim legebatur a quibusdam *liberos.* Unde etiam non dubitavi in epiſtola Bruti 16. ex MS. iſto & editis antiquis reddere. *Quod pulcherrime feciſti ac facis in Antonio.* Gronov.

45. *Statuit id ſibi, quoniam.*] Haud aliter Pall. tres. nam tert. *ſibi eundum, quoniam.* P. Manutius expreſſit *ſtatuit eundum ſibi, quoniam.* quod & retinuit Lambinus. neutra lectio ſatisfacit. *Gruter.*

46. *Et*

tum eſſe debet, qui modò [v] judicant, hunc exercitum eſſe [x] reipublicæ. tibi tanto gratius, quanto & majore [y] animo gloriâque libertatem noſtram defendis [46] & [z] dignitatem; ſi contigerit noſtris conſiliis exitus, quem optamus, perfuncturus es. Ego etiam, mi Cicero, propriè familiariterque te rogo, ut Veterem ames veliſque eſſe quàm ampliſſimum: qui etſi nulla re deterreri à propoſito poteſt, tamen excitari tuis laudibus indulgentiâque poterit, quo magis amplexetur ac tueatur judicium ſuum. [a] id mihi gratiſſimum erit.

v judicarint *alii.* P. CCLXXX. x utilem reip. *alii.* y ex animo *alii.* z majorem dign. *alii.* a *ita MSS.* *alii* et.

EPISTOLA XII.

CICERO BRUTO S.

Etsi daturus eram Meſſalæ [47] Corvino [b] continuò litteras, tamen Veterem noſtrum ad te ſine litteris meis venire nolui. Maximo in diſcrimine respublica, Brute, verſatur, victoresque rurſus decertare cogimur. id accidit M. Lepidi ſcelere & amentiâ. Quo tempore cùm multa propter eam curam, quam pro republica ſuſcepi, graviter ferrem, tum nihil tuli graviùs quàm me non poſſe matris tuæ precibus cedere, non ſororis. nam tibi, quod mihi plurimi eſt, [c] facilè me ſatisfacturum

b *alii non habent* cont. c facile ſat. *alii.*

46. *Et dignitatem, ſi contig. n. conſ. exitus. q. opt. perfruiturus es.*] Sic jampridem emendaram in meo codice, quam conjecturam multò nunc magis amplector, cùm idem P. Manutio placere video. Admonui autem in comment. Lucretianis, veteres conjungere ſolitos verbum *perfruor* cum accuſandi caſu. Lucret. lib. III. *Omnia perfruitus vitaï præmia, marces.* Sed velim addi adjectivum, majorem, ut hoc modo legatur, *& majorem dignitatem &c.* Lamb. *Perfuncturus es.*] Pal. tert. à manu emendatrice, *perfunctus es.* P. Manutius conjecit, *perfuncturus es*; quod recepit Lambinus, præter libros. mihi binæ iſtæ voculæ videntur librarii potius alicujus quàm Tullii. *Gruter.*

47. *Corvino.*] Dubium non eſt hunc originem ducere à Valerio illo, cui à Corvo, qui ei pugnanti opem tulit, Corvi cognomen eſt inditum, qui ſi corvus dictus eſt, ut veteres tum lapides, tum nummi teſtantur, quod à Carolo Sigonio, viro doctiſſimo & in examinanda antiquitate diligentiſſimo, notatum eſt: videtur & hic Corvus potius quàm Corvinus eſſe nominandus. quamquam non nihil in dubium me revocat veterum librorum conſenſio, in quibus eſſe video, *Corvino*: & quod Manilius poëta, qui Auguſti temporibus vixit, *Corvinum*, non *Corvum*, nominat. *P. Manut.*

48. Te-

rum arbitrabar. Nullo enim modo poterat cauſa Lepidi diſtingui ab [d] Antonio: omniumque judicio etiam durior erat, quòd, cùm honoribus ampliſſimis à ſenatu eſſet Lepidus ornatus, tum etiam paucis antè diebus præclaras litteras ad ſenatum miſiſſet: repentè non ſolum recepit reliquias [e] hoſtium, ſed bellum acerrimum terrâ marique gerit: cujus exitus qui futurus ſit incertum eſt. [f] Itaque cùm rogamur, ut miſericordiam liberis ejus impertiamus, nihil affertur, quò minùs [g] ſumma ſupplicia, ſi (quod Jupiter omen avertat!) pater puerorum vicerit, ſubeunda nobis ſint. Nec verò me fugit quàm ſit acerbum, parentium ſcelera filiorum pœnis lui. Sed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut caritas liberorum amiciores parentes [h] reipublicæ redderet. Itaque Lepidus crudelis in liberos, non is, qui Lepidum hoſtem judicat. Atque ille ſi, armis poſitis, de vi damnatus eſſet, quo in judicio certè defenſionem non haberet, eandem calamitatem ſubirent liberi, bonis publicatis. quamquam, [i] quod tua mater & ſoror deprecatur pro pueris, idipſum & multa alia crudeliora nobis omnibus Lepidus, Antonius & reliqui hoſtes denuntiant. Itaque maximam ſpem hoc tempore habemus in te atque exercitu tuo. Cùm ad reipublicæ ſummam, tum ad gloriam & dignitatem tuam vehementer pertinet, [k] te in Italiam, ut antè ſcripſi, venire quamprimùm. Eget enim vehementer cùm viribus tuis, tum etiam conſilio reſpublica. Veterem pro ejus erga te benivolentia ſingularique officio libenter ex tuis litteris complexus ſum: eumque cùm tui, tum reipublicæ ſtudioſiſſimum [l] amantiſſimumque cognovi. Ciceronem meum propediem, ut ſpero, videbo. [48] tecum enim illum, & te in Italiam celeriter eſſe venturum confido.

d *ita MSS.* Antonii *Lamb.*

e exercitus hoſt. *alii.*

f *alii* Ita.

g multa *alii.* P. B.

h rep. *alii.*

i quod *deeſt in aliis.*

k *alii* te (u. a. ſ.) in Italiam.

l *alii* amiciſſimumque.

EPISTOLA XIII.

BRUTUS CICERONI S.

De M. Lepido vereri me cogit reliquorum timor: qui ſi eripuerit ſe [m] nobis (quod velim temerè atque

m bonis *Gul.*

48. *Tecum enim illum, & te in Italiam cel. eſſe vent. conf.*] Lambinus omiſit *&* *te* ut ſupervacuas. P. Manutius mutabat in *eſſe*, de-

que injurioſè de illo ſuſpicati ſint homines) oro atque obſecro te, Cicero, neceſſitudinem noſtram [n] tuamque in me benivolentiam obteſtans, ſororis meæ liberos obliviſcaris eſſe Lepidi filios, meque his in patris locum ſucceſſiſſe exiſtimes. hoc ſi à te impetro, 49 nihil profectò dubitabis pro his ſuſcipere. Aliter ali[...]cum ſuis vivunt. nihil [o] ego poſſum in ſororis meæ liberis facere, quo poſſit expleri voluntas mea aut officium. Quid verò aut mihi tribuere boni poſſunt, ſi modò digni ſumus, quibus aliquid tribuatur: aut ego matri ac ſorori puerisque illis præſtaturus [p] ſum, ſi nihil valuerit apud te reliquumque ſenatum, contra patrem Lepidum Brutus avunculus? Scribere multa ad te neque poſſum præ ſollicitudine ac ſtomacho, neque debeo. Nam ſi in tanta re tamque neceſſaria [q] verbis mihi opus eſt ad te excitandum & confirmandum: nulla ſpes eſt, facturum te quod volo, & quod oportet. Quare noli exſpectare longas preces. intuere meipſum, 50 qui hoc à te, vel à Cicerone, conjunctiſſimo homine, privatim; vel à conſulari, tali viro, remota neceſſitudine privata, impetrare debeo. Quid ſis facturus velim mihi quamprimùm reſcribas. Kalend. Quint. ex caſtris.

n tuam alii.

Pag. CCLXXXI.

o ego non poſſ. *Lamb.*

p ſim *alii.*

q verbis opus *alii.*

EPISTOLA XIV.

CICERO BRUTO S.

BREVES tuæ litteræ: breves dico? immò nullæ. tribusne verſiculis his temporibus Brutus ad me? 51 nihil ſcripſiſſem potiùs. & requiris meas. Quis umquam ad te tuorum ſine meis venit? Quæ autem epiſtola non pondus habuit? Quæ ſi ad te perlatæ non ſunt,

delebatque alterum *eſſe*, quod mox ſequebatur. noſtri nihil variant, niſi quod quart. non agnoſcat *te*, retinueritque ſolùm *&*. Gruter.

49. *Nihil profectò dubitabis pro his ſuſcipere aliter.*] In libro, qui fuit Leoniceni, ſcriptum eſt: *Nihil profectò dubitabis pro me ſuſcipere, quod ad ſalutem eorum pertineat.* Urſin.

50. *Qui hoc a te vel ab Cic.*] Voculæ *a te* non erant in Balliolenſi codice, & magnifice magis extollitur oratio, ſi abſint. Sed Tullii manus conſideretur. *Gronov.*

51. *Nihil ſcripſiſſem potius.*] Placet Faërni conjectura, qui *ſcripſiſſe* putabat legendum. *Urſin.*

ſunt, ne domeſticas quidem tuas perlatas arbitror. Ciceroni ſcribis te longiorem daturum epiſtolam. rectè id quidem: ſed hæc quoque debuit eſſe plenior. Ego autem cùm ad me de Ciceronis abs te diſceſſu ſcripſiſſes, ſtatim extruſi tabellarios litteraſque ad Ciceronem; ut, etiam ſi in Italiam veniſſet, ad te rediret. nihil enim mihi jucundius, nihil illi honeſtius. quamquam [r] aliquoties ei ſcripſeram, ſacerdotum comitia [s] mea ſumma contentione in alterum annum eſſe rejecta: quod ego [t] cùm Ciceronis cauſâ [v] elaboravi, tum Domitii, Catonis, Lentuli, Bibulorum: quod ad te etiam ſcripſeram. Sed videlicet cùm illam puſillam epiſtolam tuam ad me dabas, [x] nondum erat tibi id notum. Quare omni ſtudio à te, mi Brute, contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas [52] tecumque adducas: quod ipſum, ſi rempublicam, cui ſuſceptus es, reſpicis, tibi jam jamque faciendum eſt. renatum enim bellum eſt: idque non [y] parvo ſcelere Lepidi. Exercitus autem Cæſaris, qui erat optimus, non modò nihil prodeſt, ſed etiam [z] cogit exercitum tuum flagitari: qui ſi Italiam attigerit, erit civis nemo (quem quidem civem appellari fas ſit) qui ſe non in tua caſtra conferat. etſi Brutum præclarè cum Planco conjunctum habemus. ſed non [a] ignoras quàm ſint incerti animi hominum & infecti partibus; & exitus prœliorum. Quin etiam, ſi, ut ſpero, vicerimus; tamen [53] magnam gubernationem tui conſilii tuæque auctoritatis res deſiderabit. Subveni igitur, per deos, idque quamprimùm. [b] tibique perſuade, non te idibus Martiis, quibus ſervitutem à tuis civibus repuliſti, plus profuiſſe patriæ quàm, ſi maturè veneris, profuturum. XI. idus [c] Quint.

r. B. r aliquotiens *edd. vett.*

s mea *deeſt in aliis.*

t tum *alii.*

v laboravi *alii.*

x non erat *alii.*

y parvum *Gul.*

z cogitat *alii.*

a ignores *alii.*

b tibi *alii.*

c *alii* Quint. Vale. ex urbe.

EPI-

52. *Tecumque adducas.*] Editio Juntæ *deducas*, Balliodenſis MS. *tecumque ducas.* Utrumvis certe probabilius vulgato, quum & illud ſit proprium de provincia in Italiam redeuntibus; hoc ſatis eleganter, ut iſtud lib. III. ad Quintum ep. 3. *Eat nobiſcum puerumque ducat.* IV ad Attic. II. *Ego mecum præter Dionyſium duxi neminem.* Gronov.

53. *Magnam gubernationem tui conſilii.*] Suſpectum mihi, *magnam gubernationem*, tanquam adpictum ad aliam quam vocem vere Ciceronis. *Gruter.*

54. *Quam-*

EPISTOLA XV.

CICERO BRUTO S.

MEssalam habes. Quibus igitur litteris tam accuratè ſcriptis aſſequi poſſum, ſubtiliùs ut explicem, quæ gerantur, quæque ſint in republica, quàm tibi is exponet, qui & optimè omnia novit, & elegantiſſimè expedire, & [d] deferre ad te poteſt? Cave enim exiſtimes, Brute (quamquam non eſt neceſſe ea me ad te, quæ tibi nota ſunt, ſcribere: ſed tamen tantam omnium laudum excellentiam non queo ſilentio præterire) cave putes, probitate, conſtantiâ, curâ, ſtudio reipublicæ quidquam illi eſſe ſimile: ut eloquentia, quâ mirabiliter excellit, vix in eo locum ad laudandum habere videatur. [54] quamquam in hac ipſa ſapientia plus apparet. ita gravi judicio multaque arte ſe exercuit in veriſſimo genere dicendi. Tanta autem induſtria eſt, tantumque [e] evigilat in ſtudio, ut non [f] maxima ingenio (quod in eo ſummum eſt) gratia habenda videatur. Sed provehor amore. non enim id propoſitum eſt huic epiſtolæ, Meſſalam ut laudem, præſertim ad Brutum, cui & virtus illius non minùs quàm mihi nota eſt, & hæc ipſa ſtudia, quæ laudo, notiora: quem cùm à me dimittens, graviter [g] ferrem; hoc levabar uno, quòd ad te, tamquam ad alterum me, proficiſcens, & officio fungebatur, & laudem maximam [h] ſequebatur. Sed hæc hactenus. Venio nunc longo ſanè intervallo ad quandam epiſtolam, quâ [i] mihi multa tribuens unum reprehendebas, quòd in honoribus decernendis eſſem nimius & tamquam prodigus. Tu hoc: alius fortaſſe, quòd in animadverſione pœnaque durior; [55] niſi fortaſſe

Pag. CCLXXXII.

d referre *alii*.

e vigilat *Gul.*

f *alii* maximo, *alii* maxima vi ingenii.

g ferebam *alii*.

h aſſequebatur *alii*.

i tu mihi *alii*.

54. *Quamquam in hac ipſa ſapientia plus apparet.*] Faërnus legerat *ſapientiæ*, pro *ſapientia*, longe meliore ſententia. *Urſin*

55. *Niſi fortaſſe utrumque tu.*] Prorſus rarum eſt, & haud ſcio an ſingulare, ut cum *niſi fortaſſe*, non autem *forte* jungatur. illa enim *forſan*, *forſitan*, *fortaſſe*, *fortaſſis* vim habent eam, ut quibus addantur, ea fieri poſſe ut evenerint eveniant; hoc eſt, eventûs facultatem ſignificent. *Forte* verò ipſius eventûs caſum. itaque vel his tantum jungitur, quæ fortuito contingunt, ut in illo Terentii, Andria: *Forte, ita ut ſit, filium perduxere*; vel dictioni-

taſſe utrumque tu. Quod ſi ita eſt, utriusque rei meum judicium [k] tibi cupio eſſe notiſſimum: [l] neque ſolùm, ut Solonis dictum uſurpem, [56] qui & ſapientiſſimus fuit ex ſeptem, & legum ſcriptor ſolus ex ſeptem. Is rempublicam duabus rebus contineri dixit, præmio & pœnâ. eſt ſcilicet utriusque rei modus, ſicut reliquarum, & quædam in utroque genere mediocritas: ſed non tanta de re propoſitum eſt hoc loco diſputare. Quid ego autem ſecutus hoc bello ſim in ſententiis dicendis aperire non alienum puto. Poſt interitum Cæſaris & veſtras memorabiles Idus Martias, Brute, quid ego prætermiſſum à vobis, quantamque impendere reipublicæ tempeſtatem dixerim, non es oblitus. Magna peſtis erat depulſa per vos, magna populi Romani macula deleta: vobis verò parta divina gloria: ſed inſtrumentum regni delatum ad Lepidum & [m] Antonium: quorum alter inconſtantior, alter impurior, uterque pacem metuens, inimicus otio. His ardentibus perturbandæ reipublicæ cupiditate, quod opponi poſſet præſidium non habebamus. Erexerat enim ſe civitas, in retinenda libertate conſentiens. [n] Nos tum nimis acres: [57] vos fortaſſe ſapientiùs exceſſiſtis urbe ea, quam liberaratis: Italiæ ſua vobis ſtudia profitenti remiſiſtis. Itaque cùm teneri urbem à [o] parricidis viderem, nec te in ea, nec [p] Caſſium tutò eſſe poſſe, eamque armis oppreſſam ab Antonio: mihi quoque ipſi eſſe excedendum putavi. Tætrum enim ſpectaculum, oppreſſa ab impiis civitas, opitulandi poteſtate præciſa. Sed animus idem, qui ſem-

k ſtudeo tibi eſſe *alii.*
l non *alii.*
P. B.
m *alii* Ant. per vos; quor.
n Non *alii.*
o paricid. *alii.*
p Catium *alii.*

ctionibus fortuitum caſum ſignificantibus, cujusmodi illæ ſunt *ſi*, *ne*, *niſi*. Cicero I. Verr. *Si quis veſtrûm forte miratur.* Item II. de Orat. *Ne forte hoc magnum & mirabile videatur.* Pro Flacco: *Niſi fortè.* quomodo hic ſuſpicor eſſe legéndum, ut proximum ſuperius *fortaſſe* hujus occaſionem dederit ſupinis ſcriptoribus. *Malaſpina.*

56. *Qui ſapientiſſimus fuit ex ſeptem.*] Magis placebat ut eſt in manuſcripto, *Qui & ſapiens fuit unus ex ſeptem.* Urſin. *Et ſapientiſſimus è ſeptem.*] Lectionem iſtam eruit è fideliſſimo exemplari & tuetur lib. XXIV. Var. Lect. cap. 7. P. Victorius. pervulgata enim, *& ſapiens unus è ſeptem.* Gruter.

57. *Vos fortaſſe ſapientius exceſſiſtis urbe ea, quam liberaratis.* Ita jam præceſſit in epiſt. 10. Sed hîc Balliol. MS. *quam liberaſtis*, ut τὸ *quam* haberi velit loco adverbii, ut ſemper Cicero cædem Antonii inconſulte omiſſam & ubique objicit. *Gronov.* Sunt qui legunt, *Non fortaſſe &c.* non placet.

58. *Ne*

ſemper infixus [q] eſt in patriæ caritate, diſceſſum ab ejus periculis ferre non potuit. itaque in medio Achaico curſu, cùm Eteſiarum diebus Auſter me in Italiam, quaſi diſſuaſor mei conſilii, retuliſſet, te vidi Veliæ doluique vehementer. Cedebas enim, Brute, cedebas, quoniam Stoici [r] noſtri negant fugere ſapientis. Romam ut veni, ſtatim me obtuli Antonii ſceleri atque dementiæ: quem cùm in me incitaviſſem, conſilia inire cœpi Brutina [s] planè (veſtri enim hæc ſunt propria ſanguinis) reipublicæ liberandæ. Longa ſunt, quæ reſtant, [t] prætereunda: ſunt enim de me: tantùm dico, Cæſarem hunc adoleſcentem, per quem adhuc ſumus, ſi verum fateri volumus, fluxiſſe ex fonte conſiliorum meorum. Huic habiti à me honores nulli quidem, Brute, niſi debiti: nulli, niſi neceſſarii. Ut enim primùm libertatem revocare cœpimus, cùm ſe nondum ne [v] Decimi quidem Bruti divina virtus ita commoviſſet, ut jam id ſcire poſſemus: atque omne præſidium eſſet in puero, qui à cervicibus noſtris avertiſſet Antonium: quis honos ei non fuit decernendus? quamquam ego illi tum verborum laudem tribui, eamque modicam. Decrevi etiam imperium: quod quamquam videbatur illi ætati [x] honorificum, tamen erat exercitum habenti neceſſarium. quid enim eſt ſine imperio exercitus? Statuam Philippus decrevit, celeritatem petitionis primò Servius, pòſt majorem etiam Servilius. nihil tum nimium videbatur. Sed neſcio quomodo faciliùs in timore benigni quàm in victoria grati [y] reperimur. Ego enim, D. Bruto liberato, cùm lætiſſimus ille civitati dies illuxiſſet, idemque caſu Bruti natalis eſſet: decrevi, ut in faſtis ad eum diem Bruti nomen adſcriberetur. in eoque ſum majorum exemplum ſecutus, qui hunc honorem mulieri [z] Larentiæ tribuerunt, [a] cui vos pontifices ad aram in Velabro [b] facere ſoletis. quod ego cùm dabam Bruto, [58] notam eſſe in faſtis gratiſſimæ victoriæ [59] ſempiternam volebam. atque illo die cognovi,

q eſt *deeſt in aliis.*
r *ita MSS. & Vict. alii* veſtri.
s *alii* (plane enim veſtri.
Pag. CCLXXXIII.
t pertereunda ſunt enim. De me tant. *alii.*
v Decii *alii. malè.*
x nimis hon. *Lamb. conj.*
y reperiuntur *MSS.* reperiantur *Lamb.*
z Laurent. *alii.*
a cujus *alii.*
b *alii* ſacrificium facere. *malè.*

58. *Notam eſſe in faſtis gratiſſimæ victoriæ ſempiternam volebam.*] Olim editi, *ſempiternam memoriam volebam.* ſed intermedia vox in nullo viſitur Palatino, non magis quàm Manutianis. *Gruter.*

59. *Sempiternam memoriam.*] Ubi ſunt, qui ſe libros impreſſos ſine ſcriptorum ope facile putant poſſe corrigere? hæc, hæc nimirum temeritas antiquorum ſcripta maculis innumerabilibus inquinavit,

vi, paullo plures in ſenatu malivolos eſſe quàm gratos. Eos per ipſos dies effudi (ſi ita vis) honores in mortuos, Hirtium & Panſam, Aquilam etiam. quod quis reprehendit, niſi qui, depoſito metu, præteriti periculi fuerit oblitus? Accedebat ad [c] beneficii memoriam gratam ratio illa, quæ etiam [d] poſteris eſſet ſalutaris. Exſtare enim volebam in [e] crudeliſſimos hoſtes monumenta odii publici ſempiterna. Suſpicor illud minùs tibi probari, quod ab tuis familiaribus, optimis illis quidem viris, ſed in republica rudibus, non probatur, quòd, ut ovanti introire Cæſari liceret, decreverim. Ego autem (ſed erro fortaſſe: nec [f] tamen is ſum, ut mea me maximè delectent) nihil mihi videor hoc bello ſenſiſſe prudentius. Cur autem ita ſit aperiendum non eſt, ne magis videar providus fuiſſe quàm gratus. hoc ipſum nimium. quare alia videamus. D. Bruto decrevi honores, decrevi L. Planco. Præclara illa quidem ingenia, quæ gloriâ invitantur: ſed ſenatus etiam ſapiens, qui, qua quemque re putat, modò honeſta, ad rempublicam juvandam poſſe adduci, hac utitur. At in Lepido reprehendimur: cui cùm ſtatuam in roſtris ſtatuiſſemus, iidem illam evertimus. Nos illum honore ſtu-

c beneficiorum *alii.* P. B.

d poſſet eſſe ſal. *MS.*

e publicos *alii.*

f enim is *Lamb. Gul.*

navit; neque vero dum repreſſum eſt hoc malum, ſed in dies, ut video, ſerpit magis. id adeò iis libris, qui quotidie typographorum quorundam ex officinis prodeunt, legendis intelligo. Hic in duabus vocibus, *Sempiternam memoriam* me quoque hactenus, ut ingenuè confitear, cum ceteris νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα· Nec dubitavi, quin ita rectè legeretur, ſenſu ſatis aperto. nunc, à Beſſarionis libro dictionem, *memoriam*, cum viderem abeſſe, omiſſam primum incuriâ librarii ſum opinatus; deinde, cum accuratius animum intendiſſem, agnovi veritatem, &, *memoriam*, abundare prorſus judicavi, quod à nemine fuerat animadverſum: & eſt pulcherrima ſententia. ideo, inquit, decrevit, ut in faſtis ad eum diem, quo victus eſſet ad Mutinam Antonius, Bruti nomen adſcriberetur; quia notam eſſe in faſtis volebam, quæ victoriam illam futuris etiam gentibus teſtaretur. notam enim hic pro ſigno ac monumento quodam accipio, quod quibus occultum fuit, ii, *memoriam*, de ſuo intruſerunt, ut eſſet, *notam memoriam.* confirmat igitur noſtram correctionem primùm libri ſcripti auctoritas, deinde ſententia, quam ego in hac emendandi ratione maxime ſoleo ſpectare; poſtremo ipſemet Cicero, qui eadem de re paulò poſt iiſdem fere verbis uſus eſt. Infert enim: *Exſtare volebam in crudeliſſimos hoſtes monumenta odii publici ſempiterna.* P. Manut.

60. *In*

ſtuduimus à furore revocare. vicit amentia leviſſimi hominis noſtram prudentiam. nec tamen tantum in ſtatuenda [g] Lepidi ſtatua factum eſt mali, quantum in evertenda boni. Satis multa de honoribus. nunc de pœna pauca ſunt dicenda. Intellexi enim ex tuis ſæpe litteris, te in iis, quos bello deviciſti, clementiam tuam velle laudari. Exiſtimo equidem nihil à te, niſi ſapienter. Sed ſceleris pœnam prætermittere (id enim eſt, quod vocatur ignoſcere) etiam ſi in ceteris rebus tolerabile eſt, in hoc bello perniciosum puto. Nullum enim bellum civile fuit in noſtra republica omnium, quæ memoriâ meâ fuerunt, in quo bello non, utracumque pars viciſſet, tamen aliqua forma eſſet futura reipublicæ. hoc bello victores quam rempublicam [h] ſimus habituri non facilè affirmarim: victis certe nulla unquam erit. Dixi igitur ſententias in Antonium, dixi in Lepidum ſeveras: neque tam ulciſcendi cauſâ, quàm ut & in præſens ſceleratos cives timore ab impugnanda patria deterrerem: & [60] in poſterum documentum ſtatuerem, nequis talem amentiam vellet imitari. quamquam hæc quidem ſententia non magis mea fuit quàm omnium. In qua videtur illud eſſe crudele, quòd ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna pervenit. Sed id [i] & antiquum eſt, & omnium civitatum: ſiquidem etiam [61] Themiſtocli liberi eguerunt. &, ſi judicio damnatos eadem pœna ſequitur cives, qui potuimus leniores eſſe in hoſtes? Quid autem queri poteſt quisquam de [k] me, qui ſi viciſſet, acerbiorem ſe in me futurum fuiſſe confiteatur neceſſe eſt? Habes rationem mearum ſententiarum, de hoc genere duntaxat honoris & pœnæ. Nam de ceteris rebus quid ſenſerim, quidque cenſuerim, audiſſe te

g Lepido alii.
h ſumus alii.
Pag. CCLXXXIV.
i aliis abeſt &.
k ſe alii.

60. *In poſterum documentum ſtatuerem.*] Vox *documentum* ſuſpecta mihi, tanquam à ſcriba potius quàm Tullio. *Grut.* An potuit vir optimis ſcriptoribus ita adſuetus tale quid ſuſpicari, nedum manu ſua profiteri? Nos illi non obſequimur, quos meliora docuit pater in lib. IV. Obſervationum cap. 11. *Gronov.*

61. *Themiſtoclis liberi eguere.*] Explicat Cælius Rhodiginus libro XIV. Antiquar. Lect. cap. 12. *Grut.* Sed quum Gruterus in prioribus adeo ſe ſtudioſum nitoris Tulliani declaraverit, cur nunc ſic edit, quum Rob. Stephanus & Antonius Juntas ex Victorio jam exhibuerant *Themiſtocli*, quod ſine dubio ſequutus fui. Mox etiam iidem, *quid autem queri poteſt quisquam de ſe*, ubi *queri* eſt deplorare. *Gronov.*

te arbitror. Sed hæc quidem non ita neceſſaria. illud valde neceſſarium, Brute, te in Italiam cum exercitu venire quàm primùm. ſumma eſt exſpectatio tui: [l] quod ſi Italiam attigeris, ad te concurſus fiet omnium. Sive enim vicerimus: (qui quidem pulcherrimè viceramus, niſi Lepidus perdere omnia & perire ipſe cum ſuis [m] concupiviſſet) tua nobis auctoritate opus eſt ad collocandum aliquem civitatis ſtatum: ſive etiam nunc certamen reliquum eſt, maxima ſpes eſt cùm in auctoritate tua, tum in exercitus tui viribus. Sed propera, per deos. ſcis [n] enim, quantum ſit in temporibus, quantum in celeritate. Sororis tuæ filiis quàm diligenter conſulam ſpero te ex matris [o] & ex ſororis litteris cogniturum. qua in cauſa majorem habeo rationem tuæ voluntatis, quæ mihi cariſſima eſt, quàm, ut quibusdam videor, conſtantiæ meæ. ſed ego nulla in re malo quàm [p] te amando conſtans & eſſe & videri.

l *ita Grut. alii* qui ſi.

m concupiſſet *alii.*

n enim *deeſt in aliis.*

o *aliis abeſt* &. *aliis* ex.

P. B.

p in te *conj. Lamb.*

EPISTOLA XVI.

BRUTUS CICERONI S.

PArticulam litterarum tuarum, quas miſiſti Octavio, legi, miſſam ab Attico mihi. Studium tuum curaque de ſalute mea nulla me nova voluptate affecit. Non ſolùm enim [q] uſitatum, ſed etiam quotidianum eſt, aliquid audire de te, quod pro noſtra dignitate fideliter atque honorificè dixeris, aut feceris. At dolore, quantum animo maximum capere poſſum, eadem illa pars epiſtolæ, [r] ſcriptæ ad Octavium de nobis, [s] affecit. Sic enim illi gratias agis de republica, tam ſuppliciter ac demiſſè (quid ſcribam? pudet conditionis ac fortunæ: ſed tamen ſcribendum eſt. Commendas noſtram ſalutem illi, quæ morte, quâ non perniciosior?) ut prorſus præ te feras, non ſublatam dominationem, ſed dominum commutatum eſſe. Verba tua recognoſce & aude negare, ſervientis adverſus regem iſtas eſſe preces. Unum ais eſſe, quod ab eo poſtuletur & exſpectetur: ut eos cives, de quibus viri boni populusque Romanus bene exiſtimet, ſalvos velit. Quid ſi nolit? non erimus? Atqui, non eſſe, quàm eſſe per illum, præſtat. Ego, medius fidius, non

q *alii* uſit. eſt, ſed etiam quotidianum, aliquid.

r ſcripta *alii.*

s me affecit *alii.*

non exiſtimo tam omnes deos averſos eſſe à ſalute populi Romani, ut Octavius orandus ſit pro ſalute cujusquam civis, [t] non dicam pro liberatoribus orbis terrarum. Juvat enim magnificè loqui: & certè decet, adverſus ignorantes, quid pro [v] quoque timendum, aut à [v] quoque petendum ſit. Hoc tu, Cicero, poſſe fateris Octavium, & illi amicus es? aut, [x] ſi me carum habes, vis Romæ videri; cùm, ut ibi eſſe poſſem, commendandus puero illi fuerim? Cui quid agis gratias, ſi, ut nos ſalvos eſſe velit & patiatur, rogandum putas? [y] An hoc pro beneficio eſt habendum, quòd ſe quàm Antonium eſſe maluerit, à quo iſta petenda eſſent?

62 Vindici quidem alienæ dominationis, non vicario, ecquis ſupplicat, ut optimè meritis de republica liceat eſſe ſalvis? Iſta vero imbecillitas & deſperatio, cujus culpa non magis in te reſidet quàm in omnibus aliis, & Cæſarem in cupiditatem regni impulit, & Antonio poſt interitum [z] illius perſuaſit, ut interfecti locum occupare conaretur: & [a] nunc puerum iſtum [b] extulit, ut tu judicares, precibus eſſe impetrandam ſalutem talibus viris: miſericordiâque unius, vix etiam nunc viri, tutos fore nos, haud ulla alia re. Quòd ſi Romanos nos eſſe meminiſſemus: non audaciùs dominari cuperent poſtremi homines quàm [c] id nos prohiberemus: neque magis irritatus eſſet Antonius regno Cæſaris quàm ob ejusdem mortem deterritus. Tu quidem conſularis & tantorum ſcelerum vindex (quibus [d] oppreſſis vereor ne in breve tempus dilata ſit abs te pernicies) quî potes intueri quæ geſſeris, ſimul & iſta vel probare, vel ita [e] demiſſè ac facilè pati, ut probantis ſpeciem [f] habeas? Quod autem tibi cum Antonio [g] privatum odium? nempe quia poſtulabat hæc, ſalutem ab ſe [h] peti: precariam nos incolumitatem habere, à quibus ipſe libertatem accepiſſet: eſſe arbitrium ſuum de republica. Quærenda eſſe arma putaſti, quibus dominari prohiberetur: ſcilicet ut, illo prohibito, rogaremus alterum, qui ſe in ejus locum reponi pateretur, an ut eſſet ſui juris

t ne *conj. Lamb.*
v quo *Jun.*
Pag. CCLXXXV.
x me ſi *alii.*
y Si *alii.*
z ejus *alii.*
a nunc *aliis deeſt.*
b ita ext. *conj. Lamb.*
c id *deeſt in Lamb. & Grut.*
d oppreſſus *alii.*
e dimiſſe *alii.*
f præbeas *alii.*
g privatim *alii.*
h peti *non eſt in edd. vett. alii* peti precariam; nos.

62. *Vindici illi quidem.*] Veteres codices, *vindici quidem alienæ dominationis &c.* Quia tamen hunc locum ſuſpectum habemus, conſuetam notam adpoſuimus. Alii, ut planior ſententia eſſet, *ſupplica* de ſuo addiderunt leguntque, *ſupplica illi quidem.* Victor.

P. B.
i mancipi reſp. *alii.*
k recuſandum *alii.*
l uti frui *Lamb.*
m negaret *Id.*
n potentiam *alii.*
o exiſtimet *alii.*

juris ac [i] mancipii reſpublica ? niſi fortè non de ſervitute, ſed de conditione ſerviendi [k] recuſatum eſt à nobis. Atqui non ſolùm bono domino potuimus Antonio tolerare noſtram fortunam, ſed etiam beneficiis atque honoribus, ut participes, [l] frui, quantis vellemus. quid enim [m] neget iis, quorum [n] patientiam videret maximum ſuæ dominationis præſidium eſſe ? Sed nihil tanti fuit, quo venderemus fidem noſtram & libertatem. Hic ipſe puer, quem Cæſaris nomen incitare videtur in Cæſaris interfectores, quanti [o] æſtimet (ſi ſit commercio locus) poſſe, nobis auctoribus, tantum, quantum profectò poterit, quoniam vivere, & pecunias habere, & dici conſulares volumus ? ceterùm nequicquam perierit ille: cujus interitu quid gaviſi ſumus, ſi mortuo nihilo minùs ſervituri eramus ? 63 Nulla cura adhibeatur. Sed mihi priùs omnia dii deæque eripuerint quàm illud judicium, quo non modò heredi ejus, quem occidi, non conceſſerim, quod in illo non tuli, ſed ne patri quidem meo, ſi reviviſcat, ut, patiente me, [p] plus legibus ac ſenatu poſſit. An hoc tibi perſuaſum eſt, fore ceteros ab eo liberos, quo invito nobis in iſta civitate locus non ſit ? Quî porrò id, quod petis, fieri poteſt, ut impetres ? Rogas enim, [q] velit nos ſalvos eſſe. Videmur ergo tibi ſalutem accepturi, cùm vitam acceperimus ? quàm, ſi priùs [r] dimittimus dignitatem & libertatem, quî poſſumus accipere ? An tu Romæ habitare id putas incolumem eſſe ? Res, non locus oportet præſtet iſtuc mihi. neque incolumis fui Cæſare vivo, niſi [s] poſtquam illud [t] conſcivi facinus: neque uſquam exſul eſſe poſſum, dum ſervire & pati contumelias pejus odero malis omnibus aliis. 64 Nonne hoc

p plus quam leg. *alii.*
q ut velit *alii.*
r dimittamus *alii.*
s poſteaquam *alii.*
Pag. CCLXXXVI.
t concivi *MS.*

63. *Nulla cura adhibeatur.*] Pall. omnes *adhibetur*: etiam duo præterea addunt, *Nulla cura ab aliis adhibetur*, quod & in Aldina vetere. filius ejus ſecundum admiſit; *Nulla cura adhibetur*; quod injuriè ſuggillat Lambinus, tamquam nullis ſuffultum manuſcriptis. *Gruter.*

64. *Nonne hoc eſt in easdem tenebras recidiſſe, quum ab eo.*] Ita ſuppleverunt, qui putabant hiatum eſſe, quum *τὸ quum* non legatur vel in MS. Balliol. vel in Victorianis tam Antonii Juntæ quàm Rob. Stephani exemplaribus. Et certe ſi ſuppleri deberet, lenius interponi poterat *τὸ ſi*, quaſi abſorptum ab præcedente *recidiſſe*. Sed cur talia inculcantur ? Oratio eſt pleniſſima: *Nonne hoc eſt in easdem tenebras recidiſſe ?* Hoc quod agis, quodque nunc tibi propo-

hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe, quum ab eo, qui tyranni nomen aſcivit ſibi (cùm in Græcis civitatibus liberi tyrannorum, oppreſſis illis, eodem ſupplicio afficiantur) petitur, ut vindices atque oppreſſores dominationis ſalvi ſint? Hanc ego civitatem videre velim, aut putem [v] ullam, quæ ne traditam quidem atque inculcatam libertatem recipere poſſit? plusque timeat in puero nomen ſublati regis quàm confidat ſibi, cùm illum ipſum, qui maximas opes habuerit, paucorum virtute ſublatum videat? Me verò poſthac ne commendaveris Cæſari tuo: ne te quidem ipſum, ſi me audies. Valdè carè [x] æſtimas tot annos, [y] quot iſta ætas recipit, ſi propter eam cauſam puero iſti ſupplicaturus es. Deinde quod pulcherrimè feciſti ac facis in [z] Antonio, vide ne convertatur à laude maximi animi ad opinionem formidinis. Nam ſi Octavius tibi placet, à quo de noſtra ſalute petendum ſit: non dominum fugiſſe, ſed amiciorem dominum quæſiſſe videberis. Quem quòd laudas ob ea, quæ adhuc fecit, planè probo. ſunt enim laudanda, ſi modò contra alienam potentiam, non pro ſua ſuſcepit eas actiones. Cùm verò judicas, tantum illi non modò licere, ſed etiam à te ipſo tribuendum eſſe, ut rogandus ſit, ne nolit eſſe nos ſalvos, [a] nimiùm magnam mercedem [b] ſtatuis. Id enim ipſum illi largiris, quod per illum habere videbatur reſpublica. Neque hoc tibi in mentem venit, ſi Octavius ullis dignus ſit honoribus, quia cum Antonio bellum gerat: iis, qui illud malum exciderint, cujus iſtæ reliquiæ ſunt, nihil, quo expleri poſſit eorum meritum, tributurum umquam populum Romanum, ſi omnia ſimul congeſſerit. [c] At vide, quanto diligentiùs homines metuant quàm meminerint, quia Antonius vivat [d] atque in armis ſit. De Cæſare verò, quod fieri potuit ac debuit, tranſactum eſt: [65] neque jam revocari in integrum poteſt. Octavius is eſt, qui, quid de nobis judica-

v illam *alii.*

x exiſtimas *alii.*

y quos iſta ætas tua rec. *alii.*

z Antonium *Lamb.*

a nimis *alii.*

b ei ſtatuis *alii.*

c Ac *alii.* P. B.

d & *alii.*

pono, plane eandem miſeriam continet ac ſecum trahit, quæ modo nos ante Idus Martias premebant? Quid illud? nempe, *Ab eo, qui tyranni nomen adſcivit ſibi ... petitur, ut &c.* Aperio auctoritatem meam: ſed ut nunc eſt reliqui vulgatum. *Gronov.*

65. *Neque jam revocari in integrum poteſt.*] Ita quidem edd. poſteriores. verum priores, *provocari*, quod & in quatuor Pall. neutram lectionem habuerim pro genuina. *Grut.*

66. *Non*

caturus ſit, exſpectet populus Romanus? nos hi ſumus, de quorum ſalute unus homo rogandus videatur? Ego verò, ut [e] iſtuc revertar, is ſum, qui [66] non modò non ſupplicem, ſed [f] etiam coerceam poſtulantes, [g] ut ſibi ſupplicetur. [h] Aut longè à ſervientibus abero, [i] mihique eſſe judicabo Romam, ubicumque [k] liberum eſſe licebit: ac veſtri miſerebor, quibus nec ætas, [l] neque honores, neque virtus aliena dulcedinem vivendi minuere potuerit. Mihi quidem ita beatus eſſe videbor, ſi modò conſtanter ac perpetuò placebit hoc conſilium, ut relatam putem gratiam pietati meæ. Quid enim eſt melius quàm memoria recte factorum, & libertate contentum negligere humana? Sed certè non ſuccumbam ſuccumbentibus, nec vincar ab iis, qui ſe vinci volunt: [m] experiarque & tentabo omnia: neque deſiſtam abſtrahere à ſervitio civitatem noſtram. Si ſecuta fuerit, quæ debet, fortuna; gaudebimus omnes: [n] ſin minùs, ego tamen gaudebo. quibus enim potiùs hæc vita factis aut cogitationibus traducatur quàm iis, quæ pertinuerint ad liberandos cives meos? Te, Cicero, rogo atque hortor, ne defatigere, neu [o] diffidas: ſemper in præſentibus malis prohibendis, futura quoque, niſi ante ſit occurſum, explores, ne ſe inſinuent. Fortem & liberum animum, quo [p] & conſul, & nunc conſularis rempublicam vindicaſti, ſine conſtantia & æquabilitate nullum eſſe putaris. Fateor enim, duriorem eſſe conditionem ſpectatæ virtutis quàm incognitæ. Benefacta pro debitis exigimus. [67] quæ ſi aliter eve-

e iſtoc *MS.*
f etiam *deeſt in aliis.*
g ne *MS.*
h At *alii.*
i *Lamb.* ibique. *Gul.* inibique.
k libero *conj. Lamb.*
l *alii* nec honores, nec.
m experiar & *alii.*
n ſi minus *alii.*
o diffidas ſemper *alii.*
p & olim conſ. *conj. Lamb.*

66. *Non modo non ſupplicem.*] Poſterius *non* in Beſſarionis libro non eſt, & poteſt ſubaudiri. quo loquendi genere uſum ſæpe eſſe Ciceronem oſtendimus in ſcholiis, quæ in Familiares epiſtolas adoleſcentuli edidimus. *P. Manut.*

67. *Quæ ſi aliter eveniunt.*] Abeſt à meis conjunctio *ſi*, & quidem omnibus: nec dubito quin recte. Neque enim *quæ* benefacta refert, ſed infinite accipitur; hoc modo. Quæ aliter ac volumus atque oportet eveniunt, infeſto animo reprehendimus. vel *aliter* malè ſignificat, ut ad Atticum lib. VII. *Illum aliter cum aliis locutum eſſe audiebam.* Quo ſenſu etiam *ſecus* accipitur. Idem Thoranio lib. epiſt. ad Torquatum: *Magna enim conſolatio eſt, cum recordare, etiamſi ſecus acciderit, te tamen recte veréque ſenſiſſe.* In ſequenti autem ſententia *ille conſul & hunc conſularem*, ad unum Ciceronem & *ille* & *hunc* debent referri. Non miramur, inquit, Ciceronem reſiſtere Antonio. Id enim ab illo non ſolum poſtulatur,

evenitunt; ut decepti ab his, infeſto animo reprehendi- Pag.
mus. Itaque reſiſtere Antonio Ciceronem, etſi [q] magna CCLXXXVII.
laude dignum eſt, tamen quia ille conſul, hunc conſu- q maximâ alii.
larem meritò præſtare videtur, nemo [r] admiratur. Idem r alii mira-
Cicero ſi flexerit adverſus alios judicium ſuum, quod tur.
tanta firmitate ac magnitudine [s] direxit in exturbando s duxit
Antonio: non modò reliqui temporis gloriam eripuerit alii.
ſibi, ſed etiam præteritâ evaneſcere [t] coget. Nihil enim t coëgerit
per ſe amplum eſt, niſi in quo judicii ratio exſtat. Quia conj. Lamb.
neminem magis decet [v] quàm te rempublicam ama- v quam te
re, libertatiſque defenſorem eſſe, vel ingenio, vel rebus aliis abeſt.
geſtis, vel ſtudio atque efflagitatione omnium. Quare
non Octavius eſt rogandus, ut velit nos ſalvos eſſe:
magis tu te exſuſcita, ut eam civitatem, in qua maxima
geſſiſti, liberam atque honeſtam fore putes, ſi
modò ſint populo duces ad reſiſtendum improborum
conſiliis.

EPISTOLA XVII.

BRUTUS ATTICO S.

Scribis mihi, mirari Ciceronem, quòd nihil ſigni-
ficem umquam de ſuis actis. Quoniam [x] efflagitas, x me flag.
coactu tuo ſcribam quæ ſentio. Omnia feciſſe Cicero- alii.
nem optimo animo ſcio. quid enim mihi exploratius
eſſe poteſt quàm illius animus in rempublicam? Sed
quædam mihi videtur, quid? dicam imperitè, vir
omnium prudentiſſimus, an ambitioſè feciſſe; qui va-
lentiſſimum Antonium ſuſcipere pro republica non du-
bitarit inimicum? Neſcio, quid ſcribam tibi, niſi unum;
pueri & cupiditatem & licentiam potiùs eſſe irrita-
tam quàm repreſſam à Cicerone: tantumque eum tri-
buere huic indulgentiæ, ut ſe maledictis non abſtineat:
iis quidem, quæ in ipſum dupliciter recidunt, quod & P. B.
plu-

latur, ſed ut debitum exigitur. Talis enim in conſulatu fuit, ea geſſit, ut niſi nunc conſularis eadem præſtet, illa videatur caſu feciſſe: nec dignitatem ſuam tueatur. Quare ſi paululum offenderit, remiſſiorque ac diſſolutior fuerit; etiam futuri temporis gloriam eripuerit ſibi, & præteriti exſtinxerit: quaſi non judicio illa, ſed caſu quodam fecerit. Nihil autem per ſe amplum eſt, niſi in quo judicii ratio exſtet. *Malaſpina.*

68. Qua

y *occidit alii.* | z *ſe mihi Lamb.*

plures y occîdit uno, ſeque priùs oportet fateatur ſicarium quàm objiciat Caſcæ quod objicit: & imitatur in Caſca Beſtiam. An quia non omnibus horis jactamus idus Martias, ſimiliter atque ille nonas Decemb. ſuas in ore habet, eò meliore conditione Cicero pulcherrimum factum vituperabit quàm Beſtia & Clodius reprehendere illius conſulatum ſoliti ſunt? Suſtinuiſſe z mihi gloriatur bellum Antonii togatus Cicero noſter. quid hoc mihi prodeſt, ſi merces Antonii oppreſſi poſcitur, in Antonii locum ſucceſſio: & ſi vindex illius mali, auctor exſtitit alterius, fundamentum & radices habituri altiores, ſi patiamur? ut jam iſta, 68 quæ facit, non dominationem, non, ſed dominum Antonium timentis ſint. Ego autem gratiam non habeo, ſi quis, dum ne irato ſerviat, rem ipſam non deprecatur: 69 immo triumphus & ſtipendium decernitur & omnibus decretis ornatur. 70 Pudeat concupiſcere fortunam, cujus no-

68. *Qua facit, non dominationem, non; ſed dominum Antonium timentis ſint.*] Hodie quidem ſic legimus, ſed contra vett. edd. & mſſ. Pall. in quibus nulla litera variante. *qua facit, dominationem, an dominum, an Antonium timentis ſint* neque ſecus publicati à Victorio. *Gruter.* Magna eſt varietas editionum hoc loco, quem quædam totum ſic exhibent: *Et radices habituri altiores. Sic patiamur, ut jam iſta qua facit, dominationem, an dominum, an Antonium timentis ſint?* quædam præterea, pro *dominum*, legunt *dominium*.

69. *Imo triumphus & ſtipendium decernitur, & omnibus decretis ornatur.*] Haud aliter quidem lectio vulgata. ſed enim aliter mſſ. Pal. pr. habet, *ſtipendium & omnibus decretis hortationis*, omiſſo illo *decernitur*, quod & reliquis fere abeſt. quippe ſec. *Imò triumphum & ſtipendium & omnibus decretis hortationibus pudeat concupiſcere &c.* quod & à prima manu in tertio, qui emendatum habet eodem atramento, *decretis ornatur. cùm pudeat.* at quartus exhibet. *Imò triumphus & ſtipendium decernitur, & om. decretis hortatur, cum pudeat.* omnes mendoſè. *Gruter.*

70. *Pudeat me concupiſcere fortunam, cujus nomen ſuſceperit an Conſularis, an Cicero?*] Secutus ſum utriusque ſcripturæ & vulgatæ & veteris veſtigia: nihil de meo addidi, niſi quòd *pudeat*, quod eſt in vulgatis, retinui, cum illi habeant, *pudet*. In eo prætereà à manuſcr. diſceſſi, quòd, *an Cicero* edendum curavi, pro, *an Ciceronis eſt?* Non diſplicet mihi tamen amici cujusdam mei conjectura, ſic reponentis: *Cujus nomen ſuſceperit & Conſularis & Cicero?* Aliquanto poſt, Leonardum Malaſpinam ſecutus, ſic edendum curavi: *Ego certè, quin cum ipſa re bellum geram, &c. qua deterreat, &c.* Lambinus. *Pudeat concupiſcere fortunam, cujus nomen ſuſceperit Conſularis, ut Ciceronis.*] Non abii a Victoriana editione, firmata à Pal.

nomen ſuſceperit conſularis, ut Ciceronis eſt. Quoniam mihi tacere non licuit, leges quæ tibi neceſſe eſt moleſta eſſe. Etenim ipſe ſentio, quanto cum dolore hæc ad te [a] perſcripſerim: nec ignoro, quid ſentias in republica, & quàm deſperatam quoque ſanari putes poſſe. Nec meherculè te, Attice, reprehendo. Ætas enim, mores, liberi, ſegnem efficiunt: quod quidem [b] etiam [71] ex Flavio noſtro perſpexi. Sed redeo ad Ciceronem. Quid inter [72] Salvidenum & eum intereſt? Quid autem amplius ille [c] decerneret? Timet, inquies, etiam nunc reliquias belli civilis. Quiſquam ergo ita timet profligatum, ut neque potentiam ejus, qui exercitum victorem habeat, neque temeritatem pueri putet extimeſcendam eſſe? [73] An hoc ipſum ea re facit, quòd illi propter amplitudinem omnia jam ultroque deferenda putat? O magnam ſtultitiam timoris, id ipſum, quod verearis, ita cavere, ut, cùm vitare fortaſſe potueris, ultro arceſſas [d] & attrahas! Nimiùm timemus mortem, & exſilium, & paupertatem. hæc [e] videntur Ciceroni ultima eſſe in malis: &, dum habeat, à quibus impetret quæ

a ſcripſerim *alii.*

b & *alii.*

c decerneret *alii.*

Pag. CCLXXXVIII.

d atque *Lamb.*

e mihi vid. *alii.*

Pal. ſec. tert. nam pr. & quart. *ſuſceperit Conſularis aut Ciceronis eſt.* Aldi vetus: *pudeat conſpicere fortunam, cujus nomen ſuſceperit. Conſularis hoc, an Ciceronis eſt?* nulla lectionum animo facit ſatis. nam Lambini ne producere quidem libet, adeo fatua eſt. *Gruter.*

71. *Ex Flavio noſtro perſpexi.*] Antonianus liber *in Flavio*; & probatur, ut ſe dicat Brutus Attici conſilium perſpexiſſe, non ex ſermone Flavii, ſed in facto Flavii: cum Atticus ab eo appellatus, ut princeps eſſe vellet privati ærarii C. Cæſaris illius interfectoribus conſtituendi, prorſus negavit. Hoc totum ſcribitur a Nepote in ipſius Attici vita. *Malaſpina.*

72. *Salvidenum.*] Opinor ſcribendum eſſe *Salvidienum*: a Salvidia enim familia Salvidienus nomen deductum eſt, ut à Naſidia Naſidienus: & ita habent veteres lapides & libri. *Urſin.*

73. *An hoc ipſum ea re facit.*] Manuſcripti libri, *care facit*: etſi novum verbum, non tamen contemnendum. Quia viſus eſt nobis valde conſiderandus, & huic etiam loco notam adpoſuimus: & quam habent meliores libri varietatem propoſuimus. Non multò ſuprà in hac ipſa epiſtola locus eſt non minus obſcurus, & in antiquis codicibus valde perturbatus & mancus, quorum nos lectionem in medium proponemus, ut judicium faciant doctiores, ſitne habendus & ipſe inter depravatos. Eſt autem hic, *Imo triumphus, & ſtipendium, & omnibus decretis hortationis: pudeat concupiſcere fortunam, cujus nomen ſuſceperit conſularis, ut Ciceronis eſt.* Nos tantopere perverſione horum verborum & defectu etiam conturbati ſumus, ut quid dicamus non ſuccurrat. *Victor.*

74. Quam

quæ velit, & à quibus colatur ac laudetur, ſervitutem,
honorificam modò, non aſpernatur: ſi quidquam in
extrema ac miſerrima contumelia poteſt honorificum
eſſe. Licet ergo patrem appellet Octavius Ciceronem,
f accepta omnia *Lamb.* referat [f] omnia, laudet, gratias agat: tamen illud apparebit, verba rebus eſſe contraria. Quid enim tam alienum ab humanis ſenſibus eſt quàm eum patris habere
loco, qui ne liberi quidem hominis numero ſit? Atqui
eò tendit, id agit, ad eum exitum properat vir optimus, ut ſit illi Octavius propitius. Ego verò jam iis
artibus nihil tribuo, quibus ſcio Ciceronem inſtructiſſimum eſſe. Quid enim illi proſunt, quæ pro libertate
g quæ de dign. *alii.* patriæ, [g] de dignitate, quæ de morte, exſilio, paupertate ſcripſit copioſiſſimè? Quanto [h] autem magis illa
h autem *aliis abeſt.* callere videtur Philippus, qui privigno minùs tribuerit
74 quàm Cicero alieno tribuat? Deſinat igitur gloriando
etiam inſectari dolores noſtros. Quid enim noſtra victum eſſe Antonium, ſi victus eſt, ut alii vacaret quod
ille obtinuit? tametſi tuæ litteræ dubia etiam nunc ſignificant. Vivat hercule Cicero, qui poteſt, ſupplex &
obnoxius, ſi neque ætatis, neque honorum, neque rerum geſtarum pudet. Ego certè, quin cum ipſa re bellum geram, hoc eſt, cum regno & imperiis extraordinariis, & dominatione, & potentia, quæ ſupra leges
P. B. ſe eſſe velit, nulla erat tam bona conditio ſerviendi,
75 quâ deterrear, quàmvis ſit vir bonus, ut ſcribis, Antonius: quod ego numquam exiſtimavi. Sed dominum,
ne parentem quidem, majores noſtri voluerunt eſſe.
Te niſi tantum amarem, quantum Ciceroni perſuaſum
eſt

74. *Quam Cicero alieno tribuat.*] Videntur, *alieno tribuat*, nata in concilio ſcribarum. certè mſſ. noſtri variant, veluti teſtes in cauſa falſa; habentque *quàm Cicero, qui alieno trib.* aut, *quidem qui aliena tr.* Gruter.

75. *Qua non deterrear.*] Negatio illa in nullo meorum invenitur, quod argumento eſt, rectè ſupra *quin* in Poggiano & Antoniano ſcriptum eſſe, illo & ſenſu & ordine. Nulla erit tam bona conditio ſerviendi, quâ ego deterrear, quin cum ipſâ re bellum geram, hoc eſt cum regno, & quæ ſequuntur. Valet autem *deterrear* avocer, avertar, repellar. Etiam ſententia, niſi fallor, non paulo melior eſt. *Malaſpina.* *Qua deterrear.*] Malè vulgata cum negativâ, *qua non deterrear*, contraque mentem auctoris & Pall. noſtrorum, excluſeratque etiam Victorius, & miror retentam a P. Manutio. *Gruter.*

76. *Lar-*

eſt diligi [i] ab Octavio: hæc ad te non ſcripſiſſem. Dolet mihi, quòd tu nunc ſtomacharis, amantiſſimus [k] tum tuorum omnium, tum Ciceronis. ſed perſuade tibi, de voluntate propria mea nihil eſſe remiſſum, de judicio [76] largiter. Neque enim impetrari poteſt, quin, quale quidque videatur ei, talem quisque de illo opinionem habeat. Vellem mihi ſcripſiſſes, quæ conditiones eſſent Atticæ noſtræ. potuiſſem aliquid tibi de meo ſenſu perſcribere. Valitudinem Porciæ meæ tibi curæ eſſe non miror. Denique quod petis faciam libenter. nam etiam ſorores me rogant. & hominem noro, & quid ſibi [l] voluerit.

i ſe ab *Faërn. MS.*
k cum *alii.*
l voluit *MS.*

EPISTOLA XVIII.

CICERO BRUTO S.

CUM ſæpe te litteris hortatus eſſem, ut quàm primùm reipublicæ ſubvenires in Italiamque exercitum adduceres, neque id arbitrarer dubitare tuos neceſſarios: rogatus ſum à prudentiſſima & diligentiſſima fœmina, matre tua, cujus omnes curæ ad te referuntur & in te conſumuntur, ut venirem ad ſe a. d. IIX. kal. Sext. quod ego, ut debui, ſine mora feci. Cùm autem veniſſem Caſca aderat, & Labeo, & Scaptius. At illa retulit quæſivitque, quidnam mihi videretur: arceſſeremusne te, atque id tibi conducere putaremus, an tardare [m] & commorari te melius eſſet. Reſpondi id, quod ſentiebam, & dignitati, & exiſtimationi tuæ maximè conducere, te primo quoque tempore ferre præſidium [77] labenti & inclinatæ reipublicæ. Quid enim abeſſe cenſes

m an com. *alii.*
Pag. CCLXXXIX.

76. *Largiter.*] Hoc adverbium apud veteres interdum vim nominis habuit: itaque dixit Plancus: *Largiter acerbitatis*, pro, *multum acerbitatis*, in concione, quam Pedianus recitat. & Plautus in Truculento, *Largiter vini:* in Rudente, *Largiter argenti*; *Largiter mercedis.* P. Manut.

77. *Labenti & inclinata reipubl.*] Manuſcripti noſtri, *& inclinata pene reip.* utra melior lectio non habeo dicere. *Malaſpina.* MS. Balliol. *& pene inclinata reip.* quam vocem habent & Victorii editiones. Nec ſane aliud eſt, quod libro II. Epiſt. 19. uſurpavit, *Qui ab excitata fortuna ad inclinatam & prope jacentem deſciſcerem.* Gronov.

censes mali in eo bello, in quo victores exercitus fugientem hostem perſequi noluerunt? & in quo incolumis imperator, honoribus ampliſſimis fortuniſque maximis, conjuge, liberis, vobis affinibus [n] ornatus, bellum reipublicæ indixerit? Quid dicam in tanto ſenatûs populique conſenſu, cùm tantum reſideat intra muros mali? maximo autem, cùm hæc ſcribebam, afficiebar dolore: quòd, cùm me pro adoleſcentulo ac pænè puero respublica [78] accepiſſet vadem, [79] vix videbar, quod promiſeram, præſtare poſſe. Eſt autem gravior & difficilior animi & ſententiæ, maximis præſertim in rebus, pro altero quàm pecuniæ obligatio. Hæc enim ſolvi poteſt, & eſt rei familiaris jactura tolerabilis. reipublicæ quod ſpoponderis, quemadmodum ſolvas, [o] niſi is dependi facilè patitur, pro quo ſpoponderis? quamquam & hunc (ut ſpero) tenebo multis repugnantibus. videtur enim [p] in eo eſſe indoles, ſed flexibilis ætas: multique ad depravandum parati: qui, ſplendore falſi honoris objecto, [80] aciem boni ingenii præſtringi poſſe

n ornatis *MS.*

o ſi is deprehendi *alii.*

p in eo *alii non habent.*

78. *Accepiſſet vadem.*] Nimium omninò pro Octaviano promiſit ac ſpopondit Cicero, vel Antonii odio, contra quem Octavianus eo tempore bellum gerebat, vel ut ipſum ſtudii & amoris in eum ſui teſtimonio ad tuendam remp. magis incitaret. nam cum ei ſummos honores ſuâ ſententiâ decreviſſet, exercitum veteranorum ſubito præter ſpem omnium comparaſſet, impetus Antonii nefarios, ad urbem cum exercitu irruentis, in Galliam avertiſſet, hæc ſubjunxit, quæ leguntur in Phil. v. *Audebo etiam obligare fidem meam, P. C. vobis populoque Romano, quod profecto, cum me nulla vis cogeret, facere non auderem, pertimeſceremque in re maxima periculoſam opinionem temeritatis. promitto, recipio, ſpondeo, P. C. Cæſarem talem ſemper fore civem, qualis hodie ſit, qualemque eum maxime velle & optare debemus.* P. Manutius.

79. *Vix videbar, quod promiſeram, præſtare poſſe.*] Verbum poſterius non eſt in Balliolenſi codice: & ut putem abeſſe oportere, nec Ciceronis eſſe, facit iterata toties hujus conſuetudo, præſens illud tempus pro futuro adhibentis. *videbar præſtare*, id eſt, præſtiturus. *Gronov.*

80. *Aciem boni ingenii præſtringi, &c.*] Tot jam locis & toties docuimus ſic eſſe legendum in talibus locis, ut verear, ne videar diffidere ingenio lectoris. Veruntamen quia tanta eſt in pleriſque pervicacia & contumacia, ut, quæ ſemel malè didicerint, dediſcere aut nolint, aut non poſſint, niſi ſæpius eadem inculcentur, idcirco toties eandem cantilenam canimus. Et tamen etiam in commentariis Plautinis non minus ſuo loco de eodem verbo ſic multa dicentur. *Lambinus.*

poſſe confidunt. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi acceſſit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem, ne famam ſubeam temeritatis. quamquam quæ temeritas eſt? magis enim illum, pro quo ſpopondi, quàm [q] me obligavi. Nec verò pœnitere poteſt rempublicam me pro eo ſpopondiſſe, qui fuit in rebus gerendis [r] cùm ſuo ingenio, tum mea promiſſione conſtantior. Maximus autem (niſi me fortè fallit) in republica nodus eſt, inopia rei pecuniariæ. [s] obdureſcunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi: quod ex centeſima collatum impudenti cenſu [t] locupletum in duarum legionum præmiis omne conſumitur. Impendent autem infiniti ſumptus [v] cùm in hos exercitus, quibus nunc defendimur, tum verò in tuum. Nam Caſſius noſter videtur poſſe ſatis ornatus venire. Sed & hæc & multa alia coràm cupio, idque quàm primùm. De ſororis tuæ filiis non exſpectavi, Brute, dum ſcriberes. Omnino [x] jam tempora (bellum enim ducetur) integram tibi cauſam reſervant. Sed ego à principio, cùm divinare de belli diuturnitate [y] non poſſem, ita cauſam egi puerorum in ſenatu, ut te arbitror è matris litteris potuiſſe cognoſcere. Nec verò ulla res erit umquam, in qua ego non vel vitæ periculo ea dicam eaque faciam, quæ te velle, quæque ad te pertinere [z] arbitror. Vale. VI. kalend. Sext.

q me ipſum *MSS. Malaſp.*
r *alii* tum. P. B.
s obſurdeſcunt *Lamb.*
t locupletium *MS.*
v tum *alii.*
x ipſa *alii.*
y non *deeſt in aliis.*
z *Lamb.* arbitrabor. *alii* arbitrer.

M. TULLII CICERONIS EPISTOLÆ AD BRUTUM, A GERMANIS OLIM REPERTÆ ET EDITÆ.

EPISTOLA I.

[1] CICERO BRUTO S.

[2] Quum hæc ſcribebam res exiſtimabatur in extremum adducta diſcrimen. triſtes enim de Bruto noſtro litteræ nuntiique adferebantur. Me quidem non maximè conturbabant. his enim exercitibus ducibusque quos habemus nullo modo poteram diffidere. neque aſſentiebar majori parti hominum. [3] fidem enim conſu-

1. *Cicero Bruto S. Cum hac ſcribebam.*] Placuit etiam hoc loco quatuor epiſtolas Ciceronis ad M. Brutum, & unam Bruti ad Ciceronem intexere, quæ à Germanis in manuſcripto libro inventæ feruntur: quoniam & à multis, ut falſæ, rejiciuntur, nec in omnibus epiſtolarum impreſſis voluminibus reperiuntur, & in quibus ſunt, in iis confuſæ admodum ac ſine ullo fere honore leguntur. Sunt autem ſcriptæ poſt celebrem illam ad Brutum, cujus initium eſt: *Sex. Clodius.* quam ſcriptam eſſe M. Antonio conſule liquet. ſiquidem hæ, Hirtio & Panſa conſſ. aliquot poſt illam menſium intervalla datæ ſunt. Eſſe autem has reliquis vulgatis ad Brutum epiſtolis præponendas, ſed tamen cum iis connectendas, & rerum & temporum ipſorum ratio indicat. Quæ omnia ego paucis notatis locis oſtendam. *Sigonius.*

2. *Cum hac ſcribebam, res exiſtimabatur in extremum adducta diſcrimen. triſtes enim de Bruto noſtro littera nuntiique afferebantur.*] De D. Bruto, Mutinæ ab Antonio obſeſſo, loquitur. Sic enim etiam ad C. Caſſium ſcribit: *Cum hac ſcribebam res erat in extremum adducta diſcrimen. Brutus enim Mutinæ vix jam ſuſtinebat.* Idem.

3. *Fidem enim conſulum non condemnabam.*] Sic in tertia ad eundem

ſulum non condemnabam, quæ ſuſpecta vehementer erat. deſiderabam nonnullis in rebus prudentiam & celeritatem; qua ſi eſſent uſi, jampridem [a] rempublicam recuperaſſemus. Non enim ignoras, quanta momenta ſint in republica temporum: & quid interſit, idem illud utrùm antè, an poſt decernatur, ſuſcipiatur, agatur. Omnia, quæ ſeverè decreta ſunt hoc tumultu, ſi aut, quo die dixi ſententiam, perfecta eſſent, & non in diem ex die dilata, aut quo ex tempore ſuſcepta ſunt, ut agerentur, non tardata & procraſtinata, bellum jam nullum haberemus. Omnia, Brute, præſtiti reipublicæ, quæ præſtare debuit is, qui eſſet in eo, in quo ego ſum, gradu ſenatûs populique judicio collocatus: nec illa modò, quæ nimirum ſola ab homine ſunt poſtulanda, fidem, vigilantiam, patriæ caritatem: ea ſunt enim, quæ nemo eſt, qui non præſtare debeat. Ego autem ei, qui ſententiam dicat in principibus de republica, puto etiam prudentiam eſſe præſtandam. nec me, quum mihi tantum ſumpſerim, ut gubernacula reipublicæ prenderem, minùs putarim reprehendendum, ſi inutiliter aliquid ſenatui ſuaſerim quàm ſi infideliter. Acta quæ ſint, quæque agantur, ſcio perſcribi ad te diligenter. Ex me autem illud eſt, quod te velim habere cognitum, meum quidem animum 4 in aciem eſſe; neque reſpectum ullum quærere, niſi me utilitas civitatis fortè converterit. majores autem partes animi te Caſſiumque reſpiciunt. Quamobrem ita te para, Brute, ut intelligas, aut, ſi hoc tempore bene res geſta ſit, tibi meliorem rempublicam eſſe faciendam: aut, ſiquid offenſum ſit, per te eſſe eandem recuperandam.

a *alii* rem.

Pag. CCCXXXII.

E P I-

dem, ex iis, quæ vulgatæ ſunt: *Conſules duos bonos quidem, ſed duntaxat bonos, amiſimus.* In conſulibus enim his animum & voluntatem defendendæ reip. laudat, inertiam atque imprudentiam arguit. *Sigon.*

4. *In aciem eſſe.*] Vel *in aciem* dixit, ut motum animi ſui declararet, quaſi, in aciem ſpectare: vel antiquo more locutus eſt, *in aciem*, pro *in acie*: ut in orat. pro Lege Manilia: *Cum noſtros portus in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.* & Plautus in Amphitr. *Mihi in mentem non fuit.* Quæ notavit Gellius lib. I. cap. 7. In aciem igitur, in pugnam, quæ inter Antonium ducesque reip. brevi futura videbatur. *P. Manut.* Ego veterem locutionem agnoſco, qua uſus eſt in III. de Legg. idem Cicero. *Minores*, inquit, *magiſtratus periti juris plures in prælia ſunto*, pro *in prælio*. Vide etiam Gellium Lib. XVII. cap. 2. *Patricius.*

5. *Plan-*

Epistola II.

Cicero Bruto S.

[5] Planci animum in rempublicam egregium, legiones, auxilia, copias ex litteris ejus, quarum exemplum tibi miſſum arbitror, perſpicere potuiſti. Lepidi, tui neceſſarii, qui ſecundùm fratrem affines habet, quos oderit, proximos, levitatem & inconſtantiam animumque ſemper inimicum reipublicæ jam credo tibi ex tuorum litteris eſſe perſpectum. nos exſpectatio ſollicitat, quæ eſt omnis jam in extremum adducta diſcrimen. Eſt enim ſpes omnis in Bruto [b] expediendo, de quo vehementer timebamus. [6] Ego hîc cum homine furioſo ſatis habeo negotii, Servilio, quem tuli diutiùs quàm dignitas mea patiebatur: ſed tuli reipublicæ cauſâ, ne darem perditis civibus hominem parùm ſanum illum quidem, ſed tamen nobilem, quò concurrerent: quod faciunt nihilominus: ſed eum alienandum à republica non putabam. Finem feci ejus ferendi.

P. B.

b expedienda *alii.*

5. *Planci animum.*] Hæc epiſtola manca eſt ab extrema parte, ut jam quisque per ſe intelligere poteſt: ante vero confuſa erat cum parte epiſtolæ Bruti, quo nihil fœdius, ita: *Magnum illud monſtrum in rep. eſt. Sed quo nos amiſiſſe, quem ſic vexari à Dolabella audio.* In hac autem etiam epiſtola repetit eandem de D. Bruto ſententiam: *Nos exſpectatio ſollicitat, quæ eſt omnis jam in extremum adducta diſcrimen, eſt enim ſpes omnis in Bruto expediendo, de quo vehementer timebamus.* Sigonius.

6. *Ego hic cum homine furioſo ſatis habeo negotii, Servilio, &c.*] Item: *In Planci cauſa exarſit incredibili dolore, mecumque per biduum ita contendit, & ita à me fractus eſt, ut eum in perpetuum modeſtiorem ſperem fore. atque in hac contentione ipſa cum maxime res ageretur ad* v. *id. April. littera mihi in Senatu.* Eandem rem ſcribit etiam ad Plancum epiſtolâ datâ III. Id. April. hoc modo. VII. *Id. April. acceptis Planci litteris in ſenatum ſe veniſſe, eo die propter religionem ablatam nihil actum. inſequenti die magna fuit, inquit, pro tua dignitate contentio cum Servilio, qui tum grata effeciſſet, ut ſua ſententia prima pronuntiaretur, frequens eum ſenatus reliquit, & in alia omnia diſceſſit. meaque ſententia, qua ſecunda pronuntiata erat, cum frequens aſſentiretur ſenatus, rogatu Servilii P. Titius interceſſit. res in poſterum dilata. venit paratus Servilius Jovi ipſi iniquus, cujus in templo res agebatur. hunc quemadmodum fregerim, quanta contentione Titium interceſſorem abjecerim, ex aliorum te litteris malo cognoſcere.* Idem.

7. Sed

rendi. cœperat enim eſſe tantâ inſolentiâ, ut neminem liberum duceret. In Planci verò cauſa exarſit incredibili [c] dolore, mecumque per biduum ita contendit, & à me ita fractus eſt, ut eum in perpetuum modeſtiorem ſperem fore. Atque in hac contentione ipſa, quum maximè res ageretur a. d. v. id. April. litteræ mihi in ſenatu redditæ ſunt à Lentulo noſtro de Caſſio, de legionibus, de Syria: quas ſtatim cùm recitaviſſem cecidit Servilius, complures præterea. ſunt enim inſignes aliquot, qui improbiſſimè ſentiunt: [7] ſed acerbiſſimè tulit Servilius aſſenſum eſſe mihi de Planco. Magnum illud monſtrum in repub. eſt ** *Deeſt hujus epiſtolæ pars extrema.*

c furore *conj. Lamb.*

EPISTOLA III.

BRUTUS CICERONI S.

Pag. CCCXXXIII.

Deeſt principium epiſtolæ.

* * ſed quo nos amiſiſſe: quem ſic vexari à Dolabella audio, ut jam non videatur crudeliſſimum ejus facinus interfectio Trebonii. Vetus Antiſtius me tamen pecuniâ ſublevavit. Cicero filius tuus ſic mihi ſe probat induſtriâ, patientiâ, labore, animi magnitudine, omni denique officio, ut prorſus numquam dimittere videatur cogitationem cujus ſit filius. Quare quoniam efficere non poſſum, ut pluris facias eum, qui tibi eſt cariſſimus, illud tribue judicio meo, ut tibi perſuadeas, non fore illi abutendum gloriâ tuâ, ut adipiſcatur honores paternos. [8] Kalend. April. Carachio.

EPI-

7. *Sed acerbiſſime tulit Servilius aſſenſum mihi eſſe de Planco.*] Ad Plancum eodem loco ita: *Senatus gravior, conſtantior, amicior tuis laudibus eſſe non potuit quàm tùm fuit.* Sigonius.

8. *Kal. Apr. Carachio.*] Videtur ſcribendum *Dyrrhachio* ex epiſtola proxima. *Urſin.* *Carachio.*] Editiones Victorii & Hervagiana *Charachio.* Ortelius ex reſponſo Ciceronis ad eandem putat patere *Dyrrhachio* ſcribendum: quum plane non conſtet ſequentem epiſtolam eſſe reſponſum. *Gronov.*

 9. *Da-*

EPISTOLA IV.

CICERO BRUTO S.

[9] DATIS manè a. d. VI. id. April. Scaptio litteris, eodem die tuas [10] accepi kal. April. Dyrrhachio datas veſperi. itaque manè prid. id. Apr. cùm à Scaptio certior factus eſſem, non eſſe eos profectos, quibus pridie dederam, & ſtatim ire, hoc paullulum exaravi ipſa in turba matutinæ ſalutationis. De Caſſio lætor & reipublicæ gratulor: mihi etiam, qui repugnante & iraſcente Panſa ſententiam dixerim, ut Dolabellam bello Caſſius perſequeretur. Et quidem audacter dicebam, ſine noſtro ſenatusconſulto jam illud eum bellum gerere. De te etiam dixi tum, quæ dicenda putavi. Hæc ad te oratio perferetur, quoniam te video delectari Philippicis noſtris. Quòd me de Antonio conſulis; quoad P. B. Bruti exitum cognorimus, cuſtodiendum puto. Ex his litteris, quas mihi miſiſti, Dolabella Aſiam vexare videtur & in ea ſe gerere tæterrimè. Compluribus autem ſcripſiſti Dolabellam à Rhodiis eſſe excluſum: [11] qui ſi ad Rhodum acceſſit, videtur mihi Aſiam reliquiſſe. Id ſi ita eſt, iſtic tibi cenſeo commorandum: ſin eam ſemel cepit, mihi crede, ** non erit. Id. April.

EPI-

9. *Datis manè ad* VI. *Id. Apr.*] Hæc epiſtola data eſt Id. April. Quare quod ſcriptum eſt: *datis mane ad* VI. *Id.* legendum eſt *ad* III. quod ex epiſtola ipſa apertè patet. Ad omnes ſuperioris Bruti epiſtolæ partes diligentiſſime reſpondet. præterea ſe, repugnante Panſa, ſententiam dixiſſe ait, ut Dolabellam Caſſius bello perſequeretur, quam dixit in XI. Philipp. Ad ea verba Bruti luxata: *Hoc magis doleo, Aſiam ſic vexari à Dolabella*, ita reſcribit: *Ex iis litteris, quas mihi miſiſti, Dolabella Aſiam vexare videtur.* Sigonius.

10. *Accepi kal. Apr. Dyrrhachio datas veſperi.*] Non datas veſperi, ſed accepi veſperi. idcirco ſubdiſtinxi, *datas*, *veſperi*. Patric.

11. *Qui ſi ad Rhodum acceſſit, videtur mihi Aſiam reliquiſſe. Id ſi ita eſt, iſtic tibi cenſeo commorandum, ſin eam ſemel cepit, mihi crede, non erit. Id. Apr.*] Hoc etiam loco deeſt àliquid. quod autem deeſt ex epiſtolæ Brutinæ fine petendum eſt, itaque ad hæc addendum: *At in Aſiam cenſeo perſequendum. Nihil mihi videris hoc tempore melius acturus.* Hujus autem etiam conſilii meminit in quinta epiſtola, cum ait: *Atque hoc mihi jam ante placuiſſe, potes ex ſuperioribus meis litteris recordari.* Sigonius.

12. *Lit-*

EPISTOLA V.

BRUTUS CICERONI S.

[12] LITTERAS tuas valde exſpecto, quas ſcripſiſti poſt nuntios noſtrarum rerum & de morte Trebonii: non enim dubito, quin mihi conſilium tuum explices. Indigno ſcelere & civem optimum amiſimus, & provinciæ poſſeſſione [d] depulſi ſumus, quam [e] recuperari facile eſt. neque minùs turpe aut flagitioſum erit, ſi poteſt, [f] non recuperari. Antonius adhuc eſt nobiſcum: ſed mediusfidius & moveor hominis precibus, & timeo, ne illum aliquorum furor excipiat: planè æſtuo. Quod ſi ſcirem quid tibi placeret, ſine ſollicitudine eſſem. id enim optimum eſſe perſuaſum eſſet mihi. Quare quàm primùm fac me certiorem quid tibi placeat. Caſſius noſter Syriam, legiones Syriacas habet, ultro quidem à Murco, & à Marcio, & ab exercitu ipſo arceſſitus. Ego ſcripſi ad Tertiam ſororem & [g] matrem, ne priùs ederent hoc, quod optimè ac feliciſſimè geſſit Caſſius, quàm tuum conſilium cognoviſſent tibique viſum eſſet. Legi orationes duas tuas, quarum altera kal. Jan. uſus es: altera de litteris meis, quæ habita eſt abs te contra Calenum. Nunc ſcilicet hoc exſpectas, dum eas laudem. Neſcio animi an ingenii tui major in his libellis laus contineatur. Jam concedo, ut vel Philippici vocentur, quod tu quadam epiſtola jocans ſcripſiſti. Duabus rebus egemus, Cicero, pecuniâ & ſupplemento: quarum altera poteſt abs te expediri, ut aliqua pars militum iſtinc mittatur nobis, vel ſecreto conſilio adverſus Panſam, vel actione in ſenatu: [13] altera, quæ magis eſt neceſſaria, neque meo exer-

d *vett. edd.* pulſi.
e recuperare *alii.*
f poſt recup. *alii.*
g ad matr. *Brut.*
Pag. CCCXXXIV.

12. *Litteras tuas valde exſpecto.*] Data eſt epiſtola Dyrrhachio, ſi ita, ut ego conjunxi, legas. nam pars ultima hujus epiſtolæ ſuperiori Ciceronis epiſtolæ agglutinata erat. In vulgato autem libro legitur *Carrachio* mendoſe pro *Dyrrhachio.* Sigonius. Ut rectè capiatur, quid ſibi velit Sigonius, ſciendum eſt eum hujus epiſtolæ finem conjunxiſſe cum fragmento, quod hîc epiſtolæ quartæ eſt præpoſitum, hoc modo: *Hoc magis doleo, Aſiam nos amiſiſſe, quam ſic vexari a Dolabella audio, &c.* Verburg.

13. *Altera, quæ magis quàm reliquorum.*] Lego, *altera, quæ magis eſt*

exercitui magis quàm [14] reliquorum. [15] Hoc magis doleo Aſiam * * at in Aſiam cenſeo perſequendum. Nihil mihi videris hoc tempore melius acturus.

EPISTOLA VI.

CICERO BRUTO S.

[16] QUOD egere te duabus neceſſariis rebus ſcribis, ſupplemento & pecuniâ, difficile conſilium eſt. non enim mihi occurrunt facultates, quibus uti te poſſe videam, præter illas, quas ſenatus decrevit, ut pecunias à civitatibus mutuas ſumeres. De ſupplemento autem non video quid fieri poſſit. tantum enim abeſt, ut Panſa de exercitu ſuo aut delectu tibi aliquid tribuat, ut etiam moleſtè ferat, tam multos ad te ire voluntarios: quomódo quidem credo, quòd his rebus, quæ in Italia decernuntur, nullas copias nimis magnas eſſe arbitretur: quomodo autem multi ſuſpicantur: quòd ne te quidem nimis firmum eſſe velit: quod ego non ſuſpicor. Quod ſcribis te ad Tertiam ſororem ſcripſiſſe, ut ne priùs ederent ea, quæ geſta à Caſſio eſſent, quàm mihi viſum eſſet, video te veritum eſſe id, quod verendum

eſt neceſſaria, neque meo exercitui magis quàm reliquorum. Sic enim legit meum exemplar Car. Stephani. & tamen ſic etiam quiddam eſt imperfectum. Subaudiendum fortaſſis vix poteſt: ſi modo non eſt reponendum. *Patricius.*

14. *Reliquorum.*] Hic aliud deſideratur; quod quale fuerit divinare non licet. hoc tantum dicam, cum hac ſententia non videri ſatis congruere quæ ſubſequuntur, *Hoc magis doleo &c.* ſed illud aptius conjungi poſſe, *vetus Antiſtius me tamen pecuniâ ſublevavit.* totum autem illud, *Hoc magis doleo &c.* inferius collocandum, abſoluta jam pecuniæ mentione. *P. Manut.*

15. *Hoc magis doleo Aſiam, at in Aſiam cenſeo perſequendum.*] Hoc in loco labes eſt. nam prima verba ſunt Bruti, altera Ciceronis. Brutinis vero verbis agglutinari debent ea, quæ ſupra ex Ciceroniana epiſtola dempſimus, ita: *Hoc magis doleo Aſiam nos amiſiſſe quàm ſic vexari à Dolabella audio.* Sigonius.

16. *Quod egere te duabus rebus.*] In vulgatis præfixa eſt his verbis ſalutatio: *Cicero Bruto S.* quaſi vero hoc novæ epiſtolæ principium ſit, quam ego ſuſtuli; non enim nova eſt epiſtola, ſed pars extrema ſuperioris reſponſionis; reſcribit enim ad id, quod de pecunia & ſupplemento petierat, & ad reliquas ejus epiſtolæ partes, ut de Tertia & de filio ſuo. *Idem.*

17. Qua

rendum fuit, ne animi partium Cæſaris, quomodo etiam nunc partes appellantur, vehementer commoverentur. Sed antè quàm tuas litteras accepimus audita res erat & pervulgata: tui etiam tabellarii ad multos familiares tuos litteras attulerant. Quare neque ſupprimenda res erat, præſertim cùm id fieri non poſſet, neque ſi poſſet, non divulgandam potiùs quàm occultandam putaremus. P. B. De Cicerone meo, etſi tantum eſt in eo, quantum ſcribis, tantum ſcilicet, quantum debeo, gaudeo: & ſi, quòd amas eum, eò majora facis: id ipſum incredibiliter gaudeo, à te eum diligi.

EPISTOLA VII.

CICERO BRUTO S.

17 QUÆ litteræ tuo nomine recitatæ ſint id. April. in ſenatu, eodemque tempore Antonii, credo ad te ſcripſiſſe tuos: quorum ego nemini concedo. Sed nihil neceſſe erat eadem omnes: illud neceſſe me ad te ſcribere, quid ſentirem de tota conſtitutione hujus belli, & quo judicio eſſem quâque ſententiâ. voluntas mea, Brute, de ſumma republica ſemper eadem fuit quæ tua: ratio quibusdam in rebus (non enim omnibus) paullo fortaſſe vehementior. Scis mihi ſemper placuiſſe non rege ſolùm, ſed regno liberari rempublicam. Tu leniùs, immortali omnino cum tua laude: ſed quid melius fuerit magno dolore ſenſimus, magno periculo ſentimus. Recenti illo tempore tu omnia ad pacem, quæ oratione confici non poterat: ego omnia ad libertatem, quæ ſine pace nulla eſt: pacem ipſam bello atque armis efficí

17. *Quæ litteræ tuo nomine.*] De litteris ipſius Bruti & C. Antonii in ſenatu Id. Apr. & poſtridie recitatis nunciat, clementiam ejus in C. Antonium captivum incuſat, quod etiam in iis facit, quæ pro certo Tullianæ habentur. Quod autem ſcriptum eſt in extremo: *Data* XIII. *kal. Mai.* eum numerum depravatum eſſe opinor: movet autem me ſequens proxima epiſtola, quæ XIII. k. Maji eſt data. Vereor autem, ut corrigendum ſit, XVI. facili lapſu numerorum ex XVI. in XIII. videtur enim veriſimile, cum XVIII. kal. Mai. actum ſit de litteris, Ciceronem biduo poſt rem tantam ad Brutum ſcripſiſſe, non autem in quintum poſt diem retuliſſe. *Sigonius.*

18. *Sex-*

effici poſſe arbitrabar. Studia non deerunt arma poſcentium, quorum repreſſimus impetum ardoremque reſtinximus. Itaque res in eum locum venerat, ut niſi Cæſari Octaviano deus quidam illam mentem dediſſet, in poteſtatem perditiſſimi hominis & turpiſſimi M. Antonii veniendum [h] fuerit: quorum vides hoc tempore ipſo, quod ſit, quantumque certamen. Id profectò nullum eſſet, niſi tum conſervatus eſſet Antonius. Sed hæc omitto. res enim à te geſta memorabilis & pænè cæleſtis [i] repellit omnes reprehenſiones: quippe quæ ne laude quidem ſatis idonea affici poſſit. Exſtitiſti nuper vultu ſevero: exercitum, copias, legiones idoneas per te brevi tempore comparaſti. Dii immortales! qui ille nuntius, quæ illæ litteræ, quæ lætitia ſenatûs, quæ alacritas civitatis erat! nihil umquam vidi tam omnium conſenſione laudatum. Erat exſpectatio reliquiarum Antonii: quem equitatu legionibusque magna ex parte ſpoliaras. ea quoque habuit exitum optabilem. Nam tuæ litteræ, quæ recitatæ in ſenatu ſunt, & imperatoris conſilium, & militum virtutem, & induſtriam tuorum, in quibus Ciceronis mei, declarant. Quod ſi tuis placuiſſet de his litteris referri, & niſi in tempus turbulentiſſimum poſt diſceſſum Panſæ conſulis incidiſſent, honos quoque juſtus & debitus diis immortalibus decretus eſſet. Ecce tibi idib. April. advolat manè celer Pilus, qui vir! dii boni, quàm gravis! quàm conſtans! quàm bonarum in republica partium! Hic epiſtolas affert duas, unam tuo nomine, alteram Antonii. dat Servilio tribuno plebis. ille Cornuto: recitantur in ſenatu. ANTONIUS PROCOS. magna admiratio, ut ſi eſſet recitatum, DOLABELLA IMPERATOR, à quo quidem venerant tabellarii: ſed nemo Pili ſimilis, qui proferre litteras auderet, aut magiſtratibus reddere. Tuæ recitantur, breves illæ quidem, ſed in Antonium admodum lenes: vehementer admiratus ſenatus. mihi autem non erat explicatum, quid agerem. falſas dicerem? quid ſi tu eas approbaſſes? confirmarem? non erat dignitatis tuæ. itaque ille dies ſilentio. Poſtridie autem, cùm ſermo increbruiſſet Piluſque oculos vehementiùs hominum offendiſſet, natum omnino eſt principium à me. De procoſ. Antonio multa: [18] Sextius cauſæ non defuit. Poſt mecum:

[h] *ita Manuſ. alii* fuit.

Pag. CCCXXXV.

[i] refellit *conj. Lamb.*

P. B.

quanto ſuum filium, quanto meum in periculo futurum k duceret, ſi contra procoſ. arma tuliſſent. noſti hominem: cauſæ non defuit. Dixerunt etiam alii. Labeo verò noſter nec ſignum tuum in epiſtola, nec diem appoſitum, nec te ſcripſiſſe ad tuos, ut ſoleres. hoc cogere volebat, falſas litteras eſſe, &, ſi quæris, probabat. Nunc tuum eſt conſilium, Brute, de toto genere belli. Video te lenitate delectari, & eum putare fructum eſſe maximum: præclarè quidem, ſed aliis rebus, aliis temporibus, locus eſſe ſolet debetque clementiæ. Nunc quid agitur, Brute? templis deorum immortalium imminet hominum egentium & perditorum ſpes, nec quidquam aliud decernitur hoc bello, niſi utrùm ſimus, necne. cui parcimus, aut quid agimus? His ergo conſulimus, quibus victoribus [19] veſtigium noſtrûm nullum relinquetur? [20] Nam quid intereſt inter Dolabellam & quemvis Antoniorum trium? quorum ſicui parcimus, duri fuimus in Dolabella. Hæc ut ita ſentiret ſenatus populuſque Romanus, etſi res ipſa cogebat, tamen maxima ex parte noſtro conſilio atque au-

k *Lamb. delet. alii diceret.*

18. *Sextius cauſa non defuit. Poſt mecum, quanto ſuum filium.*] Sextius cauſæ non defuit poſt me: cum, quanto ſuum filium, quanto meum in periculo futurum diceret, ſi contra procos. arma tuliſſent. legit idem Paul. Manutius, & manu etiam ad hunc modum adſcribit ſua in libro meo. Ingenioſè, ut ſolet, niſi ſi cui illa locutio durior videretur; *quantò ſuum filium*, & quæ ſequuntur. locus tamen emendari leviore mutatione, melius, meâ ſententiâ, non potuit. *Patricius.*

19. *Veſtigium noſtrûm.*] Genitivus multitudinis ab *ego.* Idem.

20. *Nam quid intereſt inter Dolabellam & quemvis Antoniorum trium?*] In eandem ſententiam ſcripſit in aliis epiſtolis ad eundem: *Ego ſic ſentio, trium fratrum unam & eandem eſſe cauſam.* Huic porro epiſtolæ annectendam illam eſſe puto, cujus initium eſt: *Scriptâ & obſignatâ jam epiſtolâ. qua* XIV. *kal. Maji data eſt.* apparet autem eam huic conſequentem eſſe, quod in ea nihil de re geſta ad Mutinam cum M. Antonio agit, in hac agit. res autem geſta eſt, ut ſcribit Galba ad Ciceronem, XVII. kal. Maji. Ex quo intelligere poſſumus, XVI. kal. Maji victoriam illam Romæ nondum eſſe nuntiatam. Nuntiatam autem opinor XV. kalend. Unde ſcriptum eſt in epiſt. ad Brutum, cujus principium eſt: *Noſtra res meliori loco: Civitas recreata ad* XV. *kal. Maji te huc venire quàm ſe ad te ire malebat.* ſic enim potius legendum quàm ut vulgò legitur XII. alioquin tantæ victoriæ nuntius non niſi poſt ſextum diem Mutinâ Romam eſſet perlatus, cum tamen Cicero de fuga Antonii ſcripſerit Româ XIV. kal. *Sigonius.*

21. *Si*

auctoritate perfectum eſt. Tu ſi hanc rationem non probas, tuam ſententiam defendam, non relinquam meam. neque diſſolutum à te quidquam homines exſpectant, neque crudele. Hujus rei moderatio facilis eſt, ut in duces vehemens ſis, in milites liberalis. Ciceronem meum, mi Brute, velim quàm plurimùm tecum habeas. Virtutis diſciplinam meliorem reperiet nullam quàm contemplationem atque imitationem

P. CCCXXIX. tui. XIII. kalend. Maji.

EPISTOLA VIII.

CICERO OCTAVIO S.

Hæc epiſtola non eſt Ciceronis, ſed declamatoris alicujus.

21 SI per tuas legiones mihi licitum fuiſſet, quæ nomini meo populoque Romano ſunt [1] inimiciſſimæ, venire in ſenatum coramque de republica diſputare ſe-

[1] invictiſſimæ MS.

21. *Si per tuas legiones &c.*] Quædam in epiſtola ad Octavium ex veteribus exemplaribus caſtigavimus: quæ quia ſatis firma ſunt & per ſe plana omittemus. Hanc autem epiſtolam non pauci docti & ingenioſi viri minimè Ciceronis eſſe arbitrantur, falſóque illi attributam eſſe judicant: ſcriptam autem ab aliquo, qui non ſolum perſonam illius & conſilia exprimere vellet, ſed ſtylum etiam imitari. Quod ſanè ſi ita eſt, ut hi opinantur, egregie, quicunque ille fuit, quod voluit conſecutus eſt. nam quin ſententiæ ipſius conveniat & ſtomacho, quem extremis illis temporibus contra Octavianum habuit, cum ſe ab eo deluſum ſenſit & remp. (ſceleratâ regni ſocietate ab eo cum Antonio & Lepido initâ) deletam, dubitari non poteſt: cum cogitaſſe etiam cum tradat Plutarchus audita nefaria illa proſcriptione domum Cæſaris junioris clàm ingredi, ibique ſe in penetralibus domûs jugulare, maneſque ſuos iratos qui eum ſemper exagitarent, ita in illum domumque ejus immittere, ut facile credi poſſit voluiſſe quoque Ciceronem hac acerbiſſimâ epiſtolâ dolorem animi ſui effundere, Octavianoque, cum aliter non poſſet, his conviciis & maledictis dolorem adferre. Nobis igitur nec verbis nec ſententiis videtur valde ab illo diſcrepare. Nunc ſuum quisque judicium conſulat, & quod ei rectum videtur id ſequatur. *Victor.* In epiſtola ad Octavium non gravabimur operæ paullum conſumere: non quia Ciceronis eam eſſe exiſtimemus, ſed, quando in hunc librum conjecta eſt, ne quid deſideretur à nobis, quod ſtudioſæ juventuti prodeſſe poſſit. Etſi enim divina illa Tullianæ dictionis vis minus conſpicitur: apparet tamen ſtudioſi alicujus ado-

feciſſem : neque tam libenter quàm neceſſariò. nulla
enim remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt
dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. Sed quoniam co-
hortibus armatis circumſeptus ſenatus, nihil aliud verè
poteſt [m] decernere, niſi timere: (in Capitolio ſigna — m diſcernere MS. & alii.
ſunt, in urbe milites vagantur, in Campo caſtra ponun-
tur, & Italia tota legionibus ad libertatem noſtram
conſcriptis, ad ſervitutem adductis, equitatuque exte-
rarum nationum, [n] diſtinetur) cedam tibi in præſentia — n detinetur MS.
foro, curiâ & ſanctiſſimis deorum immortalium tem-
plis: in quibus, reviviſcente jam libertate, deinde rur-
ſus oppreſſâ, ſenatus nihil conſulitur, timet multa,
22 aſſentitur omnia. pòſt etiam paullo, temporibus ita
poſtulantibus, cedam urbe: quam per me conſervatam,
ut eſſet libera, in ſervitute videre non potero. cedam
vitâ, quæ quamquam ſollicita eſt, tamen, ſi profutura
eſt reipublicæ, bona ſpe poſteritatis me conſolatur: quâ
ſublatâ non dubitanter occidam, atque ita cedam, ut
fortuna judicio meo, non animus mihi defuiſſe videatur. P. B.
Illud verò, quod & præſentis doloris eſt indicium, &
præteritæ injuriæ teſtimonium, & abſentium ſenſûs
ſignificatio, non prætermittam, quin, quoniam coram
id facere prohibeor, abſens proſim: ſiquidem meâ ſalus
aut utilis reipublicæ eſt, aut conjuncta certè publicæ
ſaluti. Nam, per deûm immortalium fidem! (niſi for-
tè fruſtra eos appello, quorum aures atque animus à
nobis abhorrent) perque fortunam populi Romani (quæ
quàmquam nobis infeſta eſt, fuit aliquando propitia, &,
ut ſpero, futura eſt) quis tam expers humanitatis, quis
hu-

adoleſcentis fuiſſe, ad eam ſe ſtylo exercitationeque formantis, & plane ſeculi non infelicis. Nam & Seneca ſcriptum reliquit illis temporibus, complures declamatores fuiſſe, qui pro Cicerone & contra Ciceronem orationes ſcripſerint: cujusmodi eſt illa Latronis in Catilinam, Salluſtii in Ciceronem & hujus in illum. *Malaſpina.* Exſtabat iſthæc item Declamatio in Pall. priorib. quattuor: ſed ii planè tuebantur ſcripturam vulgatam. erat adhuc alter Pal. qui ferè habebat variantes eas lectiones, quas prodidit optimus Turneb. lib. XVI. Adverſariorum cap. 8. itaque nihil illis huic enotandum duxi: utique cùm conſtet non agnoſcere auctorem Tullium. *Gruter.*

22. *Aſſentitur omnia.*] In codice MS. non leguntur *poſt etiam paullo, temporibus ita poſtulantibus*, ſed ſtatim ſubjungitur *cedam urbe*, intermediis deletis.

23. *Quàm*

huius urbis nomini ac ſedibus uſque adeò eſt inimicus, ut iſta aut diſſimulare poſſit, aut non dolere? aut, ſi nulla ratione publicis incommodis mederi queat, non morte proprium periculum vitet? Nam, ut ordiar ab initio, [o] & perducam ad extremum, & noviſſima conferam primis, quæ non poſterior dies acerbior priore? & quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior populo Romano illuxit? M. Antonius, vir animi maximi (utinam etiam ſapientis conſilii fuiſſet!) C. Cæſare, fortiſſimè, ſed parum feliciter, à reipublicæ dominatione ſummoto, concupierat magis regium [23] quàm libera civitas pati poterat, principatum. publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia, [24] donabat civitates. ex commentario dictaturam gerebat; leges imponebat; prohibebat dictatorem creari plebiſcito; [25] ipſe regnabat in conſulatu: provincias unus omnes concupiebat. cui ſordebat Macedonia provincia, quam victor ſibi ſumpſerat Cæſar, quid de hoc ſpe-

o & deeſt aliis.

23. *Quam libera civitas.*] Faërni liber & Ant. *Quam quem libera civitas.* ut ita verba ordinentur. Concupierat principatum magis regium quàm quem libera civitas pati poſſet. *Poſſet* enim habent mei, præter Antonianum, omnes. *Malaſpina.*

24. *Donabat civitates. ex commentario.*] Emendo, *civitate*, hoc eſt, jure civium Romanorum. Neque enim erat magnum, aut ingentis beneficii loco habebatur, reliquarum gentium civitatibus donari, nec valde expetebatur civem Romanum fieri, id vero tanti putabatur, ut nullis artibus, non ſolum Itali, ſed etiam exteri abſtinerent, quo eò arreperent. Quòd ſi quis hîc civitates urbes interpretatur, is videat, ne vim utriusque nominis parum tenere videatur. Cicero quidem urbes ex domiciliis conjunctis conſtare dicit: civitates ex conventiculis hominum, inque urbibus habitare. Sed quid verbis opus eſt? Omnem ipſemet Cicero dubitationem aufert Philipp. I. de hoc ipſo Antonii facto ſic ſcribens ad verbum. *De exilio reducti à mortuo: civitas data nonſolum ſingulis, ſed etiam nationibus & provinciis univerſis.* Idem.

25. *Ipſe regnabat in conſulatu.*] MS. Balliolenſis, in quo etiam hæc epiſtola erat, ſed inſcripta *Octaviano*, hoc loco non aliter habebat, ac priores editi *prohibebat dictatorem creari legibus SC. ipſe repugnabat in ſenatu.* Quod cur non ſic commode explanem? *prohibebat dictatorem creari; legibus, ſenatusconſultis ipſe repugnabat; in ſenatu provincias unus omnes concupiebat.* Quod poſtremum verbum ſatis docet male Gruterum paulo ante maluiſſe ſequi alios edendo, *concupiverat*, quàm illos, qui exhibuerunt *concupierat*, quod habuit & MS. Ball. ut infra *concupiviſti*, quum meliores *concupiſti*, quod ſecutus ſum & ipſe. *Gronov.*

26. *Cur*

ſperare, aut exſpectare nos oportebat? Exſtitiſti tu P. cccxxx.
vindex noſtræ libertatis, ut tunc quidem, optimus
(quod utinam neque noſtra nos opinio, neque tua fides
fefelliſſet!) & veteranis in unum conductis, & duabus
legionibus à pernicie patriæ ad ſalutem [p] avocatis, ſubi- p advoca-
tò propè jam affectam ac proſtratam rempublicam tuis tis *alii.*
[q] opibus extuliſti. Quæ tibi non antè quàm poſtulares, q operibus
majora quàm velles; plura quàm ſperares, detulit *MS.*
ſenatus? Dedit faſces, ut cum auctoritate defenſorem
haberet, non ut imperio ſe adverſum armaret. Appel-
lavit imperatorem, hoſtium exercitu pulſo, tribuens
honorem, non ut ſua cæde cæſus ille fugiens exercitus
te nominaret imperatorem. Decrevit in foro ſtatuam,
locum in ſenatu, ſummum honorem ante tempus. Si
quid aliud eſt, quod dari poſſit, [r] addat. Quid aliud r addet
eſt majus, quod velis ſumere? Sin autem ſupra ætatem, *MS.*
ſupra conſuetudinem, ſupra etiam mortalitatem tuam
tibi ſunt omnia tributa: [26] cur aut ingratus crudeliter,
aut [27] immemor beneficii ſceleratè circumſcribis ſena-
tum? Quò te miſimus? à quibus reverteris? contra
quos armavimus? quibus arma cogitas inferre? à quibus
exercitum abducis? & quos [s] adverſus aciem ſtruis? Cur s adver-
hoſtis relinquitur? civis hoſtis loco ponitur? cur caſtra ſum *MSS.*
medio itinere longiùs adverſariorum caſtris & propiùs *& alii.*
urbem moventur? O me numquam ſapientem [28] &
aliquando id, quod non eram, fruſtra exiſtimatum!
quantum te, popule Romane, de me fefellit opinio?
O meam calamitoſam ac præcipitem ſenectutem! O
tur-

26. *Cur aut ingratus crudeliter.*] Longe mihi videtur præſtare veterum editionum lectio, quam probat & MS. Balliol. *cur aut, ut ingratum crudeliter, aut ut immemorem beneficii tui ſcelerate circumſcribis ſenatum?* Adverbia jungenda ſunt verbo, non adjectivis. *Gron.*

27. *Immemor beneficii, ſceleratè &c.*] Noſtri bis amplius, *beneficii ſui.* Atque ita etiam hic locus ab iis adducitur, qui *ſui* probare volunt, pro *ejus* accipi nonnunquam. *Malaſp.*

28. *Et aliquando id, quod non erat.*] Rectè mei, niſi me fallit judicium, *quod non eram.* Quò enim ſpectet, *quod non erat?* Meorum ſententia plana eſt, ut ſit prioris membri non ſolum explicatio, ſed etiam exaggeratio. Itaque neque dolentis adverbium reiteratum eſt, ut intelligamus unam eſſe ſententiam. nimirum ſe fruſtra & ſine cauſſa, cum non eſſet, aliquando ſapientem judicatum. unde & ſubjungit: *Quantum te, popule R. de me fefellit opinio?* Idem.

turpem exacta dementique ætate caniciem! Ego patres conſcriptos ad parricidium induxi: ego rempublicam fefelli: ego ipſe ſenatum ſibi manus afferre coëgi, cùm te Junonium puerum & matris tuæ partum aureum [t] eſſe dixi. At te fata patriæ Paridem futurum prædicabant, qui vaſtares urbem incendio, Italiam bello, qui caſtra in templis deorum immortalium, ſenatum in caſtris habiturus eſſes. O miſeram & in brevi tam celerem & tam variam reipublicæ commutationem! Quiſnam [v] tali futurus ingenio eſt, qui poſſit hæc ita mandare litteris, ut facta non ficta videantur eſſe? Quis erit tanta animi facilitate, qui, quæ veriſſimè memoriâ propagata fuerint, non fabulæ ſimilia ſit exiſtimaturus? Cogita enim Antonium hoſtem judicatum, ab eo circumſeſſum conſulem deſignatum, eundemque reipublicæ parentem: te profectum ad conſulem liberandum, & hoſtem opprimendum, hoſtemque à te fugatum, & conſulem obſidione liberatum: deinde paullo pòſt fugatum illum hoſtem arceſſitum, tamquam coheredem mortuâ republicâ ad bona populi Romani rapienda: conſulem deſignatum rurſùm incluſum eo, ubi ſe non mœnibus, ſed fluminibus & montibus tueretur. Hæc quis conabitur exponere? quis credere audebit? liceat ſemel impunè peccaſſe: ſit erranti medicina confeſſio. Verum enim dicam, utinam te potius, Antoni, dominum non expuliſſemus quàm hunc reciperemus! non [x] quò ulla ſit optanda ſervitus, ſed quia dignitate domini minùs turpis eſt fortuna ſervi. in duobus autem malis, cùm fugiendum majus ſit, levius eſt eligendum. Ille tamen ea exorabat, quæ volebat auferre: tu extorques. Ille conſul provinciam petebat: tu privatus concupiſti. Ille ad [y] malorum ſalutem judicia conſtituebat & leges ferebat: tu ad perniciem optimorum. Ille à ſanguine & incendio ſervorum Capitolium tuebatur: tu cruore & flamma cuncta delere vis. Si, qui dabat provincias Caſſio, & Brutis, & illis cuſtodibus nominis noſtri, regnabat, quid faciet, qui vitam adimit? ſi qui urbe ejiciebat tyrannus erat: quem [z] hunc vocemus, qui ne locum quidem reliquit exſilio? Itaque ſi quid illæ majorum noſtrorum ſepultæ reliquiæ ſapiunt, ſi non unà cum corpore ſenſus omnis uno atque eodem conſumptus eſt igni; quid illis interrogantibus, quid agat nunc [a] populus Romanus, reſpondebit ali-

P. B.

[t] edixi *MS.*

[v] talis *MS.*

[x] *ita MSS. Grut.* quod.

Pag. CCCXXXI.

[y] majorum *alii.*

[z] *alii* nunc.

[a] *alii* Reſp. Rom.

aliquis noſtrûm, qui proximus in illam æternam domum deceſſerit? aut quem accipient de ſuis poſteris nuntium illi veteres Africani, Maximi, Paulli, Scipiones? quid de ſua patria audient, quam ſpoliis triumphisque decorarunt? an eſſe quendam [29] annos XVII. natum, cujus avus fuerit argentarius, adſtipulator pater; uterque verò precarium quæſtum fecerit, ſed alter usque ad ſenectutem, ut non negaret; alter à pueritia, ut non poſſet non confiteri: [30] eum agere, rapere rempublicam, cui nulla virtus, nullæ bello ſubactæ & ad imperium adjunctæ provinciæ, nulla dignitas majorum conciliaſſet eam potentiam, ſed forma per dedecus, pecuniam & nomen nobile conſceleratum [b] impudicitiâ dediſſet: veteres vulneribus & ætate confectos Julianos gladiatores, egentes [31] reliquias Cæſaris ludi, ad rudem compuliſſet? quibus ille ſeptus omnia miſceret, [c] nulli parceret, ſibi viveret. Qui tamquam in dotali matrimonio rempublicam [d] teſtamento legatam ſibi obtineret. Audient duo Decii ſervire eos cives, qui ut hoſtibus imperarent victoriæ ſe devoverunt. Audiet C. Marius impudico domino parere nos, qui ne militem quidem habere voluit niſi pudicum. Audiet Brutus eum populum, quem ipſe primò, pòſt progenies ejus à regibus liberavit, pro turpi ſtupro datum in ſervitutem. Quæ quidem ſi nullo alio, me tamen internuntio ad illos cele-

b *alii* impudicitiæ.

c nullis *alii*.

P. B.

d aut teſt. *alii*.

29. *Annos* XVII. *natum.*] Mire variatum in hoc numero. MS. Ball. & alii editi XIII, Caſaubonus ad Suetonii Auguſtum, ubi hanc epiſtolam vocat non Ciceronis quidem, ſed veterem tamen, ita quoque citans, legendum ait XIX. vel XX. Poſſent duæ lineæ perperam ductæ videri ex decuſſi male ſcripta, ut foret XXI. Sed & mox idem ſummus vir bis legit *alterum*, quod nusquam deprehendi. Mox MS. *non ulla bello*. Gronov.

30. *Eum agere, rapere Remp.*] *Agere* eſt hoſtilem in modum populari atque vexare. Græci, ἄγειν καὶ φέρειν. Dio lib. XLIII. Καὶ τὰς νομάδας λαβὼν ἴσα τὸ ὑπήκοον ἐπήγαγε· καὶ τῷ Σαλυστίῳ, λόγῳ μὲν ἄρχειν, ἔργῳ δὲ, ἄγειν καὶ φέρειν ἐπέτρεψεν Sic Livius: *Tum demum fracta pertinacia, ut ferri agique res ſuas viderunt*. Malaſp.

31. *Reliquias Cæſaris, ludi ad rudem.*] Aliter, *Reliquias ludi Cæſaris ad rudem &c.* Et videtur melius, quòd eos Octavius, non ad ludum ſed ad arma compuliſſet, ex Cæſaris ludo extractos. Quæ tamen per contemptum dicta ſunt, cum veteres milites patris ſui, qui Capuæ ceteriſque in oppidis Campaniæ degebant, grandi pecunia ſibi conciliaverit, eorumque operâ primùm adverſus Antonium, poſtea contra Remp. ſit uſus. *Idem.*

e nam *aliis abeſt.* leriter deferentur. [e] nam ſi vivus iſta ſubterfugere non potero, unà cum iſtis vitam ſimul fugere decrevi.

P. CCLXV.

TITI POMPONII ATTICI VITA, AUCTORE CORNELIO NEPOTE.

a T. Pomp. *MS. Gif.* I. [a] POMPONIUS Atticus, ab origine ultima [1] ſtirpis Romanæ, generatu perpetuo à majoribus acceptam equeſtrem obtinuit dignitatem. patre uſus eſt diligente, indulgente, &, ut tum erant tempora, diti, in primiſque ſtudioſo litterarum. hic prout ipſe amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas b impartiri *alii.* [b] impertiri debet, filium erudivit. erat autem in puero, præter docilitatem ingenii, ſumma ſuavitas oris & vocis; ut non ſolùm celeriter acciperet, quæ tradebantur, ſed etiam excellenter pronuntiaret: [2] qua ex re pueritiâ no-

1. *Stirpis Romanæ genere natus.*] Ita ſubſtituit Boſius pro vulgato, *ſtirpis Romanæ generatus*, quam vocem, *generatus*, gloſſema ſuſpicatur Manutius. *Grut.* Sed cur Boſianam conjecturam ita repente Gruterus (an vero hæc etiam ſunt Clerici?) exemplo quidem auctoris admiſit in contextum? Quid quod nec tam Boſii ea eſt, quam Rutgerſii brevi tantum differentia legentis *Romæ* vel *Romano genere natus* lib. II. Var. Lect. cap. 8. Sed non judicavi exſpectandos mihi viros doctos in conjecturis ludentes. MSS. omnes conveniunt in τοῖς *ſtirpis Romanæ generatus.* Hinc deleri una litera debuit, nulloque id negotio fit, & mihi credens reliqui aliena. Eſt fere ſimile Ovidianum: *primaque ab origine mundi Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.* Mox neſcio unde plurimi edant *oris & vocis*, quum editiones hodiernæ Nepotis teneant *ac.* MS. codex bibliothecæ Academicæ habet *atque.* Gronov.

2. *Qua ex re à pueritia nobilis.*] Faërnus ex antiquo libro legebat, *qua ex re nobilis*, delebatque *à pueritia*, quid ſi legatur, *qua ex re puer etiam nobilis. &c.* Urſin. *Qua ex re pueritia nobilis.*] Fulvius legebat ex mſ. *qua ex re nobilis:* quid ſi legatur; *qua ex re puer etiam nobilis.* Liber Gifanii, *in pueritia*, probante Manutio. *Gruter.* Etiam codex Academicus agnoſcit præpoſitionem. *Gronov.*

3. *Ge-*

nobilis inter æquales ferebatur, clariuſque exſplendeſcebat quàm [3] generoſi condiſcipuli animo æquo ferre poſſent. itaque incitabat omnes ſuo ſtudio. quo in numero fuerunt L. Torquatus, [4] C. Marius filius, M. Cicero: quos conſuetudine ſua ſic [c] ſibi devinxit, ut nemo iis perpetuò fuerit carior.

[c] ſibi *deeſt in aliis.*

II. PATER maturè deceſſit. ipſe adoleſcentulus propter affinitatem P. Sulpicii, qui tribunus plebis interfectus eſt, non expers fuit illius periculi. namque Anicia, Pomponii conſobrina, [5] nupſerat M. Servio fratri Sulpicii. itaque, interfecto [d] Sulpicio, poſteaquàm vidit Cinnano tumultu civitatem eſſe perturbatam; neque ſibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin alterutram partem offenderet, diſſociatis animis civium, cùm alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus, idoneum tempus ratus ſtudiis obſequendi ſuis, Athenas ſe contulit: neque eò ſeciùs adoleſcentem Marium, hoſtem judicatum, juvit opibus ſuis: cujus fugam pecuniâ ſublevavit. ac, ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum trajecit ſuarum. hîc ita vixit, ut univerſis Athenienſibus merito eſſet cariſſimus. nam præter gratiam, quæ jam in adoleſcentulo magna erat, ſæpe ſuis opibus inopiam eorum publicam levavit. cùm enim [e] verſuram facere publicè neceſſe eſſet, neque ejus conditionem æquam haberent, ſemper ſe interpoſuit, atque ita ut neque uſuram umquam ab iis acceperit, neque longiùs, quàm dictum eſſet, [f] debere paſſus ſit. quod utrumque erat

[d] P. Sulp. *alii.*

P. B.

[e] uſuram *alii malè.*

[f] eos deb. *alii.*

3. *Generoſi.*] Genere illuſtres, claris parentibus & familiis nati. nam Atticus, qui & patrem, & majores equites tantum habuerat, non geſtis magiſtratibus claros, generoſus non erat. Sic infra: *His rebus effecit, ut M. Vipſanius Agrippa potiſſimum ejus diligeret affinitatem, præoptaretque equitis Romani filiam generoſarum nuptiis.* P. Manut.

4. *C. Marii filius.*] Placet ut legatur, *C. Marius filius.* Urſin.

5. *Nupſerat Servio fratri Sulpicii.*] Libri manuſcripti omnes & antiquæ etiam editiones habent, *Nupſerat M. Servio fratri Sulpicii.* & ita omnino legendum opinor: duobus enim ſimul prænominibus Sulpiciam familiam uſam fuiſſe oſtendimus in libro de Familiis Romanorum, in denario L. SERVII RUFI adductis, quæ opinionem noſtram confirmarent, veterum ſcriptorum teſtimoniis. *Urſin.* Mſſ. omnes & editiones antiquæ habent, *Nupſerat M. Servio*, & ita legendum ex denario afferit Urſinus: vulg. *nupſerat Servio fratri.* Grut. Dubito de omnium MSS. teſtimonio. Nam certe liber Academ. habet, *M. Servilio.* Gronov.

erat iis ſalutare. nam neque indulgendo inveteraſcere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis uſuris creſcere. auxit hoc officium alia quoque liberalitate. nam univerſos frumento donavit; ita [6] ut ſingulis ſex modii tritici darentur; qui modus menſuræ medimnus Athenis appellatur.

III. Hic autem ſic ſe gerebat, ut [7] communis infimis, par principibus videretur. quo factum eſt, ut huic omnes honores, quos poſſent, publicè haberent civemque facere ſtuderent. quo beneficio ille uti noluit. quod nonnulli ita [g] interpretantur, amitti civitatem Romanam aliâ adſcitâ. Quamdiu affuit, ne qua ſibi ſtatua poneretur, reſtitit; abſens prohibere non potuit. [8] itaque aliquot ipſi & Piliæ locis ſanctiſſimis poſuerunt. hunc enim in omni procuratione reipublicæ acto-

g *fortè* interpretarentur.

6. *Ut ſingulis* VI. *modii tritici darentur, qui modus menſura medimnus Athenis appellatur.*] Ita hunc locum primus Faërnus reſtituit, cum antea VIII. pro VII. & *modius*, pro *modus*, legeretur. *Urſin.*

7. *Communis infimis.*] *Comis* pro *communis* mavult Ant. Auguſtinus. *Idem.*

8. *Et Pilia.*] Antiquus liber habet *Phidia:* placeret magis, *filia*. Urſin. *Itaque aliquot ipſi & Philia locis ſanctiſſimis poſuerunt.*] Exſtant variæ doctorum de hoc loco contentiones. Cum MSS. habeant *Phidia*, natum eſt vitioſiſſimum illud *Pilia*, quam tamen aliquanto poſt Athenis regreſſum Romam demum duxit. Fulvius Urſinus eliciebat *filia*. Quidam *Philia*, id eſt, amicitiæ; quod amicitiæ cultor eſſet conſtantiſſimus: quam Divam doctiores in veterum monumentis ignorant. Lipſius *ipſi & Fidei* divinabat Elect. I. cap. 14. Quod Schottus improbat, neque melius quid extundit. Etſi nunquam ego id verum judicarim; tamen ante quinquennium anno CIↃ IↃ CXXV. in familiari colloquio Lugduni Batavorum magnopere mihi commendavit emendationem Jani Rutgerſii, viri longiore vita digniſſimi: *Itaque aliquot Pnyce & Pœcile locis ſanctiſſimis* clariſſ. & doctiſſ. P. Scriverius. Vulgata lectione deceptus V. Cl. Joannes Meurſius putat revera ſtatuam Piliæ poſitam lib. XIII. cap. 3. Athenarum Attic. *Gebhard.* Multa ad hunc locum dicta ſunt. Interea tamen in Pauſaniæ Atticis non reperio ſtatuas illic poſitas, quod vult Rutgerſius, ſed tantum περὶ τῆς ϛοᾶς fuiſſe Solonem & Seleucum. Reſpiciamus MSStos; in his & audio & vidi eſſe *Phidia*, Ernſtio tamen fatente in ſuo eſſe *Pilio*. Hæc conſiderans ſubodoror ſub literis *& Phidia* aut *& Pilio* latere ductus vocis *Delphinio:* porro literam *t* ab initio perditam per poſtremam τοῦ *aliquot*, correptamque nota & compendio vocem, ſic denique corruptam eſſe, ut fieret *ipſi*. Nam ex eis produco *itaque aliquot Theſeo & Delphinio*. Fuit, ut videtur, in aliquo primo exemplari ſcriptum *aliquotiſiq*. Nota ſunt utraque. *Gronov.*

actorem auctoremque [h] habebant. igitur primum illud munus fortunæ, 9 quòd in ea potiſſimùm urbe natus eſt, 10 in qua domicilium orbis terrarum eſſet imperii, ut eandem & patriam haberet, & domum: hoc ſpecimen prudentiæ, quòd, cùm in eam ſe civitatem contuliſſet, quæ antiquitate, humanitate doctrinâque præſtaret omnes, [i] ei unus ante alios fuerit cariſſimus.

IV. Huc ex Aſia Sulla decedens cùm veniſſet; quamdiu ibi fuit ſecum habuit Pomponium, captus adoleſcentis & humanitate & doctrinâ. ſic enim Græcè loquebatur, ut Athenis natus videretur. tanta autem erat ſuavitas ſermonis Latini, ut appareret in eo nativum quendam leporem eſſe, non adſcitum. idem poëmata pronuntiabat & Græcè, & Latinè ſic, ut ſupra nihil poſſet [k] addi. quibus rebus factum eſt, ut Sulla [l] numquam à ſe dimitteret cuperetque ſecum deducere. qui cùm perſuadere tentaret; Noli, oro te, inquit Pomponius, adverſùm eos me velle deducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. at Sulla, adoleſcentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiſcens juſſit deferri. Hîc complures annos moratus, cùm & rei familiari tantùm operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora aut litteris, aut Athenienſium reipublicæ tribueret, nihilo minus amicis urbana officia præſtitit. nam & ad comitia eorum ventitavit; & ſi qua res major acta eſt non defuit: ſicut Ciceroni [m] in omnibus ejus periculis ſingularem fidem præbuit: cui ex patria fugienti H-S. cc. & quinquaginta millia donavit. Tranquillatis autem rebus Romanis remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta & L. Torquato

h habebat *MS. Giſan.*

P. CCLXVI.

i & *alii*, *aut* & unius ei.

k *alii non habent* addi.

l eum nunq. *Manut.* nuſquam *MS. Giſ.*

m in *aliis abeſt.*

9. *Quod in ea potiſſimum urbe natus eſt &c.*] Pater putavit in brevius contractam periodum ab auctore fuiſſe *natus, in qua domicilium orbis terrarum eſſet imperii, eandem & patriam habuit & domum*, ad Livium xxxix. 37. *Grut.*

10. *In qua domicilium orbis terrarum.*] Infra: *Cum ſe uterque Principem, non ſolum urbis Romæ, ſed orbis terrarum eſſe crederet.* Martialis:

Terrarum Dea, gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Ad quod reſpexit Sex. Jul. Frontinus lib. II. de Aquæductibus urbis Romæ. *Sentit*, inquit, *hanc curam Imperatoris piiſſimi Nervæ principis ſui Regina & Domina orbis indies*; (lego *indiges.*) *Quæ terrarum Dea conſiſtit, cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.* Schott.

quato Coſſ. [11] quem diem ſic univerſa civitas Athenienſium proſecuta eſt, ut lacrimis deſiderii futuri dolorem indicaret.

V. Habebat avunculum Q. Cæcilium, equitem Romanum, [12] familiarem L. Luculli, divitem, difficillimâ naturâ: cujus ſic aſperitatem veritus eſt, ut, quem nemo ferre poſſet, hujus ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit benivolentiam. quo facto, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens teſtamento adoptavit eum heredemque fecit ex dodrante: ex qua hæreditate accepit circiter centies H-S. Erat nupta [13] ſoror Attici Q. Tullio Ciceroni: easque nuptias M. Cicero conciliarat, cum quo à condiſcipulatu vivebat conjunctiſſimè, multo etiam familiariùs quàm cum Quinto: ut judicari poſſit plus in amicitia valere ſimilitudinem morum quàm affinitatem. utebatur autem intimè Q. Hortenſio, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat, ut intelligi non poſſet, uter eum plus diligeret, [14] Cicero, an Hortenſius: & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut inter quos tantæ laudis eſſet æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, eſſetque talium virorum copula.

VI.

11. *Quem diem ſic univerſa civitas Athenienſium proſecuta eſt.*] Ant. Auguſtinus delet vocem *diem*, quod mire placet. Sed placeret magis ſi legeretur, *Abeuntem ſic univerſa &c.* Urſin. *Quem diem.*] Fulvius Urſinus *abeuntem* iſtis binis vocibus præferebat. Rutgerſ. lib. II. Variar. Lect. cap. 8. *Diſcedentem ſic univerſa.* At ſi meo ſtaretur arbitrio, mallem jugulare voculam *diem* cum Antonio Auguſtino V. Cl. *Gebhard.* Nihil muta. *Diem* dixit pro re die illo facta, id eſt, pro diſceſſu Attici. vide Gronov. I. Obſerv. cap. 2. *A. Boſius.*

12. *Familiarem L. Luculli.*] Qui Mithridatem Tigranemque vicit. Val. Max. lib. VII. cap. 9. hunc Cæcilium, ait, cum ſemper oſtendiſſet, velle ſe hæredem relinquere L. Lucullum, Atticum reliquiſſe, præter opinionem omnium: ſed ejus cadaver populum Rom. reſte circumdatum, per viam traxiſſe. *P. Manut.*

13. *Soror Attici.*] Pomponia, de cujus moribus vide in ep. I. lib. V. ad Attic. Cum ea poſtea Quinctus divortium fecit, ut in ep. 28. lib. XIV. *Idem.*

14. *Cicero, an Hortenſius.*] Inter quos etiam in amando æmulatio fuit Hortenſium enim levitatis & inconſtantiæ ſæpe arguit M. Tullius: ep. I. lib. III. & 3. lib. IV. & 3. lib. I. ad Quinctum fratrem. Rurſus lib. V. ep. 20. & lib. VI. ep. I. actionem ejus λιγυρὰν, id eſt, argutam obſcure perſtringens, *Momum Ligurinum* recte vocat. Infra: *Cum æqualibus ſuis, Q. Hortenſio & M. Cicerone, ſic vixit, ut judicare difficile ſit, cui ætati fuerit aptiſſimus.* Schott.

15. Ut

VI. In republica ita eſt verſatus, [15] ut ſemper optimarum partium & eſſet & exiſtimaretur; neque tamen ſe civilibus fluctibus committeret; quòd non magis eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe, qui ſe iis dediſſent, [16] quàm qui maritimis jactarentur. honores non petiit, cùm ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem; quod neque peti more majorum, neque capi poſſent, conſervatis legibus, in tam [n] effuſis ambitûs largitionibus, [17] neque geri ſine periculo, corruptis civitatis moribus. ad haſtam publicam numquam acceſſit. nullius rei neque præs neque manceps factus eſt. neminem [o] ſuo nomine, neque ſubſcribens accuſavit. in jus de ſua re numquam iit. judicium nullum habuit. multorum conſulum prætorumque præfecturas delatas ſic accepit, ut neminem in provinciam ſit ſecutus, honore fuerit contentus, rei familiaris deſpexerit fructum, qui ne cum Q. quidem Cicerone voluit ire in Aſiam, cùm apud eum legati locum obtinere poſſet. non enim decere ſe arbitrabatur, cùm præturam gerere noluiſſet, [18] aſſeclam eſſe prætoris. qua in re non ſolùm dignitati

[n] effuſi MSS. rectè.

[o] neque ſuo MS. Giſan.

P. CCLXVII.

15. *Ut ſemper optimarum partium.*] *Optimatum* opinor legi debere pro *optimarum.* Urſin.

16. *Quam qui maritimis jactarentur.*] Credidi aliquando *mari* leg. vel *marinis*, ut fluctibus ἀπὸ κοινοῦ repetatur. Rempublicam navi, & maris tempeſtatibus bella inteſtina ἀλληγορικῶς comparari, auctor Fabius lib. VIII. cap. 6. ex Horat. I. Carm. Od. XIV. Infra Nepos, *Si gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme marique ſcopuloſo ſervat; cur non ſingularis ejus exiſtimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit.* Cicero quoque in Muræniana, Comitia freto & Euripo comparat: & II. Philip. Oceano bella civilia. *Schott.*

17. *Neque geri ſine periculo.*] *Regi* pro *geri* legebat Faërnus. *Urſin.* Mihi planiſſima videtur ſcriptura Medicæi codieis, *neque res geri ſine periculo*, niſi quis malit, *neque geri reſp. ſine periculo.* Pro Lambino tamen facit, quod in Gif. fuit *neque rep.* Facile enim excidere potuit illud *geri* ob ſimilitudinem vocum *è rep.* A. Boſius.

18. *Aſſeclam eſſe Prætoris.*] Prætor Q. Tullius, ante Idus Martias Aſiam provinciam ſortitus: & ante Nonas Decembris profectus, L. Flacco ſucceſſit. Cicer. ad Attic. & in Oration. Suetonius ergo male in Auguſto cap. 3. *Proconſulatum Aſiæ* adminiſtraſſe ait, quæ *Prætoria* eſt, Cicerone & Nepote teſtibus omni exceptione majoribus. Falſo quoque idem *parum ſecundâ famâ adminiſtraſſe*: cum M. frater in Orat. & epiſtolis ad eum ſcriptis tantopere laudet tantiſque honoribus ornatum fuiſſe teſtetur. *Schott.* Ceterum dicit Q. fratrem Proconſulatum Aſiæ adminiſtraſſe

ti ſerviebat; ſed etiam tranquillitati, cùm ſuſpiciones quoque vitaret criminum. quo fiebat, ut ejus obſervantia omnibus eſſet carior, cùm eam officio, non timori, neque ſpei tribui viderent.

VII. INCIDIT Cæſarianum civile bellum, cùm haberet annos circiter ſexaginta. uſus eſt ætatis vacatione, neque quoquam ſe movit ex urbe. quæ amicis ſuis opus fuerant, ad Pompejum proficiſcentibus, omnia ex ſua re familiari dedit. [19] ipſum Pompejum non junctus [20] non offendit. nullum ab eo habebat ornamentum, ut ceteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant: quorum partim invitiſſimi caſtra ſunt ſecuti, partim ſumma cum ejus offenſione domi remanſerunt. Attici autem quies tantopere Cæſari fuit grata, ut victor, cùm privatis pecunias per epiſtolas imperaret, huic non ſolùm moleſtus non fuerit, ſed etiam ſororis filium Q. Ciceronem ex Pompeji caſtris conceſſerit. ſic vetere inſtituto vitæ effugit nova pericula.

VIII. [21] SECUTUM eſt illud occiſo Cæſare, cùm res-

ſtraſſe, quæ Prætoria eſt, hoc modo: Senatui lege Sempronia liberum erat; quos in quas vellent provincias mittere. Quanquam crediderim, cum Prætorius aliquis in provinciam Conſularem mittebatur, eum jure quoque Conſulari mitti ſolere, verbi gratiâ, cum XII. faſcibus, non ſex tantum. Atque adeo juxta imperium, quod a Senatu quis acceperat, pro Conſule, aut pro Prætore eam provinciam adminiſtrare dicebatur, tametſi Prætorius Conſularem, aut è diverſo Conſularis Prætoriam adeptus eſſet. Ergo Aſia ἰδιωτάτως & Conſulis & Prætoris adminiſtrationi ſubjacebat. *Gravius.*

19. *Ipſum Pompejum conjunctum.*] Vide num melius ſit, *conniventem*, pro *conjunctum.* paullo poſt legendum: *Sed etiam Sororis filium ei Q. Ciceronem.* in vulgatis deeſt *ei.* Urſin. *Ipſum Pompejum conjunctum.*] Scilicet, ſibi amicitiâ. *Schott.* Vel cognatum ex Juſtino VIII. Jan. Rutgerſius lib. II. cap. 8. Boſius *non junctum.* Urſinus, *conniventem.* Lambinus, *Ipſum Pompejum non ſecutus non offendit.* Schottus Obſ. lib. II. 3. *ſe ipſum Pompejo conjunctum non oſtendit.* Non repugnabo, ſi quis, quoniam in Medic. 1. erat, *ſibi junctum* legi malit *ſibi conjunctum.* quomodo Cic. pro Planc. cap. 20. *Hominem ſibi maxime conjunctum.* Poteſt & ipſum Pompeji nomen, quod in Medic. 1. deerat, omitti & e proximo ſubaudiri. *A. Boſius.*

20. *Non offendit.*] Pompejanos tamen offendit, ſi verum eſt, quod ſcripſit Cicero epiſt. 6. lib. XI. *Numquam de te ipſo, niſi crudeliſſime, cogitatum eſt.* Et ibidem: *De Fannio conſoler te? pernicioſa loquebantur de manſione tua.* Et proxime: *Omnes, qui in Italia remanſerant, hoſtium numero habebantur.* P. Manut.

21. Se-

reſpublica penes Brutos videretur eſſe, & Caſſium, ac tota civitas ſe ad [p] eum convertiſſe videretur. ſic M. Bruto uſus eſt, ut nullo ille adoleſcens æquali familiariùs quàm hoc ſene: neque ſolùm eum principem conſilii haberet, ſed etiam in convictu. Excogitatum eſt à quibusdam, ut privatum ærarium Cæſaris interfectoribus ab equitibus Romanis conſtitueretur. id facile effici poſſe arbitrati ſunt, ſi & principes [q] illius ordinis pecunias contuliſſent. itaque appellatus eſt à C. Flavio, Bruti familiari, Atticus, ut ejus rei princeps eſſe vellet. at ille, qui officia amicis præſtanda ſine factione exiſtimaret ſemperque à talibus ſe conſiliis removiſſet; reſpondit, ſi quid Brutus de ſuis facultatibus uti voluiſſet, uſurum, quantum eæ paterentur; ſed neque cum quoquam de ea re collocuturum, neque coiturum. ſic ille conſenſionis globus hujus unius diſſenſione disjectus eſt. Neque multo poſt ſuperior eſſe cœpit Antonius, [22] ita, ut Brutus & Caſſius provinciarum, quæ iis [r] necis cauſâ datæ erant à conſulibus, deſperatis rebus, in exilium proficiſcerentur. Atticus, qui

p eos MS. Giſan.

q ejus MS. Giſan.

P. B.

r ita rectè Savaro, alii dicis.

21. *Secutum eſt illud occiſo Cæſare.*] Schoppii vetus liber & MS. meus dictione auctiores legunt: *Secutum eſt illud tempus occiſo Cæſare.* Idem. Hunc locum ita diſtinguendum cenſeo: *Secutum eſt illud. Occiſo Cæſare cum reſp. p. B. v. e. & C. ac t. c. ſe ad eos convertiſſet, ſic M. Bruto uſus eſt, ut nullo, &c.* Sic infra XIII. 6. *Nec hoc præteribo, quamvis nonnullis leve viſum iri putem. Cum imprimis lautus eſſet:* Varro II. de Re Ruſt. 3. *De quibus* (capris) *admirandum illud, quod etiam Archelaus ſcribit: Non ut reliqua animalia naribus.* A. Boſius.

22. *Ita ut Brutus & Caſſius in provinciarum, quæ iis dicis cauſâ.*] Ant. Auguſtinus putat legi debere, *ita ut Brutus & Caſſius in provincias, quæ iis dicis cauſa.* Urſin. *Dicis cauſſa.*] Sic omnino magis placet quàm, *Necis cauſſa*; non enim Antonius & Dolabella conſules provincias ob necem Cæſaris eis dederunt, ſed ut eis cauſſam darent ab urbe diſcedendi, ne quid ab irata plebe paterentur. nam, *Dicis cauſſâ*, valet, ad ſpeciem: ut vir doctiſſimus Lælius Taurellus primus obſervavit. Cicero in Verrem libro IV. *Ut poſſet dicere, ſe emiſſe, Archagatho imperat, ut aliquid illis, quorum argentum fuerat, nummorum dicis cauſſa daret.* id eſt, non ut re vera emeretur argentum, ſed ut emptum videretur. Plinius lib. XXVIII. cap. 2. *Si pontifici id accidat, dicis cauſſa epulanti.* Arnobius initio lib. IV. contra Gentes: *An ita, ut aſſolet, dicis cauſſa, &c.* Eſt omnino obſcurus hic loquendi modus, verum ita priſci illi Romani loquebantur. Nam Varro lib. V. de Ling. Lat. *Et illa antiqua*, inquit, *Dicis cauſſa.* Antiquum igitur erat, *Dicis cauſſa*, Varronis ætate. Idem infra: *Dicis cauſſa fiebant quædam*, ne-

qui pecuniam ſimul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, [23] abjecto Bruto, Italiâque cedenti H-S. centum millia muneri miſit: eidem in Epiro abſens ccc. juſſit dari: neque eo magis potenti adulatus eſt Antonio, neque deſperatos reliquit.

IX. Secutum eſt bellum geſtum apud Mutinam, in quo ſi tantùm eum prudentem dicam; minus, quàm debeam, prædicem; cùm ille potiùs divinus fuerit; ſi divinatio appellanda eſt perpetua naturalis bonitas, quæ nullis caſibus [s] augetur, neque minuitur. Hoſtis Antonius judicatus, Italiâ ceſſerat. ſpes reſtituendi nulla erat. non ſolùm [t] inimici, qui tamen erant potentiſſimi & plurimi, ſed etiam [v] qui adverſariis ejus ſe dabant, & in eo lædendo aliquam conſecuturos ſperabant commoditatem, [24] familiares inſequebantur, uxorem Fulviam omnibus rebus ſpoliare cupiebant, liberos etiam exſtinguere parabant. Atticus, cùm Ciceronis intima familiaritate uteretur, amiciſſimus eſſet Bruto, non modò nihil iis indulſit ad Antonium violandum, ſed è contrario familiares ejus, ex urbe profugientes, quantum potuit, texit; quibus rebus indiguerunt adjuvit: P. verò Volumnio ea tribuit, ut plura à parente proficiſci non potuerint. ipſi autem Fulviæ, cum litibus diſtineretur magniſque terroribus vexaretur, tantâ diligentiâ officium ſuum præſtitit, [25] ut nullum illa præſtiterit

[s] agitur *MS.*

[t] ejus inimici *alii.*

[v] amici adv. *alii.*

Pag. CCLXVIII.

neque item facta, neque item dicta ſemper. Suſpicor etiam ejuſdem eſſe generis illud pro Muræna: *Sed an ne tu, dicis qui cauſſâ vindicaveris?* Quod a Jureconſultis obſcuritatis cauſſâ uſurpatum Cicero ſignificat. *P. Manut.*

23. *Abjecto Bruto.*] Fortunâ adverſâ proſtrato. Petron. *In loco peregrino deſtituit abjectum.* Propius Val. Maximus lib. v. cap. 1, 8. *Nam ſi egregium eſt hoſtem abjicere, non minus tamen laudabile infelicis ſcire miſereri.* Gebhard. Sic *abjectus homo* in lib. IV. Cod. de Cuſt. reor. & apud Ciceronem in Oratione contra Rullum. *Gravius.*

24. *Antonii familiares ſequebantur.*] *Inſequebantur* Faërnus. *Urſin.* *Commoditatem, familiares inſequebantur.*] Giſanii liber, *inſequebantur*, quod probat Urſinus. Ceterùm idem mſ. pro, *commoditatem*, refert, *commendationem*: vulg. *commoditatem*, *Antonii familiares.* Grut.

25. *Ut nullum illa ſtiterit vadimonium.*] *Siſtere vadimonium* eſt, quod datis vadibus promiſerat, ſe in judicio ſiſtere. Et ſic *liberare vades.* Cicero pro Quinctio: *Venit Romam Quinctius, vadimonium ſiſtit.* Et Cato apud Agellium libro II. cap. 14. *Quod ſi vadimonium capite obvoluto ſtitiſſes.* Lamb. Schott. Savar. *Gebhard.*

26. *Si-*

terit vadimonium ſine Attico, ſponſor omnium rerum fuerit. quin etiam, cùm illa fundum ſecundâ fortunâ emiſſet in diem, neque poſt calamitatem verſuram facere potuiſſet, ille ſe interpoſuit: pecuniamque ſine fœnore ſineque ulla ſtipulatione credidit, maximum exiſtimans quæſtum, memorem gratumque cognoſci, [26] ſimulque aperire, ſe non fortunæ, ſed hominibus ſolere eſſe amicum; quæ cùm faciebat, nemo eum temporis cauſâ facere poterat exiſtimare. nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. ſed [x] ſenſus ejus à nonnullis optimatibus reprehendebatur, quòd parum odiſſe malos cives videretur. Ille autem ſui judicii potiùs, quid ſe facere par eſſet, intuebatur, quàm quid alii laudaturi forent.

x ſenſim is à *alii*.

X. Conversa [y] fortuna eſt. ut Antonius rediit in Italiam, nemo non magno periculo Atticum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. itaque ad adventum imperatorum de foro deceſſerat, timens proſcriptionem: latebatque apud P. Volumnium, cui, ut oſtendimus paullo ante, opem tulerat. tanta varietas his temporibus fuit fortunæ, ut modò hi, modò illi in ſummo eſſent aut faſtigio aut periculo. habebat ſecum [27] Gellium Canum, æqualem ſimillimumque ſui. hoc quoque ſit Attici bonitatis exemplum, quòd cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeo conjunctè vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. Antonius autem, etſi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non ſolùm ei, ſed etiam omnibus [z] ſuis amicis eſſet inimicus, eoſque vellet proſcribere; multis hortantibus tamen Attici memor fuit officii: & ei, cùm requiſiſſet,

y ſubitò fort. *MS.*

z ejus amicis *MS.* P. B.

26. *Simulque aperire.*] Videtur legendum *apparere.* & ita vidi notatum in libro Camilli Sighicelli. *Urſin.*

27. *Q. Gellium Canium.*] In MS. eſt *Canum* duabus ſyllabis: Etiam in Manutianis ſchedis; ſic enim legit: *habebatque ſecum Q. Gellium Canum æqualem.* De hoc Martialis, lib. I.

Gaudet jocoſa Canio ſuo Gades
Emerita Decano meo.

Et poſt non longe *Canium* nominat. Et lib. III. Epigrammat. 20. & 22. *Canium Rufum* laudat. Et lib. VII. Epigr. 68 & 78. Et epiſtolâ Valerii ad Rufinum, inter eas, quæ D. Hieronymi. Meminit & Cicero ſæpe, ut lib. XIII. ep. 31. Ubi *Canum* in optimis libris ſcriptum affirmant: & ep. 41. lib. XIII. *Canam* filiam ejus Q. Ciceroni filio nuptum dare voluiſſe colligere licet; quod an è re foret Atticus dubitat. lib. XV. ep. 21. *Schottus.*

28. Ut

ſet, ubinam eſſet, ſua manu ſcripſit, ne timeret ſtatimque ad ſe veniret: ſe eum & [a] Gellium Canum de proſcriptorum numero exemiſſe, ac, ne quod periculum incideret, quod noctu fiebat, præſidium ei miſit. ſic Atticus in ſummo timore non ſolùm ſibi, ſed etiam ei, quem cariſſimum habebat, [b] præſidio fuit. neque enim ſuæ ſolùm à quoquam auxilium petiit ſalutis, ſed [c] conjunctim, ut appareret nullam ſejunctam ſibi ab eo velle fortunam. quòd ſi gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme marique ſcopuloſo ſervat; cur non ſingularis ejus exiſtimetur prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit?

a illius Can. *MS.*

b præſidium *MS.*

c conjuncti *MS.*

XI. QUIBUS ex malis ut [28] ſe emerſerat, nihil aliud egit, quàm ut plurimis, quibus rebus poſſet, eſſet auxilio. cùm proſcriptos præmiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit: nemini non ibi perpetuò manendi poteſtas facta eſt. qui etiam, poſt prœlium Philippenſe interitumque C. Caſſii & M. Bruti, L. Julium Mocillam prætorium & filium ejus, Aulumque Torquatum, ceteroſque pari fortuna perculſos [d] inſtiterit tueri atque ex Epiro iis omnia Samothraciam ſupportari juſſerit. difficile [e] enim eſt omnia perſequi & non [f] neceſſaria. illud unum intelligi volumus, illius liberalitatem [29] neque temporariam [30] ne

d inſtituerit *MS.* & *alii.*

e enim deeſt in *MS.*

f *fortè* neceſſarium.

28. *Ut ſe emerſerat.*] Pro, *Ut emerſerat.* Cicero de Haruſp. reſ. *Iſta ſerpens, quæ hic deliteſcit, tum ſe emergit & fertur illuc.* Simile eſt, *Erumpo.* nam &, *Erumpit malum*, &, *Erumpit ſe malum*, dicitur. Cœlius ep. 14. lib. VIII. ad Ciceronem: *Sic illi amores & invidioſa conjunctio non ad occultam recedit obtrectationem, ſed ad bellum ſe erumpit.* Et Virgilius lib. I. Georg. *Denſa inter nubila ſeſe Erumpunt radii.* P. Manut.

29. *Neque temporariam.*] Manutius exponit *exigui temporis.* Ego ſic: Et in alteram interpretando partem Schottus quoque errat. Quis enim umquam *temporarium* eſſe *lentum* audivit? *Temporarius* eſt, qui ſpectat tempus, affectuſque ſuos ſucceſſui fortunæ alterius attemperat. Explicavit ſeſe paullo ſuperius: *Quæ cum faciebat, nemo eum temporis cauſſa facere poterat exiſtumare.* Sic Curtius *temporaria ingenia* dixit. *Temporaria liberalitas*, quæ captat felices & temporis cauſſa largitur, quamdiu ſperat fore eundem rerum ſecundarum curſum. Haud diſpare mente Curtius V. 3. *Mandatus erat hujus regionis præfectus, haud ſane temporum multorum homo: quippe ultima pro fide experiri decreverat.* A ſcholiorum auctore in Ariſtophanis Ranas *Temporarium ingenium* optime exponitur ἀμφίβολος, ἀγχίστροφος, καθομιλῶν τοὺς καιροὺς, πρὸς τὸ χρειῶδες

[30]neque callidam fuiſſe. id ex ipſis rebus ac tempo-
ribus [g]judicari poteſt, quòd non florentibus ſe vendita- g *indicari*
vit, ſed afflictis ſemper ſuccurrit: qui quidem Serviliam *alii.*
Bruti matrem non minùs poſt mortem ejus quàm [h]flo- h *malè*
rentem coluerit. ſic liberalitate utens, nullas inimici- *Boſius* flo-
tias geſſit, quòd neque lædebat quemquam, neque, ſi rente.
quam injuriam acceperat, non malebat oblivisci quàm P.CCLXIX.
ulciſci. Idem immortali memoria percepta retinebat
beneficia. quæ autem ipſe tribuerat, tamdiu meminerat,
quoad ille gratus erat, qui acceperat. itaque hic fecit,
ut vere dictum videatur: [31]ſui cuique mores fingunt
fortunam.

XII. Neque tamen priùs ille fortunam quàm ſe ipſe finxit, [32]qui cavit, ne qua in re jure plecteretur. His

μέρος ἀεὶ διδὺς ἑαυτόν. Et temporarii amici, qui *amicitiarum jura non fide, ſed ſucceſſu ponderant*; ut loquitur Juſtin. lib. XXII. 7. *Gebhard.*

30. *Neque callidam.*] Inſidiatricem, captatricem, Schottus *calidam* legit redditque *temerariam.* Certe non callide. Cotta apud Salluſtium: *Neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad male faciendum exercui.* Idem. Non ceperunt viri docti, quid ſit *Callida liberalitas.* *Callidi* & *aſtuti* proprie dicuntur, qui in rebus & negotiis ſuum tantum commodum reſpiciunt, & ad ſuam utilitatem omnia referunt, non vero aut reipublicæ, aut amicorum. Cic. X. ad Att. ep. 5. *Aſtute nihil ſum acturus, fiat in Hiſpania quidlibet.* Grævius.

31. *Sui cuique mores fingunt fortunam.*] Elegans γνώμη. Infra: *Quantum poterimus, rerum exemplis lectores docebimus, ſicut ſupra ſignificavimus,* SUOS CUIQUE MORES CONCILIARE FORTUNAM. Ut M. Tullio Nepotem familiariter, ſic & ſcriptis ejus uſum apparet. Sic enim Paradox. V. *Fortuna, ſicut ſapiens Poëta dixit: Suis ea cuique fingitur moribus.* Quod fortaſſe ex Plauto ſumptum in Trinummo: *Sapiens ipſe fingit fortunam ſibi.* Livius lib. XXXIX. de M. Catone: *In hoc vero tanta vis animi ingeniique fuit, ut quocunque loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus videretur.* Et Macrobius lib. I. cap. 11. de ſervorum fortuna: *Sibi quiſque dat mores, conditionem caſus aſſignat.* Huc pertinet & tota D. Chryſoſtomi Homilia in illud: *Nemo læditur niſi a ſeipſo.* Schott.

32. *Qui cavit, ne qua in re plecteretur.*] Uno conſenſu MSS. addunt *jure plecteretur.* Non abludit idem Publius:

Id agas, tuo te merito ne quis oderit.

Gebhard. MSS. conſenſui erat aſſentiendum. *Jure plecti*, quod frequenter legitur. Phædrus Fab. 31. lib. I. *Merito plectimur.* Suet. Veſp. 12. *Merito ſe plecti, qui triumphum, &c. tam inepte ſenex concupiſſet.* Sed *in re* vereor ut ex *jure* ſit natum, neve poſtea *qua* acceſſerit. Non enim ſolent hæc adjungi. Marius ad Ciceronem

XI. ad

His igitur rebus effecit, ut M. Vipſanius Agrippa, intima familiaritate conjunctus adoleſcenti Cæſari, cum propter ſuam gratiam & Cæſaris potentiam nullius conditionis non haberet poteſtatem, potiſſimùm ejus deligeret affinitatem, præoptaretque equitis Romani filiam [i] generoſarum nuptiis; atque harum nuptiarum conciliator fuit (non enim eſt celandum) M. Antonius, triumvir reipublicæ conſtituendæ. [k] cujus gratia cùm augere poſſeſſiones poſſet ſuas, tantum afuit à cupiditate pecuniæ, ut nulla in re uſus ſit ea, niſi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis: quod quidem ſub ipſa proſcriptione perilluſtre fuit. nam cum L. Saufeji, equitis Romani, æqualis ſui, 33 qui cum eo complures annos, 34 ſtudio ductus philoſophiæ, habitarat, habebatque in Italia pretioſas poſſeſſiones, triumviri bona vendidiſſent, conſuetudine ea, qua tum res gerebantur, Attici labore atque induſtriâ factum eſt, ut eodem nuntio Saufejus fieret certior, ſe patrimonium amiſiſſe & recuperaſſe. idem L. Julium [l] Calidum, quem poſt Lucretii Catullique mortem multo elegantiſſimum poëtam noſtram tuliſſe ætatem verè videor poſſe contendere, neque minùs virum bonum optimiſque artibus eruditum, [m] poſt proſcriptionem equitum, propter magnas ejus Africanas

[i] generoſam *alii.*

[k] C. cujus *alii.*

[l] Calidium *alii* & *MS.*

[m] quem poſt *MS.*

XI. ad Fam. ep. 18. *Plecteris ergo, inquiunt, cum factum noſtrum improbare audes.* Grævius. Pighius hæc citans in dedicatione Faſtorum notat melius forte *percelleretur.* Cujus verbi vis ut nota & permagna, ſic non videtur inſignis vir attendiſſe ad formulam, quam clare alludit Nepos, & tum alibi uſurpat Cicero, tum lib. II. de Offic. 8. *Jure igitur plectimur.* Unde Grutero etiam auſcultare non potui, expellenti hinc τὸ *jure*, quod certe in MS. bibliothecæ Academicæ, quem jam ante quoque inſpexit Ernſtius, exſtare vidi. *Gronov.*

33. *Qui cum plures annos, ſtudio ductus philoſophia, habitabat.*] Opinor hunc locum ita neceſſario corrigendum, *Qui cum eo complures annos, ſtudio ductus philoſophia, habitarat.* Urſin. *Studio ductus Philoſophia.*] Ejus philoſophiæ, cujus auctor fuit Epicurus; in qua hæreſi Atticus quoque fuit. Cicero ep. I. lib. VII. ad Att. *Dederam equidem L. Saufejo litteras; ſed, ut philoſophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius.* Et ep. 6. lib. IV. *Ipſius vicem minime dolemus, non ut Saufejus & veſtri.* Quibus verbis & Saufejum, & Atticum Epicureos fuiſſe demonſtrat. Epicurei enim ſua tantum curabant, alienam vicem non dolebant. *P. Manut.*

34. *Studio ductus Philoſophia.*] Saufejus Epicureæ ſectæ Philoſophus, in qua hæreſi fuit & Atticus, lib. IV. ep. 6. & lib. V. epiſt. 19. & ep. I. lib. VII. & lib. XIII. ad Famil. ep. I. *Schott.*

35. Ca-

tantas poſſeſſiones, in proſcriptorum numerum à P. Volumnio, præfecto fabrûm Antonii, abſentem relatum expedivit. quod in præſenti utrùm ei laborioſius an glorioſius fuerit difficile fuit judicare; quod in eorum periculis non ſecus abſentes quàm præſentes amicos Attico eſſe curæ cognitum eſt. P. B.

XIII. Neque verò [n] minùs ille vir bonus paterfamilias habitus eſt quàm civis. nam cùm eſſet pecunioſus, nemo illo minùs fuit emax, minùs ædificator. neque tamen non in primis bene habitavit, omnibusque optimis rebus uſus eſt. nam domum habuit in colle Quirinali [35] Cæcilianam, ab avunculo hereditate relictam, cujus amœnitas non ædificio ſed ſilvâ conſtabat. ipſum enim tectum, antiquitus conſtitutum, plus ſalis quàm ſumptûs habebat: in quo nihil commutavit, niſi ſi quid vetuſtate coactus eſt. Uſus eſt familiâ, ſi utilitate judicandum eſt, optimâ; ſi formâ, vix mediocri. namque in ea erant pueri litteratiſſimi, anagnoſtæ optimi & [36] plurimi librarii; ut ne pediſequus quidem quiſquam eſſet, qui non utrumque horum pulchrè facere poſſet. pari modo artifices ceteri, quos cultus domeſticus deſiderat, apprimè boni. neque tamen horum quemquam, niſi domi natum domique factum, habuit: quod eſt ſignum non ſolùm continentiæ, ſed etiam di-

li-

[n] minus *deeſt in MS.*

35. *Cæcilianam.*] Giphanii liber *Tamphilianam*; vulgò *Pamphilianam.* Gruter. Ernſtius vocat veterem lectionem *Cæcilianam*, eamque adducit ex editis nonnullis & MS. ipſius libro. & tamen in MSS. Mediceis ait eſſe alteram; idemque quum citetur ex Gifanii codice, ſitque in Leidenſi; debuerat addere pretium, quod iſti libro ſuo ſtatuebat, ut omnibus poſſet obduci. Quod contra Manutium addit nihil eſt. Nam ſit dicta Cæciliana ab poſſeſſore ſuo; an ante Cæcilium non potuit dominus ejus fuiſſe aliquis Bebius Tamphilus? Et utique Lucullani horti & villa fuerunt in ore, quum diu Lucullo mortuo dominium eorum tranſiiſſet; quos quum & Lucullianos interdum nominari audiamus, nihil mirum, ſi & hoc loco ab Tamphilo *Tamphilianam* vocemus. *Gronov.*

36. *Plurimi librarii.*] Tres nominat Cicero, lib. XIII. ep. 44. *Pharnacem, Antæum & Salvium.* Amanuenſes & Anagnoſtas hos colligere licuit. A ſtudiis & ab epiſtolis *Alexim* nominat lib. v. ep. 20. & lib. VII. ep. 11. & lib. XVI. ep. 15. *Athamam & Alexim* amanuenſes, lib. XII. ep. 11. & alterum ep. 11. lib. VII. *Antiochum & Tallumetum* literatos nominat, lib. XIII. epiſt. 33. & lib. v. ep. 12. De *Eutychide*, quem manumiſit, ep. 15. lib. IV. De *Nicanore* lib. v. ep. 3. & lib. VI. ep. 2. *Schott.*

ligentiæ. nam & non intemperanter concupiſcere, quod à pluribus videas, continentis debet duci; & potiùs diligentiâ quàm pretio parare non mediocris eſt induſtriæ. Elegans, non magnificus; ſplendidus, non ſumptuoſus; [o] omni diligentia munditiam non affluentem affectabat. 37 ſupellex non modica, non multa; ut in neutram partem conſpici poſſet. Nec præteribo (quamquam nonnullis leve viſum iri putem) cùm in primis lautus eſſet eques Romanus, & non parum liberaliter in domum ſuam omnium ordinum homines invitaret; ſcimus, non amplius quàm terna millia æris per- P.CCLXX. æque in ſingulos menſes ex ephemeride eum expenſum ſumptui ferre ſolitum: atque hóc non auditum, ſed cognitum prædicamus. ſæpe enim, propter familiaritatem, domeſticis rebus interfuimus.

[o] omnique *MS.*

XIV. Nemo in convivio ejus aliud ἀκρόαμα audivit quàm anagnoſten: quod nos quidem jucundiſſimum arbitramur: neque umquam ſine aliqua lectione apud eum cenatum eſt; ut non minus animo quàm ventre convivæ delectarentur. namque eos vocabat, quorum mores à ſuis non abhorrerent. Cùm tanta pecuniæ facta eſſet acceſſio, nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitæ conſuetudine: tantaque uſus eſt moderatione, ut neque in H-S. vicies, quod à patre acceperat, parum ſe ſplendidè geſſerit, neque in H-S. centies affluentiùs vixerit quàm inſtituerat, parique faſtigio ſteterit in utraque fortuna, nullos [p] habuerit hortos, nullam ſuburbanam aut maritimam ſumptuoſam villam; neque in Italia, præter 38 Ardeatinum & Nomentanum, ruſticum prædium: omniſque ejus pecuniæ reditus conſtabat in Epiroticis

[p] habuit *MS.*

37. *Suppellex modica, non multa; ut in neutram partem conſpici poſſet.*] Ita ſcripſiſſe eum ex præcedentibus apparet: nam omnes antitheſes ita ſunt conceptæ, ut quid fuerit adfirmet, quid non fuerit neget. Elegans, non magnificus; ſplendidus, non ſumptuoſus; adfectans munditiem, non adfluentiam. Sic etiam *ſuppellex ei modica, non multa:* hoc eſt modo, non copiâ æſtimanda; inſtrumentum modice, non abundanter, ſufficiens; ut in neutram partem notari poſſet, neque ſordium, quia aderat modus, neque luxus, quia aberat ſuperfluum. Huic ſenſui verba mihi ſatis eſſe videntur exprimendo: neque aut τὸ *multo* ad defectum referendum, aut alia negatio adjicienda. *J. F. Gronov.*

38. *Ardeatinum.*] Liber Giſanii, *Arrentinum*, unde ipſe Giſanius legendum putat, *Arretinum.* Gruter.

roticis & urbanis poſſeſſionibus. ex quo cognoſci poteſt, eum uſum pecuniæ non magnitudine, ſed ratione metiri ſolitum.

XV. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. itaque ejus comitas non ſine ſeveritate erat, neque gravitas ſine facilitate: ut difficile eſſet intellectu, utrùm eum amici magis vererentur, an amarent. Quidquid rogabatur, religioſè promittebat; quòd non liberalis, ſed levis arbitrabatur, polliceri quod præſtare non poſſet. Idem 39 in tuendo quod ſemel admiſiſſet tantâ erat curâ, ut non mandatam, ſed ſuam rem videretur agere. nuſquam ſuſcepti negotii eum pertæſum eſt. ſuam enim exiſtimationem in ea re agi putabat: quâ nihil habebat carius. quo fiebat, ut omnia q Ciceronum, 40 Catonis, Marii, Q. Hortenſii, A. Torquati, multorum præterea equitum Romanorum, negotia procuraret: ex quo judicari poterat, non inertiâ, ſed judicio fugiſſe reipublicæ procurationem.

q *alii* Ciceronis. P. B.

XVI. Humanitatis verò nullum afferre majus teſtimonium poſſum, quàm quòd adoleſcens idem ſeni Sullæ fuerit jucundiſſimus, ſenex adoleſcenti M. Bruto; cum æqualibus autem ſuis Q. Hortenſio & M. Cicerone ſic vixerit, ut judicare difficile ſit, cui ætati fuerit aptiſſimus: quamquam eum præcipuè dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior. ei rei ſunt indicio, præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus ſunt editi, ſexdecim volumina epiſtolarum ab conſulatu ejus uſque ad extremum tempus ad Atticum miſſarum: quæ qui legat, non multùm deſideret hiſtoriam contextam eorum temporum. ſic enim omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, r æmulationibus reipublicæ perſcripta ſunt, ut nihil in his non appareat; & facilè exiſtimari poſſit, prudentiam quodam modo eſſe divinationem. non enim Cicero ea ſolùm, quæ vivo ſe acciderunt, 41 futura præ-

r mutationibus *MS.*

39. *In nitendo quod ſemel admiſiſſet.*] Videtur hoc paullo durius: nam, *Niti aliquam rem*, uſitatum non puto. *Quod ſemel admiſiſſet*, valet, quod ſemel facturum ſe pollicitus eſſet. Gifanii liber, *Annuiſſet*, pro, *Admiſiſſet*. *P. Manut.*

40. *Catonis Mariique Hortenſii.*] Rectiſſime Ant. Auguſtinus primus oſtendit legendum eſſe *M. Catonis*, *Qu. Hortenſii*. Urſin.

41. *Futura prædixit.*] Pauca de multis exempla collegi augurii &

prædixit, ſed etiam, quæ nunc uſu veniunt, cecinit, ut vates.

XVII. De pietate autem Attici quid plura commemorem? (s verò *alii.*) cùm hoc ipſum ſ verè glorianteni audierim in funere matris ſuæ, quam extulit annorum nonaginta, cùm eſſet ſeptem & ſexaginta, ſe numquam cum matre in gratiam rediiſſe, numquam cum ſorore fuiſſe in ſimultate, quam propè t ætate æqualem habebat. (t ætate *deeſt in MS.*) quod eſt ſignum, aut nullam umquam inter eos querimoniam interceſſiſſe, aut hunc eâ fuiſſe in ſuos indulgentiâ, ut, quos amare deberet, iraſci eis nefas duceret. neque id fecit natura ſolùm (quamquam omnes ei paremus) ſed (P. CCLXXI.) etiam doctrina. nam & principum philoſophorum *ita* percepta habuerat præcepta, ut his ad vitam agendam, non ad oſtentationem, uteretur.

XVIII. Moris etiam majorum ſummus imitator fuit antiquitatiſque amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine expoſuerit, quo magiſtratus ornavit. nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res 42 illuſtris eſt populo Romano,

& vaticinii Ciceronis, Lib. VIII. ep. 11. προθεσπίζω, *noſter Attice, non ariolans; ut illa, cui nemo credidit* (Caſſandra ſcilicet) *ſed conjecturâ proſpiciens.*

Jamque mari magno ——

non multo, inquam, ſecus poſſum vaticinari: Tanta malorum impendet Ἰλιάς. Et lib. VIII. ep. 12. *Et a me eſt (tute ſcis) propter ſuſpicionem hujus impendentis tempeſtatis multo ante proviſum.* Ep. 12. *Scripſeram eas litteras, quarum vaticinationem falſam eſſe cupio.* Lib. X. epiſt. 8. *Et tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant, quadam ſpe non dubia, non hæc collegii noſtri ab Attio; ſed illa Platonis de Tyrannis.* Et ſtatim: *Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quo diximus; nec nos fallit, nec aliter accidet. Corruat iſte neceſſe eſt.* Idem epiſtolâ ad Licinium Calvum apud Nonium: *Præſentit animus atque augurat quodammodo, quæ futura ſit ſuavitas.* Schottus.

42. *Illuſtris eſt populi Romani.*] Cicero in Oratore: *Cognoſcat Orator rerum geſtarum & memoriæ veteris ordinem, maxime ſcilicet noſtræ civitatis: ſed & imperioſorum populorum & regum illuſtrium: quem laborem nobis Attici noſtri levavit labor, qui conſervatis notatiſque temporibus, nihil cum illuſtre prætermitteret, annorum ſeptingentorum memoriam unico libro colligavit.* Nec DCC. tantum annorum, ſed & virorum totidem hiſtoriam collegiſſe ex Plinii lib. XXXV. patebit. Et in Bruto multa, quibus ſubjungit: *Eam utilitatem habuit Attici liber, quam requirebam, ut explicatis ordinibus temporum uno in conſpectu omnia viderim.* Et ibidem paullo poſt ex Attici perſona: *Eiſque noſmetipſi ad veterum Annalium memoriam comprehendendam*

mano, quæ non in eo ſuo tempore ſit notata: &, quod difficillimum fuit, ſic familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines poſſimus cognoſcere. fecit hoc [v] idem ſeparatim in aliis libris, ut, M. Bruti rogatu, Juniam familiam à ſtirpe ad hanc ætatem ordine enumeraverit, notans, qui à quoque ortus, quos honores quibusque temporibus cepiſſet. pari modo Marcelli Claudii, 43 de Marcellorum; Scipionis Cornelii & Fabii Maximi, [x] de Fabiorum & Æmiliorum: quibus libris nihil poteſt eſſe dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attigit quoque poëticen, credimus, ne ejus expers eſſet ſuavitatis. namque verſibus, qui honore, rerum-geſtarum amplitudine ceteros Romani populi præſtiterunt, expoſuit, ita, ut ſub ſingulorum imaginibus facta magiſtratusque eorum non amplius quaternis quinisve verſibus deſcripſerit: quod vix credendum ſit, tantas res tam breviter potuiſſe declarari. Eſt etiam unus liber Græcè confectus de conſulatu Ciceronis.

v *quidem alii.*

x *de in aliis deeſt.*

XIX. Hactenus, Attico vivo, edita à nobis ſunt. nunc, quoniam fortuna nos ſuperſtites ei eſſe voluit, reliqua perſequemur: & quantum [y] poterimus rerum exemplis lectores docebimus, ſicut ſuprà ſignificavimus, ſuos cuique mores plerumque conciliare fortunam. namque hic contentus ordine equeſtri, quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris, [z] divi filii, cùm jam antè familiaritatem ejus eſſet conſecutus, nulla alia re quàm elegantiâ vitæ, quâ ceteros ceperat principes civitatis, dignitate pari, fortuna [a] humiliore. tanta enim proſperitas Cæſarem [b] eſt conſecuta, ut nihil ei non tribueret fortuna, quod cuiquam ante detulerit & conci-lia-

y *poterimus alii.*

P. B.

z *alii divi Julii filii.*

a *humiliores alii.*

b *eum eſt MS.*

dam impulſi atque accenſi ſumus. Ac Ciceroni eum miſiſſe ex procemio de Claris Oratoribus patet. Ibidem: *Omnium rerum memoriam Atticus breviter & perdiligenter complexus eſt.* Meminit & ep. 23. lib. XII. ad Atticum, & Aſconius Pedianus in Piſonianam: *Tradunt & Antiochi regis filio obſidi domum publice ædificatam; inter quos Atticus in Annalibus.* Schottus.

43. *De Marcellorum.*] Non dixit, *de Claudiorum*, ex qua gente Marcelli fuere, ſed, *De Marcellorum*, ut proprie Marcellos indicaret: cum ejusdem Claudiæ gentis, præter Marcellos, alii quoque, ut Pulchri & Nerones, utrique patricii; Marcelli vero plebeji. Si quis autem hoc, *De Marcellorum*, unde regatur, quærat, fortaſſe non inveniet. quid ſignificetur tamen conſtat. *P. Manut.*

liario, [44] quod civis Romanus quivit conſequi. Nata autem eſt Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam c collocavit. hanc Cæſar vix anniculam Ti. Claudio Neroni, Druſillâ nato, privigno ſuo, deſpondit. quæ conjunctio neceſſitudinem eorum ſanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem.

c colloca- [illegible]ras.

XX. Quamvis ante hæc ſponſalia non ſolùm cùm ab urbe abeſſet, numquam ad ſuorum quemquam litteras miſit, quin Attico mitteret, quid ageret: in primis, quid legeret, quibusque in locis & quàm diu eſſet moraturus: ſed &, cùm eſſet in urbe, & propter ſuas infinitas occupationes minùs ſæpe quàm vellet Attico frueretur, [45] nullus dies temere interceſſit, quo non ad eum ſcriberet, quo aliquid de antiquitate ab eo requireret; modò aliquam quæſtionem poëticam ei proponeret; interdum jocans ejus verboſiores eliceret epiſtolas: ex quo accidit, cùm ædes Jovis Feretrii in Capitolio, ab Romulo conſtituta, vetuſtate atque incuriâ detecta prolaberetur, ut Attici admonitu Cæſar eam reficiendam curaret. Neque verò à M. Antonio minus abſens litteris colebatur, adeo ut accuratè ille [46] ex ultimis terris, quid ageret, quid curæ ſibi haberet, certiorem faceret Atticum. hoc quale ſit facilius exiſtimabit is, qui judicare poterit, quantæ ſit ſapientiæ, eorum retinere uſum benivolentiamque, inter quos maximarum rerum non ſolùm æmulatio, ſed obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit intercedere neceſſe inter Cæſarem atque Antonium; cùm ſe uterque principem non ſolùm urbis Romæ, ſed orbis terrarum eſſe cuperet.

Pag. CCLXXII.

XXI. Tali modo cùm ſeptem & ſeptuaginta annos compleſſet: atque ad extremam ſenectutem non minùs dignitate quàm gratiâ fortunâque creviſſet (multas enim

44. *Quod civis Romanus.*] Gifanii liber, *quod nemo adhuc civis.* Gruter.

45. *Nullus dies temere interceſſit.*] Pro, *nullus fere dies.* Cicero ep. 1. lib. 1. ad Q. Fr. *Qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris non temere, niſi libertis ſuis, deferebant.* P. Manut.

46. *Exſul tum his terris.*] Supra: *Hoſtis Antonius judicatus, Italiâ ceſſerat:* Schottus III, 2. Obſ. *ex ultimis terris.* Et explicat de Ægypto. *Bœclerus.* Recte Schottus Cic. 1. ad Fam. 9. *Recordare enim, quibus laudationem ex ultimis terris miſeris.* hoc eſt, ex Cilicia. *Gravius.*

47. Na-

enim hereditates nulla alia re quàm bonitate consecutus) tantaque proſperitate uſus eſſet valitudinis, ut annis XXX. medicinâ non indiguiſſet; 47 nactus eſt morbum, quem initio & ipſe & medici contempſerunt: nam putarunt eſſe [d] τευχαμὸν cui remedia celeria faciliaque proponebantur. in hoc cùm tres menſes ſine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, conſumpſiſſet, ſubitò tanta vis morbi in [e] imum inteſtinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fiſtula putris eruperit. atque 48 antea quidem morbi diuturnitatem moleſtè ferebat prius quàm hoc ei accideret: poſtquam verò in dies dolores accreſcere [f] febresque acceſſiſſe ſenſit, Agrippam generum ad ſe arceſſi juſſit, & cum eo L. Cornelium Balbum Sextumque Peducæum. hos ut veniſſe vidit, in cubitum nixus, Quantam, inquit, curam diligentiamque in valitudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cùm vos teſtes habeam, nihil [g] opus eſt pluribus verbis commemorare: quibus quoniam, ut ſpero, ſatisfeci, me nihil reliqui feciſſe, quod ad ſanandum me pertineret: reliquum eſt, ut egomet mihi conſulam. id vos ignorare nolui. nam mihi ſtat, alere morbum deſinere. namque his diebus quidquid cibi ſumpſi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores ſine ſpe ſalutis. quare à vobis peto, primùm ut conſilium probetis meum; deinde ne fruſtra dehortando conemini.

XXII. Hac oratione habita, tantâ conſtantiâ vocis atque vultûs, ut non ex vita, ſed ex domo in domum videretur migrare, cùm quidem Agrippa eum flens atque oſculans oraret atque obſecraret, [h] ne ad id, quod natura cogeret, ipſe quoque ſibi acceleraret; &, quoniam tum quoque poſſet temporibus ſupereſſe, ſe ſibi ſuisque reſervaret; preces ejus taciturna ſua obſtinatione [i] depreſſit. Sic cùm biduum cibo ſe abſtinuiſſet, ſubitò febris deceſſit leviorque morbus eſſe cœpit: tamen propoſitum nihilo ſecius peregit. itaque die quinto poſtquam

[d] τεινασμὸν *Manut.*
[e] *ita Barth.* *alii* unum.
[f] febremque *alii.*
[g] neceſſe *MS.*
P. B.
[h] ne id quod *alii.*
[i] compreſſit *alii.*

47. *Nactus eſt morbum.*] Pro incidit. Suetonius in Tito: *Nactus eſt febrim.* Terentius in And. *More hominum evenit; ut, quod ſim nactus mali, prius reſciſceres tu quàm ego, quod tibi evenit boni.* P. Manut.

48. *Antea quidem morbi diuturnitatem moleſtè ferebat.*] Hæc omnia verba deſunt in vulgatis. *Gruter.*

49. *Juxta*

quam id conſilium inierat, pridie kal. April. Cn. Domitio, C. Soſio conſulibus, deceſſit. Elatus eſt in lecticula, ut ipſe præſcripſerat, ſine ulla pompa funeris, comitantibus omnibus bonis, maximâ vulgi frequentiâ. Sepultus eſt 49 juxta viam Appiam, ad quintum lapidem, 50 in monumento Q. Cæcilii, avunculi ſui.

49. *Juxta viam Appiam.*] Sepeliri enim intra urbem & lex XII tabularum, & decreta pontificum vetabant. nonnullis tamen, u Fabricio, virtutis cauſſâ tributum prodidit Cicero lib. II. de Leg Id & C. Poblicio datum a Senatu indicat inſcriptio, ſub Capitolio, ad Forum Trajani. *P. Manut.*

50. *In monumento Q. Cæcilii, avunculi ſui.*] Cujus & hereditatem crevit ex dodrante, domumque habitavit, & ſepulcrum moriens tenuit. Quam & *æternam domum* vocari in vett. inſcriptionibus literatiſque lapidibus animadvertere licet. *Schott.* Exſtat elegans tumuli inſcriptio, quæ apud Pithœum in Epig. Vett. lib. III. Fabric. Monum. p. 85. & Ferretum in Muſis Lapidariis p. 124. reperitur, cujus initium eſt:

Perpetuas ſine fine domos mors incolit atra,
Æternoſque levis poſſidet umbra lares. Verburg.

k should be returne
on or before the las
ow.
e cents a day is i
beyond the